SC.17.Pl.5.

37
26 C
21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F. THOMÆ M. MAMACHII

ORDINIS PRÆDICATORUM

THEOLOGI CASANATENSIS

DE ANIMABUS JUSTORUM IN SINU ABRAHÆ, ANTE CHRISTI MORTEM, EXPERTIBUS BEATÆ VISIONIS DEI

LIBRI DUO

TOMUS PRIMUS



ROMÆ MDCCLXVI.
EX TYPOGRAPHIA PALLADIS
EXCUDEBAT MARCUS PALEARINI
PUBLICA AUCTORITATE

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCO · TESTAE

EX . EPISCOPO . SYRACVSARVM
ARCHIEPISCOPO . MONTIS REGALIS
JUDICIIS . DE . REIS . VIOLATAE . DESERTAEVE . RELIGIONIS
OMNI . SICILIA . PRAEFECTO
EDITIS . EGREGIIS . LIBRIS
INSTITVTISQVE . SYRACVSIS . ET . MONTE REGALI
CLERI . ERVDIENDI . CAVSSA . SCHOLIS
DE . ECCLESIA . OPTIME . MERITO
F. THOMAS . M. MAMACHIVS . ORD. PRAED.
CASANAT. COLLEGII . THEOLOGVS
LIBROS . DVOS
AB . SE . PRO . COMMVNI . PERPETVOQVE
COETVVM . OMNIVM . CATHOLICOR. DOGMATE
ADVERSVS . NOVAM . PAVCORVM . LICENTIAM . CONSCRIPTOS

DEDICAT

QUos de Piorum animis non ante Chriſti Servatoris mortem beatis aſpectu Dei perſcripſeram, libros duos edituro mihi, mecumque de patrono iis adſciſcendo ſerio

 cogi-

Digitized by Google

cogitanti, Tu quidem, FRANCISCE TESTA, unus omnium ſuccurriſti, quem plane, ut optaram, utque res ipſa non poſtulabat modo, ſed etiam flagitabat, iiſdem & præſidio exquiſita doctrina tua, & decori dignitate futurum proſpicerem. Nam cum hi ſcripti de rebus graviſſimis ſint, quas omnium hactenus orthodoxorum firmas conſenſu, peti nunc tandem a cupidis rerum novarum, exagitarique cognoram; providendum mihi diligenter erat, & vero monere ipſi me libri duo videbantur, ut ſeſe ei devoverem, in ejuſque fidem committerem, qui cum EXHORTARI IN DOCTRINA SANA, ET EOS, QUI CONTRADICUNT ARGUERE POTENS [1] eſſet, locumque in eorum ordine ampliſſimum teneret, quos SPIRITUS SAN-

CTUS

1 *Cap. 1. Epiſt. ad Titum v. 9.*

ctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei [1]; iſto honoris loco virtute parto, pretii, quo certe per ſe carerent, plurimum adderet libris ipſis, quos ſibi probatos, creditos, dicatos feciſſet ſuos; auctoritate vero peritiaque divinorum eloquiorum, quæ arma sunt militiæ [2] Chriſti, eoſdem tegeret, ac tueretur. Ecquis autem mihi in mentem veniſſet Te omni hoc genere potior, Te, inquam, quem experiundo re talem eſſe compereram, qualem jamdiu cives Tui, Regni Siciliæ incolæ univerſi, exteri etiam plerique omnes cognitum judicarant? Scilicet cum jam inde ab infantia ad Eccleſiæ diſciplinam ita mores exegiſſes tuos, itaque sacras litteras [3] di-

di-

1 *Act. Apoſtolicor. cap.* xx. *v.*28.
2 II. *ad Corinth cap.* x. *v.* 4.
3 II. *ad Timoth. cap.* III. *v.* 15.

Digitized by Google

diciſſes,ut virtutem Tuam celebrarent omnes, comprehenſionem etiam rerum maximarum (cujus certiſſimi teſtes ſunt libri, quos in lucem egregios emiſeras) admirarentur, planeque confiderent, ſi onus τῆς ἐπισκοπῆς ſuſcepiſſes, populis Te non utilitati ſolum, ſed etiam ſaluti fore; tum CAROLUS FERDINANDI REGIS PATER tunc utriuſque Siciliæ, nunc Hiſpaniarum Potentiſſimus REX, idemque juſtiſſimus æſtimator virtutis, ac meritorum dignum eo tam magno honore Te duxit, dignum, qui (non tam generis, quo certe es ortus illuſtri, quam verbi, & exempli cauſſa) iſto nomine Syracuſiorum antiquam in primis, ac nobilem Eccleſiam moderarere. Quo in munere fungendo, cum ita eſſes verſatus, ut comitate, benignitate,
li-

liberalitate oves tuæ fidei, curæque creditas mirifice devinxiſſes Tibi, ATTENDENDOQUE TIBI, ET DOCTRINÆ.[1], integritate vitæ, prædicationeque verbi Dei ipſis ad veram felicitatem præmonſtraſſes viam; Scholiſque cleri erudiendi cauſſa inſtitutis, licentiæ illorum, qui reſiſtere auſi eſſent veritati, frena injeciſſes; egiſſeſque proſpicientia, diligentiaque tua, ut ejus depoſiti perpetui cuſtodes apponerentur, quod ipſe ſtudioſiſſime, religioſiſſimeque cuſtodiſſes[2]; rurſum amantem illum, cultorem, ac vindicem recti CAROLUM REGEM permoviſti, te ut Inquiſitorem in cauſſis, quæ de religione eſſent, omni Siciliæ Regno præficiendum, atque una Montis Regalis Archiepiſcopum dicendum judicaret. Quo am-

1 *ad Timoth. cap.* IV. *v.* 16.
2 I. *ad Timoth. cap.* VI. *v.* 20.

Digitized by Google

ampliſſimo Sacerdotio ſumma SEDIS APOSTOLICÆ voluntate auctus, ita te geſſiſti, pergiſque gerere, ut cultu ejus, quam ſemel ſuſceperas, inſtitutionis vitæ, FORMA GREGIS [1]; regimine, miſericors, BENIGNUS, PRUDENS, JUSTUS [2]; religionis violatæ, deſertæve reorum coercitione, adſertor fidei; conſtitutis in ædibus ipſis tuis e Thomæ diſciplina Scholis, AMPLECTENS EUM, QUI SECUNDUM DOCTRINAM EST, FIDELEM SERMONEM [3]; ſcripto denique, communi Siculorum dialecto, publicatoque Catechiſmo, Catholicorum dogmatum interpres fidus in primis, & ſapiens merito habeare. Quo quidem Catechiſmo, etſi breviter, ut par erat, adeo tamen diſtincte, adeo accurate, adeo ad ſen-

ten-

1 1. *Petri cap.* V. *v.* 3.
2 1. *Ad Timoth. cap.* III. *v.* 2.
3 *Epiſt. ad Tit. cap.* I. *v.* 9.

tentiam Eccleſiæ univerſæ apte, accommodateque doctrinam omnem de exemptis a Chriſto Servatore ex inferis piorum Veteris Teſtamenti animis, auctiſque felicitate, quæ viſione continetur Dei, complexus es, ut diu, multumque in hoc controverſiæ genere fuiſſe verſatus, Patrumque hac de re ſcripta, monumentaque cetera rei Chriſtianæ publicæ expendiſſe, comprehendiſſe animo, contuliſſeque in pauca videare. Plus me quidem dixiſſe intelligo, quam & ferre poſſit modeſtia ſumma Tua, & ipſe dicere initio conſtituerim. Sed ignoſci id abs Te mihi pervelim. Conſtans, mihi crede, de rebus præclare abs Te geſtis fama, omniumque ſermone celebrata Tua inſignis virtus extorſit, ut etſi cupiebam, facere tamen nequiverim mo-

 dera-

deratius. Scribendo namque cognovi, difficilem quamdam temperantiam poſtulari in eo, quod,ceu telum, ſemel jam miſſum, coerceri, reprimique non poteſt; ut propemodum juſtiore uterer illo, qui omnino a dicendo me avocaret, quam eo, qui dicendi de Te modum mihi eſſe conſtituendum arbitraretur. Verum Tibi ut ſatisfaciam, continebo ipſe me, nec modum equidem, quod fieri non poteſt, ſi pergam dicere, ſed finem faciam dicendi. Illud abs te majorem in modum petam, ut Epiſcopus virtute tanta, ſtudio religionis, doctrina, earumque rerum, quæ his continentur libris, ſcientia cum ſis, non hoſce modo, qui propterea quod Tui jam ſint, geſtiunt in ſinum convolare Tuum; ſed horum etiam auctorem Tuo patrocinio non dedi-
gnere;

Digitized by Google

gnere ; quo ſcito, vix quemquam eſſe æque obſervantem , atque ſtudioſum Tui . Vale.

Digitized by Google

MONITUM

Hanc *de Animabus Juſtorum &c.* Tractationem *Appendicis* loco extremæ Secundæ Parti Voluminis V. mei Operis *Originum*, *& Antiquitatum Chriſtianarum* addere conſtitueram. Qua ex re factum eſt, ut ſummis quibuſque hujus ipſius Tractationis paginis *ab undecima ad centeſimam nonageſimam ſecundam* inſcriptum legatur τὸ APPENDIX. Sed cum hanc augeri mole vidiſſem, ſeparatimque edendam judicaſſem, in ceteris, quæ ſequuntur poſt 192. ſummis paginis poſui Titulum *de Sanctis V. T. Ante Chriſtum &c.* Id eo te, Lector, monitum volui, ne, quorſum τὸ *Appendix* initio tot *paginarum* pertineat, mirere.

Synopſim totius hujuſce Operis primam omnium legi volo. Hanc ego rejeci in pag. 1067. ſeqq. Id eo feci, ut Tomus Secundus, qui librum II. ſolummodo continet, mole aliquanto amplius creſceret, ne priore Tomo enormiter minor eſſet. Quo ſane conſilio effectum eſt, ut Adprobationes etiam, Indicemque Librorum, Capitulorum, & Paragraphorum, ſecus atque fieri vulgo ſoleat, in extremum eumdem ſecundum Tomum rejecerim.

Digitized by Google

S. GREGORIUS MAGNUS P. M.

Nil aliud teneatis, niſi quod VERA FIDES PER CATHOLICAM ECCLESIAM DOCET, quia deſcendens ad inferos Dominus illos ſolummodo ab inferni clauſtris eripuit, quos viventes in carne per ſuam gratiam in fide ſervavit. Quod enim per Evangelium dicit, *cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipſum*, omnia videlicet electa &c. *lib.* VII. *Epiſtol.* XV. *Tom.* II. *opp. edit. Pariſ. an.* 1705.

Ante adventum Mediatoris Dei, & hominis, OMNIS HOMO, QUAMVIS MUNDÆ, PROBATÆQUE VITÆ FUERIT, quod ad inferni clanſtra deſcenderit DUBIUM NON EST „. *Idem lib.* XII. *in cap.* XIV. *Job cap.* IX. *pag.* 397. *tom.* I.

PRIORES SANCTI & ſuſtinere adverſa poterant, & tamen e corporibus educti ADHUC AB INFERNI LOCIS LIBERARI NON POTERANT, quia necdum venerat, qui illuc ſine culpa deſcenderet, ut eos, qui ibidem tenebantur ex culpa, liberaret ... Et quia in ipſis quoque inferni locis JUSTORUM ANIMÆ SINE TORMENTO TENEBANTUR, ut & PRO ORIGINALI CULPA illuc deſcenderent, & tamen ex PROPRIIS ACTIBUS SUPPLICIUM NON HABERENT. GRAVE ENIM TÆDIUM ELECTIS FUIT, POST SOLUTIONEM CARNIS SPECIEM NON VIDERE CREATORIS. *Idem ibid. lib.* XIII. *cap.* XLIV. *pag.* 433.

Digitized by Google

BENEDICTUS XII. P. M.

Auctoritate Apoſtolica definimus, quod ſecundum communem Dei ordinationem, ANIMÆ SANCTORUM OMNIUM, QUI DE HOC MUNDO ANTE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI PASSIONEM DECESSERUNT .... POST DOMINI JESU CHRISTI PASSIONEM, ET MORTEM VIDERUNT, ET VIDENT, ET VIDEBUNT DIVINAM ESSENTIAM VISIONE INTUITIVA, ET ETIAM FACIALI „.

Conſtitut. Dogmat. IV.

Digitized by Google

PAULUS V. P. M.

FIRMITER CREDO, & PRÆDICO, eumdem Filium incarnatum, vere natum eſſe ex Maria Virgine, item vere paſſum, vere mortuum, & ſepultum, & VERE CUM ANIMA DESCENDISSE AD INFEROS AD LIBERANDAS ANIMAS SANCTORUM PATRUM, QUÆ IN LIMBO DETINEBANTUR„.

In Profeſſ. Fidei. Vide pag. 501. ſeq. hujus operis.

IMPRIMATVR

Si videbitur Reverendiſſimo Pat. Mag. Sac. P. Ap.

D. Archiep. Nicomed. Viceſg.

IMPRIMATVR

Fr. Th. Auguſt. Ricchinius Mag. S. Pal. Ap. Ord. Præd.

Digitized by Google

F. THOMAS MARIA MAMACHIUS

LECTORI SALUTEM DICIT

SI quis forte dubitet, ſuſcipiendus ne mihi, an recuſandus hic labor ſcribendi eſſet; is quam ob cauſſam dubitet, viderit: ego quidem numquam dubitavi. Nam certum mihi eſt, ſemperque fuit, laborem non fugere, quem & ferre poſſim; & vero proſpiciam non inutilem populo Chriſtiano fore. Ac ſi de re quavis alia ſcribere inſtituiſſem, jucundior fortaſſe noſtris hominibus, delectabiliorque mea eſſe potuiſſet opera; ſed certe utilior non fuiſſet. Quid enim tam eſſe utile homini Chriſtiano, tamque ſalutare putem, quam opportune, ac tempore moneri, ut ſibi caveat; reddique paratiorem & ad docendum quos inſcientes, imprudenteſque captos errore fuiſſe cognoverit; & ad reſi-

Digitized by Google

reſiſtendum fortiter iis, qui ſpecie tuendæ religionis, veterem Eccleſiæ Catholicæ doctrinam evertere, novaſque in rem Chriſtianam publicam opiniones inducere conentur? Id vero conſequutum eſſe hoc opere me, non profiteor: curaſſe, ut conſequerer, præ me fero. Quod ſi quis eſt, qui intermitti a me non prudenter, pugnet, quod jamdiu cœperam de ANTIQUITATIBUS CHRISTIANIS *opus; queraturque ad hoc me denique ſtudium contuliſſe, cui etſi utilitatis, quantum voles, inſit, vix tamen quidquam ineſt cum vetere inſtituto meo affinitatis; is ſic habeat: maluiſſe me (ſi modo aliquibus hæc ſcribens profuerim) deſiderari ab eo prudentiam meam; quam diligentem in re tam magna, tamque gravi (ſi ſcribere recuſaſſem) induſtriam. Quamquam haud ſcio, cur demum ei, qui de Originibus, Antiquitatibuſque Chriſtianis aggreſſus ſit ſcribere (ſi interrumpi ab ſe opus jam inceptum nolit) ſcribere de vetuſtate, veritateque dogmatum Chriſtianorum non liceat. Quid enim eſt dogmate in Chriſtianis rebus antiquius? Sed ſatis de me multa dixi, Lector, cauſſa purgandi me tibi. Nunc quid ſim deinceps acturus, comprebendam brevi. Tribuam equidem ſyntagma hoc meum in partes duas. Atque ex priore quidem cognoſces, qua de re, contra quos, quam vere, quamque ad Eccleſiæ Catholicæ conſenſionem, traditionemque accommodate ſcripſerim: ex altera autem, quam a veritate naſcens opinio adverſariorum, atque adeo quam a dogmate Orthodoxo diſſideat (nil enim novum eſſe in re Theologica non falſum*

falſum poteſt) quamque infirmis , inanibuſque argumentis nitatur . Sic vero ad extremum confirmo tibi , eſſe te ex utraque operis parte intellecturum, ſi umquam alias , nunc certe maxime conſtare : rationes , quibus malæ cauſſæ patroni confidant , eſſe interdum mala eadem cauſſa deteriores . Vale.

Digitized by Google

Quid (Apoſtoli) prædicaverint, id eſt quid illis Chriſtus revelaverit, præſcribam, non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt, ipſi eis prædicando tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epiſtolas poſtea. Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis apoſtolicis, matricibus, & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, ſine dubio tenentem, quod Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo accepit: omnem vero doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei. Supereſt ergo, uti demonſtremus an hæc noſtra doctrina .... de Apoſtolorum traditione cenſeatur, & hoc ipſo an ceteræ de mendacio veniant. Communicamus cum Eccleſiis Apoſtolicis, quod nulli doctrina diverſa. Hoc eſt teſtimonium veritatis. TERTULL. *lib. de Præſcript. Hæret. c.* XXI. *edit. Veneta anno* 1744. *pag.* 209.

Etſi nulla ratione indagetur, nullo ſermone explicetur; verum tamen eſt, quod antiquitus veraci fide catholica prædicatur, & creditur per Eccleſiam totam. S. AUGUSTINUS *libro* VI. *contra Julianum cap.* V. *pag.* 441. *tom.* X. *opp. edit. Antuerp. ann.* 1700.

LIBER PRIMUS

ANIMAS SANCTORUM HOMINUM VETERIS TESTAMENTI, ANTE CHRISTI MORTEM, EXPERTES FUISSE INTUITIVÆ VISIONIS DEI, EX DOCTRINA ECCLESIÆ CATHOLICÆ UBIQUE, AB OMNIBUS, SEMPER AGNITA, SUSCEPTA, UNIVERSISQUE CHRISTIANIS AD CREDENDUM PROPOSITA DEMONSTRATUR.

CAPUT PRIMUM

I. *Qua de re deinceps agendum ſit*. II. *Quæque fuerint hujus operis preſcribendi cauſſa*.

I.

JAM initio, qua de re ſim aucturus, demonſtrandum eſt, ne quid deinceps in differendo exiſtere confuſionis, obſcuritatiſque poſſit. Igitur huc fere omnis noſtra recidet quæſtio: fas ne ſit homini Chriſtiano dicere: *Sanctorum Veteris Teſtamenti animas, ante Chriſti deſcenſum ad inferos, beatas fuiſſe intuitiva viſione Dei*: an prorſus confitendum ſit, *idque ex ſententia Eccleſia Catholica, a qua recedere nullo pacto licet: animarum piorum hominum vita functorum omnino nullam compotem fuiſſe beatitatis conſiſtentis in* intuitiva viſione Dei, *priuſquam Chriſtus Servator ad inferos deſcendiſſet*. Hæc mihi, Theologiſque orthodoxis omnibus pars quæſtionis poſterior certa eſt. Quod enim docet Eccleſia, incertum eſſe, aut *indifferens* non poteſt. Sic autem Eccleſiam Traditionis, Scripturæque divinæ auctoritate nixam ubique gentium docere, ac docuiſſe, priore toto hujuſce Operis Libro, non opinione quidem, ſed novorum, veterumque monumentorum pæne innumerabilium fide plane, credo, ad veritatem Lectori perſuadebo. Quinam vero perpauci hoc demum tempore cœperint, ſecus eſſe ſtatuendum, putare, mox videro.

Horum ego argumenta (ſi modo argumenta dicenda ſunt, quibus fallaciæ plurimum, nihil autem ſucci, ac nervorum inſit) altero Operis ejuſdem Libro refellam, ut oportet, vere; ut poſſum, dilucide; utque adverſariis ſatisfaciam, multo etiam quam neceſſe ſit copioſius. Ac de re quidem deinceps tractanda ſatis dictum eſt.

II. Nunc, quod promiſeram, cauſſam exponam, quæ me permovit, ut hunc mihi laborem ſumerem. Publicarat Cremonæ anno 1747. Johannes Cadonicus Sacerdos Venetus opus paginis ducentis nonaginta novem comprehenſum, hoc titulo: *Vindiciæ Auguſtinianæ ab imputatione Regni Millenarii*. Quæ in eo perturbatio, confuſioque ſententiarum ſit, quæ inconſtantia, quæ pugna, dicerè non prætermittam, ſed tempore. Hoc modo dicam breve. Si promiſſis Cadonicus ſtetiſſet, etſi alii egregie perfuncti fuiſſent hoc munere; tamen iis, qui minus in Sancti Doctoris libris verſati eſſent, rem non ingratam fortaſſe, neque inutilem feciſſet. Verum contra fecit. Nam cum ſeſe efferret, quaſi unus omnium maxime defenſor Auguſtini, ac vindex eſſet, qui vidiſſet verum [1], inſignem Auguſtino ipſi conflavit injuriam, damno quidem non mediocri paucorum, qui ſibi imponi paſſi ſunt; at plurimorum certe incredibili offenſione, ac ſtomacho, qui etſi injuſte eum, quo magiſtro ex animo gloriantur, in invidiam vocatum norant; impune tamen vocatum noluiſſent. Sic autem ille ſtatuit: Auguſtinum, ni Sanctos V. Teſt. ante Chriſti deſcenſum ad inferos, gaviſos fuiſſe *intuitiva Dei viſione* putaſſet [2] (hoc eſt niſi cum Thoma [3] Aquinate

1 *Epiſt. Dedic. & Præfat. pag.* 3. 6. 7. 11.

2 *Cap.* XV. *pag.* 243. » Si mea reſponſio, *inquit*, ex aliis etiam libris ejuſdem » S. Doctoris petita, reſpuenda nunc videretur, nulla amplius interpretatione » ſuccurrente, remanet ſanctum Patrem eo loci cum requie, & quiete, & ſecuritate convenire a Luthero, atque Calvino Sanctis promiſſa, ſcilicet abſque » viſione Dei: & ſic damnabilem Millenariorum errorem etiam Epiſcopum do- » cere ».

3 Pag. 3. & 4. Præfat. omnes Scholaſticos in ea opinione verſari non negat Cadonicus, quæ animas Patrum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti deſcenſum ad inferos,

nate , cum Catechiſmo Tridentini Concilii , cum Theologis
b 2

tuit non vidiſſe intuitive Deum . Sed huic conſenſioni Theologorum tenebras offun-
dere conatur , propterea quod horum alii dolori fuiſſe animabus illis privationem vi-
ſionis Dei affirment , alii contra inficientur . Quaſi vero dogmati , in quo tuendo ſum-
ma omnium conſenſio ſit , obſtare quidquam poſſit levis quæpiam Theologorum inter
ſe in eodem explicando diſſenſio . Verum hac de re alio loco opportune videro . In-
terea quid de Theologis, atque in primis de Thoma *pag. 3. ſeq.* ſcribat, conſidere-
mus : ,, Cum , *inquit* , plures jam libros aureæ (Auguſtini) doctrinæ attente gu-
,, ſtaſſem , ex quibus , inter alia ſancti Patris ſententia de ſtatu animarum Sanctorum
,, Patriarcharum , & Prophetarum , ceterorumque juſtorum , qui ante Chriſti vi-
,, ſibilem in carne adventum Mundo occubuerant , & in ſinu Abrahæ colligebantur
,, OMNINO DIVERSAM COGNOVI a duabus illis ,, (*falſo duas commemoras , cum una*
,, *ſit ; ſed hoc facit Cadonicus implicandæ rei , fugiendæque , ſi poſſit , cenſuræ*
,, *cauſſa . Sed hac de re, ut dixi, alias*) in quas communiter ſcinduntur Scholaſtici ,
,, quæque apud illos docentur , eoſdem Scholaſticos adire neceſſarium duxi , ut quibus
,, tandem rationibus a toties repetita doctrina Magiſtri mei (*falſo id etiam Cadoni-*
,, *cus jactat , ut poſt videbimus*) divertiſſent , intelligere valerem . Aliquid enim-
,, minus jam recitata elogia æſtimanda mihi videbantur , quandoquidem in re non
,, infimi momenti omnino diverſa ſententia prævaluiſſet , apud OMNES THEOLOGOS ,
,, quos non vidiſſe , quæ ego videram arbitrari nimis frivolum putabam (*ſummiſſe id*
,, *quidem , ut apparet , a Cadonico ; ſed re tamen vera magnifice de ſe dictum ,*
,, *ac ſi ceteri cæcutierint omnes , ipſe vero unus viderit in re Theologica , utque*
,, *idem ait* , non infimi momenti VERUM) . ,, Aliter autem intellexiſſe , quam ego
,, intelligebam , magnis adductos rationibus opinari debebam . Ex eorum tamen
,, collatione nihil uſque nunc tam aptum tenuitati meæ ſe obtulit , quo apud me ſo-
,, liditas perturbetur Auguſtinianæ ſententiæ , quæ ſanctos illos jam eſſentialiter bea-
,, tos ante Chriſtum paſſum , ſed per fidem in eumdem venturum vere , atque adeo
,, largitæ caritati conjunctam , conſtanter ſæpiſſimeque declarat , & in facie Ec-
,, cleſiæ anime probat , atque defendit . Poſt lectionem igitur Divi Tomæ , quam in
,, quæſtione propoſita magis CONSONAM RECTÆ RATIONI inveni , ſed SANCTO AUGU-
,, STINO NON SATIS AMICAM , & IMMO FORTASSE AB HUJUS MENTE DIVERSAM , quia
,, unam auctoritatem ſermonis de tempore CXXXVI . nunc Appendici ſecundo a cla-
,, riſſimis Maurinis ſub n. 160. adjudicati , pro ſe veluti legitimam ſanctus Doctor
,, adduxit : ſenſum recentiorum Theologorum cognoſcendum putavi ab operibus re-
,, centiſſime excuſis , in quibus ſcilicet critices opportunis auxiliis temporis bene-
,, ficio inde cognoſci , & meliori luce donari potuerit , uno veluti intuitu facile ha-
,, berem ; inter quæ Honorati Tournely Doctoris Sorbonici Libros in Gallia , & in
,, Italia ſatis commendatos ſelegi , ex quorum lectione deterſi recentiorum placita
,, Auguſtinianæ doctrinæ multo minus valere , multo item minus æſtimanda in con-
,, ſpectu doctrinæ Divi Thomæ , quæ ut dixi rectæ interim rationi concordat . Etenim
,, s. Doctor inde definit , quod ſanctorum Patriarcharum animæ in doloribus uſque ad
,, Chriſti deſcenſum in inferos demorarentur ,, . (*Pervertit ſancti Thomæ ſenten-*
tiam , qua de re dicam alio loco diligenter , & opportunius) ,, quia Dei illas vi-
,, ſione orbatas credit , & ſic pœnæ damni valorem tuetur , & firmat . Recentiores
,, e contra Sanctis illis ſeparatis animabus felicem quemdam ſtatum , & quietum (*hoc*
,, *item facile concedit s. Thomas , ut poſt demonſtrabo*) abſque viſione Dei tribuen-
,, tes , privationis viſionis Dei fideliſſimum effectum infirmare videntur ,, . Hæc
illa , quæ tam implicata , tamque involuta obſcuritate ſunt , ut Oedipo eſſe ad ea
explicanda , atque evolvenda opus videatur . Nam quid illud eſt , quod animadver-
tit : *doctrinam Thomæ in quæſtione propoſita magis conſonam rectæ rationi eſſe ?*
Quo id adverbium , *magis* , ſpectat ? An Cadonicus *doctrinam Thomæ magis con-*
ſonam

Digitized by Google

logis ſeculorum omnino ſex, quid multis eſt opus?

ni

ſonam arbitratur eſſe *rationi rectæ*, quam Auguſtini doctrina ſit? Hoc ſi putat, cur Auguſtini ſententiam ſequitur, neglecta doctrina Thomæ? Sanum ne eum credam eſſe, qui quod rectæ rationi minus eſt *conſonum*, conſectetur? Sed hoc non dicit Cadonicus. Quid igitur, malam! quid, inquam, dicit? Equidem niſi hoc dicat, qua demum doctrina *doctrinam Thomæ* magis eſſe *conſonam rectæ rationi* dicat, non video. Ubi namque de ea, quam eſſe Auguſtini retur, opinione neſcio quid miſcens, turbanſque loquutus eſt, ad Thomæ continuo doctrinam venit, *magiſque hanc eſſe conſonam*, affirmavit, *rationi rectæ*. Hoc vero quid eſt, niſi *doctrinam Thomæ magis*, quam Auguſtini doctrina ſit, *conſonam eſſe rectæ rationi* fateri? At id non vult. Quid vult igitur? Rogas? Longe aliud. Mirificum, inquies, ſcriptorem nacti ſumus, qui intelligi ſeſe confidat poſſe, cum quod velit, contra atque velit, ſcribat. Sic eſt. Verum ſciſne, quid illud ſit aliud? Ego illud tibi exponam brevibus. Hoc vult: *Thomæ doctrinam conſonam magis eſſe rectæ rationi, quam ſit recentium Scholaſticorum ſententia*. Id etſi ex iis quæ ſcripſit, intelligi nequeat (quis enim ſcripta ἀσύστατα, repugnantiumque rerum plena intelligat?) ſum tamen quaſi divinando ſuſpicatus. Negas, ta aſſentiri. Quamobrem autem? Quia, inquis, antequam Cadonicus recentiores illos Scholaſticos adiret, jam cognorat, ut ipſe teſtatur, magis *conſonam eſſe rectæ rationi doctrinam Thomæ*. Sic autem argumentare: Cadonicum de recentioribus Theologis agere non potuiſſe. *Magis enim conſonam eſſe rationi rectæ judicatam ab eo doctrinam Thomæ, quam ſit recentiorum illorum Scholaſticorum ſententia, antequam recentes hoſce Scholaſticos* conſuluiſſet, quis credat? Reſtare igitur, ut *magis conſonam rectæ rationi* Cadonicus dixerit *doctrinam Thomæ*, quam, (non jam Scholaſticorum, quos nondum adierat) ſed alterius cujuſquam ſententiam. Auguſtini autem ſententiam & ſuperiore periodo, & ſtatim etiam poſt nominatam Doctrinam Thomæ, a Cadonico fuiſſe commemoratam. Id eſſe igitur, reliqui, ut, auctore Cadonico, *Thomæ doctrina magis conſona rectæ rationi ſit*, quam ſit Auguſtini ſententia. Locum autem Cadonici ſic habere: *poſt lectionem doctrinæ divi Thomæ, quam in quæſtione propoſita magis conſonam rectæ rationi inveni; ſed ſancto Auguſtino non ſatis amicam... ſenſum recentiorum Theologorum cognoſcendum putavi*. Non ergo (ſic enim concludis) non ergo putaſſet Cadonicus cognoſcendum ſibi poſt eſſe ſenſum recentium *Scholaſticorum*, *ſi jam cognoverat magis quam is ſit, eſſe conſonam rectæ rationi doctrinam Thomæ*. Si vero *cognoſcendum* eum ſenſum antea non putarat, eum certe ſenſum ne cognorat quidem. At ſi non cognorat, qua demum modo minus conſonum rectæ rationi eſſe dixiſſet, quam Thomæ doctrina ſit. Nemo enim aut magis, aut minus conſonum rectæ rationi putat, quod non cognorit. Non igitur τὸ *magis* a Cadonico uſurpatur comparate ad *recentiorum Theologorum* ſenſum. Ad doctrinam ergo alterius cujuſquam comparate uſurpatum fuerit neceſſe eſt. Jam vero præter Auguſtini doctrinam alterius cujuſquam Cadonicus nullam meminit aut ante, aut poſt commemoratam doctrinam Thomæ. Atenim quid argumentis expiſcari ejus ſententiam ſtudeas, qui non ratione, ſed caſu ſcripſiſſe videatur? Scilicet, ni ſortito obtingat tibi; nunquam ratione aſſequere, quam rem ille perſequi ſcribendo voluerit. Atque obtigit quidem mihi, ut ejus hac de re ſententiam intelligerem, ſed caſu, & quaſi ſortito, ut modo dixi. Venio ad alterum ejus ψεῦδος. *Pag.* 4. docere Auguſtinum ait: *Sanctos* Veteris Teſtamenti *eſſentialiter* fuiſſe *beatos ante Chriſtum paſſum, ſed per fidem in eumdem venturum vera, atque adeo elargita caritati conjunctam*. Video mirari te, Lector, hærere etiam, nec quid dicas, ſcire. Mirari te, inquies, quid ſit, quod eum Cadonicus ſtatuiſſe feratur, Sanctos Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, beatos fuiſſe *intuitiva* viſione Dei; id non ſolum non ſtatuerit, ſed contra confeſſus ſit, fuiſſe quidem illos *beatos eſſentialiter, ſed per fidem &c.*

ni cum Patribus [1] pleriſque omnibus, cumque Eccleſia Catholica univerſa [2] pugnaret) fuiſſe futurum hæreticum de Millenariorum grege. Hæreticum, inquam: rem namque Auguſtini etiam ætate contra Millenarios [3] conſtitutam fuiſſe, adeoque non ſine hæreſeos ſcelere in controverſiam revocandam, ſcribit: non differri ſanctis, qui plene purgati ſint ad extremum judicii diem viſionem Dei. Itaque quemadmodum olim Apollinaris, in eas ab ſe anguſtias conjectos eſſe Orthodoxos arbitrabatur, ut vel ipſi erranti aſſentiri, vel cum Arianis a Nicæna Synodo damnatis, Chriſtum eſſe Deum, negare cogerentur; ita Cadonicus etſi verbo affirmet, vindicare ſe ab erroris ſuſpicione Auguſtinum inſtituiſſe; re tamen vera id opere hoc ſuo laborat, idque enititur, ut lectores ſui, ſi Auguſtinum ipſum liberum ab errore Millenariorum velint, in extremam alteram opinionem, quæ (ut poſt evincam, immo vero, ut per ſe conſtat) cum Eccleſiæ Catholicæ doctrina componi nullo modo

dem &c. Nam ſi *per fidem, hoc eſt per ſpeculum in ænigmate;* non ergo per viſionem, quæ fit *facie ad faciem*. Cave, ne erres, Lector. Nil periculi eſt, inquis. Modo jam clare omnia proloquutus Cadonicus, nihil circuitione uſus eſt. Ita ne vero? Immo credo, inquis, nullam poſt hac tibi cum Cadonico futuram contentionem. At hoc, Lector, provideram. Lapſus es. Non iſtam Cadonicus, quam putas, verbis illis comprehendit ſententiam. Quam igitur? inquies. Quam? Oppoſitam. Nempe Sanctos Veteris Teſtamenti, qui dum viverent, *per fidem caritati conjunctam juſtificati fuiſſent*, vita denique functos, etiam ante Chriſti mortem, beatos fuiſſe intuitiva viſione Dei. At ejus verba, inquies, præ ſe nihil tale ferunt. Sic eſt. Verum quid vis fieri? Ita eſt homo: verba alio ſua accipit, atque accipi ab aliis conſueverint. Et is tamen qui ne vim quidem Latinorum verborum norit, Theologos Scholaſticos omnes, Ipſumque etiam Thomam in explicanda Auguſtini doctrina nihil vidiſſe; ſe autem unum ſummiſſe quidem, ut videtur, at gloriatur tamen, vidiſſe verum. Is idem *pag.* 5. veniam a Thomiſtis petit, ſi recedat a doctrina Thomæ. Hoc Thomiſtæ curant ſcilicet! Sed caveat, ne ſi Thomam ſequi tenuit, Auguſtinum deſerere cogatur. Immo vero ſic ei confirmo, hoc in genere ſi a Thoma, adeoque etiam, ut poſt demonſtrabitur, ab Auguſtino receſſerit, eſſe ipſum, quod deinceps efficiam, ab Eccl. Catholicæ univerſa ſententia receſſurum.

1 De Catechiſmo Romano, quam ſit Cadonici novo dogmati adverſarium, oſtendam, dum tempus monuerit, copioſe. De Theologis omnibus, quorum Cadonicus nullam rationem habendam, quoſque, ubi *Scholaſticos* appellavit, ſuperatos ab ſe eſſe arbitratur, nihil opus eſt dicere. Nam hos ſibi adverſari Cadonicus, non diffitetur. *Præf. pag.* 4. 5. *& ſeq.* De Patribus poſt diſſeram, cum ratio poſtulaverit, opportune.

2 Eccleſiam Catholicam univerſam Cadonicianæ opinioni novæ repugnare, plane ex iis, quæ poſt deſcribam, perſpicietur.

3 Cadonic. *ibid. cap* II. *pag.* 29. quo loco de Hieronymi ſententia diſſerit; & *cap.* III. *pag.* 34. & 35.

do poteſt [1]) incidiſſe [2]; quod idem eſt atque ipſum contra ſe egiſſe [3], ac inſolentem, inſanum [4] hæreticum [5] fuiſſe confiteantur.

Non dubito, quin ſit dicturus, numquam id ſibi in mentem veniſſe, ut concedendum cuiquam eſſe judicaret, aut Millenarium fuiſſe Auguſtinum, aut neglexiſſe Eccleſiæ auctoritatem. Sed cum ea quoſque adſtringi neceſſitate affirmarit, ut eorum duorum alterutrum iis omnino confitendum ſit, quorum alterum ætate etiam Auguſtini ut hæreticum fuiſſe reprobatum animadvertit; alterum, etſi neget ipſe, re tamen vera cum doctrina Eccleſiæ Catholicæ univerſæ pugnat; cum, inquam, Cadonicus ea quoſque neceſſitate cogi affirmarit; equidem quid

1 S. Gregorius Nyſſenus in Antirrhetico adverſus Apollinarem §. xxviii. p. 191. apud Zacagn. to. 1. *Collectaneor. Monum. veter. Eccl. Græcæ edit. Rom. an.* 1698. ἓν δὲ, inquit, τῶν ἐν τῇ κατηγορίᾳ πρὸς διαβολὴν ἡμετέραν (ἀπὸ τοῦ ἀντιλο-γηρίᾳ) εἰρημένων ἐπιμνησθήσομαι. Φησὶ γὰρ ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐκεῖνο λέγομεν, μήτε προϋπάρχειν τῆς ἐν γῇ γεννήσεως, μήτε πρὸ πάντων εἶναι λέγειν, μήτε ὁμόφυλον εἶναι Θεοῦ: „ Unum eorum, quæ (*ab Apollinari*) in accuſatione, inſtruendæ nobis „ calumniæ cauſſa, dicuntur commemorabo. Ait enim: *nos niſi illud* (quod ipſe docet) *dicamus* (neceſſe eſſe), *ut* (Chriſtum) *neque ante terrenam nativitatem* „ *ſuam*, *neque ante omnia* (creata), *neque ejuſdem ac Deum generis eſſe*, *dicamus* „.

2 Jam id poſtea, ut monui, demonſtrabitur.

3 Lib. v. contra Donatiſtas *cap.* xvii. n. 23. *pag.* 103. *tom.* ix. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. quo loco de s. Cypriano agens: Hujus ſententiæ, *inquit*, non meam prepono, *ſed Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ* (ſententiam) *quam Eccleſiam ſic ille dilexit*, *& diligit*, ... CUJUS UNIVERSITAS IPSE NON FUIT, *ſed in ejus univerſitate permanſit*, *cujus radicem nunquam deſeruit*. Qua ex re intelligitur, auctore Auguſtino, Catholicæ Eccleſiæ ſententiam cujuſvis viri niſi ſanctiſſimi, atque doctiſſimi ſententiæ, qualem fuiſſe noverat Cyprianum, præferri oportere.

4 *Epiſt.* liv. *al.* cxviii. *ad Januarium cap.* v. *pag.* 95. *tom.* ii. *Opp. edit. ejuſd.* „ Quid horum ſit faciendum, ſi divinæ Scripturæ præſcribit auctoritas, non eſt dubitandum, quin ita facere debeamus, ut legimus ... Similiter ſi quid horum tota „ per orbem frequentat Eccleſia. Nam & hinc, quin ita faciendum ſit diſputare inſolentiſſimæ inſaniæ eſt „. Quod ſi *inſolentiſſima inſania* eſt diſputare, quin ita ſit faciendum, ut facit; quanto magis *inſolentiſſima inſania* erit contra judicare, ac ut per orbem credat Eccleſia?

5 *Epiſt.* cxviii. *al.* lvi. ad Dioſcorum *cap.* v. n. 32. *pag.* 259. „ Conantur, inquit, adverſari credentibus, & audent imperitos, quaſi ratione traducere .. „ Sed hoc facere coguntur, ut dixi, quia jacere ſe abjectiſſime ſentiunt, ſi eorum „ auctoritas cum auctoritate catholica conferatur. Conantur ergo auctoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine, & pollicitatione ſuperare. „ Omnium enim hæreticorum quaſi regularis iſta eſt temeritas. Sed ille fidei Imperator clementiſſimus, & per conventus celeberrimos populorum, atque gentium, „ ſedeſque ipſas Apoſtolorum, arce auctoritatis munivit Eccleſiam „.

quid ſit deinceps dicturus, quidque ipſi in mentem venerit, nihil moror.

Atque in hanc ille Auguſtinum vocavit invidiam, ut ipſe ab invidia liber eſſet. Nam cum proſpiceret, inane dogma, quod recens aut excogitatum, aut reſtitutum a Proteſtantibus [1] quibuſdam fuerat, inferri ab ſe in Eccleſiam ſine ſumma Theologorum, plebiſque Orthodoxæ offenſione non poſſe; tum illud ab ſe demum inferri ſperavit poſſe, ſi nihil ſibi probari diceret, quod non ab Auguſtino, cujus tanta merito eſt, ſemperque fuit auctoritas, accepiſſet. Quare id primum ſibi magno conatu ſtudioque agendum eſſe putavit, ut ſuis Lectoribus perſuaderet, certum eſſe, eam ab Auguſtino non propoſitam modo fuiſſe, ſed adſertam etiam, atque in *facie Eccleſiæ* propugnatam ſententiam [2].

Sed quemadmodum uſu ſæpe venit, ut qui in Eccleſia rebus novis ſtudere cœperint, iidem, quamvis ad aliquem Patrum provocent, a quo res ipſas traditas fuiſſe jactent; tamen, ut fert conditio temporum, ſibi magnos quandoque ſpiritus ſumant; metuant interdum: quare modo affirment, eas quidem ſibi videri veras, modo negent, modo æſtuent, nec quid agant, quidque eloquantur, ſciant; ita Cadonicus, dum ſibi, cauſſæque confidit, abjici ab ſe, oſtendit, communem, conſtantem, conſenſioniſque diuturnitate firmatam ſententiam Theologorum, quos ubi Scholaſticos appellavit, omni ſi qua antehac præſtitiſſent, auctoritate exutos cenſet; deſeri item ab ſe Thomam Aquinatem, Patres ceteros non [3] tanti fieri; unum ſe Auguſtinum [4] aucto-

1 Mox equidem oſtendam, quinam hi Proteſtantes fuerint.

2 Cadonicus Præf. *pag.* 4. ſententiæ meminit, *qua* (Auguſtinus) *Sanctos illos* Veteris Teſtamenti *fuiſſe eſſentialiter beatos ante Chriſtum paſſum ... conſtanter ſæpiſſimeque declarat, & in facie Eccleſiæ enixe probat, atque defendit. Et cap.* IV. *pag.* 48. poſt ubi Auguſtini locis duobus abuſus eſt, quibus oſtendi poſſe exiſtimavit, Sanctos eoſdem, ante Chriſti mortem, gaviſos fuiſſe viſione Dei; *quibus*, inquit, *prænotatis, & ex mente ſancti Patris jam firmis &c.*

3 *Præfat. pag.* 1. *ſeqq.*

4 *Ibid. pag.* 3.

auctorem vehementer ſequi, a quo non clare modo novum dogma *conceſſum, probatumque in facie Eccleſiæ*[1]; ſed etiam contra *Pelagianos*[2] adſertum ſit: quin etiam ſolidum id eſſe dogma, immotum, ſtabile, quo dato, repelli facile error Johannis Calvini[3] poſſit; negato autem (niſi infirmata Scholaſticorum, quos vocat, opinione) non poſſit. Contra ſicubi Cadonicus cauſſæ diffidit, hærere ſe ſimulat, nutare, non adfirmare ſe hoc ſententiæ genus, ſed Scholis ad expendendum proponere[4]; vereri porro, ne qui, eam ſe uti *firmam, tutiſſimamque ſtabilire* voluiſſe arbitrentur; id vero tantum ſe modo contendere, ſatius eſſe eam, quæ cum Orthodoxa fide non pugnet, Auguſtino tribuendam dicere, quam id tacere, tacendoque ab errore Auguſtinum non vindicare, qui error in tanto Doctore *fidem Catholicam deſtruit*.

Hæc ejus varietas, & inconſtantia, & crebra tamquam tempeſtatum ſic ſententiarum commutatio, indicium per ſe ipſa eſt perturbati animi, ac ſibi, ſuſceptæque cauſſæ metuentis; monereque propterea Lectores videtur, ut ſibi caveant, neque implicari ſeſe, ac decipi patiantur. Sed quum tam contrariæ, tamque inter ſe diſſidentes ſententiæ locis disjunctæ ſint; deprehendi profecto non ab omnibus poteſt earum tanta, novoque dogmati tam inimica conflictio. Itaque cum eorum ſaltem aliquibus, qui in idem opus incidiſſent, eoque vindicari Auguſtinum per-

1 *Ibid. pag.* 4.
2 *Ibid. pag.* 7.
3 *Cap.* 5. *pag.* 11.
4 In Epiſt. Dedicator. „ Abſit, *inquit*, quod veluti firmas, atque tutiſſimas „ (quamvis commodiores) nunc ſtabilire velim ſententias ſancti Patris de Beatitate „ Sanctorum Veteris Inſtrumenti ante Chriſtum carnaliter paſſum, tum illam de ve- „ ritate corporis, quod Angelicis creaturis ipſe ſæpiſſime tribuit: has neceſſario „ protuli, ut quomodo Auguſtinus explicandus ſit in aliquibus obſcuris locis, qui „ ipſi hic objiciuntur, ii qui indigent, intelligant, cum dubium nulli eſſe poſſit, „ ſatius longe eſſe has opiniones ſuas dicere, dum per hanc conceſſionem ab errore „ purgatur, qui fidem in ipſo deſtruit Catholicam. Fortaſſe fiet, ut occaſione da- „ ta, profundius earumdem examen ſcholæ ſuſcipiant, & momenta penſantes, quibus „ nituntur, amiciorem animum in illas intendant.

perpetuo legiſſent, neque ex inconſtantia verborum, ſententiarumque pugna, fluctuare auctorem, ſibique ob dogmatis novitatem timere, animadvertiſſent; quum iis, inquam, idipſum opus magno eſſe periculo, atque damno poſſet; fuerunt, qui monendos mortales ſtatuerent, ut ne Vindiciarum Auguſtinianarum nomine circumveniri ſe ſinerent. Nonniſi verbo vindicari Cadoniciano hoc opere Auguſtinum. Hoc agi, ut, ſpecie hominis ſanctiſſimi atque doctiſſimi vindicandi, opiniones illæ duæ in orthodoxorum rempublicam inferantur, quarum eſt una de *Angelis inſtructis corporibus*; altera de *Sanctis Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, beatis intuitiva viſione Dei*. Non enim ſolum Cadonicus novum de *viſione intuitiva Sanctis Veteris Teſtamenti ante Chriſti deſcenſum ad inferos conceſſa* dogma; ſed illud etiam alterum de *Angelis præditis corpore* (Noriſio Cardinali certe invito [1]) Auguſtino tribuerat.

 De

1 Card. Noriſius *Vindiciarum Auguſtinianarum cap.* VI. §. I. *p.*48. *edit. Patav. an.* 1709. ceu Auguſtini accuſatores, oſoreſque arguit eos, qui probatam eidem Doctori Sancto fuiſſe opinionem dicerent, de Angelis præditis corpore. Nam cohibuiſſe, ait, ab ea re Auguſtinum aſſenſionem, propterea quod Patres non paucos Angelis corpus tribuiſſe; ceteros contra negaſſe, cognoviſſet. Non enim quidquam de re ſtatuendum ſibi eſſe Auguſtinum putaſſe, de qua nec diligenter quæſiſſet ipſe, nec tam concors fuiſſet majorum ſententia. Id autem quod calumniæ loco Noriſius habuerat, nunc Cadonicus confidenter, uti verum, Auguſtinoque non indignum effert. Quaſi vero quod injurioſum ante annos paucos Auguſtino fuit, id nunc eſſe cœperit glorioſum. Quod quidem ut ferri ab Auguſtini diſcipulis moderate poſſit, non video.

Jam in epiſtola ad Ord. Auguſtinian ſcripta, præfixaque operi illi ſuo *Vindiciarum*, Cadonicus, cum ab Auguſtino Angelis corpora fuiſſe, ac *ſæpiſſime* quidem tributa ſcribit, tum id ſe opinionis genus averſari, oſtendit, ac veluti deteſtans, atque execrans: „ Abſit, *inquit*, quod veluti *firmam*, atque *tutiſſimam* „ (quamvis *commodiorem*) nunc ſtabilire velim *ſententiam* s. Patris ... de ve„ritate corporis quod Angelicis creaturis ipſe ſæpiſſime tribuit „. Quid enim illhuc eſt, *abſit*, niſi deteſtantis, & ab ſe propulſantis, atque amolientis invidiam ſceleris, in quod aliquem incidiſſe arbitrere? Nam τὸ *abſit* eodem pertinet ac τὸ μὴ γένοιτο Græcorum, cui latinum illud reſpondere vel lexicographi ipſi monent: *Dii avertant* Quid igitur? Rem ne gratam ſe Cadonicus Auguſtinianis feciſſe putabit, ſi quam, Auguſtinum vindicaturus, Auguſtino probatam contendit fuiſſe ſententiam, eam nunc ab ſe *uti tutam* defendi non ſolum neget, ſed oret etiam, ut id *defenſionis* ab ipſo *Dii* tam malum *avertant omen*? Ego vero futurum arbitror neminem, qui cum ſe Auguſtinum Auctorem ſequi glorietur, tum hanc Auguſtino patiatur conflari tam inſignem injuriam. Sed propulſat hanc Thomas Aquinas Auguſtini fidus interpres, I. P. Q LV. *art.* V. Nam ad Argumenta ex teſtimoniis quibuſdam veterum concluſa reſpondens. „ Poteſt „ re-

De quo quidem poſtremo dogmate Cadonici nunc opera reſtituto dicendum mihi breviter hoc loco eſt, ne omnino a me prætermiſſum eſſe videatur. Ergo ille An-

„ reſponderi, *inquit*, quod auctoritates illæ loquuntur ſecundum opinionem „ illorum, qui poſuerunt Angelos, & dæmones habere corpora naturaliter ſibi „ unita. Qua opinione frequenter Auguſtinus in Libris ſuis utitur, licet eam „ aſſerere non intendat. Unde dicit. 21. de Civit. Dei, quod ſuper hac inqui- „ ſitione non eſt multum laborandum „. Et *quæſt*. 11. *art*. 1. *ad* 1. Auguſtinus, „ *inquit*, loquitur non aſſerendo, ſed opinione Platonicorum utens, qui po- „ nebant eſſe quædam animalia aerea, quæ dæmones nominabant „.

Nihilo ſecius Cadonicus ſatis ſibi non eſſe ratus, Auguſtino fecisse injuriam, Thomam item in ſuſpicionem *indifferentiæ* vocandum duxit. *Capite* namque XVIII. ſuarum Accuſationum, quas inſcripſit *Vindicias pag*. 195. „ Non ætate ſolummodo Auguſtini, *inquit*, quæſtio hæc indeciſa verſabatur, ſed mul- „ tis etiam poſt eum ſeculis de hac ſcripſit s. Thomas: *Dicendum quod ſive* „ *dæmones habeant corpora ſibi naturaliter unita, ſive non habeant, hoc non mul-* „ *tum refert ad fidei Chriſtianæ doctrinam. Dicit enim Auguſtinus lib.* XXI. *de Ci-* „ *vitate Dei cap*. 1. *ſunt quædam etiam ſua dæmonibus corpora, ſicut doctis ho-* „ *minibus viſum eſt, ex iſto aere craſſo, atque humido, cujus impulſus flante* „ *vento ſentitur. In diſputat. q*. XVI. *art*. 1. *in corp*. Quamvis autem pateat ex „ Divi Thomæ verbis illud opinari poſſe de Angelis, quod de dæmonibus in „ hoc pronunciat, dum natura eadem in his viciata perſiſtit, quæ in illis glo- „ rificata coruſcat: attamen incongruum non erit addere, Divum Auguſtinum „ non malis modo, ſed & bonis Angelis corpora tribuiſſe „. En quid ille non incongruum dicat. Scilicet id laborat, ut cum Theologis, cumque orthodoxis ceteris, Synodique IV. Lateranenſis Patribus Auguſtinum committat. Sed hac de re paulo poſt diſſeram. Nunc de Thoma. Quæro, quid ex ejus verbis concludere Cadonicus ſtudeat? Hoc, inquit: *indeciſam eam quæſtionem* fuiſſe etiam Thomæ temporibus. Sed quæro rurſum, quid ſibi Cadonicus velit *indeciſæ* vocabulo? Nempe hoc vult, arbitror: fas eſſe cuique utramvis ſequi, tuerique ſententiam. Nam niſi hoc velit, quid demum velit, ne ſuſpicari quidem poſſum. Hinc *cap. eod. p*. 196. animadvertit: „ quoniam uſque nunc aliquid in hac re definitum „ non eſt, inde evenire, ut noſtra etiam ætate vir clariſs. Ludovicus Muratorius „ hanc controverſiam ad illius doctrinæ cenſum revocaverit, in qua cuicumque „ ſentire fas ſit, quod veri videtur ſimilius „. Jam quid *indeciſa* nomine Cadonicus intelligat, teneo. Summa igitur Cadoniciana hæc eſt: *indeciſum* quod ſit, idem eſſe *indifferens*, ut cuicumque de re ipſa ſentire fas ſit, quod veri videtur ſimilius. At id quæſtionis, de Angelis corpore inſtructis, genus hoc pacto *indeciſum*, ſeu *indifferens* fuiſſe a Thoma judicatum, quibus tandem argumentis oſtendere Cadonicus poterit? Hoc, dicet, uno, quod Thomas ſtatuat: *non multum referre ad fidei Chriſtianæ doctrinam*. Quid ergo? An quod non *multum refert ad fidei Chriſtianæ doctrinam*, id continuo eſt habendum *indifferens*? Cadonico ne igitur doctore, *non multum* dicere, idem erit ac *nihil* dicere? Quod enim *indifferens* eſt, non quidem *non multum*, ſed *nihil refert*. Nam *non multum* ſatis indicat, eam rem, de qua Thomas agit, aliqua ratione ad doctrinam fidei pertinere. Hoc Cadonicus forſitan cognoſſet, ſi biennum ſaltem detraxiſſet ex viginti ipſis annis, quos ſe inſumſiſſe in expendenda ſententia Auguſtini jactat, eoſque legendis Thomæ ejuſdem operibus impendiſſet. At eum Thomæ quæſtionem, qua abutitur ne vidiſſe quidem, demonſtrat indicandæ ejus quæſtionis, quam adhibet, ratio. *In quæſt*. inquit, *Diſput. q*. XVI. *art*. 1. *in corp*. Verum ſic indicare e *Diſputatis quæſtionibus* Thomæ locum, hominis eſt non modo quæ Thomas in *Diſputatis* illis ſcripſerit, ſed ſeriem etiam quæſtionum earumdem, ipſoſque titulos neſcientis. *Diſputatæ* namque Thomæ quæſtiones in præcipuas Claſſes quatuor diſtributæ ſunt, quarum eſt prior inſcripta *de Potentia Dei*, *al-*

tera

Angelos, ait, eſſe inſtructos corporibus. Verum trepidat interdum, videturque negare; ſed ita, ut quam ſententiam *ſtabilire ſe velle uti firmam*, negat, eamdem Auguſtino tri-

tera de Malo, tertia *de Virtutibus*, quarta *de Veritate*. Cujuſnam autem claſſis *quæſtionem* xvi. Cadonicus indicat? Ejuſne quæ eſt *de Malo*, quæque ſexdecim quæſtionibus comprehenſa eſt; an ejus quæ *de Veritate*, quæque xxix. quæſtionibus eſt abſoluta.

Quum neutram Cadonicus nominet, neutram certe viderit neceſſe eſt, immo vero ne norit quidem. Jam reliquas claſſis duas omitto, quod altera, quæ *de Potentia* eſt, quæſtiones complectatur omnino decem; altera quinque. Quod ſi Cadonicus Diſputatas quæſtiones Thomæ non legit, reſtat ut locum, quem deſcripſit, apud aliquem legerit Scholaſticorum. At Scholaſtici, qui eumdem Thomæ locum afferunt, afferre etiam loca cetera conſueverunt, ex quibus quid *non multum* a Thoma uſurpatum ſignificet, intelligi plane poſſit. Jam hæc cum Cadonicus tacitus præterierit, aut negligens in Doctorum teſtimoniis (a quocumque demum deſcripta eſſent) expendendis, expendendis autem? Immo legendis fuerit, neceſſe eſt is, qui tam ſe diligentem in Auguſtini ſententia cognoſcenda fuiſſe gloriatur; aut fide egerit non ſatis bona. Sed quod ille vel ignorans atque negligens, vel ſciens volenſque omiſit; a nobis certe omitti nullo modo poteſt. Ergo quid τὸ *non multum in Diſputatis de Malo*. *Qu.* xvi. *art.* 1. ſignificet, jam demonſtratum a Thoma fuerat *De Potentia*. *Quæſt.* vi. *art.* vi. quo articulo idem quærit: *Utrum Angeli, & dæmones habeant corpora naturaliter ſibi unita*. Nam in *corpore*, quod vocant, ejus Articuli ſic Thomas habet: „ In hoc certiſ„ ſime a doctrina tam Platonis, quam Ariſtotelis doctrina Fidei diſcordat, quod „ ponimus multas ſubſtantias penitus corporibus non unitas, plures, quam ali„ quis eorum ponat „. Id ubi ille etiam ratione oſtendi poſſe animadvertit, argumentaque ex ratione tria propoſuit, hoc denique modo concludit ſententiam: „ Sic ergo Fidei veritatem ſequendo dicimus: Angelos, & dæmones non „ habere corpora naturaliter unita, ſed omnino (eſſe) incorporeos „. Quæ quidem ſententia eo pertinet, ut oſtendat: *diſcordare a fidei doctrina eos, qui plures ſubſtantias corporibus penitus non unitas negant*: atque *fidei veritatem ſequentibus* concedendum ſane eſſe: *Angelos, & dæmones* omnino vacare corpore. Non *multum* vero id *ad fidei doctrinam referre*, quod etſi eam adfinitatem cum doctrina fidei habeat, ut niſi temere, negari omnino non poſſit; non tamen in dogmatibus Chriſtianæ religionis numeretur, quæ qui neget, huic ſit hæreſeos inurenda nota. Neque vero *Quæſtione* illa ſexta ſolum ſanctus Thomas, *ſequendo Fidei veritatem* confitendum eſſe ſcribit, Angelos vacare corporibus: ſed etiam in II. *contra Gentiles libro*. *cap.* xci. quo capite ſtatuit, *quod ſunt ſubſtantiæ intellectuales corporibus non unitæ*: „ Per hoc inquit, excluditur error Sad„ ducæorum, qui dicebant ſpiritum non eſſe: & poſitio Antiquorum natura„ lium, qui dicebant omnem ſubſtantiam corpoream eſſe: poſitio etiam Orige„ nis, qui dixit, quod nulla ſubſtantia poſt Trinitatem divinam abſque corpo„ re poteſt ſubſiſtere; & omnium aliorum ponentium, omnes Angelos bo„ nos, & malos habere corpora naturaliter ſibi unita „. Jam temere acturum, qui hoc tempore Angelos corporibus eſſe præditos, diceret, Theologi pleri que omnes ſumma conſenſione tradunt. In his Melchior Canus, qui *lib.* v. *Locor. Theologicor. cap.* v. *prop.* iv. *pag.* 167 *edit. Baſſan. ann.* 1746. *non ego*, inquit, *is ſum, qui opinationem hanc* (de Angelis inſtructis corpore) *tueri in præſentia velim. Non enim dubito, eam hoc ſane tempore* temere, *& inconſiderate*, *ne quid præterea dicam, defendi*. Non diſcrepant a Cano Dominicus Banneſius 1. *P. Q.* LI. *art.* 1. *concl.* II. Liberatus Faſſonius ex Ord. Scholar. Piar. *De Cognit. s. Jo. Bapt. p.* 29. *edit. Rom. an.* 1757. Martinus Grandinius Doctor Sorbonicus *tom.* 1. *opp. Theologicorum Quæſtione* II. *art.* III. *edit. Pariſ. anni* 1710. Salmanticenſes de Angelis *dub.* 1. *pag.* 10. *edit. Lugdun. an.* 1679. Franciſcus Suareſius *de An-*

tribuens, uti *firmam*, *tutamque ſtabilire* conetur. Nam cum in *Epiſtola Dedicatoria* confidenter dixit, eam eſſe Auguſtini ſententiam, quam nihilominus (ac ſi mon-

Angelis lib. I. *cap.* VI. *pag.* 19. *edit. Lugdun. an.* 1630. Gabriel Vaſqueſius *in* I. *s. Thomæ P. Diſp.* 178 *cap.* III. Franc. Silvius *in* I. *s. Thomæ Partem quæſt.* LI. *art.* I. *pag.* 381. *edit. Antuerp. ann.* 1673. quo loco „ Patres, *inquit*, Concilii „ Lateranenſis ſub Innocentio III. definierunt: *Deum ab initio temporis utram-* „ *que de nihilo condidiſſe naturam corporalem*, *& ſpiritualem*, *Angelicam ſcili-* „ *cet*, *& mundanam*. Quamquam Dominicus Bannes, Valentia, & alii exiſti- „ ment, hinc non efficaciter colligi, quod iſta res ſit fidei, quoniam quod An- „ geli ſint ſpirituales, & incorporei, non fuit ibi aſſertum a Patribus tamquam „ hoc definientibus, ſed potius tamquam hoc *ſupponentibus*. *Eorum ſiquidem* „ *intentio erat definire*, *quod Deus* ſit Auctor, & Creator omnium rerum... „ nihilominus negari non poteſt, quin poſt iſtam Concilii ſententiam, & poſt „ Scholaſticorum unanimem conſenſum, valde nunc foret temerarium aſſerere, „ quod Angeli ſint corporei, vel quod habeant corpora naturaliter ſibi unita „. Confer etiam Vincentium Contenſonium *Theolog. Mentis*, *& Cordis lib.* IV. *diſſ.* II. *cap.* I. *pag.* 247. *edit. Lug. ann.* 1687. & Laur. Bertium *De Theologicis Diſciplinis lib.* X. *cap.* II. *pag.* 258. *tom.* II. *edit. Rom. an.* 1739. quo loco communem de Angelis carentibus corpore ſententiam *certam* eſſe affirmat, & Dionyſium Petavium Theologicorum Dogmatum *to.* III. *lib.* I. *de Angelis cap.* III. *n.* X. *pag.* 17 *edit. Pariſ. an.* 1644. qui ſic ſtatuit: certiſſimum eſſe debet, ac nullo modo dubitandum, Angelos *naturale corpus habere nullum*. Quid autem ceteros perſequar, cum omnium ſumma ſit in hac re confirmanda conſenſio? Ac Patres quidem Synodi Œcumenicæ Lateranenſis, etſi non definierint, aſſumpſiſſe tamen uti certum atque teſtatum in explicanda fide, quod oppugnari a quoquam non temere uti falſum poſſit, tam horrendum dictu eſt, ut nullo modo putem eſſe ferendum. Quin etiam dicere, Patres ipſos id rei certæ poſuiſſe loco, quod certe Auguſtinus negarat, quam ſit injurium Auguſtino, nemo eſt, opinor, quin cernat; cum præſertim viri doctiſſimi, ſummiſque ingeniis præditi, & in Auguſtini libris ſingulari cum fide, ac laude verſati, id numquam ſanctum Patrem affirmaſſe teſtati ſint, eaque ſancti ejuſdem loca, quibus Cadonicus eſt abuſus, non legerint ſolum, ſed etiam diligenter expenderint.

Neque ea de Angelis corpore inſtructis nunc, niſi temere, non defendenda opinio, ſi conducere aliqua ratione potuiſſet, ut Auguſtinus longe abfuiſſe demonſtraretur ab errore dilatæ ad extremum judicii diem viſionis Dei, attribuenda continuo ipſi Auguſtino erat, quaſi ejus adſertor fuiſſet. Satis enim erat, fateri, id quod Thomas *qu.* VI. *de Potentia art.* VI. *ad* I. *& quæſt.* XVI. *de Malo art.* I. *ad* I. animadvertit: *Auguſtinum & in libb. de Gen. ad litt. & multis aliis locis loqui de corporibus dæmonum ſecundum*, *quod viſum eſt quibuſdam doctis hominibus*, *ideſt Platonicis*, *ut patet ex auctoritate ejus ſupra inducta*; eumdemque *in pluribus locis ſuorum librorum quantum ad* corpora Angelorum, *& dæmonum*, *abſque aſſertione* uſum Platonicorum ſententia: ſatis, inquam, erat hoc fateri, nec addere, ut Cadonicus Auguſtini oſores ſequutus addit, eam opinionem fuiſſe Auguſtino probatam.

At Muratorius. Quid mihi Muratorium narras novum hominem, qui ſi quid ejus generis, quale iſtud eſt Cadonicianum, dixit; non minus quam idem Cadonicus a communi Populi Chriſtiani, a Theologorum, ab Epiſcoporum etiam qui Lateranenſi IV. Œcumenicæ Synodo interfuerunt, ſenſu abludens, diſſidenſque dixit? Sed ne ſpe inani Cadonicus ſe ſe alat, ſic ſecum ſtatuat: quam ſolus non fugeret, eamdem ſe (incredibili conſenſu Theologorum omnium ei ſententiæ inuſtam) audaciæ, temeritatiſque notam, ne ſocio quidem Muratorio, evaſurum. Atque is Cadonicus, qui Auguſtino ſe magiſtro, ac duce uti (falſo quidem, at confidenter tamen) ſcribit, tale nunc quidpiam videtur agere,

Digitized by Google

monſtri, portentique loco habenda ſit) execratur, atque: *abſit*, inquit, *quod veluti firmam, atque tutiſſimam ſtabilire velim* ſententiam *Sancti Patris . . . . de veritate Corporis*, *quod*

re, quale fuit illud, quod a Cæleſtio Auguſtini hoſte anno 412. in Synodo Carthaginienſi factum legimus. Nam ut Cæleſtius percuntanti Paulino Diacono, quibus maxime *magiſtris* confideret, unum nominavit Rufinum, urgentique, ut ſi quos haberet alios, proferre ne gravaretur, reſpondit: *an non ſufficit tibi unus Sacerdos*? (Vide Auguſtinum *lib. de Peccato Orig. cap.* 111. *pag.* 170. *edit. Antuerp. an.* 1700.) ita nunc Cadonicus unius Muratorii auctoritate fretus, Angelos jam ſe putat circumſepſiſſe corporibus. Et is tamen ſcriptor, qui in re dogmatica tam pinguis probabiliſta ſit, gloriando efferet ſeſe, non ut hoſtem modo in re ethica, ſed etiam uti probabiliſtarum expugnatorem. Ecquis enim hoc eſſe probabiliſta poterit pinguior, qui per ſe ipſam haud probabilem non de moribus, ſed *de doctrina* ſententiam, contra Theologos ceteros omnes, unius recentis Theologi (qui hoc in genere ne omni quidem exceptione major & fuerit, & habeatur) auctoritate ductus tueri ſe poſſe arbitretur? Quamquam fidem etiam Cadonici in Muratorio laudando deſiderem. Quod enim dubitans, disjunctivisque particulis propterea utens, latenſque ſub ementitio Lamindi Pritanii nomine Muratorius *lib.* 1. *de Moderat. Ingeniorum cap.* XIII. *pag.*107. *edit. Pariſien. ann.* 1714. dixit, hoc Cadonicus ita pervertit, ut affirmate, ac palam dictum ab eo fuiſſe videatur. Quam vero injuria Muratorius dubitaverit, quamque minus diligenter, minuſque vere hac in quæſtione omni verſatus fuerit, non eſt otium dicere. Hoc ex eo modo, ſi viveret, quæſiſſem, qua demum confidentia ſcripſerit, *propoſitam de Angelis controverſiam* aut *in cenſum (ut nonnullis placet) illius doctrinæ venit, quæ neque ex ſcripturis, neque ex traditione componi poteſt, & proinde ſentire fas eſt de illa, quod veri videtur ſimilius &c.* Quinam illi ſunt *nonnulli, quibus ſic placet?* Cur eorum prætermiſit nomina? Cur lectoribus non ſatisfecit, qui unum ſaltem aliquem orthodoxum nominatum vellent? Equidem ſic cenſeo: nominatum ab eo propterea fuiſſe nullum, quod nullus eſſet, quem nominaret. Nam ſapienter, vereque a Petavio viro eruditiſſimo, inque re Theologica diu multumque verſato adnotatum eſt: *tom.* III. *Theologicorum dogmat lib.* 1. *cap.* VIII. *pag* 17. *edit. Pariſ. ann.*1744. „ Quam ſententiam (de Angelis carentibus corpore) Theologi „ hodie ſequuntur omnes. Sed contrariam etiam, quæ vel mera eſſe corpora, „ vel alligatos corpori ſpiritus Angelos putat, aut dæmones, ut non prorſus „ hæreticam, ſic hæreſi proximam eſſe judicant. Nam quo minus hæretica „ plane cenſeatur, id unum facit, quod nondum ea liquido ab Eccleſia diſcepṭata ſit. Quippe Lateranenſe Decretum illud non ex inſtituto partem eam „ definire voluit &c. „ Quod ſi Muratorius Cajetanum nobis, & Auguſtinum Steuchum Eugubinum objeciſſet, atque illum quidem *in Adnot. ad* II. *cap. epiſtola ad Epheſios*, hunc in VIII. de Perenni Philoſophia libro *capp.* XXVI *ſeqq.* ſolos malos dæmonas corporibus eſſe illigatos ajentes; hos tamen ille numquam effeciſſet, in adiaphoris quæſtionibus poſuiſſe eam, quæ eſt de ſanctis Angelis an ſint inſtructi corporibus, doctrinam: patronoſque eos advocaſſet ſibi, quorum opiniones quædam & ſint magna omnium conſenſione, & fuerint accuſatæ temeritatis.

Redeo ad Cadonicum. Ex eo autem ſciſcitor, cur Muratorii locum laudarit? Nempe, ut fas eſſe oſtendatur, dicet, cuique tueri utram volet ſententiam. At ſi fas id quidem orthodoxo cuique eſt; cur ſententiam, quam Auguſtini eſſe affirmat, quaſi deteſtatur, atque *abſit*, inquit, ut eam veluti *firmam ſtabilire nunc velim*? An *fas*, & *nefas* Cadonico idem eſt? Non arbitror. Cur igitur ita loquitur? Jam hoc conſtat: Studioſus novarum rerum, qui eſt, is aliquando, quod ſentit, ſcribit? ubi vero timere cœpit, reprimit ſeſe, nec quidquam tale ſibi placere, aut placuiſſe monet, ut reprehenſionem, cenſuramque effugiat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

quod Angelicis creaturis ipſe ſæpiſſime tribuit: tum *pag.* 1. 2. *&* 3. *Præfationis* ſuæ ſecum ipſe luctans, Auguſtinum ait, ſi qua de re dubitet, *dimittere dubium lectorem*; ſin affirmet quidpiam, ſic illud proponere, atque explanare, ut illud ipſum tuto pede, (Eccleſiæ quidem totius judicio) quiſque percurrere, nec aliter ſentire, niſi imprudenter poſſit. *Quidquid enim*, inquit, *pag.* 1. *&* 2. *de Scripturis, de auctoritate veterum, de recte rationis ærario produci poterat, taliter a ſancto Patre profertur, ut rem explanet, ne aliter ſentiri prudenter poſſit: & pag.* 3. *Labores meos alacri ſtudio ſuſcepi* SECURUS; *delicioſo pabulo atque uberi me in dies ſaginari cognoſcens*, TUTO PEDE *doctrinam percurrens, quam tanta perſpicuitate omnium temporum doctores, & quod plus eſt, tota Eccleſia celebrat, atque defendit.* At ſi ſentire aliter ſecus ac de re quaque Auguſtinus ſenſerit, nemo niſi imprudenter, poteſt: rurſus ſi ſtudium (quod verſetur etiam in doctrina de Angelis ex Auguſtini ſententia inſtructis corpore) ab *homine ſecuro* ſuſcipitur, *ſecuro*, inquam, atque *alacri, tutoque pede percurrente, quod tota Eccleſia conſtantiſſime celebrat, atque defendit*; illud erit profecto conſequens, ut ſi quis ſecus ſentiat atque viſum Auguſtino fuerit, is imprudens; ſin avertere ab ſe conetur culpam *ſtabiliendæ* uti *firmæ, tutæque* ejus doctrinæ, quam Auguſtinus defenderit; ſui ipſe oppugnator ſit, ut qui alibi conſtituerit, *tuto eam pede percurri poſſe*. Aliter autem atque Auguſtino viſum fuerit, ſentit is, qui quod Auguſtinus (Cadonico prædicatore, ac teſte *epiſt. dedic.*) non *obiter* [1] *ſed data opera, & poſt maturam conſiderationem* dixit, adeoque uti *firmum* ſatiſque *tutum ſtabilivit*, (neque enim Auguſtinus non *ſtabiliſſe*

ut

1 *In Epiſt. Dedic.* „ Ni mea me fallit opinio, *inquit Cadonicus* ejuſdem „ (s. Auguſtini „) allatæ auctoritates oſtendunt, ipſum de his articulis (*nempe de viſione intuitiva Dei, qua ante Chriſti mortem, gaviſæ fuerint animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti; deque Angelis præditis corpore*) „ non obiter, ſed poſt ma„ turam conſiderationem verba feciſſe, quod evidentius manifeſtaretur, ſi „ omnia, quæ apud ipſum inde colligi poſſunt, ratio præſentis operis conge„ rere permiſiſſet.

ut *firmum* ſatiſque *tutum* credendus eſt, quod poſt maturam conſiderationem adſeruit) aliter, inquam, atque viſum fuerit Auguſtino, ſentiat, neceſſe eſt is, qui quod ab Auguſtino ſtabilitum eſt, hoc (quaſi mali quidpiam contineat) deteſtetur, *ſtabilireque* uti *firmum*, atque *tutiſſimum* recuſet. Quod ſi ſentit aliter, ut aliter revera ſentit, id erit reliqui, ut vel imprudentem ſe, vel pugnantia loquutum eſſe confiteatur. Rurſum qui abominans ſcribit: *abſit quod veluti firmam, atque tutiſſimam ſtabilire velim ſententiam ſancti Patris ... de veritate corporis, quod Angelicis creaturis ſæpiſſime tribuit*; is eam non modo *firmam*, atque *tutiſſimam* negat eſſe; verum etiam ut infirmam, nulloque modo tutam, immo vero, ut inanem, falſam, impiam deteſtatur. Idem ſi addat: *tuto eam pede percurri poſſe*, *ſecurumque* ſe ejus ſtudium ſuſcepiſſe, confligat ipſe ſecum, collidaturque neceſſe eſt. Nam quod *firmum* ipſi, idem *infirmum*; quod *tutum*, non *tutum erit*. Quo quid dici contrarium magis, ac pugnans poteſt? Sed ne Cadonicus ſcripſiſſe umquam ſe neget, affirmate, adeoque tuto aliquid Auguſtinum conſtituiſſe de Angelorum corporibus (ſolent enim plerumque iis, qui ſecum pugnant, ab ſe non dicta videri, quæ dixerint) deſcribam, quæ *cap.* IV. *pag.* 52. complexus eſt. *Etiam*, inquit, *nos aliquas corporeas delicias in reſurrectione fideliter expectamus .... Tunc*, hoc eſt, poſt reſumptum corpus, *corporales voces collaudantes Deum* (anima) *proferet*, *& in aliis proferentibus audiet*, *quas non de ſolis ſanctis hominibus* INTELLIGENDAS VULT *ſanctus Auguſtinus*, SED ETIAM DE ANGELIS, *hanc ipſam quæſtionem ſolvens a ſancto Paulino ſibi propoſitam*, *epiſtola* 95. *ubi de eorumdem corpore multa dicit*. *Hinc viſus*, *& auditus corporales delicias jam noſcimus*, *quas item ad odoratum extendere facillimum eſt*, *propter fragrantiam Sanctorum corporum*, *qua cum etiam in terris illorum aliqua donare dignetur Deus*, *deſtituenda in illa cæleſti Jeruſalem*

Digitized by Google

ſalem non credo : item ad tactum ex ea delectatione, quam quiſque ex ſe experietur, carnem propriam, & veram, ſed non amplius mortalem, neque fragilem, neque caducam, neque reluctantem ſentiendo. Guſtus ſolus intermitti FORTASSE [1] *poteſt, non quia hoc ſenſu carebunt Sanctorum corpora, ſed quia nec indigentia erit, nec occaſio veritatem corporis comprobandi per manducationem, quæ ideo tantum a Domino poſt reſurrectionem, &* AB ANGELIS DUM ABRAHÆ APPARUERUNT VERE [2] facta eſt : quia in illa Eccleſia ex *ſolis bonis, & ſanctis conſtituta, nemo de veritate oſtenſorum dubitabit etiam ex propria peculiari experientia. Quas porro futuras delicias corporales etiam agnovit s. Auguſtinus ex jam dictis &c.* Quibus ex verbis plane intelligitur : Auguſtinum, Cadonico teſte, velle, ut Angelis concedendum etiam ſit, quod animabus poſt reſtitutionem corporum competet, ſonum voceſque aliorum ut audant ; quod quidem, niſi in eos, qui ſint præditi corpore, cadere nullo modo poteſt. Agnoſſe præterea Auguſtinum *σωματικὰς corporales* delicias quibus beatæ animæ (junctis rurſum ſibi, quibus olim ſolutæ fuiſſent, corporibus) affluent. Atque harum deliciarum eas eſſe *fortaſſe intermittendas,* [3] Cadonicus animadver-

1 Quid hoc eſt *fortaſſe* ? An dubitat fore, ut Sancti in patria poſt reſurrectionem cibo, potuque ſeſe oblectent ? Ita profecto lectoribus videbitur, qui *τὸ fortaſſe* nonniſi a *dubitantibus* adhiberi conſueſſe, ſciant. Hac de re autem dubitare quid eſt, quam dubitare, num paradiſo potituri ſimus ſimili commenticio Muhamedanorum ?

2 Hoc non ſolum cum communi Eccleſiæ ſenſu, cumque traditione Apoſtolica, ſed etiam cum Scriptura pugnat. Si enim *vere* comediſſent Angeli, qui demum Angelus Tobiæ dixiſſet cap. XII. v. 19. „ Videbar quidem vobiſcum „ manducare, & bibere, ſed ego cibo inviſibili, & potu, qui ab hominibus „ videri non poteſt, utor „ ? Scilicet hoc inter Raphaelis oraculum, & Cadonicianum dogma intereſt. Raphael viſos quidem fuiſſe aliquando Angelos manducare ſignificavit, re autem vera non manducaſſe, ut demonſtraret, ea ipſos eſſe natura, quæ cibo vere nec utatur, nec uti poſſit. Contra Cadonicus, vere eos quandoque manducaſſe, ſcribit, ut efficiat, corpore ipſos eſſe præditos, atque ejuſmodi quidem corpore, ut non modo uti hiſce quoque craſſioribus cibis poſſint, ſed uſi etiam reipſa interdum fuerint. Quis autem orthodoxorum eſt, qui permitti populo Chriſtiano Cadonicianum librum opotere putet, tam repugnantes ſacris Scripturis ſententias continentem? ?

3 Hoc *meriti* loco ſibi eſſe Cadonicus deputandum cenſet, propterea quod hæreticis *commodum* aliquid, *arduum* catholicis fecerit. Nam in *Dedic. Epiſt.* paulo poſt

advertit , quæ ad guſtum pertinent . Addit autem τὸ *fortaſſe* , quaſi dubitet , ſimus ne cibo potuque uſuri in regno Dei . Poſtremo Angelos , qui Abrahæ apparuerant , *vere* manducaſſe ait , ex qua re perſpicitur , organicis , ſimilibuſque corporum humanorum Angelos , Cadonici quidem ſententia , corporibus eſſe præditos . Nam comedere ecquod demum , niſi organicum corpus , idque animatum poterit ? Quod ſi iis corpo-

d ribus

poſt initium : *num & illud* , inquit , *meruerim ardentiſſimo in Sanctum Patrem ſtudio , ut quæſtionem iſtam tam hæreticis commodam , quam catholicis arduam conficerem , veſtrum erit judicium* . Sed etſi neutrum eſt conſequutus (quid enim commodi polliceri ſibi hæretici , quid difficultatis catholici metuere ab eo tam implicato Cadonici libro poſſent ?) tamen ut conſequeretur , dediſſe videtur operam . Rem enim , arbitror , ſatis commodam Zieroldo , ceteriſque Millenariis hæreticis ſe facturum putavit , ſi cum maxime catholicum ſe eſſe profiteretur , tum impune ſe de guſtus ſenſu , num ſit exercendus in cæleſti patria ? dubitaſſe oſtenderet , Cerinthianoſque inſectaretur , non quia uſuros epulis Sanctos in regno Chriſti , (nam id Cadonicus nuſquam damnat) , ſed quia *immoderatiſſimis* uſuros dicebant . Capite namque II. *pag.* 23. *Hanc* , inquit , *opinionem* (de ſpiritualibus deliciis in regno millenario futuris) *utcumque tolerabilem* (Auguſtinus) *dicit* , *& illos qui immoderatiſſimis corporalibus epulis vacaturos Sanctos dicebant , in quibus ſit tantum cibus , & potus , qua ſubdit , nonniſi a carnalibus credi poſſe , ideoque veluti errorem damnat omnino* , *& cap.* III. *p.* 35. *ſeq.* Nepotis Epiſcopi Ægyptii (qui ut eſt apud Euſebium *lib.* VII. *Hiſt. cap.* XXIV. *p* 306. *edit. Taurin. ann.* 1746. *quoddam in hac terra mille annorum ſpatium corporalibus refertum deliciis affirmabat*) ſyſtema paucis deſcribens , etſi indicet , quid fabuloſi in eo deprehenderit , tamen in fabulis non numerat corporales *ipſas delicias* , ſatiſque ei eſt animadvertiſſe *pag.* 34. *intemperantes* quoſdam ejus *regni adſertores fuiſſe inventos delicias Sanctorum in ea manſione conſtituentes in cibo , & potu* immoderatiſſimo ». Hæc vero cum Auguſtini cauſſa animadvertiſſe ſe ſimulet ; nemo eſt quin cernat , quam gravem inferat tanto Doctori injuriam *lib.* XX. *de Civ. Dei cap.* VII. *pag.* 439. *edit. Antuerp. an.* 1700. ajenti , ne *utcumque* quidem *tolerabilem* opinionem quorumdam *eſſe corporales delicias* in commenticio mille annorum regno ponentium .

Quid ? Si Auguſtinum verbo quidem vindicaturus , re autem vera ejus opinionis acturus reum , cujus Cadonicus ipſe adſertor ſit , nec tamen ſine auctore , atque patrono videri adſertor velit ; quid , inquam , ſi Auguſtinum invitum , ac repugnantem eo demum vi conatur pertrahere , ut *ſpiritualium deliciarum* vocabulis *corporales delicias* indicaſſe videatur ? Capite namque IV. *p.* 53. *Ideo* , inquit , *ſpirituales dixit , vel ex objecto , ad quod omnia referuntur a ſanctis , Deum in ipſis corporalibus deliciis uti auctorem , & datorem collaudando ; vel ideo , quia corpus ipſum ſpiritale ab Apoſtolo dicitur , quamvis corpus ; vel quia etiam eo nomine ſeparari volebat ab iis , qui corporales voluptates ei regno tribuendo in immoderantiam poſtea , atque immodeſtiam prolabebantur* . Uno verbo , ſpiritales delicias commenticii illius regni (ex ſententia Millenariorum *utcumque tolerabili* Auguſtini temporibus) Cadonicus non *ſpiritales* revera , ſed *corporales* futuras putat . *Spiritales* autem ab Auguſtino dici , quod etſi *corporeæ* ſint , tamen vel referendæ ſint tandem in Deum , vel ita ſint appellandæ *ſpiritales* , ut *ſpiritalia* dicuntur corpora reſurgentium , quæ corpora tamen re ipſa erunt ; vel denique ut ne cum *immoderatis* , *immodeſtiſque* confundi videantur . Quis autem tam ferreus , ut hæc Auguſtini nomine jactari , ſcribi , vulgari audiens ſeſe contineat ?

ribus inſtructi ſunt Angeli, quid impediet, quin eorum aliqui nidore victimarum oblectari, congredique cum mulieribus aliquando potuerint: quare non tam ſit abſurda, tamque a dogmate orthodoxo aliena, quam Theologi quique Catholici ſtatuunt [1], veterum quorumdam, qui ſic exiſtimarant, opinio?

His fictis dogmatibus de viſione Dei animabus Sanctorum ante Chriſti deſcenſum ad inferos conceſſa; deque Angelis organico, humaniſque ſimili cinctis corpore, tertium Cadonicus addidit de *mille annorum regno*, quod futurum dicere, *tolerabile* [2] eſſe putat, modo

1 *Falſiſſimum* hunc *errorem* vocat Petavius *lib.* I. *de Angelis cap.* II. *num.* II. *pag.* 5. *tom.* III. *Theologicor. Dogmatum edit. Pariſ. an.* 1644. Non diſcrepant a Petavio Renatus Maſſuetius Monachus Benedictinus Congregationis s Mauri *Art.* VIII. *Diſſertationis* III. *in Irenæum n.* 102. *pag* 141. *tom.* II. Operum *Irenæi editionis Venetæ anni* 1734. Nicolaus Nourrius *in Apparatu ad Bibliothecam Maximam Sanctorum Patrum tom.* I. *Diſſertatione* II. *De Juſtini Martyris Operibus Capite* VII. §. XVII. *pag.* 416. *tom.* I. *editionis Pariſienſis anni* 1703. Mitto ceteros. Non enim eſt neceſſe omnes numerando perſequi, quorum certe omnium eſt concors, ſtabiliſque ſententia.

2 Cadonicus *cap.* II. *pag.* 27. *Si Sancti*, inquit, *in terris per mille etiam annos permanere debuiſſent.. extrinſecam eorum beatitatem de mente Auguſtini illæ ſpiritales deliciæ formarent, quas in eo regno futuras tunc opinabatur. Et certe in immortali & nulli vitio, vel indigentiæ ſubjecto corpore ſpes certiſſima firmaretur de carnis reſurrectione* (vide ἀδύνατον. Quæ enim eſſe *reſurrectionis* poſt *reſurrectionem* ſpes poterit? Spe ne quiſquam illius rei potiundæ ducatur, qua potitus jam ſit? Verum hic homo non conſiderat, ſed quaſi ſortitur quid loqui, ſcribereve poſſit. Pergam ejus locum deſcribere).. *Extrinſece etiam, & carnalibus oculis Chriſti glorioſam humanitatem contemplarentur, totamque Eccleſiam Sanctorum; unde nihil, quod amplius vel expeterent, vel ſperarent ex loci mutatione occurrit. Et pag.* 28. *Quia*, inquit, *hujuſmodi Chriſti regnum in terris tanto tempore ſuperfluum erat, illud autem defendere offenſionem parabat parvulis pluribus, & fidei lacte nutritis, ideo eam ſententiam utcumque tolerabilem dicit etiam Epiſcopus, eam ipſam ſignificans emendandam*, ne quod tolerabiliter ſentientibus non oberat, *infirmis obeſſet*. Jam hæc plane demonſtrant *tolerabilem*, auctore Cadonico, & *non tolerabilem* fuiſſe ejus generis millenariorum opinionem. Nam quod offenſioni plebi Chriſtianæ eſt, quo demum pacto eſſe poterit tolerabile? *Capite* III. *pag.* 31. Studio quidem ſe ejus *partis defendendæ* incitatum ſcribit: *Quæ notavimus*, inquit, *quaſi circa poſſibilem mille annorum regnum propugnantium ſententiam, quos Auguſtinus tolerabiliter eſſe opinatos dicit, me quidem ſolicitant ad hanc materiam penitius examinandam, ne quiſquam opinaretur, ſtudio illius partis defendendæ, me aliquid ad opportunitatem confinxiſſe. Et pag.* 32. *Quomodo*, inquit, *illos ita ſentientes tolerabiliter opinatos eſſe declarat Auguſtinus, inveſtigando, dicendum videtur, quod ſuperfluitatem ejuſdem regni in terris aliquatenus ſalvarent, & nihil contra præclaram fidem proponerent. Revera reſurgentibus Sanctis, & per mille annos cum Chriſto in terris regnantibus aliqua ratione eos hic demoratos invenimus in illorum ſententia, qui duas reſurrectiones expectabant*. Moxque adjungit: *Huic ſiquidem ſpatio tranſacto impiorum reſurrectio ſuccedebat, ipſorumque poſt eam judicium. Et quoniam Sanctos fideliter credimus in judicio ſeſſuros* ad

Digitized by Google

do qui regnaturi eo temporis intervallo in terris cum Chriſto ſint, non fruſtrentur intuitiva viſione Dei.

d 2 Quod

ad impios judicandos, commodius id fieri arbitrabantur, ſi judicum reſurrectio præcederet, judicandorum ſubſequeretur. Quibus demum in incorruptibili etiam corpore ante conſpectum Chriſti judicis, totiuſque Eccleſiæ Sanctorum conſtitutis, & juxta propria merita judicatis, in ignem diabolo, & Angelis ejus paratum detrudentur: Sancti e contra in regnum cælorum ipſis a conſtitutione mundi paratum, recipientur. Hinc autem ſicuti nec reſurrectio generalis negatur, nec quod juſtis promiſſum, & impiis minitatum eſt, excluditur, & ſola quæſtio de tempore proponitur, cui favere textum Apocalypſis putabant, ideo opinionem hanc utcumque tolerabilem dicit Sanctus Pater... Atque utcumque tolerabiliter eos ſenſiſſe Auguſtinus dixit, ſeque cum illis opinatum eſſe ingenue fatetur, non jam quantum ad fabulas huic opinioni invectas (quaſi vero ea opinio quidquam non fabuloſi contineat) *ſed quantum ad diſcretionem reſurrectionum* (ſcilicet hoc, auctore Cadonico, non eſt fabula) *atque hiſce poſitis, quantum ad regnum ſpiritale Sanctorum in terris attinet per mille annos*. Ne id quidem fabuloſum Cadonico viſum eſt. Fabuloſa hæc quidem omnia Auguſtinus demonſtrat eſſe, utcumque tamen ſua ætate tolerabilia, quod haud pauci fuiſſent, iique virtute, doctrinæque laude præſtantes viri, qui id regnum futurum putarant, quorumque jam iis temporibus, nota, explicataque Eccleſiarum conſenſione, nondum ita erat exploſus error, ut non tolerabilis ab Auguſtino dici poſſet.

Hactenus Cadonicus quid Millenariis hiſce mitioribus, quidque Auguſtino viſum fuerit, ſuo quidem arbitratu dixit. De ſe autem, quid ſentiat, etſi non aperte dixit, at indicavit tamen p. 32. quo loco, *nihil* a Millenariis iiſdem *propoſitum* fuiſſe *contra præclaram fidem* animadvertit. Verum *cap.* IV. *pag.* 49. *ſeqq. Si regnum æternum*, inquit, *pro ſanctis in ipſo judicio incipiet, & in terris judicium faciendum Auguſtinus opinabatur, error ejus* (viden' ut rem implicet? *Errorem* Auguſtini notat. Cur autem? Scilicet, ut occultet ſeſe. Ceterum qui nunc error ipſi eſt, poſt, ut p. 50. videbimus, non modo non *error*, ſed ſententia eſt, quam cuique hoc tempore tueri liceat) *error ejus in terreno Sanctorum regno opinando ad ſolam quantitatem annorum reducitur, nam revera in terris incipiet; quod nec eſſentialem beatitatem a die mortis eorum jam cœptam impediet, nec illam adæquatam, quæ a perfectione hominis, corpore reſurgente, promanat; ſed fortaſſe ad aliquam ampliorem delectationem, & accidentalem gloriam augendam trahi poterit, quidquid ex loci mutatione Sanctis quiſquam probare poſſet eſſe accedendum. Quibus fideliter conſtitutis, & creditis* (Quid hoc eſt? Ecquid, & qua demum fide *fideliter conſtitutum creditumque* cenſet? Sanctorum ne *regnum terrenum revera in terris incœpturum*, cujus ſit in ejus hac periodo mentio? Ita quidem ipſum cenſere apparet. Quam recte autem cenſeat, viderint orthodoxi.

Sed age, quid addat, conſideremus: *utrum etiam hoc fieri deberet, ut Sancti glorioſo jam recepto corpore, in terris per mille annos cum Domino degerent* (*quando quidem probari poſſet, hoc poſt generalem reſurrectionem ſenſiſſe Sanctum Patrem*) cauſſam eruditionis nec tunc excedebat, .. nec nunc excedit, *ſi illa conſideremus, quæ dicit Tournely, abſque tamen præjudicio eorum, quæ in hac cauſſa definita reperirentur, quæ nondum me vidiſſe fateor*. Jam hic a definitis metuit rebus: quæ autem Eccleſia ubique gentium docet, non æque curat. Non enim eum docentis, ſed definientis Eccleſiæ movet auctoritas. Verum hac de re alias. Illud modo animadvertendum eſt, eum etſi dubitet, definitumne quidquam hac de re fuerit, tamen confidenter ſcribere, voculiſque illis duabus, *abſque præjudicio* (quaſi de dubio cujuſquam jure agatur in foro) rem omnem in tuto fore arbitrari. At illud *abſque præjudicio* in hoc cauſſæ genere adhiberi, mi homo, nequit. Nam ſi neſcias, fidem ne lædat, quod ſcribere inſtitueris, nec ne lædat, cavendum tibi etiam atque etiam eſt, ne quid efferas, teque periculo committas contra religionem quidpiam affirmandi, quod & tibi, & Chriſtianæ plebi detrimento eſſe, ac damno poſſit. *Pag.* 51. *Dixi*, inquit, *quod*

hac

Quod quidem dogma a primis Cadoniciani operis oppugnatoribus aut non animadverſum, aut neſcio quam demum ob cauſſam prætermiſſum, cum commenticium, inane, & a ſententia orthodoxarum Eccleſiarum omnium,

hac opinio apud ſobrios eruditionis cauſſam nec nunc excedit. Quorſum hoc: *eruditionis cauſſam non excedit?* Nempe ut ſignificet, eam opiuionem hac ætate eſſe *indifferentem*. Sed phraſibus ad id explicandum utitur, quas ne fandn quidem umquam quis audiverit, inſcientia ne latinæ linguæ, an ſui occultandi gratia, difficile eſt exiſtimare.

Cur autem *eruditionis cauſſam non excedit*, aut qui demum ea nunc etiam *indifferens* eſt opinin? *Nam conciliorum definitiones*, inquit, *quas Tournely adducit, aliud ab eo intendunt, ad quod ipſe eas trahit*. Allatis porto Synodorum Lugdunenſis, Florentinæ, atque Tridentinæ locis, ſic pergit ſcribere: *Hac præclariſſime ſtatum definiunt animarum ſanctarum ante corporis reſurrectionem, & Auguſtinianam ambiguitatem ſolvunt de loco, ubi reciperentur*. Te igitur auctore, Cadonice, *dubios nos non dimittit Auguſtinus* agens dubitantet de loco, *ubi reciperentur Sancti*, neque *dubios earum Synodorum* dimiſit Patres. Nam ſi *dimiſiſſet dubios*, numquam ſtatutum ab illis fuiſſet, quid de en loco credendum ſit: ac nobis dubitare, ſecus atque horum ſtatuta poſtulent, liceret. Quam ob rem igitur *Præfat. pag.* 3. *ſeqq.* ſcribis? *Ubi dubium aliquod occurrit, aut propter obſcuritatem quæſtionum ree aliquatenus opinioni ſubjaceat, talis Auguſtinus eſt, ut ceteris omnibus anteire merito cognoſcatur. Quidquid enim de Scripturie Dei, de auctoritate veterum ... produci poterat, taliter a ſancto Patre proferiur, ut vel rem explanet, ne aliter ſentiri prudenter poſſit, vel momentis hinc inde adhibitis, quibus certum pronunciare judicium vetatur, Lectores ſtudio inquirendi inflammet, & ſecum interim dubios dimittat*. *Dimitti* ne, poſt definitiones Synodorum, Lectores ab Auguſtino, & non *dimitti dubios* dices? An cum Synodis Auguſtinum audebis committere, atque huic præ *Synodis* ipſis ſtatues eſſe auſcultandum? Quam bellum erat, conſiteri potius te, ne longo quidem annorum viginti ſtudio, Auguſtini percepiſſe ſententiam, quam luctaei tecum, ac ſumma ſanctiſſimi viri injuria, quaſi ipſe dubitet, modo dubitandum nobis item eſſe, modo contra non dubitandum ſtatuere. Atque Auguſtini de cæloeum regno, in quod Sanctorum animæ recipiantur, perſpicuam eſſe, certam, non dubiam ſententiam, & oſtenſum a me *V. Ant. Chriſt. Libro P.* 1I. *pag.* 178. *in not.* eſt, & oſtendi etiam poterit, ſi ratio poſtulaverit, copioſius. Redeo ad Synodorum, quarum ſupra memini, decreta. Quæro cur ab his mille annorum regnum reprobari Cadonicus neget? Quia, inquit, *quid de loco ſentiendum ſit, ubi Sancti poſt corporum reſurrectionem primo conſiſtent, quidve poſt hanc in* corpore *acturi ſint, ea concilia adductis locis non definiunt; quare nec regnum Chriſti in terris futurum improbant, & idcirco opinionem hanc, qua Auguſtino aliquando inſedit, non damnant*.

Conferam, ut potero, quæ hactenus deſcripſi, in pauca. Equidem ſi quid intelligo (quis enim orationem intelligat ſtribiliginum, & ſyntaxenn implicatiſſimarum plenam?) ſed tamen ſiquid intelligo, hoc Cadonicum velle arbitror: nihil *contra præclaram fidem* continere, *tolerabilemque* eorum opinionem haberi oportere, qui Sanctos tantummodo primum *reſurrecturos* ajebant, cumque Chriſto in terris annis mille regnaturos, poſtque hos annos mille excitandos e mortuis malos, eſſeque judicandos, indeque in inferna conjiciendos loca, tradendoſque in perpetuum cruciatum; abituros autem in cælum Sanctos, ibique potituros ſempiterno regno. Nihil enim hac de re ſtatutum adhuc eſſe ab œcumenicis Synodis, propterea que hoc opinionis genus, ut olim, ita nunc etiam apud *ſobrias* eruditionis *cauſſam non excedere*. Callide! Scilicet hoc ſumus commeriti, ut etiamſi jejuni ſimus, modo tamen ſecus ſentiendum dicamus eſſe, quam Cadonicus ſtatuat, ne ſobrii quidem ei videamur.

Digitized by Google

nium, Synodorumque oecumenicarum decretis alienum, diſſidenſque ſit, ferendum non videtur. Quid autem tam commenticium, tamque inane, quam quod uti fictum, vanumque rejecit conſtans, diuturna, firmaque in vero dogmate tuendo univerſi chriſtiani Orbis conſenſio? Quod vero totius chriſtiani Orbis conſenſione rejectum ut vanum, fictumque eſt, quotuſquiſque erit orthodoxorum, qui eſſe tolerandum putet? Atque univerſum quidem chriſtianum orbem [1] in eam conſpiraſſe ſententiam, ut ante, poſtque humanorum corporum reſtitutionem nullum terrenum regnum futurum ſtatuat, non ex Rectoribus modo Eccleſiarum, exque Theologis [2], ſed ex pueris etiam ipſis cognoſcet, ſi quis

1 Conſtat id primum ex Symbolo, quod Athanaſianum dicitur, quodque Eccleſia publice in conventibus orthodoxorum, privatimque a ſacris Miniſtris recitari jubet, explicandæ manifeſtandæque rectæ ſuæ fidei cauſſa. Eſt enim in eo Symbolo ſcriptum hoc modo: *ad cujus (Chriſti) adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis rationem, & qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, qui vero mala in ignem æternum.* Si vero *omnes homines ad Chriſti adventum reſurgere habent*, non ergo reſurgent ſolum *juſti*; deinde manente in terris Chriſto *reſurgent impii*: non, inquam, ita diviſim reſurgent; ſed *omnibus* corpora ipſorum una reſtituentur, omneſque rationem reddent, rationeque reddita, qui bona egerunt, non in terris annorum mille intervallo conſiſtent, ſed in *vitam æternam* ibunt, qui vero mala in æternum ignem. Atque hæc quidem fides omnium orthodoxorum eſt. In hac vel ipſi pueri ubique gentium a Parochis, Antiſtitibuſque univerſis, quos *Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, inſtituuntur. Quare ſi quis ex his roget, futurum ne putent ante, vel poſt extremum judicii diem Sanctorum etiam intuentium Deum cum Chriſto in terris mille annorum regnum? negent vehementer, idque ſe regnum exhorreſcere uti fictum, dogmatique orthodoxo adverſarium confiteantur. Hoc igitur portentum opinionis, contra atque inſtitutio orthodoxorum omnium poſtulet, ut indifferens modo jactari, ecquis erit, qui eſſe tolerandum arbitretur?

2 Longum eſt Theologos omnes commemorare. Perpaucos nominabo, quibuſque monumentis, auctoritatibuſque nitantur, breviter, ut potero, exponam. S. Thomas in iv. ſententiarum quæſt. 1. art. 1. I. quæſtione. 1. ad 4. „ Dicendum, „ *inquit*, quod occaſione illorum verborum „ (*Apocalypſis* 20. *& vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis*) „ ut Auguſtinus narrat *lib.* xx. *de Civ. Dei*, „ quidam hæretici poſuerunt reſurrectionem futuram eſſe mortuorum, ut cum „ Chriſto mille annis in terra regnarent, unde vocati ſunt Chiliaſtæ, quaſi „ millenarii; & Auguſtinus ibidem oſtendit, verba illa aliter eſſe intelligen- „ da, ſcilicet de reſurrectione ſpirituali, per quam homines a peccatis dono „ gratiæ reſurgunt. Secunda autem reſurrectio eſt corporum. Regnum autem „ Chriſti dicitur Eccleſia, in qua cum ipſo non ſolum Martyres, ſed etiam alii „ electi regnant, ut a parte per totum intelligatur, vel regnent cum Chriſto „ in gloria quantum ad omnes, & fit ſpecialiter mentio de Martyribus, quia „ ipſi præcipue regnant mortui, qui uſque ad mortem ſecundum veritatem „ certaverunt. Millenarius autem non ſignificat aliquem certum numerum, „ ſed

Digitized by Google

quis eos interroget, qui vel leviter rudimentis doctrinæ chriſtianæ imbuti ſint. Jam Synodi Lugdunenſis, & Flo-

„ ſed deſignat totum tempus, quod nunc agitur, in quo Sancti cum Chriſto regnant „. Quibus ex verbis intelligitur, quod de *Millenario regno in terris*, excogitatum eſt, id, Thoma teſte, quantum quantum eſt hæreticis acceptum referri oportere. At ſi indifferens quidpiam in eo eſſe, putaſſet; illud quidem Doctor ſapientiſſimus, inque notandis rebus cautus in primis, ac moderatus hæreticis tribuiſſet numquam, quum præſertim mirifice in Patrum operibus verſatus eſſet, quorum aliquos (ignaros quid traditio divina hac de re ferret) id regnum futurum exiſtimaſſe, plane noverat.

Jam ſi annis ante judicium mille reſtituenda Sanctorum dumtaxat corpora eſſent, conſtituendi regni millenarii cauſſa; reſurrectio certe generalis futura in conſummatione fineque ſeculi non eſſet. Eſſet enim, ut ajunt *partialis:* nam ſola eſſet *in fine* ſeculi improborum e mortuis excitatio. At ut ſapienter Guillelmus Eſtius animadvertit in IV. *ſententiar. Diſtinct.* XLIII. §. VIII. *p.* 192. *edit. Pariſ. an.* 1672. » Generalem mortuorum reſurrectionem futuram eſſe in „ fine, ſeu conſummatione ſeculi certum eſt ex Scripturis, eaque ſemper fuit „ fidelium conſtans, & certa perſuaſio . . . atque omnino Scripturæ nos docent „ hæc quatuor in unum tempus convenire, conſummationem ſeculi, mortuo„ rum reſurrectionem, Chriſti adventum, & univerſale judicium „. Franciſcus Silvius in *Suppl.* III. *P. Sancti Thomæ Quæſt.* LXXVII. *art.* 1. „ hanc do„ ctrinam, *inquit*, certiſſime probat illud Job. Scio, quod in noviſſimo die » de terra ſurrecturus ſum; & quod Chriſtus de eo, qui videt filium, & credit in „ eum, dicit; *ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die* . . . Deinde adventus Chriſti „ ad judicium futurus eſt in fine ſeculi *Matth. c.* XXV. & 1. *ad Corinth.* XV. & 1. „ *ad Theſſalonic.* 2. Reſurrectio autem ad hoc eſt futura, ut omnes Chriſto ju„ dici præſententur &c. Accedit, quod Scripturæ nos doceant, hæc quatuor in „ unum tempus convenire: adventum Chriſti, reſurrectionem mortuorum, „ univerſale judicium, conſummationem ſeculi, ut propterea hujus articuli „ doctrina ad fidem pertineat „. Viden' ut Theologi præſtatiſſimi hanc doctrinam, repugnante nemine, *ad doctrinam fidei pertinere* affirment? Quo igitur ore novus dogmatiſtes rem eſſe indifferentem audet dicere, jactareque in Dialogis, quos Italice ſcripſit (*Dialogo* 1. *pag.* 14. *edit. Roboret. an.* 1753.) „ Prova il „ Sig. Cadonici, che la opinione ivi addotta da s. Agoſtino non è ancor ripro„ vata dalla Chieſa, e che in queſto ſenſo (*de millenarj, i quali riconoſcevano* „ *nel regno terreno de' Santi ſpirituali delizie*) potremmo eſſere millenarii noi „ ancora „? Hoccine quiſquam hoc tempore audeat impune non dicere modo, ſed etiam ſcribere, ac publicare, quod orthodoxorum omnium aures, animique reſpuant? Nicolaus Nourrius Monachus Benedictinus Congregationis s. Mauri vir doctiſſimus, atque eruditiſſimus in *Apparatu ad Bibliothecam Sanctorum Patrum tom.* 1. *Diſſert.* 2. *de ſecundi Eccleſiæ ſeculi Scriptoribus cap.* II. §. 131. *pag.* 285. *edit. Pariſ. an.* 1703. poſt ubi omnes millenariorum errores deſcripſit, demum hoc modo univerſim de quoque eorum errore pronunciat: „ Ex his, „ quæ hactenus a nobis dicta ſunt, quivis facile intelligat, hanc millenariorum „ opinionem, etſi a pluribus, iiſque ſanctitate, & doctrina clariſſimis ſuſce„ ptam, toti tamen Eccleſiæ tribuendam non eſſe. Catholica namque Eccleſia, „ neque falſa eorum dogmata ullo umquam fovit aſſenſu, neque pravo eis ali„ quando ſavit ſilentio; ſed ſuos ſemper habuit Doctores, qui bello contra „ hujus opinionis defenſores numquam non inito, eos demum ita EXPUGNA„ VERE, ut vix ullus poſt quintum Eccleſiæ ſeculum extiterit eorum fautor & „ patronus „. Diſtinguit mox a millenariſmo pravum eorum dogma, qui differri viſionem beatam deinceps, putarunt, ad Judicii diem, atque ad extremum ſcribit hoc modo „ Unum hic addemus, quoſdam noſtra ætate extitiſſe pro„ teſtantis Eccleſiæ Scriptores, qui ſepultam a tot annorum ſeculis millenario„ rum opinionem ex mortuis rurſum excitare voluerint. Sed ii, cum cunctis Ec» cleſiæ

Digitized by Google

Florentina, cum animas corporibus ſuis ſolutas, ſtatim ac plene purgatæ fuerint, in cælum migrare declararint, percipiendæ felicitatis ſempiternæ cauſſa; dicine impune, tuliſſent: animas ipſas pertæſas cæleſtis domicilii, poſteaquam ſuis corporibus junctæ iterum fuerint, in terris mille annorum intervallo manſuras, ut deliciis *ſpiritalibus* circumfluere poſſint, quaſi tam magnis in cælo careant?

Atque

„ cleſiæ Catholicæ Scriptoribus, ac Patribus omnibus verum Scripturarum ſenſum, quem ſe ipſos ſolos intellexiſſe gloriantur, incognitum hactenus fuiſſe: „ non magna ſine temeritate affirment; inde certe & ex iis, quæ diximus, nemo non videt, quam vana fuerit, caſſa, & irrita hujuſce errantium hominum contentio, labor, & opera „. Conſideret etiam atque etiam Lector, an quæ de his a Nurrio dicuntur in Cadonicum poſſint recidere.

Renatus Maſſuerius in extrema, quam ad Irenæi Libros perſcripſit, Diſſertatione Artic. x. num. 123. pag. 150. *edit. Veneta an.*1734. *tom* II. *Opp. Irenæi*, in Grabium invehitur, quod etſi non defenderit fabulam de Chriſti mille annorum in terris regno, tamen auſus fuerit inſinuare, a nemine hactenus eam fuiſſe ſolide confutatam. Neque de dilatione viſionis Dei ad extremum uſque judicii diem Maſſuerius ibidem agit. Nam hunc errorem ab abſurda illa de terreno regno fabula, quam orthodoxorum aures, animique reſpuunt, diſtinguit, atque non illum ſolum, ſed hanc etiam rejiciens: *Forte*, inquit, *neceſſaria Grabio videtur ea fabula, qua fulciatur novum illud Calvini, & aſſeclarum ejus dogma, ſanctos invocari non poſſe, nec debere, utpote qui in cælo nondum degentes preces noſtras audire nequeant. Dignum certe fabulæ fulcrum altera fabula eſt. An Cl. viro animus erat, veros Irenæi errores probando, eam quam Sancto Martyri intulit injuriam, tot fictitios in Annotationibus ſuis impingendo, compenſare? Quam æqua compenſatio! Digniſſima, quæ Grabianis notis coronidem imponeret. Operam luſiſſe me putarem, ſi has ſerio refellendas ſuſciperem. Chiliaſtarum ratiunculæ ſunt, quas alii tum* veteres, tum recentiores penitus *contriverunt: & ſi ab eis præſtitum neget Grabius* (dicerem ego, Cadonicus) *ideo negat, quia vel legere piguit, vel animo, jam inviſibili illo Chiliaſtarum loco oberrante, legit. Id tamen ab eo diſſimulandum non erat, ſic in eam abiiſſe ſententiam* (aliquos) *ſeculi ſecundi Patres . . . ut candide monuerit Juſtinus in Dialogo cum Tryphone pag.*306. *edit. Morelliana Pariſ.*1619. *& Irenæus cap.* XXIX. & XXXII. huic repugnaſſe multos etiam e Chriſtianis, qui puræ piæque ſunt ſententiæ: *vel ut loquitur Irenæus*, quoſdam ex his, qui putantur recte crediſſe. *A pluribus deinceps aperte impugnata cum fuerit, licet a quibuſdam, nec ignobilibus Patribus propugnata, prævaluit ſemper id quod jam in Eccleſia obtinet* DOGMA. At id dogma, quod in Eccleſia obtinet, non *dogma* eſſe, ac impune ab orthodoxo quolibet, ſalvaque religione defendi arbitratur poſſe Cadonicus, Grabium imitatus hominem e numero Proteſtantium. Id vero quam grave ſit, perfacile eſt exiſtimare. Maſſuetio addere licebit Sebaſtianum Tillemontium *H. E. Monument. t.* I. *p.* 140. *edit. an* 1732. Franciſc. Fevardentium Ord. Minor. virum ſua ætate doctiſſimum, qui in *Præf. ad notas ſuas in Irenæi lib.* V. *pag.*355. *to* 2. *edit. ejuſd.* opinionem ejuſmodi de Chriſti mille annorum in terris regno *ab Eccleſia improbatam* ſcribit: & Bernardum Marechal Monachum Benedictinum, qui *Concord. des ss. Peres. tom.* 1. *edit. Pariſ. an.* 1739. *ſecul.* 2. *n.* VII. *pag.* 158. ſic ſtatuit; „ *Inter errores, in quos Juſtinus incidit, præcipua eſt opinio millenariorum, quam s. Philoſophus aperte amplexus eſt in ſuo Dialogo. Hic error conſiſtit in credendo, poſt adventum ſecundum Jeſu Chriſti, reſurrectionem quamdam particularem juſtorum omnium*

Atque eam modo opinionem tolerabilem dici, quis patiatur, quam ab Orientalibus etiam Cyrilli Alexandrini impugnatoribus in deliramentis, fabuliſque rejectam, & a Cyrillo ipſo haud obſcure reprobatam fuiſſe conſtet Synodi Epheſinæ temporibus? Nam cum Cyrillo Orientales objeciſſent, actum ab eo, fuiſſe κατὰ τὸν λῆρον, ϗ μυθώδη τῆς χιλιονταετηρίδος τοῦ δυσωνύμου ἀπολιναρίου δόγματα, *ſecundum nugas, & fabuloſa mille annorum infauſti Apollinaris dogmata;* [1] reſpondit Cyrillus: τῶν δὲ ἀπολιναρίου δογμάτων, οὐδεὶς παντελῶς ἡμῖν ὁ λόγος. Τοὺς γὰρ ἅπαξ κατακεκριμένους, ὡς παραχαράττοντας τὴν ἀλήθειαν, ἀποστρέφεσθαι χρή [2]. *Cum Apollinarii dogmatis plane nihil nobis commune eſt. Semel enim condemnatos tamquam veritatem adulterantes averſari oportet.* Quid? quod in Libello Synodico, qui IX. ſeculo perſcriptus eſt ad an. 263. ſic habeatur? Σύνοδος θεία, καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ

τοῦ

omnium futuram, qui ſimul cum Jeſu Chriſto manſuri in terra ſint. Maranum etiam Monachum Benedictinum e Congregatione s. Mauri, qui *Parte* II. *Præfat. ſua* in opera s. Juſtini Martyris *cap.* XIII. *num* IV. *edit. Novæ Pariſ.* adverſus Johannis Barbeyracii majorum gentium hæretici opus de Morali doctrina Sanctorum Patrum ſcribens: *Si quis*, inquit, *ſpreto Eccleſiæ conſenſu id nunc defendere audeat, quod olim Juſtinus de regno mille annorum opinatus eſt, huic maxime adverſabitur Juſtinus, cui in tanto pretio fuit Eccleſiæ auctoritas.* Audis ne, Eccleſiæ conſenſu Juſtini de regno millenario opinionem repelli? Id ne igitur ſine nota erroris, ac propterea impune quemquam defendere modo Cadonicus dicet, quod Catholicæ Eccleſiæ repellat conſenſio? Ac ne Cadonicus de Millenario regno agi reſpondeat, quod viſionem excluderet naturæ Dei; ſciat is quidem, Marano auctore, tale illud Juſtino videri futurum, quale hoc eſt, quod Cadonicus idem etiam num nullo periculo concedi poſſe animadvertit. Nam *Præf.* ejuſdem *cap.* XII. *n.* I. „ Sed quocumque in loco, *inquit*, animas Sanctorum ante reſurrectionem collocet Juſtinus, jam tum eas beatitudine æterna, „ & Dei viſione perfrui, non obſcure declarat in utraque Apologia „. Adfert mox s. Martyris loca, quæ plurimum conferunt, uti demonſtretur, beatorum animas, ſtatim atque e corporibus exceſſerint, perfrui aſpectu Dei. Cum igitur Cadonicus mille annorum regnum concedi impune exiſtimet poſſe, quod Dei aſpectum minime excludat, idque regnum admiſſum olim ab Juſtino rejiciat conſenſus Eccleſiæ, ſequitur, ut Cadonicus, Marani viri doctiſſimi, peritiſſimique Eccleſiaſticarum rerum, judicio, id concedi exiſtimet impune poſſe, quod Eccleſiæ Catholicæ rejicit, repellitque conſenſio. Confer etiam Calmetium *in Apocalypſis cap.* XX. *v.* 4. *pag.* 719. *tom.* VIII. *edit. Venetæ an.* 1756. Jacobum Benignum Boſſuetium in eumdem Apocalypſeos locum *pag.* 260. *ſeqq. to* II. *Opp. edit. Pariſ. an.* 1747. Mitto ceteros, quorum nemo eſt, cujus non eodem revolvatur ſententia.

1 Ad *Anath.* III. *pag.* 837. *tom.* III. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1671.

2 *Ibid. pag.* 841.

τῦ προειρημένυ Διονυσίυ καταδικάσασα, ϗ ἀποκηρύξασα μετὰ θάνατον Νεποτιανὸν ἐπίσκοπον αἰγύπτυ, ϗ κήρινθον, ὡς διαβεβαιυμένυς, ϗ πλεῖςα ἐξαπατῶντας ἐν τῇ ἐπιγείῳ ἰερυσαλὴμ τῦ Χριςῦ εἶναι τὴν βασιλείαν; ϗ τὴν χιλιετηρίδα δογματίζοντας; hoc eſt: *Synodus divina, & ſacra localis collecta Alexandriæ ab eodem Dionyſio, quæ damnavit, & poſt mortem abdicavit Nepotianum* (Nepotem) *Epiſcopum Ægypti, & Cerinthum, tamquam confirmantes & multa involventes, in terrena Jeruſalem Chriſti eſſe regnum, & millenarium annorum docentes* [1]. Quæ igitur nunc eſt, ea jamdiu perſuaſio fuit Eccleſiæ: mille annorum regnum, cujuſcumque tandem modi excogitetur fore, cum orthodoxo dogmate componi nullo modo poſſe, ideoque audiri non oportere eos, qui nefas non eſſe illud concedere, arbitrentur. Quamquam enim hujus Synodi ab Dionyſio celebratæ nuſquam ab Antiquioribus Scriptoribus, atque ab Euſebio in primis, qui Dionyſii adverſus hæreticos pugnas commemorat, facta fuerit mentio [2]; tamen Scriptoris IX. ſeculi tam affirmate ſcribentis fides, ſatis indicat, quæ tunc ſaltem, cum ipſe viveret, Eccleſiæ eſſet firma, lateque patens conſenſio. Sed hoc denique reſervabatur ætati noſtræ, ut quæ fabula Chriſtiano dogmati repugnans prioribus etiam ſeculis Eccleſiæ a multis [3] rejecta; jam inde vero a medio fere ſeculo quinto omnium orthodoxorum conſpiratione, atque conſenſu exploſa [4]; nec

e de-

1 *Tom.* v. *Concilior. edit. Pariſ. Harduini an.* 1714. *pag.* 1498.

2 *Lib* VII. *Hiſt. Eccl. cap* XXIV. *pag.* 306. *ſeqq. edit. Taurin. an.* 1746.

3 Confer Maſſuetium loco indicato *pag.* 31. *hujus vol. in not.* & Nourrium in *Apparatu ad Biblioth. PP. tom.* 1. *Diſſert de ſecundi Eccl. ſeculi Scriptor. ſect.* 1. *art.* III. §. III. *pag.* 283. quo loco: hæc, inquit, *de Millenario Chriſti regno ſententia ab ipſo fere ſui apud Chriſtianos exordio adverſarios habuit, & impugnatores.* Id quod Juſtini Martyris, aliorumque Scriptorum veterum auctoritate demonſtrat.

4 Nourrius *ibid. pag.* 285. „ Catholica Eccleſia, *inquit*, neque falſa eorum „ dogmata ullo umquam fovit aſſenſu, neque pravo eis aliquando ſavit ſilentio, „ ſed ſuos ſemper habuit doctores, qui bello adverſus hujus opinionis defen„ ſores numquam non inito, eos demum ita expugnavere, ut vix ullus poſt „ quintum Eccleſiæ ſeculum extiterit eorum fautor, & patronus „.

deinceps umquam, niſi hæreticis [1], quos vel proteſtantes ipſi uti fanaticos averſarentur, probata; ea demum a Cadonico, qui & catholicum ſe, & Auguſtini ſectatorem, atque diſcipulum profitetur eſſe, quaſi ἀδιάφορος, ſeu *indifferens* propoſita, reſtitueretur.

Gravia hæc quidem. Sed nondum Cadonicus fecit non recte ſcribendi finem. Nam dum eo revolvitur, ut, ſi poſſit, efficiat: Patrum veteris Teſtamenti animas, ante Chriſtum, beatas fuiſſe aſpectu naturæ Dei; ſuſtuliſſe etiam videtur e *juſtificatis* culpa carentibus, qui-

1 Nourrius *ibid.* „ Unum hic addemus, *inquit*, quoſdam noſtra ætate extitiſſe proteſtantis Eccleſiæ Scriptores, qui ſepultam a tot annorum ſeculis millenariorum opinionem ex mortuis rurſum excitare voluerunt „ Verum multo ante, quam orti proteſtantes eſſent, hoc eſt ſeculo XIII. *Auctor æterni Evangelii*, quod ab Alexandro IV. P. Maximo damnatum eſt (*Natal. Alex. H. E. ſecc.* XIII. & XIV. *cap.* III. *art.* IV. *pag.* 72. *ſeqq. edit. Luc. an.* 1752. *Wadingus ad an.* 1257. Bzovius *ad an.* 1257.) & Anonymus Scriptor operis, cui titulus: *Onus Eccleſiæ*, de futuro *ſpiritus*, quod excogitarant, *regno* ita loquuti ſunt; ut neſcio quid millenariſmi ſimile conceſſiſſe viderentur. Qua de re actum a Chriſtiano Thomaſio eſt *in Diſſertation. n.* XLIV. *pag.* 505. & ab Johanne Georgio Walchio *Collect. miſcellan. ſacror. lib.* II. *Exercit.* II *de Statu mortuorum, ac reſurgentium cap.* II. §. XI. *pag.* 281. *edit Amſtelod. an.* 1744. Millenariſmum præterea Anabaptiſtis probari, idque potiſſimum ex *Thomæ Munzeri*, ſociorumque Monaſterienſium, *ex Johannis Matthæi*, *ex Cnipperdollingii*, *exque Johannis Leidenſis* Libris conſtare, idem eſt teſtis *Walchius ibid.* In fanaticis porro, quibus idem regnum placuit, Walchius numerat *Valentinum Weigelium*, *Jacobum Boehnium*, *Paulum Felgenhaver*, *Quirinum Kuhlmannum*, *& Ægidium Guthmannum*: *Quakeros* denique, quamquam hos minus aperte ea de re agere animadvertat, idque Roberti Barclai exemplo firmet, cujus extat pro Quakeris opus inſcriptum: *Theologiæ vere Chriſtianæ Apologia Carolo II. Magnæ Britanniæ &c. Regi*, *edita ann.* 1676. Quinetiam Britannos aliquot ei fabulæ fuiſſe aſſenſos animadvertit, inprimiſque Henricum Morum, cujus extat *tom.* III. *Opp. Theologicorum*: *Magni Myſterii Pietatis Explanatio lib.* V. *cap.* XVI. *pag.* 193. *& lib.* X. *cap.* IX. *pag.* 422. *edit. Londin. an.* 1675. Denique e Lutheranis Johannem Guillelmum Peterſenium nominat, quem inter præcipuos Chiliaſmi defenſores numerandum cenſet. Prætereo Paulum Egardum, in quo Chiliaſmi errorem notat Johannes Mollerus *Hiſtor. Cherſoneſi Cimbr. P.* I. *pag.* 170. Ceteros memorant Johannes Guillelmus Bajerus *Diſſert. de Regno Eccleſiæ Glorioſo per Chriſtum in his terris erigendo*, quæ extat in *Decade* I. *Diſſertationum Theologicar.* Fridericus Ulricus Calixtus *Tract. Theologico de Chiliaſmo cum Antiquo, tum pridem Renato pag* 181. aliique, quos numerant loco *ſupra indicato pag.* 282. Walchius, & Chriſtophorus Matthæus Pfaffius *Introduct. in Hiſtor. Theolog. Litter. notis ampliſſimis illuſtrata P.* II. *lib.* III. *ad* §. XI. *p.* 394. *ſeqq*: Eorum etiam qui conjuncti nobis communione religionis eſſent, aliquos ei fabulæ aſſenſos fuiſſe, ſcribit *ibid.* Walchius *pag.* 281. ſed ne unum quidem nominat. Qui autem nominare potuiſſet, cum vel nullus fuerit, vel ſi fuit ullus qui ſimile quidpiam aliquando nugatus ſit, non modo impune non habuit, ſed etiam ab iis, qui nunc Cadonicum laudant, & conſectantur, vexatus olim ob eam cauſſam fuerit omnibus contumeliis? At de Chiliaſmo quidem Cadoniciano hactenus.

quicumque demum ſint, reatum *temporalis* pœnæ. Non enim errare modo; ſed *deſipere* [1] etiam, ait, illos, qui cum reſurgere hominem e peccato credant, tum *juſtorum ſpiritus nulli culpæ obnoxios hinc decedentes* participes ſtatim non eſſe viſionis Dei, arbitrentur. Quid autem eſt, niſi hoc eſt reatum temporalis pœnæ ex iis univerſim, ſemperque tollere, qui culpa vacent? Atqui eſt ab Synodo Tridentina [2] inuſtus inſignibus notis error hominum, reatum ex *juſtificatis* quibuſque tollentium.

Poſtremo hoc ſæpe Cadonicus in *Auguſtini Vindiciis illis* (quas ſatius fuiſſet *Actiones in Auguſtinum* inſcribere) ſibi, uti certum, ſumit: quod damnatum Synodorum œcumenicarum decretis non ſit, cujus tandem cumque modi ſit, libere ab orthodoxis defendi, ac tuto poſſe [3].

1 Cadonicus *cap* III. *pag.* 17. » Illud, *inquit*, haud perperam repetendum » diligentioribus credo, quod nimirum tanti nominis, tantæque pietatis viri » (*Juſtinus*, & *Irenæus*) nimis deſipuiſſent, ſi animæ reſurrectionem in hac » vita credentes, juſtis ſpiritibus nulli culpæ obnoxiis hinc decedentibus Dei » participationem arriperent ». Idipſum ſtatuit Epiſtola ad Dalhamum Cremona ſcripta die XXX. Decembris an. 1759. quo loco, ſi ſublata originali culpa, in animabus Patrum veteris teſtamenti manſiſſe dicatur reatus pœnæ differendi ipſis ad deſcenſum Chriſti ad Inferos aſpectus Dei, ſtatuendum eſſe defendit, juſtitiam earumdem animarum diverſam a *juſtitia Evangelicorum* fuiſſe futuram; propterea quod Evangelici, in quibus nulla *ſuperſtes ſit culpa*, ſtatim a morte corporis, Dei viſione potiantur; qua quidem Sancti veteris Teſtamenti *ſtatim* non potirentur. Qua ex re quis non intelligat, reatum pœnæ temporalis ab Cadonico in iis ſemper omnibus, qui vacent culpa, agnoſci nullum: atque etiam ſtatui, ſi reatus ejuſmodi in aliquo homine ſuperſit ullus, hominis ejuſdem culpa vacantis juſtitiam diverſam ab juſtitia novi Teſtamenti futuram? Jam verba Cadonici hæc ſunt omnino: » Ponere neceſſe eſt aliquid, immo » etiam multum diſtare inter Evangelicorum Sanctorum juſtitiam, & eorum, » qui ante ea tempora Deum coluerunt. Noſtra namque juſtitia, quæ ſcilicet » nobis ab eodem uno Deo eſt, animas ea ornatas ſtatim a morte corporis ad » conſpectum advocat ſummi Dei, cum juſtitiæ antiquorum ea eſſet natura, ut » juſtos ſimul homines efficeret, & Dei conſpectu indignos, quin tamen ullam » in eis ſuperſtitem culpam ſapienter aſſignare valeamus ».

2 Trid. Synodus *Seſſ.* XIV. *cap.* VIII. » Sancta Synodus declarat, *inquit*, *falſum omnino eſſe*, *& a verbo Dei alienum*, *culpam* a Domino numquam re» mitti, quin univerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim, & illuſtria » in Sacris Litteris exempla reperiuntur, quibus, præter divinam traditionem, » hic error quam manifeſtiſſime revincitur ». *Vide ibid. can.* XII. *de Pœnit.* At horum, quibus *culpa remittitur*, *quin univerſa condonetur pœna*, *juſtitiam*, Cadonicus dicet, ab juſtitia Novi Teſtamenti diſtare: quo quid abſonum magis, minuſque homine orthodoxo dignum excogitari, fingique poteſt?

3 Sic enim ſcribit *cap.* IV. *pag.* 51. Synodorum Lugdunenſis, Florentinæ, ac Tridentinæ decreta: *præclariſſime ſtatum definiunt animarum Sanctarum ante corporis reſurrectionem*, *& Auguſtinianam ambiguitatem ſolvunt de loco ubi reciperentur*.. *E contra Auguſtini etiam opinionem damnarent*, *ſi Sanctis viſionem Dei ſtatim*

In opiniones illas duas, quarum quidem eſt altera *de Sanctis veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, beatis aſpectu Dei*; altera vero *de Angelis præditis corpore*, quæque *Vindiciis* iiſdem comprehenduntur; cum etſi privatim, ac modice, actum tamen a Scriptore quodam fuiſſe, Cadonicus cognoviſſet; tulit graviter. Igitur quamquam prædicet, tam ſe ſtudioſum veritatis eſſe, ut ſi monitus ſit, nullus eo videatur eſſe ad ſua dicta, ſcriptaque emendanda paratior; tamen eas non modo admonitus non revocavit; ſed dialogis etiam italice ſcriptis omnino tribus (aſperiore ne, quam putarat, in adverſarium oratione, non laboro) quibus potuit argumentis adſerere, firmareque conatus eſt. Hos dialogos (ut Scriptorem alterum reprimeret, qui paucis opiniones eaſdem duas perſtrinxerat) publicari paſſus eſt Roboreti anno 1753.[1]

Eo opere publicato, tertium, opinionum earumdem magis magiſque conſtabiliendarum cauſſa, moliri cœperat. Id, cum aliquamdiu poſt abſolviſſet, neque in Italia inveniſſet, qui ejus excudendi, edendique ipſi faceret poteſtatem; in Germaniam ad amicos miſit, ab iiſque petiit, ut ne illud diu in tenebris jacere paterentur. Sed cum virorum doctorum judicio indignum habitum id opus fuiſſet, quod in publicam prodiret lucem, cautum non Antiſtitis modo ampliſſimi, atque eruditiſſimi auctoritate, ſed Ænipontani etiam Magi-

ſtatim a ſeparatione corporis eum umquam denegaſſe conſtaret, ſicuti certiſſime damnant in hoc Vigilantii, Armenorum, Græcorum, Lutheri denique, & Calvini erroneas, & traditioni, & fidei Eccleſiaſticæ contrarias ſententias. Sed quid de loco ſentiendum ſit, ubi Sancti poſt corporum reſurrectionem primo conſiſtent, quidve poſt hanc in corpore acturi ſint, ea concilia adductis locis non definiunt; quare nec regnum Chriſti in terris futurum improbant, & idcirco opinionem hanc .. non damnant. Quia ergo *Œcumenicæ Synodi* non *damnant*; propterea, Cadonico auctore, defendi ea, etſi ſenſui Eccleſiæ univerſæ, ut conſtat, repugnans, defendi, inquam, nunc quoque poteſt, quaſi *eruditionis cauſſam non excidens*, ſeu indifferens ſit, ut idem ſtatuit *initio paginæ ejuſdem*, & *pag.* 14. *ſuorum Dialogor.* ex quibus integrum deſcripſi locum *pag. hujus operis* 30. *in Adnotatione*. Confer earumdem *Vindiciarum* a Cadonico perſcriptarum *caput* XVI. *pag.* 258. & *pag.* 263. & *cap.* XVIII. *pag.* 286.

1 Eſt hæc eorum Dialogorum inſcriptio: *Dialoghi tre in Difeſa delle vindicie Agoſtiniane del ſig. Don Giovanni Cadonici Sacerdote Viniziano, ed ora Canonico di Cremona collu prefazione di un Anonimo. In Roveredo* 1753. *con lic. de' Sup.*

Magiſtratus ſententia eſt, ne a quoquam ejus regionis typographorum formis excuderetur. Interea vix nactus Cadonicus quinque, ſexve homines fuerat, neſcio quam peritos rerum Theologicarum, qui etſi de Patriarchis, deque Angelis tam multa miſcenti, atque confundenti non omnes aſſentirentur; tamen nihil eſſe cauſſæ dicerent, quamobrem ille prohibendus eſſet, ne ejus operis publicatione fructum, quem poſſet, caperet ſtudii, & laboris ſui. Ut horum certior ab amicis eſt factus, litteras [1] ad Florianum Dalhamum dedit, quibus quidem litteris plenis injuriæ, & acerbitatis Cenſores primos, quos tacitus, retinendæ pacis gratia, prætermitto; quique opus idem probandum non putarant, immo curaverant, ut, ne quid apportaret mali, e manibus eriperetur Chriſtianæ plebis; eos, inquam, Cenſores ſuos vexavit omnibus contumeliis. Hos non ſtudio veritatis, ſed *compoſito aſtu* in ſe, ſuumque opus conſpiraſſe. Quare *ineptos* eos eſſe *judices*, & *ſuſpectos ſibi*, ac propterea ab ſe negligi, quaſi non plures, ſed unus eſſent. Queſtus præterea de Antiſtite eſt, cujus eſt a nobis ſuperius facta mentio. Huc autem, etſi

1 Extat apud me harum litterarum exemplum, quod ex Archetypo deſcribi curavi. Eſt autem in eo ſcriptum hoc modo: *Reverendiſs. P. & viro doctiſſimo Floriano Dalham, Joann. Cadonicus Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonic. S. P. D.*
» Injucunda accidiſſe mihi puſilli laboris mei circa beatitatem Sanctorum Ve-
» teris Teſtamenti Æniponti primum, dein (*alibi*) inexpectata diſcrimina,
» jamdiu a te ipſo metiri potuiſti Rme Pater. & vir doctiſſime, quippe qui li-
» bro illi nonnullum in Eccleſiaſticis rebus locum, profunda, qua polles doctri-
» na, ut audieram, & nunc experior, tribuebas. Forte enim iiſdem ſenſibus
» ea excepiſti, qui gratia adjuvante *Creatoris*, mei fuerunt; ſubductam nempe,
» per *malas hominum artes*, ſinceris rerum Theologicarum ſtudioſis occaſionem
» penitius ſcrutandi quæſtionem non novam, ſed antiquiſſimam (*falſum id qui-*
» *dem, ut poſt videbimus*) at quæ ad inſtar medii annuli in longa magnarum
» rerum utrimque poſitarum catena ſit; cujus ope antiqui, novique teſtamenti
» doctrina conſociatur (*immo læditur*) & Redemtoris perpetua veritas, poteſtas,
» imperium, & miſericordia erga genus humanum, lippis etiam oculis exhi-
» betur (*falſum id etiam, ut poſt conſtabit*). Id puto ſenſere etiam illi ſinceri ve-
» ritatis aſſeclæ, qui idem opus typos non demereri tecum judicaverunt; id de-
» mum quotquot illud patienter inſpexere (*labitur*) Divi Auguſtini per me tra-
» dita (*immo oppugnata*) dogmata, ea, qua par eſt, reverentia in illis paginis
» meditati ſunt (*Vide, ut ſibi blandiatur !*). Supervacaneum omnino eſſet, ſi
» parem reverentiam ab illis etiam expectaremus, qui mirabili conſenſu labo-
» res meos nigro calculo perculerunt, qui non vultu læto diſcipulum aſpicere
» po-

Digitized by Google

etſi non verbis, re tamen ipſa, per ſummam injuriam inſtructa ei ab Cadonico accuſatio recidit. Virum eſſe eum dignitate, excellenti ingenio, exquiſitaque doctrina præſtantem, ſed mobilem, atque varium. Videri quidem eum, ſequi, vel retinere gratiam aliorum malle, quam in ſuſcepto conſilio manere, tuerique eam, ad quam, non quaſi tempeſtate quadam delatus, ſed conſiderate, ſed prudenter, ſed jure, ſed vi veritatis adductus eſſet, ſententiam. Itaque, quod ad rem, cauſſamque maxime pertinet, inani eum officio, exiſtimationique hominum poſtpoſuiſſe lucidiſſimam, atque pulcherrimam veritatem. Perveſtigare quidem ſe nolle, cur ille argumenta clara, perſpicua, obvia, quæ ipſa per ſe ex certiſſimis initiis manarent, quæque opere illo ſuo continerentur, nihili fecerit. Fuiſſe aliquos, qui ferrent, eum Præſulem (quum id opus, de quo adprobando cogitabat, expenderet) litteras a Theologo N.N. accepiſſe Roma, quibus ſignificabatur, eſſe illud *ſcandaloſarum temerariarum*, atque ab Eccleſiæ communi ſenſu abhorrentium popoſitionum plenum: iiſque litteris, acceptis, mutaſſe ſententiam, vel ad alienum judicium accommodaſſe imprudentia quadam, animique levitate ſuum.

» poterant illius magiſtri (*diſcipulum ejus ſe jactat eſſe, quem perpetuo afficere* » *conatur injuria*) in quem tanta animoſitate hactenus elati ſunt, & in dies ef» feruntur, audaciſſimi (*viri*) exempla. & ſcripta ſequuti . . . Videri itaque » poterat ad operis mei judicium, quod perpetua ſancti Auguſtini auctoritate » fulcitur (*evertitur, volebat dicere*) extra opportunitatem quinque presbyteros » . . . aſſumi; qui cum nondum bene ſancti Patris doctrinam intellexerint . . . » cauſſæ iſtius judices inepti audiri debebant. Multo autem magis, quum toti» dem ſelecti viri, immo etiam numero plures (*Jam deinceps non plus quinque numerat. Quamquam ſi centum etiam fuiſſent, ei tamen præſidio eſſe non poſſent*) » in laudem, & tutamen operis mei prodierint, ſentiendum videbatur (*Preſ*» *byteros*) illos, non veritatis amore, ſed occulto quodam, & compoſito aſtu » contra me ſtare: eos demum quinque & inſtituti ratione multis nominibus » ſuſpectos habendos, & veluti unum negligendos.

» Quid in cauſſa fuerit, cur . . . . (*Præſul*) hujuſmodi argumenta obvia » ſane, & ex natura rei ſponte venientia nihili fecerit, divinare non audeo. » Ajunt illum, dum manuſcriptum perluſtraret, Romæ datam recepiſſe Epi» ſtolam ... ob quam judicium proprium ab adprobando illud opus non alie» num in adverſum commutaverit; quod factum fuiſſe cognovi ex decreto » Ænipontani Magiſtratus, labori, & nomini meo nihil propitio. Epiſtolæ » vero illius Auctor, prout retulerunt, non dubitavit aſſerere: Librum meum » perpetuis propoſitionibus temerariis, atque ſcandaloſis, nec non ab Eccleſiæ » com-

ſuum. Erat Theologi, qui ſcripſiſſe eas litteras ferebatur (cauſſa muneris, quod in Urbe Chriſtiani Orbis principe ſuſtinebat) habenda maxime ratio. Nihilo ſecius Cadonicus (qui videri quidem velit, at eſſe tamen docilis numquam didiciſſe videatur) negavit mirari ſe ſatis ejus Antiſtitis mutabilitatem poſſe. Debuiſſe eum ſibi potius,iiſque qui adeſſent, quique opus ipſum ſupprimendum non putarent, fidere; quam abſenti, quicumque tandem is eſſet, auſcultare. Quæ ſentiendi, loquendique ratio, etſi latiſſime pateat, ſatiſque indicet: iis qui abſint (etiamſi Roma, quovis demum nomine, auctoritateque ſcribant) adjungi fidem non oportere, ſed ſuo cuique, atque eorum qui adſint, judicio eſſe utendum; uſurpata tamen eſt a Cadonico, cui certum eſt, quidvis eſſe ſatius perpeti, quam eas abjicere, quibus ſemel ſit aſſenſus, opiniones. Pergit porro Cadonicus, atque ubi queſtus eſt,Ænipontanum magiſtratum *nihil propitium* fuiſſe labori, nominique ſuo; ad Theologum illum Romanum venit, hujuſque cenſura opus illud ſuum indignum fuiſſe, ex eo etiam ſe cognoſſe ſcribit, quod Dalhamo probari intellexiſſet. Quiſnam is ſit Dalhamus, quaque ſit in re Theologica facultate, alio loco opportune dicam. Interea cauſſam exponam, quamobrem ſibi adverſari Theologum illum Romanum Cadonicus cenſeat. Scholæ hunc eſſe Thomiſticæ devotum narrat.

„ communi ſenſu aberrantibus eſſe compactum. Cur Illuſtriſſimus (*Præſul*) » minus propriis oculis, & ſuo præclaro ingenio, & tot clariſſimis viris (*nempe illis quinque*) detulerit, qui de eo ſcripto edendo conſuluerant, QUAM » ABSENTIS CUJUSCUMQUE HOMINIS JUDICIO, numquam ſatis intel» ligam ».

» Librum interim meum cenſura Romæ degentis hominis minime dignum, » ex iis etiam agnoſco, quod Reverendiſſimæ Paternitati tuæ placuit pronun» ciare in ſcriptis, quæ ob eximiam comitatem tuam nuper ad me pervene» runt. Emicat in illis præclarus animus tuus Scripturæ ſacræ primas tribuens » (*quaſi vero ceteri Scripturis poſtremas eſſe tribuendas putent. Hoc certe nomine*, *ut* præclarus Dalhami animus emicet, *aſſequi me nondum potuiſſe*, *fateor*) » Sanctorum Patrum auctoritatis eximius cultor „ (*Ecquis eſt Catholicorum, qui non colat, aut non plurimum Sanctos Patres coli oportere arbitretur?*) » Rectæ rationis ſedulus æſtimator, & veritatem complectens unde» cumque veniat » (*Quid? An ceteri veritatem, undecumque veniat, non* eſſe ſedulo æſtimandam *cenſent? Sed caveat Cadonicus, ne Dalhamus ſuffragatus ipſi*

rat. Scholaſticos vero facile aſpernari quidquid ab eorum doctrinis diſcrepet. Thomam ab his *voce tenus* prædicari diſcipulum, atque interpretem Auguſtini; re autem vera *magiſtri* multo *acutioris* Auguſtino, multoque *firmioris* haberi loco. Quare recedere eos ab Auguſtino, ac Thomam auctorem ſequi, cujus doctrina, in ea quæſtione, quæ eſt de ſanctis Veteris Teſtamenti, num ſtatim poſt mortem, Dei viſione beati fuerint, *nec ſcripturis, nec ſuiſmet dictatis cohæreat*. Gloriatur inde Cadonicus hunc ſe in Thomæ *ſcriptis nævum* deprehendiſſe; atque hinc factum ſuſpicatur, ut incurrerit in offenſionem Romani Theologi imbuti præceptis, inſtitutiſque Scholaſticorum. Non probare ſe *Scholaſticam* rationem tradendæ explicandæque Theologiæ. Atque hujus Theologiæ *vitia* a Martino Gerberto Monacho duobus voluminibus

ipſi fuerit, partium ſtudio compulſus; non veritatis) » quin mei homuncionis » infirmitas altiſſimarum rerum noceat inventioni „ *Viden' ut ſibi Cadonicus plaudat? Pergit porro.*

» Multo aliter comparatas perſæpe offendimus ſcholaſticorum hominum » mentes, qui facile aſpernantur quidquid ſua dictata non redoleat, atque » Divum Thomam VOCE TENUS S. AUGUSTINI DISCIPULUM RE au» tem VERA multo ACUTIOREM, FIRMIOREMQUE MAGISTRUM HA» BENT. Idcirco maximum, antiquioremque doctorem illum nullo negotio » deſeruere » (*Falſa hac omnia. Theologi, quos hic Scholaſticos vocat, non Thomam modo, ſed Eccleſiæ univerſæ ſententiam, ſed Patres omnes, ſed ipſum quoque Auguſtinum ſequuntur*) » etiam in quæſtione de beatitate Sanctorum Ve» terum, potius eligentes Divum Thomam ſequi; licet, ut in libro meo mon» ſtravi » (*neque monſtravit, neque monſtrabit umquam, id quod Cadonici Libros legenti manifeſtum erit*) » Doctrina ipſius (*s. Thomæ*) in hoc articulo nec » Scripturis, nec ſuiſmet dictatis cohæreat. (*Impudens mendacium!*) Hinc for» taſſe a Doct. Thomiſtico velut homo traducor Eccleſiaſticæ doctrinæ corruptor, » quia iſtum nævum invenerim in ſcriptis D. Thomæ Quid umquam ad has » accuſationes reponeret Cl. Monachus Martinus Gerbert, qui tum Scholaſticæ » Theologiæ, tum ejuſdem ſectatorum GENUINUM MERITUM, atque etiam » VITIA nuper exornavit duobus voluminibus, quæ utinam in omnium ma» nus perveniant, ut tandem Scholaſtici huic ſaltem monito acquieſcant. *Ve» ritati*, inquit ille, *clare, & ſolide ab adverſario demonſtratæ cedendum, nec » exiſtimandum partes noſtras eſſe, ut ſententiam mordicus defendamus, & » gloriam in contradictionis quæramus diuturnitate* (*de ration. Exercit. ſcholaſt. » cap. v. n. 3.*») Vera quidem Gerbertus hoc loco ſcribit, at quam vellem ea Cadonicus re ſequeretur. Nam nemo hoc eſt homine pugnacior, nec qui æque *gloriam in contradictionis diuturnitate* quærat. Itaque ut eſt apud Plautum in *Amphitruone Actu 1. Scena 1.*

... Quod (*aliis*) prædicat vitium, id (*ipſi*) eſt.

Sed pergit Cadonicus, quaſi hariolans, de Theologo illo Romano hoc modo ſcribere: » Ut tamen verum fatear, puto Reverendiſſimum (*illum Theologum*) eam » fortaſſe conſcripſiſſe Epiſtolam, quin genuini rerum ſtatus circa Librum meum certior

Digitized by Google

nibus exornata fuiſſe, optandumque majorem in modum eſſe, *ut ea in omnium manus perveniant*. Reprimit mox ſe ſe Cadonicus. Itaque nonnulla deinceps de virtutibus Theologi illius Romani prædicat. Doctum eſſe hominem, frugi, novumque decus patriæ, atque inſtituti ſui. Sed mox ad ingenium redit. Hoc, ait, eum ſibi diſplicere nomine, quod quæ imperata ab Scholaſticis ſint, tam eſſe omnibus defendenda putet, ut ſi quid contra ſtatui ab aliquo audiat, hunc non dubitet reum agere violatæ religionis. Neque aliam fuiſſe cauſſam, cur ille jam inde ab annis duodecim ſcripto etiam declararit, plenum eſſe periculi ſtudium, quod de adſerenda Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſtum beatitate ſuſciperetur. Scriptas vero poſtremas ad Germanum Antiſtitem fuiſſe litteras ab eo fortaſſe inſcio, quo tunc ſtatu Cadoniciana res eſſet. Nam ſi Regiorum Magiſtratuum duorum decreto bis a quinque viris (liberis, ſolutis, nulla ejuſmodi adſtrictis neceſſitate, ut quæ oſcitantes Scholaſtici hallucinati ſint, ea ab ſe veluti dictata reddi oportere arbitrarentur) Cadonicianum opus lectum,

f ex-

» certior factus fuerit. Quamvis enim duodecim ab hinc annis ſtudia mea in » hac re ſe omnino improbare veluti periculi plena, & hæreſi proxima (quip- » pe Scholarum ſententiæ contraria) ſcripto ad amicum prodiderit; puto tamen » eum minime ſciviſſe, librum meum duorum regiorum tribunalium decreto » bis examinatum, a quinque cenſoribus partium ſtudio vacuis fuiſſe adpro- » batum, quinque ex adverſo ſtantibus ... hominibus. Prudentiæ quippe ſuæ » fuiſſet, mitius ſaltem judicium in illud opuſculum pronunciare, ne cenſores » ceteros hebetes, & nimis ignaros ... comprobaret. Quem Rmum virum, quamvis » ego ſincera animi reverentia ſemper ſim proſequutus; quippe qui patriæ ſuæ, » ſuoque ſacro Ordini novum decus tum doctrina, tum morum probitate con- » fert: metuo tamen, nimio Scholaſticarum traditionum amore eo fuiſſe ad- » ductum, ut ſententias libri illius, non Sancti Auguſtini, prout revera ſunt » (*Immo vero, inquam ego: prout revera non ſunt*) » Sed meas eſſe putaverit, » ideoque tam acri cenſura eas confixerit, veluti ab homine venientes meri- » to deſpiciendo. Immo etiam arbitror, quod ſi umquam lucubrationes illæ » meæ publicam lucem aſpicere poterunt, prout duo alii libri mei in hanc rem » jamdiu prodiere, & nulla interim Eccleſiaſtica animadverſione a piorum ma- » nibus eripiuntur » *Sed meminerit Cadonicus, ut Davo, apud Terentium in Andria Act.* I. *Scena* II. dicenti de hero:

Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neque id ægre tulit:

quid demum Simo herus reſponderit. Quare ne glorietur. Quod enim factum hactenus non eſt, fieri profecto poterit. Ac ſi fiet, jure, mihi credat, magnoque commodo populi Chriſtiani fiet) » Ipſe vero Reverendiſſimus Pater ſi

» quie-

expenſum, probatum fuiſſe cognoſſet; quamlibet irretitus opinionibus ſcholaſticis veluti laqueis quibuſdam ſit; tamen numquam fuiſſe commiſſurum, ut tale quidpiam ſcribendo, quinque viros illos imperitiæ rerum, tarditatiſque condemnaſſe videretur.

Ita Cadonicus dum decernit: *vacuos ſtudio partium* eſſe eos, quos acceſſiſſe noverit aſſenſores ſibi; contra ceteros, qui ſibi adverſentur, condemnat temeritatis, negligitque, ac ſi apud hos non ſcripturæ, traditioniſque auctoritas, ſed una valeat diſciplina nugarum, ut ipſe cenſet, ſcholaſticarum; ita inquam dum decernit Cadonicus, cavendum aliis præſcribit eſſe, ne ſuam tuentes ſententiam, neglexiſſe ſuos adverſarios videantur. Idem qui paulo ante vitio Epiſcopo illi Germano dederat, propterea quod Theologo Romano obſequutus, ad hujus voluntatem accommodaſſet non invitus ſuam; nunc laudi putat futurum Theologo eidem Romano fuiſſe, ſi obſequii in eos quinque viros cauſſa, aut mutaſſet ſententiam, aut mitius de Cadonicianis libris judicium tuliſſet. Moleſtum eſt cetera perſequi, quæ certe aptiora non ſunt, nec magis

» quietiore animo, & juxta Sancti Auguſtini monita, eaſdem lucubrationes le-» gere, & meditari dignabitur, non eas in Eccleſiæ detrimentum vergere exi-» ſtimabit, ſed immo in ampliorem hæreticorum hominum correptionem, » confutationemque.

Quid hoc eſt: *Juxta S. Auguſtini monita?* An Auguſtinus regulas præſcripſit, monuitque quemadmodum legenda Cadonici opera ſint, quæ nuſquam extarent, dum Doctor ſanctiſſimus viveret? At ſi de monitis Auguſtini Cadonicus agit, quæ ſunt de ſcriptis contra Eccleſiæ morem, aut in doctrina conſenſionem, jam ei promitto, non me ſolum, ſed Theologum etiam Romanum illum, ceteroſque, quibus Eccleſiæ auctoritas cordi eſt, eſſe eadem monita diligenter cuſtodituros. Verum age reliqua deſcribamus, quæ Cadonicus litteris ad Dalhamum complexus eſt.

» Hoc tu probe intellexiſti (*Dalhame*) vir doctiſſime, atque novis auctorita-» tibus ex Græcis, atque Hebraicis fontibus petitis roboraſti (cujuſmodi hæ auctoritates *ſint*, poſt *videbimus*) » quæ me legentem ejuſmodi affecere ſolatio, ut » quod magis, Novi namque me non in caſſum tantum laborem in tantam » contuliſſe rem, quam tu Eccleſiæ Catholicæ proficuam iovenis, quæque utilior » in dies fieret, ſi Theologi noſtri, ſuis in hoc articulo ſepoſitis ſenteoriis » (*Mirare lector hominis confidentiam. Nolo enim gravius dicere*) » Magni Augu-» ſtini placitis acquieſcerent » (*At acquieſcunt Theologi noſtri Auguſtini placitis. Tu unus, cum Auguſtinum te ſequi jactas, Auguſtinum oppugnas, afficiſque injuria*) » atque eo duce præ ceteris doctrinæ caput » (*quod Cadonicus ſe primum detexiſſe ſcribit, cum a Proteſtantibus jam uſque a multo tempore excogitatum*

magis inter ſe cohærentia. Neque vero ratio eſt ulla, cur perſequar; cum præſertim integras Cadonici litteras deſcripſerim, inque ſubjecta adnotatione incluſerim.

Cum Cadonico præcipuæ curæ editio tertii ejus operis eſſet, Fortunatus S. R. E. Cardinalis Tamburinus, qui legendo compererat, priora etiam duo magno eſſe Chriſtianæ plebi detrimento, ac damno poſſe; Liberatum Faſſonium ex Inſtituto Scholarum Piarum eruditum hominem ad ſe arceſſit. Hunc maxime cohortatus docet, quantopere rei Chriſtianæ publicæ interſit, ſententiam (ſeu, ut ille, Faſſonio eodem, a quo hæc accepimus, teſte, ajebat, *hæreſim*) operibus iiſdem comprehenſam extingui; ne ſi ea, quæ ſerpere jam cœpit, prodeat, latiuſque diſſeminetur; niſi ægre, reprimi deinceps non queat. Id fieri poſſe, ſi aggredi eam ipſe, ac pro ſuo erga Eccleſiæ doctrinam ſtudio, ſingulari libro refellere non gravetur. His mandatis eum ab ſe dimittit. Faſſonius domum reverſus, ut viro tanto morigeraretur, ſecum, labori ne cui parceret, ſtatuit. Itaque qua diligentia, celeritateque uti maxima potuit, opus

per-

gitatum ſit, ut ſuo loco demonſtrabitur) » læto animo amplecterentur, quod intactum reliquiſſe, & Scholaſticorum vigiliis deſeruiſſe doctam Sanctorum Patrum antiquitatem, ut tu perpendiſti (*quam recte perpenderit, poſt declarabitur*) non putabit. Immo vero doctus quiſque fateri cogetur » (*Quaſi vero huic natura dederit, ut quid docti ſtatuere debeant, judicet*) „ vigentibus Scholaſticorum ſententiis, quæ demum nec Divi Auguſtini, nec Divi Thomæ dogmatibus uſquequaque reſpondent (*Falſum id quidem. Sed hac item de re alias.*) » iſtis, inquam, Scholaſticorum ſententiis id effici, ut paradiſi veritas, quoad animas juſtorum hominum, ad Domini reſurrectionem contrahenda ſit, ut ad hanc comprobandam totius antiqui teſtamenti textibus perperam utamur, veluti ſpondentibus rem futuram, non jam factam indicantibus, ut ad purgatorii exiſtentiam ſtabiliendam præclariores auctoritates deſerere debeamus; ut demum ponere neceſſe ſit, aliquid, immo etiam multum diſtare inter Evangelicorum ſanctorum juſtitiam, & eorum qui ante ea tempora Deum coluerunt. Noſtra namque juſtitia, quæ ſcilicet nobis ab eodem uno Deo eſt, animas ea ornatas ſtatim a morte corporis ad conſpectum advocat ſummi Dei, cum juſtitiæ Antiquorum ea eſſet natura, ut juſtus ſimul homines efficeret, & Dei conſpectu indignos, quin tamen ullam in eis ſuperſtitem culpam ſapienter aſſignare valeamus. Multa occurrunt ejuſdem incommoda, quæ nunc perſequi ſupervacaneum eſt; tum quia Epiſtola in librum concreſceret „.

Credo equidem, tot abſurdis, abſoniſque animadverſionibus futurum fuiſſe, ut ſi perſequi omnes voluiſſet, *in Librum Epiſtola ejus concreſceret*. Sed has item alio loco, cujuſmodi ſint, oſtendam.

„ Unum

perfecit, quod *de Piorum in ſinu Abrahæ Beatitudine ante Chriſti mortem*, inſcriptum publicavit Romæ an. MDCCLIX. Niſi apud mortales quoſdam factio, partiumque potius, quam veritatis ſtudium valeret, ſatis quidem id opus fuiſset ad novum dogma rejiciendum. At cum ſint aliqui ita affecti, atque inſtituti, ut eo nomine verum quidpiam eſſe aut arbitrentur, aut arbitrari ſe ſimulent, perſuadereque ceteris conentur, quod a civibus, ab amicis, a ſymmyſtis ſuis dictum, elatum, ſcriptumve ſit; inventus continuo Angelus Feltrius eſt, qui Cadonici civis quidem ſui patrocinium, defenſionemque ſuſciperet. Is anno MDCCLXII. libellum, ut ementiens titulus præfert, *Neapoli;*

„ Unum dicamus: Gratiam nempe Dei efficacem, atque ſanctificantem, ſine qua filii, & amici Dei fieri non poterant antiqui ſancti, gratiam iſtam, inquam, juxta Divi Auguſtini mentem ſingillatim explicatam, nonnihil pati ab hac ſcholis invecta doctrina circa ſanctos Antiqui Teſtamenti. Aliam quippe gratiam, aliud premium, doctore Auguſtino, conſequuti ſunt, (*Falſum id etiam*) quam illis tribuunt ſcholaſtici LIMBUM propugnantes ». (*ſcholaſticis rurſum ſententiam illam tribuit, quæ eſt omnium orthodoxorum*). » Id præclare menti tuæ, me etiam ſilente, patebit; unde a te ipſo concludas, non ſatis utiliter a noſtris gratiam hanc propugnari poſt Evangelium prædicatum, quin eamdem juxta omnimodam vim ſuam, quoad animarum veram ſalutem, ſanctis antiquis communicare decernant ».

Quam multa paucis verbis turbat, miſcet, invertit! Sed de his item alio loco opportunius. Cetera conſideremus. » Legi, inquit, ego recentem Librum Scriptoris Gallici, qui præclare defendit gratiam Redemptoris contra peſſimam, damnatamque *Hiſtoriam populi Dei Iſaaci Berruyer*. At cum de antiquis temporibus ſermonem inſtituit, non dubitavit aſſerere, homines vigintiquinque primis mundi ſeculis a Deo relictos in manu conſilii ſui ſolo naturæ lumine ducendos. Tum de Lege ſcripta diſſerens, hanc nonniſi prævaricatores effeciſſe profitetur: quamvis perſæpe occurrant Hebræi populi converſiones ad Deum, hæ tamen converſiones minime fuerint de corde puro, & fide non ficta, ſed ex uno terrenarum rerum obtinendarum timore manarent. Teſtis eſt Deus, me non ſine dolore cordis iſta legiſſe, præcipue, quia fontem agnoſco, unde talia veluti neceſſario promanant. Metuunt nempe complures ex noſtris (*ſuos vocat propoſitionum Conſtitutione* Unigenitus *damnatarum propugnatores, quorum hæc monſtra ſunt*) derogare excellentiæ Evangelii Chriſti, populique Chriſtiani, ſi antiquos juxta ac nos a Deo præſcitos, vocatos, prædeſtinatos, juſtificatos (*hoc nemo orthodoxorum dicit* (glorificatos) *glorificatos quidem orthodoxi dicunt, ſed dum tempus venit*) conſiteantur. Attamen inficiari non poſſunt, materialem Legis obſervantiam nihilo profuturam, formalem autem ab amore Dei, ſcilicet veritate per Spiritum ſanctum inſpirata, repetendam. Unde vel nullum Legis cultorem agnoſcant neceſſe eſt, vel aliquem obſervatorem Legis efficiant, qui Deum & ſumme diligeret, futurum Redemptorum crederet, atque expectaret „.

„ Hæc ſunt monſtra, a quibus genuinus s. Auguſtini diſcipulus, & divinarum Scripturarum ſedulus lector ſemper abhorrebit; nempe intelligens,

„ ca-

poli; ut autem res eſt, *Romæ* typis excudi fecit, cujus quidem libelli hæc eſt inſcripto: *Sancti Hilarii Pictavorum Epiſcopi de Piorum ſtatu in ſinu Abrahæ ante Chriſti mortem ſententia nunc primum illuſtrata ab Angelo Maria Feltri Neapoli* 1762. In eo libello Feltrius Cadonicum *emunctæ naris virum*, hujuſque *Vindicias* (quæ cujuſmodi ſint,ſupra demonſtravimus) *doctiſſimum opus*, *præſtantiſſimumque* vocat.

Mirum autem nemini videri debet, ſi cujus doctrinam, librumque laudat, ejuſdem ἀξιώματα *enunciationes*, & κυρίας δόξας, hoc eſt *præcipuas*, & quaſi *maxime ratas ſententias* conſectetur. Itaque principio, ut Cadonicus, ſic ille, quod *Eccleſiæ judicio definitum* non ſit, ad *fidem pertinere* negat [1]. Deinde quod unus, alterve Patrum veterum non probarit, etiam ſi ceterorum Patrum, Eccleſiæque conſenſu, & conſpiratione firmetur,conſtantis traditionis loco habendum non eſſe ſtatuit. Non enim aſſentiri ſe dicit, iis, qui cenſeant: *unum, vel alterum Eccleſiæ*

» earumdem, ab eodemque Deo largitarum virtutum, par meritum fuiſſe
» ſemper, parque præmium uſquequaque futurum; ideoque idem s. Doctor
» non dubitavit aſſerere, quod *cum minora minoribus*, *majora majoribus*
» (præcepta Juſtitiæ) *dantur*, *ab eo dantur*, *qui ſolus novit*, *congruentem ſuis*
» *temporibus generi humano exhibere medicinam* (*lib.* 1. *de Serm. Domini in*
» *Monte ſub initium*) Porro medicina generis humani gratuita, & efficax Re-
» demptoris gratia eſt.

» Confidamus igitur Omnipotentem Deum Eccleſiæ ſuæ commodis pater-
» ne vigilantem, tunc huic doctrinæ aditum apertum, cum tempus op-
» portunum advenerit. Quantum autem humana patitur conjectura, puto
» nunc .... meliora auſpicia futura Libro meo, ſi caſu aliquo in hoc tempus
» ejuſdem examen incidiſſet. Quandocumque autem publicam lucem adſpi-
» cere poterit, obſecro Paternitatem tuam Reverendiſſimam, ut permittas mihi
» ſcriptis in hanc rem tuis uti, a quibus non parvum decus, & adjumentum,
» meo labori accedit. Interim vero dum MS. apud me manebit, attentiore
» cura illud perlegam, ea omnia ſincere correcturus, quæ ſpongia digna im-
» becillitati meæ apparebunt. Tu bonam hanc voluntatem fove, ſuggerens
» quidquid tunc offendit ſapientiam tuam .... »

» Denique rogo te, ut me ignotum quidem, ſed verum virtutis tuæ ad-
» miratorem commendatum habeas, mihique honorem parendi mandatis tuis
» impertias. Vale. Dabam Cremonæ die xxx. Decembris 1759. ». Ita ille quidem omnia confundens, monſtraque vocans non ſolum Appellantium errata; ſed etiam ſententiam, quæ omnium orthodoxorum conſenſione firmata ſit, quo ſit animo, quamque in inani opinione ſua obfirmato demonſtrat, adeo ut omnes ſibi, non ipſum omnibus parere, conſentireque oportere arbitretur.

(1) Hac de re ſecundo hujus libri Capite copioſe dicam,

Digitized by Google

ſiæ Doctorem detrimento eſſe veteri, perennique Eccleſiæ traditioni non poſſe [1]. Abutitur autem ad omnia Melchioris Cani

1 Feltrius pag. 5. » Illud, *iniquit*, præterire nullo modo poſſum, FIDENTER » NIMIS a nonnullis uſurpari, veterem hanc eſſe ſententiam, jam inde a pri- » mis Chriſtianæ reipublicæ ductam temporibus, atque omnium Patrum firmatam » conſenſu, ita ut, auctore Vincentio Lirinenſi, religionis lex putanda ſit: Ex » traditione quippe Catholica veritas firmari non poteſt, niſi apertiſſimis id » expreſſum verbis apud Patres habeatur. Verum pro adverſariorum ſenten- » tia non ſolum apertiſſimæ non ſunt Patrum OMNIUM LOCUTIONES, & » DICTA; ſed etiam non deſunt, qui efficiant Hilarium, Chryſoſtomum, » & Auguſtinum (quales porro, quantoſque Eccleſiæ Magiſtros!) in affirman- » tem deſcendiſſe ſententiam, vetereſque Patriarchas vere beatos, ac Dei læ- » tatos conſpectu revera agnoviſſe. Deſideratur ergo conſtans illa traditio, at- » que omnium Patrum firmata conſenſu. Non me quidem latet, adverſæ ſen- » tentiæ Patronos conſtanter velle, unum vel alterum Eccleſiæ Doctorem DE- » TRIMENTO ESSE NON POSSE VETERI PERENNIQUE ECCLESIÆ » TRADITIONI. Hos tamen urgere placet perſpicuis Melchioris Cani teſtimo- » niis ». Hæc ille.

Jam primo nimiæ nos confidentiæ arguit, propterea quod communem omnium Eccleſiarum orthodoxarum ſententiam ductam nos pugnemus fuiſſe jam inde ab Apoſtolorum temporibus. Ego vero qui ſint *confidentes*, quamque ſint *nimis*, ſequentibus hujuſce libri capitibus videro.

2 Traditione veritatem firmari negat poſſe, niſi quid apertiſſimis *expreſſum verbis apud Patres habeatur*; neque vero apud multos modo; ſed etiam apud *OMNES PATRES*, *quorum locutiones*, *dictaque APERTISSIMA SINT*. Eo igitur auctore, quod Eccleſiæ univerſæ ubique gentium teneant, nec ab Synodis definitum ſit, nec quo ſit ortum tempore oſtendi poſſit, ad traditionem non pertinebit, niſi *omnium Patrum apertiſſimis dictis*, *loquutionibuſque* conſtet.

Inanis ergo eſt ille ſermone omnium tritus Auguſtini ex Epiſtola LIV. *al.* CXVIII. *ad Januarium cap.* 1. *pag.* 93. *ſeq. Edit. Antuerp. ann.* 1700 canon: » Illa quæ non ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, quæ quidem toto terrarum or- » be ſervantur, datur intelligi vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis conciliis, » quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata, atque ſtatuta » retineri ». Quin etiam, quæ de numero *ſacramentorum*, deque tot aliis dogmatibus credimus, quorum in Scripturis, inque Patrum aliquorum operibus non *apertiſſima*, in plurimorum autem nulla omnino ſit mentio, etſi univerſæ qua late patet Eccleſiæ conſenſione conſtant, *traditione* firmata non ſunt, nec difiniri ab Eccleſia ipſa potuerunt. Nam quod Scripturæ, traditioniſve auctoritate nixum non ſit, dogmatis loco neque haberi, neque ſtatui umquam poterit. Si vero ab Eccleſia uti dogma proponitur, errabit ea quidem; nec *columna* poſthac, *firmamentumque veritatis erit*, contra atque ſcriptum a Paulo fuerit 1I. *ad Timoth.* III. *v.* 15. Rurſum ſi conſenſio Eccleſiarum populorumque Chriſtianorum traditionis argumentum perſpicuum non eſſet, cur ad hanc Auguſtinus *lib. contra Epiſtolam Manichæi cap.* IV. *n.* 5. *tom.* VIII. *opp. edit. an.* 1700. *pag.* 110. confugiſſet? *Ut*, inquit, *hanc omittam ſapientiam*, *quam in Eccleſia eſſe Catholica non creditis*, *multa ſunt alia*, *quæ in ejus gremio me juſtiſſime teneant*. *Tenet conſenſio populorum*, *atque gentium &c.* Sed Eccleſiarum omnium in dogmate aliquo tradendo Chriſtianæ plebi, explicando, tuendo conſenſio, etſi ſcriptum id a Patribus non fuit, traditionis tamen velis, nolis argumentum eſt, quam Patres ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto acceperunt. Baſilius in eo Libro, quem *de Spiritu Sancto* inſcripſit *cap.* IX. *nu.* 25. *p.* 21. *tom.* III. *opp. edit. Pariſ. ann.* 1730. Hæreticos reprehendens: in nos quidem *machinas*, *inſtruunt*, inquit. *Ceterum id quod oppugnatur fides eſt*, *iſque ſcopus communis eſt adverſariis*, *& ſanæ doctrinæ inimicis*, *ut ſoliditatem fidei in Chriſtum concutiant*, *Apoſtolicam traditionem ſolo æquatam abolendo* .... τὴν ἄγραφον τῶν πατέρων μαρτυρίαν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν ἀποτιμώμενοι *non ſcriptum Patrum teſtimonium*, *quaſi nullo dignum*, *rejicientes*. Scio, dicturum

Cani Theologi graviſſimi, celeberrimique locis, quos ita torquet, atque pervertit, ut confirmandorum horum

dictorum Feltrium, *non ſcripti teſtimonii* vocibus Baſilium res ſacris Bibliis minime comprehenſas intellexiſſe. Quod etſi non nego, tamen illud etiam contendo: ea quæ *tradita* non ſcripto, ſed voce a Patribus, ſervataque conſenſione Eccleſiarum ſint, in rebus *eſſe traditis*, concedente Baſilio, numeranda. Qua de re fuſe ille agit XXVII. ejuſdem libri, capite *pag.* 54. quo loco » ex aſſervatis, *in-*
» *quit*, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ in *Eccleſia* dogmatibus, & prædicationibus alia quidem
» habemus a doctrina ſcripto prodita, alia vero nobis in *myſterio* tradita recepi-
» mus ex traditione Apoſtolorum ». Neque vero Baſilii ſolum hæc fuit, ſed ceterorum etiam Patrum, in primiſque Tertulliani (*de Præſcrip. c.*XXI. ut poſt hujus noſtri libri titulum *pag. verſa* demonſtratum eſt) Irenæi, Hegeſippi, Juſtini Martyris adverſus hæreticos ratio. Nam quo demum modo Irenæus *traditionem* dignoſci oportere ſtatuit? Ex ſcriptis ne Patrum, qui ante ſe vixiſſent? An ex iis, quæ doceret Eccleſia? Nonne *l.* III. *c.* III. *n.* I. *p.*175. *edit. Ven. an.*1734. ſcribit? » Traditionem Apoſtolorum in toto mundo manifeſtatam in omni Eccleſia
» adeſt reſpicere omnibus, qui vera velint videre, & habemus annumerare
» eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum
» uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his
» delirarur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſum,
» & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea,
» quibus etiam ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos, & irre-
» prehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos & ſucceſſores relinquebant,
» ſuum ipſorum locum magiſterii tradentes, quibus emendate agentibus fieret
» magna utilitas Sed quoniam valde longum eſt.. omnium Eccleſiarum nu-
» merare ſucceſſiones, maxime, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ a glorio-
» ſiſſimis duobus Apoſtolis Petro, & Paulo Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccle-
» ſiæ, eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus
» fidem per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos indicantes,
» confundimus omnes, qui quoquo modo vel per ſibi placentia, vel vanam
» gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, præterquam oportet, col-
» ligunt ». Poſt ubi ſucceſſiones Romanorum Antiſtitum deſcripſit, meminitque eorum, qui ſucceſſerunt Polycarpo Smyrnæ » Sed & quæ, *inquit*, eſt Epheſi Ec-
» cleſia a Paulo quidem fundata, a Joanne autem permanente apud eos uſque ad
» Trajani tempora, teſtis eſt verus Apoſtolorum traditionis ». *Cap.* IV. *n.* I. *p.* 178. » Tantæ igitur oſtenſiones cum ſint, non oportet adhuc quærere apud alios
» veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere, quum Apoſtoli, quaſi in de-
» poſitorium dives pleniſſime in eam contulerint omnia, quæ ſint veritatis, ut
» omnis quicumque velit, ſumat ea ea potum vitæ... Propter quod oportet..
» quæ ſunt Eccleſiæ, cum ſumma diligentia diligere, & apprehendere verita-
» tis traditionem. Quid enim? Etſi de aliqua modica re diſceptatio eſſet, non-
» ne oporteret in antiquiſſimas recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli con-
» verſati ſunt, & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re
» liquidum eſt? Quid autem ſi neque Apoſtoli quidem Scripturas reliquiſſent
» nobis, nonne oportebat ordinem ſequi tradionis, quam tradiderunt iis, qui-
» bus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barba-
» rorum eorum, qui in Chriſtum credunt, ſine charta, & atramento ſcriptam
» habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem diligen-
» ter cuſtodientes. Audin' cujuſmodi, ea ſit *traditio*? Nempe ut ea ſit, quam veteres Epiſcopi, non ſcripto, ſed voce, ab Apoſtolis acceptam, viva item voce ſuorum ſucceſſorum fidei commiſerunt; proptereaque dignoſcenda ſit ex ſenſu Eccleſiarum, in primiſque earum, in quibus verſati Apoſtoli fuerint, & a quibus quæri oporteat, quid de re quaque religionis ſentiendum, credendumque ſit? Senſus igitur Eccleſiarum, iſque præſertim qui in Apoſtolicis obtinet, indicium eſt patens, manifeſtumque acceptæ ab Apoſtolis veræ, divinæ-

que

rum ipſius duorum quaſi axiomatum cauſſa, ficti, compoſiti-

que traditionis, etiamſi ab Epiſcopis, aliiſque Doctoribus, qui ante nos vixerunt, mandata non fuerit litterarum monumentis. Quid? an Eccleſiam, Feltrius dicet, depoſiti, quod olim ſine litteris ullis ſervaverit, nunc eſſe cuſtodem deſiiſſe, ſentireque univerſam cœpiſſe contra, atque majores noſtris ſenſiſſent, ac proinde traditionis inveſtigandæ cauſſa unos eſſe Patres conſulendos, quorum ſi ullus diſcrepate ab ceteris videatur, traditionem ipſam vitiet & evertat? Non committet profecto, id ut dicat. Quid reſtat igitur, niſi ut demonſtrari traditionem Apoſtolorum de doctrina, rebuſque religionis, confiteatur, conſenſu Eccleſiarum, etiamſi Patrum non unus, ſed plures perſpicue iiſdem de rebus minime loquantur? Confer Maſſuetium diſputantem adverſus Grabium *adnotat. In cap.* III. *ejuſd. libri S. Irenai pag.* 172. *& diſſ.* III. *in Irenai libros art.* III. *n.* XV. *ſeqq. pag.* 101. *ſeqq. tomo* II. *ejuſd. edit.* De Hegeſippo agam *cap. ſeq.* De Juſtino Martyre conſule quæ ſcribit Maranus in *Præfat. ad opera S. Martyris par.* II. *cap.* XIII. §. IV. *a n.* 2. *ad* 4. *edit. nova Pariſ. Monachorum Benedictinor. Congreg. S. Mauri*.

Jam tertio loco Feltrius ex eo *quod non deſint, qui efficiant, Hilarium, Chryſoſtomum, & Auguſtinum* (*quales porro quantoſque Eccleſiæ magiſtros!*) in aliam *deſcendiſſe ſententiam, deſiderari*, ait, *conſtantem illam traditionem omnium Patrum firmatam conſenſu, qua firmari veritas catholica poſſit*: At non animadvertit, non defuiſſe etiam, qui Juſtinum Martyrem, Athenagoram, Theophilum Antiochenum, Irenæum, Dionyſium Alexandrinum, (*quos qualeſque Doctores!*) in myſterio Trinitatis explicando ſecus atque nos credamus, ſenſiſſe defenderent. Quid ergo? An traditione myſterium Trinitatis non conſtare dicemus? At qui ſic de Patribus illis ſtatuerunt, inquies, lapſi ſunt. Quid? ſi labi item Feltrium ipſum, atque Cadonicum, dicam, pugnantes: Auguſtino, Hilario, Chryſoſtomo placuiſſe opinionem de auctis Sanctis Veteris Teſtamenti &c. intuitiva viſione Dei? At Feltrius, inquies, contra ſentit. Satin' igitur Feltrio eſt, ſi contra ſentiat, ut id traditione non liqueat, quod omnes traditione conſtare pugnent? Cur igitur ſatis non fuiſſet iis, qui Juſtinum, Irenæum &c. Aſianis præluſiſſe putarunt, ut Trinitatis Myſterium traditione minime conſtare defenderent? At de Trinitate definita res eſt. Qui demum poterat definiri, ſi (Feltrii regula conſtituta) ea res cum traditione componi non poterat?

Sed mitto de rebus ab Synodo quapiam œcumenica definitis agere. Quid? Virginitas *perpetua* B. Mariæ ullo ne judicio ab Eccleſia œcumenicæ Synodi auctoritate definita eſt? Quid autem? ſi Patrum veterum ea de re non tam perſpicua ſint teſtimonia; extentque Tertulliani ſcripta quædam, quibus id ille decus ademiſſe Deiparæ videatur; exque verbis Baſilii intelligere quiſquam poſſit, eam rem, ſi efferatur, non lædere pietatem; an non erit, ſententia Feltrii, conſequens, traditione non conſtare, *perpetuo* ne *virgo* fuerit Mater Servatoris Chriſti, adeoque id rei ad *fidem non pertinere*? Quotus vero quiſque orthodoxorum eſt, qui id pertinere *ad fidem*, negare audeat, quin reus hæreſeos & ſit revera, & habeatur? Atque *ad fidem* id quidem *pertinere*, qua demum ex re, niſi ex Traditione omnium Eccleſiarum conſenſione firmata liquet? (Confer Tertullianum *lib. de Monogamia cap.* VIII., & *lib. de Carne Chriſti cap.* VII. *de Virginib. Veland. cap.* VI. Baſilii loco abutitur Samuel Baſnagius *tom.* I. *Annal. ad an. Ante Chriſt.* V. *n.* X. Eum etiam affert Petavius *libro* XIV. *Theologicor. Dogmatum cap.* III. *n.* VII. animadvertitque ad marginem Homiliæ XXV. *t.* I. *opp. Baſilii pag.* 590. adſcriptum legi: *Caute lege*. Vide etiam Tillemontium *de B. Virgine art.* VIII. *tom.* I. *Monum. Hiſt. Eccl. pag.* 31. *edit. Bruxell. an.* 1732.) At Hieronymus Helvidium refellens non moveri ſe Tertulliani loco, ait, *quod is Eccleſiæ homo non fuerit.* (*Conſule Paradoxa Tertull. cum Antidoto Pamelii n.* 22. *edit. Veneta opp. Tertull. an.* 1744. *pag* 1.) Jam hoc noveram. Sed quis umquam veterum fuit, qui hoc nomine Tertullianum, in hæreticis poneret? Quid ſi Baſilius, (qui qualiſque Eccleſiæ Doctor!) de negantium per-

poſitique fuiſſe videantur. At ſi unius, alteriuſve Doctorum Eccleſiæ ab ceteris quidem univerſis diſſenſio *traditioni* detrimento eſt, quodnam erit dogma non delendum e numero traditarum rerum? Non Tobiæ librum, non Judithæ, non priores duos Macchabæorum, non alios quoſdam in Scripturis canonicis numerandos; non humanas animas ſolutas corporibus, ſtatim atque purgatæ fuerint, beandas aſpectu Dei; non Baptiſmum ab hæreticis in Patris, Filii, Spirituſque Sancti nomine collatum ratum habendum, ferret traditio; propterea quod Patrum aliquos fuiſſe conſtet, qui ſecus atque his de rebus ceterorum omnium conſenſio poſceret, ſtatuendum eſſe arbitrarentur. Quid, ſi ſemel hoc Feltrii axioma conceſſeris, quid, inquam, erit reliqui, quam ut non cetera modo, ſed ipſum etiam præcipuum orthodoxæ religio-

perpetuam B. Mariæ Virginitatem opinione agens, ſcribenſque *μηδὲν τῷ τῆς εὐσεβείας παραλυμαίνεται λόγῳ nihil ſermoni pietatis officit*, liberare Tertullianum videatur ab hæreſeos, immo etiam ab erroris cujuſque vitio? Sed ſunt, qui Tertulliani, & Baſilii verba ſecus interpretentur. Quid? An non etiam ſunt, qui Auguſtini, Hilarii, Chryſoſtomi teſtimonia (quibus Cadonicus, Feltriuſque abutuntur) ſtatuant, & vero demonſtrent, aliorſum accipi oportere, atque ab Cadonico, Feltrioque accipiantur? Verum ſi quia Cadonico, Feltrioque hæc ſecus, quam alii velint, interpretari placet, ideo fas eſt Cadonico, Feltrioque dicere, eam ſententiam, quæ Eccleſiæ univerſæ probatur, ad fidem non pertinere; quod, ut ipſis videtur, *unus*, vel *alter Patrum* communi eidem ſententiæ, quæ definita nondum Eccleſiæ *judicio* ſit, adverſetur: cur item, quia aliquibus viſum eſt, Tertullianum perpetuam virginitatem Deiparæ negaſſe, Baſiliumq; id ad fidem non pertinere ſtatuiſſe, his, inquam, aliquibus non licebit in *ἀδιαφόροις indifferentibus* quæſtionibus hanc etiam ponere, quæ de virginitate perpetua Deiparæ eſt; quæque nondum eſt inſtituto in Synodo quapiam œcumenica ab Eccleſia *judicio* definita; cum præſertim non tam ſint perſpicua antiquiſſimorum in primis Scriptorum Eccleſiæ pro ſententia communi loca? Id vero cuiquam licere, quis umquam ſine impietate ſumma ſtatuet? Sed modum faciam. Hoc addam breviter. In hoc Feltrii canone, nihil eſſe ſani. Quidquid ejus tetigeris, ulcus eſt. Quamobrem cavendum eſſe arbitror, ne ſerpat latius. Nam vereor, ne peſtem inferat. Nullum enim fere dogma eſt, quod, eo canone poſito, conſiſtere poſſe videatur.

Ex his, quæ a me diſputata hactenus ſunt, plane intelligitur; *detrimento traditioni eſſe non poſſe*, ſi de re quapiam duo, treſve Patres diſſentiant, & ſi non omnium Patrum ea de re *clara ſit*, atque aperta ſententia. Patrum quidem opera conſulenda eſſe, inveſtigandæ traditionis cauſſa; ſed Eccleſiarum etiam in dogmate quopiam conſenſionem argumentum eſſe traditionis, cui duorum, trium, ſexque etiam, ſi velis, Patrum diſſenſio, nihil officiat. Hoc indubium, conſtans, certumque eſt. Illud autem me vehementer ſollicitat, atque angit, quod adverſus hominem Catholicum diſputans, pro iis rebus pugnaverim, pro quibus orthodoxi quique adverſus hæreticos noſtri præſertim temporis diſputantes pugnaverunt.

nis de Perſonarum Divinarum Trinitate myſterium concutere velle videare? Atque ut de reliquis ſileam (in longum enim ſermonem vocarer) quotuſquiſque tam hoſpes in hiſtoria eſt, qui neſciat, fuiſſe aliquos, eoſque jam in veterum operibus evolvendis, legendis, expendendis diu multumque verſatos, quibus perſuaſum eſſet, non unum, alterumve, ſed plures ante Nicænæ Synodi tempora floruiſſe Doctores Eccleſiæ, qui Patrem, Filium, Spiritumque Sanctum ejuſdem eſſe *οὐσίας*, ſeu *ſubſtantiæ* inficiarentur?

At

Jam locorum Melchioris Cani Ord. Præd. Theologi, quibus Feltrius maxime confidit, unus hic eſt ex VII. lib. cap. III. concl. 2. „ Unius, aut duorum Doctorum Sanctorum auctoritas, etiam in his, quæ ad ſacras litteras, & doctrinam fidei pertinent, probabile quidem argumentum ſubminiſtrare poteſt; firmum vero non poteſt. Ita deſpicere, & pro nihilo habere impudentis erit ». Hoc autem deſcripto loco, mox Feltrius monet: *Intelligenda* hæc Canum *velle de rebus, circa quas nullum extat Eccleſiæ Judicium, quo in caſu nos modo verſamur*. Verum ſecus eſt. Nam etſi Canus *de caſu quidem*, in quo *nos modo verſamur*, agit, non tamen is *caſus* eſt, quem Feltrius indicat. Noſter autem hic eſt *caſus*: Unius ne, alteriuſve Patris auctoritate agere cuiquam contra hujus ætatis communem omnium ſententiam liceat? Licere quidem Cadonicus, Feltriuſque putant. Nam hi duorum, triumve Patrum, ut Auguſtini, Hilarii, Chryſoſtomi (quos ab ſe ſtetiſſe, falſo quidem, at ſibi tamen perſuaſerunt) auctoritate, fas ſibi arbitrantur eſſe, adverſus doctrinam hujuſce temporis agere. Contra Canus, in explicando uno aliquo ſcripturæ loco, vel doctrinæ capite, de quo non concors omnium, ſed diſcrepans hoc etiam tempore plurium ſit, diſſidenſque ſententia; unius, alteriuſve Patris auctoritatem *probubile quidem argumentum ſubminiſtrare poſſe* affirmat, *certum non poſſe*. Atque eam *deſpicere, impudentis*, ait eſſe; *ſuſcipere autem, & pro certa habere*, id quod Johannes Cadonicus videtur facere, *imprudentis*. At ſi modo una omnium de re aliqua doctrina ſit (ut eſt de Sanctis Veteris Teſtamenti nondum ante Chriſti mortem beatis intuitiva viſione Dei) ſtatuit Canus, fas eſſe nemini contra eamdem doctrinam unius, alteriuſve Patris auctoritate agere. Quamobrem ea *concluſione* poſita, ſtatim addit: » Hanc concluſionem demonſtrat ratio illa manifeſta, cui nulla prorſus via occurri poteſt, » quod cum ſanctorum quiſque, his dumtaxat exceptis, qui libros canonicos » ediderunt, ſpiritu fuerit humano loquutus, & aliquando vel in eo errarit, » quod ad fidem ſpectare poſtea demonſtratum eſt, aperte conſtat, ex hujuſmodi auctoritate exploratam fidem fieri non poſſe. Quo in loco admonendi ſunt hi, qui præceptis Theologiæ nullis acceptis, poſt bonas, quas vocant, litteras, ſtatim ad Sanctorum veterum lectionem appellunt animum. » Non enim quæcumque ibi legerint, ea ſunt PROBANDA OMNIA. NEC » QUEMQUAM HOC ERRORE DUCI OPORTET, UT SI QUID AMBROSIUS, AUT HIERONYMUS CONTRA MOREM, DOCTRINAMQUE HUJUS TEMPORIS FECERINT, LOCUTIVE FUERINT, IDEM » SIBI ARBITRENTUR LICERE ». Vides ne, a Cano diſertis verbis ſtatui, duorum, triumve Patrum ſententiam communi omnium hac ætate ſententiæ repugnantem nihil detrimenti eidem communi ſententiæ afferre; immo non licere nobis eorum nunc duorum Patrum auctoritate, contra ſententiam omnium hoc tempore communem, uti? At cur non liceret, ſi conſenſio omnium

in

At ſunt hæc dogmata definita auctoritate, judicioque Eccleſiæ. Jam ita proſpexeram reſponſurum Feltrium. Verum quid hoc ad me? Illud nunc quæro, ſit ne, an non ſit detrimento traditioni paucorum Patrum diſſenſio? Quod ſi non eſt, nulla deinceps contentio inter nos erit. Sin eſt, ecquod illud erit detrimentum, niſi,

in eadem ſententia tuenda manifeſtum traditionis ſignum non eſſet? Non ergo duorum triumve Patrum diſſentientium auctoritas, detrimento eſſe poteſt pereuni, veterique traditioni, ſi Canum audiamus.

At hoc ſolum de rebus *Eccleſiæ judicio definitis* agenti minime licere, Canus ſtatuit. Nego enim vero. Quî negas? inquies. Annon ille mox addit? » *Primum* » quoniam res nonnullæ non erant tunc adeo *definita*, ut nunc eſſe videmus ». Quid hoc ad rem? An quia ille rationum, quarum cauſſa id licere negat, *primam* hanc eſſe dixit, idcirco rationes ſuſtulit ceteras, ut ea una ſit, prætereaque nulla, quamobrem id licere neget? At qui *primam* nominat, non modo non tollit alias, ſed etiam ponit. Poni autem etiam aliam a Cano, paulo poſt videro. Nunc illud petam: quid cenſeas, vocibus illis, *non erant tunc adeo in Eccleſia definita*, voluiſſe Canum? *Definitas* ne eas eſſe *judicio* ab Eccleſia *inſtituto* in Synodis Œcumenicis, aut Romæ apud Apoſtolicam Sedem? Ita ſi intelligas, tu quidem videris, at id certe Canus non intellexit. Res namque definitas hoc loco, non eas dicere voluit, quæ poſt inſtitutum judicium ab Synodis Œcumenicis, Sedeque Apoſtolica, decretæ, conſtitutæque ſunt (non enim *plus*, *minuſve* Synodi de doctrina fidei ſtatuunt, ut poſſet Canus *τὸ non erant* ADEO *definita dicere*: nam *τὸ adeo* magis aliquid poſt definitum demonſtrat, quam eſſet ante) non, inquam, eas dicere Canus voluit, ſed cum tam multa uteretur latina lingua, vocem *definita* ſic accepit, ut olim ſæpe ab latinis accipi conſuerat, de rebus nempe, de quibus non ambigua, neque vaga, ut fuerat ſuperiore tempore apud aliquos, ſed certa quædam apud omnes poſtea obtinuerit, ac determinata, ſtabiliſque ſententia, etiamſi nullum de iiſdem fuerit ab Synodis, Sedeque Petri inſtitutum umquam judicium.

Atque id voluiſſe Canum, ex iis, quibus deinceps utitur, exemplis conſtat. Exemplorum enim illorum tria hæc ſunt: *animam hominis non eſſe ex traduce: animam Adæ ante corpus non fuiſſe editam: Angeloſque multis ante mundum corporeum æternitatibus conditos non fuiſſe*. Quæ autem Synodus Œcumenica, aut quis Pontifex Max. his de rebus judicium umquam inſtituit, ſibique eſſe decernendum duxit? Nullus omnino. Conſenſione orthodoxorum finitæ hæ quidem res, terminatæque ita ſunt, ut etſi contra aliquando unus alterve Patrum ſenſerint, nunc tamen contra ſentire liceat omnino nemini. Cani vero hæc eſt ibid. oratio: » Laterem, ut ajunt, laverit quiſquis iſthuc conetur, (nempe, *non eſſe quicquam erroris in libris veterum*). Hanc ſiquidem felicitatem Deus in ſolis divinis voluminibus ineſſe voluit, quemadmodum Auguſtinus graviſſime, ac veriſſime tradidit. Ceteroqui nemo quantumvis eruditus » & ſanctus, non interdum hallucinatur, non alicubi cæcutit, non quandoque labitur. Sanctus vero is fuit.. qui animam hominis ex traduce eſſe putavit. Sanctus fuit, qui Animam Adæ ante corpus fuiſſe editam opinatus » eſt. Sancti fuere, qui Angelos multis ante mundum corporeum æternitatibus creatos eſſe exiſtimarunt.... Hos ego tamen reverentiæ cauſſa propriis nominibus non appello ». Hæc ille, quæ plane efficiunt, fas non eſſe cuiquam unius, alteriuſve Doctorum veterum auctoritate contra communem, Eccleſiæque conſenſione conſtabilitam ſententiam agere. Et Feltrius tamen hoc ipſo multis ſuis partibus ab ſe diminuto Cani loco demonſtratum ducit illud ipſum eſſe, cujus oppugnandi, evertendique cauſſa, omnis hæc eſt, ut poſt dicam, a Cano poſita, atque firmata *concluſio*.

ut traditum id non ſit, de quo pauci illi Patres diſſentiant? Nam quid aliud id ſit detrimenti, ne ſuſpicari quidem poſſumus. At ſi paucorum Patrum diſſenſio efficit, ut aliquid non ſit traditum, jam cum Patres quidam ab iis, quorum modo memini, dogmatibus olim diſſenſerint; relinquetur ſane, ut ea dogmata tradita non fuerint, antequam

Alter Cani locus, quo Feltrius urgeri ab ſe gloriatur eos, qui ſtatuant: *unum, vel alterum Eccleſiæ doctorem detrimento eſſe non poſſe veteri, perennique Eccleſiæ traditioni* alter, inquam, is locus eſt hujuſmodi. » Plurium Sanctorum auctoritas, reliquis, licet paucioribus, reclamantibus, firma argumenta Theologo ſufficere, & præſtare non valet ». At hic ego traditionis a Cano mentionem fieri nullam video, quamobrem *detrimentum* ei afferri putem *duorum, triumve* Patrum diſſenſione. Tunc auctoritate Cani efficias, traditionem nullam eſſe, ubi Patrum aliquibus cum aliis non conveniat; ſi nihil afferas, unde concludam, egiſſe ibi de traditione Canum? At *poſt nonnulla* Canus idem ſcribit: » Porro autem, ſi unius, aut paucorum opinatio non » fuerit ab Eccleſia rejecta, tunc plurimorum auctoritas, quemadmodum dixi» mus, nihil certum, firmumque conficiet ». Jam hoc item teneo. Verum niſi hoc ſequatur, *traditioni unius, alteriuſque Patris diſſenſione detrimentum afferri nullum*; quid demum ſequatur, non video. Nam ſi *traditioni detrimentum afferret adverſa unius, duorumve Patrum opinatio*, quo tandem modo hæc *opinatio rejici ab Eccleſia* poſſet? An Eccleſia non tradita dogmata poteſt amplecti? Non is ſum, inquies, qui poſſe arbitrer. Recte ſane. Verum ſi non poteſt, quo pacto, obſecro, veluti tradito dogmati repugnans rejiciet, quod dogma traditum reipſa non ſit? Non enim rejicit Eccleſia, quod indifferens ſit, ſed quod a ſcriptis divinitus, traditiſve rebus diſcrepans eſſe cognoverit. Si ergo duorum, triumve Patrum opinationem, Cano teſte, rejicere poteſt Eccleſia, novit ea certe, opinionem unius, duorumve repugnare quidem traditioni poſſe, afferre autem *traditioni detrimentum*, ſeu tollere traditionem, non poſſe.

Jam quid illud eſt, quod Canus ſcribit: *ſi unius, aut paucorum opinatio non fuerit ab Eccleſia rejecta? An τὸ rejecta* Synodi Œcumenicæ, aut ſolemne Apoſtolicæ Sedis eam opinationem rejicientis *judicium* ſolum indicat? Nihil minus. Quæ enim Synodus, aut qui Pontifex *judicio* inſtituto declaravit: *Melchiſedechum hominem quempiam fuiſſe*? At quamvis eorum opinatio, qui ſecus exiſtimarant, Synodi cujuſpiam, Sediſve Apoſtolicæ decreto, conſtitutioneque nulla rejecta eſt, tamen quod eam deinceps *ſemper exhorruerit Eccleſia*, eadem, Cano teſte, *exploſa* cenſetur ab Eccleſia, adeoque ut *fidei* repugnans rejicienda eſt, etſi olim Patribus aliquot probata fuerit. Cani autem hæc eſt ſententia: » Thomas Waldenſis *in proœmio doctrinalis fidei antiquæ* docet: quod ma» jor pars Patrum ab Apoſtolis ſenſerit, id eſſe Catholicæ Eccleſiæ fidem. Id » quoque Vincentius Lirinenſis tradit in libro Adverſus profanas Novationes. » Vera ſunt hæc, non inficior. (Jam hoc tenes *verum eſſe*, quod pars major Patrum ab Apoſtolis ſenſerit, id eſſe Eccleſiæ Catholicæ fidem. *Non eſſet autem fides, niſi traditione* per partem eam majorem Patrum ad nos perveniſſet. Etiamſi igitur aliqui Patres ab ea *majore parte* diſſenſerint, tamen nihil *detrimenti* paſſa *traditio eſt*. Alioqui ſi paſſa detrimentum fuiſſet, *non traditio, atque adeo* ne Catholicæ quidem Eccleſiæ fides *eſſet*) „ Vera ſunt hæc, *inquit* » *Canus*, ſed tunc cum unius, aut paucorum contrariam ſententiam Eccleſia » penitus exploſit, ut illorum, qui putarunt, ab hæreticis venientes eſſe ite» rum baptizandos: illorum etiam, qui Melchiſedech non hominem quem» piam, ſed Spiritum ſanctum eſſe dixerunt; utrumque enim horum poſt ea » tem-

tequam definita eſſent. Quid igitur? An quod non ſit traditum, definiri judicio Eccleſiæ concedes poſſe? Hoc ſi conceſſeris, quo demum modo liber eris ab hæreſi Cataphrygarum, novas revelationes expectari ab Eccleſia univerſa, novaque propterea dogmata condi poſſe ajentium? Quod enim traditum non ſit, ſi dogma eſſe

» tempora Eccleſia ſemper exhorruit „. Cenſet igitur Canus, Cypriani, Firmiliani, aliorumque rejicientium baptiſma hæreticorum opinationem exploſam, rejectamque ab Eccleſia fuiſſe, non quod eorum Patrum temporibus Synodi Œcumenicæ, Pontificeſque quidquam iiſdem de rebus ſolemni decreto conſtituiſſent (nullæ enim uſquam de Melchiſedecho, aut de baptiſmate hæreticorum poſt Cyprianum ad Auguſtini ætatem, qua jam de baptiſmatis ejuſdem valore dubitare nemini licebat, nullæ, inquam, Œcumenicæ Synodi habitæ fuerant, neque quidquam ſolemni decreto ſtatuerant Pontifices Maximi) ſed quod univerſæ Eccleſiæ in unam ſententiam conſpiraſſent, conſenſioneque illa ſumma declaraſſent, quid traditio ferret: qua declaratione ex conſenſione communi orta, (etiamſi ab Synodis Œcumenicis, Sedeque Apoſtolica judicium inſtitutum fuiſſet nullum) conſequens fuit, ut opinationes illæ duæ in numerum referrentur *exploſarum ab Eccleſia*, *rejectarumque* ſententiarum. Errat igitur vehementer Feltrius ſtatuens, Canum de rebus agere, *circa quas extat Eccleſiæ judicium*. Nam quæ Canus ſcribit, *intelligi vult non de rebus modo, de quibus judicium Eccleſiæ*, hoc eſt, *Synodorum Œcumenicarum*, *Sediſque Apoſtolicæ conſtitutio*, *decretum*, *aut canon* extet; ſed etiam de iis, quæ aliquando ab uno, alterove Patrum defenſæ, poſtmodum tamen conſenſione orthodoxorum omnium exploſæ ipſa demum diuturnitate exaruerunt.

Tertius Cani, quo Feltrius abutitur, locus ex quarta eſt acceptus *concluſione*, quæ ſic habet: „ Omnium etiam ſanctorum auctoritas in eo genere » quæſtionum, quas ad fidem diximus minime pertinere, fidem quidem pro» babilem facit, certam tamen non facit ». Equidem non intelligo, cujus rei demonſtrandæ cauſſa, deſcripta hæc a Feltrio *concluſio* Cani fuerit. Quod ſi eo conſilio deſcripta ab eo eſt, quod putet ad *fidem* non pertinere quæ Synodi Œcumenicæ judicio definita non ſint: equidem quam id ſit falſum, *cap. ſeq.* videro: Sin, quod id ſibi arripiat, non ſpectare ad fidem, aucti ne fuerint ss. Vet. Teſt. Patres ante Chriſtum viſione Dei, nec ne? non leve id ejus peccatum erit in Dialecticæ artis præceptiones, quibus cavetur, ne quid ſibi quiſquam uti certum ſumat, de quo inſtituta ſit quæſtio. Nam huc quæſtio hæc omnis revolvitur, repugnet ne fidei eorum opinio, qui potitos eos ſanctos, ante Chriſtum, fuiſſe putant viſione Dei, nec ne repugnet?

Sed ut plane perſpicias lector, quam longe abfuerit a Feltrii opinatione Canus, ſic tecum ſtatuas, vehementer velim: Inſtitutas a Cano *Concluſiones* illas priores duas adverſus eos fuiſſe, qui, quod modo Cadonicus, Feltriuſque tuentur, auſi fuiſſent defendere. Monſtri id quidem eſſe videtur ſimile; ſed tamen ſic eſt. Nunc animum adverte. Oſtenſurus Feltrius, *traditione* non *conſtare* communem ſententiam de Sanctis veteris Teſtamenti non ante donatis viſione Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, hoc fundamenti loco conſtituit: *Ex traditione veritatem Catholicam firmari non poſſe*, *niſi apertiſſimis id expreſſum verbis apud Patres*, & quidem *omnes*, quorum ſint *locutiones apertiſſimæ*, *habeatur*; adeo ut *ſi unus*, *duo*, treſve *Patres ab* ceteris omnibus diſſentiant, *detrimentum afferant traditioni*.

Contra Canus eos oppugnaturus, qui (uti nunc Cadonicus, Feltriuſque exiſtimant) unius, duorum, triumve Patrum teſtimoniis detrimentum afferre ſe poſſe exiſtimarent aliorum ſententiis; 2. ponit *Concluſionem de auctoritate unius*; aut

eſſe ſtatueris, cujus tandem generis, modique dogma, niſi novum, erit? Sin autem, uti confitendum eſt, ea dogmata, antequam definirentur, tradita fuiſſe confiteare; quid erit conſequens, niſi ut una confiteare, duorum,

aut duorum Patrum, qua probabile quidem argumentum afferre poſſit, FIRMUM NON POSSIT. Jam vero ut magis magiſque demonſtret, contia eos, qui tantum duobus, tribuſve Patribus tribuerunt, quantum nunc a Cadonico tribuitur, eam ab ſe theſim inſtitutam eſſe; omittit Canus quod dixerat de probabili, in eoque ſolum efficiendo conſiſtit, quod eſt *de non ſubminiſtrato* a duobus illis, tribuſve Patribus *argumento firmo*. Itaque oſtendit primo, *firmum argumentum* ſuppeditari ab iis non poſſe, qui ſpiritu fuerint humano loquuti, & aliquando etiam in eo erraverint, quod ceteroquin ad fidem pertinet. Quare monet eos, qui cum præcepta nulla acceperint Theologiæ, ad Sanctorum Veterum lectionem appellunt animum, ot ne quæcumque in cujuſlibet Patris libris legerint, probent omnia. Non enim *quemquam* hoc errore duci *oportere*, ait, *ut ſi quid Ambroſius, aut Hieronymus contra morem, doctrinamque hujus . . . temporis fecerint, locutive fuerint, idem ſibi arbitrentur licere*. Quibus quidem verbis oſtendit Canus, *unum, alterumve Patrem, qui contra hujus temporis doctrinam locuti fuerint, ne probabile quidem argumentum ſubminiſtrare*. Nam ſi *ſubminiſtrarent*, profecto quod illis contra doctrinam, quæ nunc obtinet, dicere licuit, idem nobis dicere *liceret*. Qua ex re illud eſt conſequens, quod cum doctrina communis omnium Chriſtianorum hoc tempore ſit, fueritque etiam jam inde a multis ſæculis, Patres veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, non fuiſſe potitos viſione Dei; ſentire contra hujuſmodi doctrinam, auctore Cano, minime liceat, etiamſi duo, treſve Doctores Eccleſ. ut Chryſoſtomus, ot Hilarius, ut Auguſtinus, ſecus putaſſent, qui tamen revera ſecus non putarunt. Noverat Canus, duos, treſve Patres aut viſos cuiquam fuiſſe, aut potuiſſe videri, ſenſiſſe contra, quam Patres omnes aut de hac, in qua verſamur, quæſtione, aut de perpetua B. Mariæ Virginitate judicarint; at id tamen efficere nullo modo potuit, ut ille aut fas alicui eſſe ſecus atque ceteri omnes de utroque eo dogmate ſtatuant, judicare; aut alterutrum non concordiſſime ab omnibus fuiſſe creditum diceret. Hinc *lib.* III. *cap.* VII. » Si quod fidei dogma, *inquit*, Patres ab
» initio, ſecundum ſuorum temporum ſucceſſionem concordiſſime tenuerunt,
» hujuſque contrarium ut hæreticum refutarunt, quod tamen e ſacris litteris
» non habetur, id omnino per Apoſtolicam traditionem habet Eccleſia. Exem-
» pla ſunt, perpetua B. Mariæ Virginitas: DESCENSUS CHRISTI AD IN-
» FEROS, UT ANIMAM ADAE, ET RELIQUORUM PATRUM, QUI
» IBI TENEBANTUR, ERUERET: certus Evangeliorum numerus, & cetera
» id genus, quæ, ne longum faciam, non ſunt annumeranda ». Quæ ſane adeo perſpicua ſunt, ut homines tam confidentes hoc tempore extitiſſe miter, qui Canum laudent, ac ſi nobis occluſerit, qui vetus dogma teneamus; ſtraveritque Cadonico ad novum commode defendendum viam.

Secundo loco alteram illam *concluſionem cap.* III. *lib.* VII. confirmaturus, animadvertit Canus; res primum nonnullas non fuiſſe olim adeo in Eccleſia definitas, hoc eſt conſenſione omnium explicatas, uti nunc ſunt. Quamobrem aliquibus Patribus olim aliquid dicere licuiſſe, quod modo dicere liceat nemini. Deinde (atque hæc quidem altera eſt ratio, quam afferri a Cano, & de qua me aliquando dicturum, ſupra promiſeram) deinde, inquam, veteres *magnis*, quibus abundabant, *bonis, quamdam licentiam faciendi, dicendique aſſequutos fuiſſe, qua non ſit paſſim cuilibet permittenda*: moxque addit: » Atque etiam ſi noſtra
» hac ætate illi fuiſſent, quædam profecto aliter & facerent, & loquerentur.
» Quid? quod in rebus quoque ipſis, quæ ad fidem attinent, Sancti nonnum-
» quam erravere? A quibus, ſi ne tranſverſum quidem unguem diſcedendum
» ſit, neceſſe eſt ſane in magnos quandoque errores fidei etiam adverſos
» in-

Digitized by Google

rum, trium, quatuorve Patrum a ceteris diſſenſionem, traditioni detrimento eſſe non poſſe : ac ſi ſit, plura orthodoxæ religionis dogmata *traditorum*, adeoque *dogmatum religionis* loco haberi non oportere ; qua re quid-
nam

» incurtere „. Hinc autem quis non videat, illud etiam exiſtere, Patres eos,
qui ſic errarint, nihil nocuiſſe, neque quidquam attuliſſe detrimenti traditioni ?
Tertio loco, objecto ſibi Gelaſii I. Pont. decreto, quo Cyptiani, Chryſoſto-
mi &c. opuſcula probantur, qua ex re fieri videtur, ut (*quod Gloſſa Auctor
ad Diſt* ix. *Decret. Gratiani* animadvertit,) nihil in opuſculis iiſdem ſit Catho-
licæ religioni contrarium ; reſpondet Canus : errare eos, qui ſic ſtatuant. So-
los Scriptores divinorum voluminum liberos ab errore fuiſſe. Ceterorum, qui
hallucinatus, lapſuſque aliquando non fuerit, fuiſſe neminem. Sanctorum ali-
quos fuiſſe, qui baptizatos ab hæreticis rurſus eſſe baptizandos dicerent; alios, qui
in Chiliaſtarum dogma deſcenderint ; alios, qui animis piorum uſque ad judicii
diem veram felicitatem adimerent ; alios, qui animam hominis ex traduce eſſe
putarent. Horum tamen opuſcula fuiſſe ab Gelaſio comprobata. Poſt ubi ho-
mines eos fuiſſe, nihilque ab ſe humani alienum putaſſe, adeoque erraſſe in-
terdum, oſtendit, tum » legentur, *inquit*, a nobis Patres cum reverentia qui-
» dem, ſed ut homines, cum delectu, atque judicio. Quod SI QUIS ALI-
» TER SAPIT, NEC SANIS CONSILIIS ACQUIESCIT, HIC JAM (*ad-*
» *vertant ad hæc Cadonicus, Feltriuſque animum*) NON SANCTORUM RE-
» LIGIONE, SED SUI IPSIUS AMORE CAPITUR, ET SUB VETERUM
» NOMINE NOVAS OPINATIONES INVEHERE CONATUR. Qua de re
» Vincentius Lirinenſis : *o rerum*, inquit, *mira converſio ! Auctores ejuſdem*
» *opinionis Catholici, conſectatores vero haretici judicantur. Abſolvuntur ma-*
» *giſtri, condemnantur diſcipuli ; quod quidem mihi divinitus promulgatum vi-*
» *detur eſſe judicium* PROPTER EORUM FRAUDULENTIAM, *qui cum ſub*
» ALIENO NOMINE *hæreſim concinnare machinentur*, CAPTANT *plerum-*
» *que* VETERIS *cujuſpiam viri ſcripta* PAULO INVOLUTIUS *edita, qua pro*
» *ipſa ſui obſcuritate dogmati ſuo congruant, ut illud, quod* PROFERUNT,
» *nec* PRIMI, *nec* SOLI SENTIRE VIDEANTUR. *Quorum ego nequitiam*
» *odio dignam judico, quod ſancti cujuſque viri memoriam, tamquam ſepulti*
» *jam cineres, profana manu ventilant, & qua ſilentio operire oportebat, redi-*
» *viva opinione diffamant, ſequentes omnino veſtigia auctoris ſui Cham, qui*
» *nuditatem venerandi Noe non modo operire neglexit, verum quoque irridendam*
» *ceteris enunciavit. Longe aliter Fratres illi ſui, qui nuditatem ipſam reveren-*
» *di Patris nec ſuis temerare oculis, nec alienis patere voluerunt, ſed averſi,*
» *ut ſcribitur, texerunt eum. Quod eſt, errata Sancti viri nec approbaſſe, nec*
» *prodidiſſe*. Hactenus ille. Ac rurſum : *quid*, inquit, *ſi in ipſa vetuſtate duorum,*
» *aut* TRIUM *error deprehendatur ? Curabimus omnino, ut paucorum inſcitia,*
» *univerſalis Concilii decreta præponantur. Quæ ſi deſint*, COLLATAS INTER
» SE MAJORUM SENTENTIAS LECTOR CONSULAT, EORUM, QUI
» DIVERSIS LICET TEMPORIBUS, ET LOCIS, IN UNIUS TAMEN
» ECCLESIÆ *Catholica communione, ac fide permanentes, Magiſtri probabiles*
» *extiterunt*. Et quidquid NON UNUM, aut DUOS TANTUM, ſed OM-
» NES PARITER *uno, eodemque cenſenſu, aperte, frequenter, perſeveranter,*
» *tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque intelligat* ABSQUE UL-
» LA DUBITATIONE *credendum*. Hæc Vincentius Lirinenſis oon minus pru-
» denter, quam vere dicit ». Videſne, ut Canus, auctoritate frerus Vincen-
tii Lirinenſis, quid ſiragendum, cum *in ipſa vetuſtate duorum, triumve er-*
ror deprehenditur, ſtatuar, doceatque ceterorum tunc omnium conſenſioni *ſine*
dubitatione eſſe credendum ? Ceterorum autem conſenſioni qui demum *credendum*
ſine dubitatione doceret, niſi ea traditione ſit fulta conſenſio ? Noo ergo tradi-
tioni detrimentum affert duorum, triumve Patrum auctoritas, qui contra ce-
teros

nam fingi poteſt pernicioſius? Quod ſi non potuit *detrimento eſſe*, ut reipſa non *potuit*, cur Theologos orthodoxos refellis, qui *unum, alterumve Eccleſiæ Doctorem detrimento eſſe non poſſe veteri, perennique Eccleſiæ traditioni* defendunt? Sed de Feltrii ſententia, quæ niſi convulſis capi-

teros quidpiam opinati ſint. Errat igitur, qui duos, treſve Patres detrimento eſſe traditioni poſſe pugnans, Canum ſe dicat auctorem ſequi. Id ne aliqui hoc tempore faciant, Cadouicus viderit.

Quarto loco poſteaquam Canus animadvertit: *Eccleſiaſticos auctores etiam probatiſſimos non eodem gradu, & loco eſſe omnes* » Nec magnopere conan» dum eſt, *inquit*, eorum hic ſtultitiam refellere, qui libris Canonicis HIE» RONYMI, aut AUGUSTINI opuſcula æquarint ». Jam cur alii, ut Cyprianus, ot Auguſtinus, ut Hieronymus, alus, ut Origeni, ut Euſebio, ot Rufino præferendi ſint, omneſque non eodem ſint habendi gradu, oſtendit mox Canus ſcribens hoc modo: » Nempe aliud fuit errare in rebus obſcuris, & quæ uon » erant eo tempore explicatæ, ac definitæ; aliud in apertis, & quæ tunc etiam » in Eccleſia firmiſſime credebantur ». Verum quid erat Origenis, Cyprianique temporibus ab Synodis Œcumenicis *definitum*, cum nullæ adhuc ea ætate habitæ fuiſſent de religionis dogmatibus? Non ergo Canus *definitarum* rerum nomine intellexit eas, quæ ab Synodis ſolum Œcumenicis decretæ, finitæque fuerant, ſed eas etiam, quæ ab Eccleſiis univerſis conſenſione ſumma propoſitæ, *firmiſſime* credebantur. Ruſus aliqua tunc, cum Origenes, Cyprianuſque viverent, explicata nondum conſenſione Eccleſiarum erant (cujuſmodi illud fuit de baptiſmi ab hæreticis adminiſtrati valore) io horumque aliquo Cyprianum, Agrippinum, Firmilianum, alioſque erraſſe conſtat; at hæc deinceps conſenſione omnium Eccleſiarum explicata, & credita, ut ab Chriſto per Apoſtolos tradita, fueruot. Qua ex re perſpicue eſt conſequens, diſſenſiouem Agrippini, Cypriani, Firmiliaui, aliorumque (quorum, quantorumque Doctorum!) traditioni detrimento eſſe non potuiſſe. Nibilo ſecius, etſi tam hæc manifeſta Cani teſtimonia ſint comprehenſa *concluſione* illa ſecunda, Canum tamen ſibi præiviſſe Feltrius, eandemque concluſionem ipſi ſibi præſidio eſſe jactat.

Tertia eſt Cani concluſio adverſus eos, qui, ſi multi Patres diviſi ſint, nec ſit ea de re quidquam aut definitum, aut conſenſione Eccleſiarum ut ad fidem pertinens declaratum; illud tamen ceu traditum, pertinenſque ad fidem amplectuntur, quod majore numero Patres, contra non tam multos tenuerant. Exemplum affert de Augelis. » Angelos, *inquit*, eſſe corporeos, Auguſtinus, » ac pauci quidam alii inter veteres ſanctos aſſeruerunt; & quamvis opinio » hæc falſa ſit, ſed tamquam fidei adverſa ex communi veterum ſententia » evinci uon poteſt ». Nam Theologi, cumque his Catholici ceteri plerique omnes temerariam eam eſſe ſententiam, quæ ſtatuit, Angelos præditos eſſe corporibus, falſam item, & ſi vis etiam *hæreſi proximam* dicunt, dogma autem fidei eſſe negant. Quod ſi Eccleſiæ couſenſio ferret, ad religionis dogma ſpectare, Angelos expertes eſſe corporum, tum certe, dicendum eſſet id ex traditione, atque adeo ex veterum, novorumque Doctorum communi ſententia couſtare. Quare ſtatim poſt ea verba, ubi Canus objecit ſibi Thomæ Waldeuſis ex procemio *Doctrinalis fidei* locum: *quod major pars Patrum ab Apoſtolis ſenſerit, id eſſe Catholicæ Eccleſiæ fidem* »: Vera ſunt hæc, *addit Canus*, ſed » tunc, cum uuius, aut paucorum contrariam ſententiam Eccleſia penitus ex» ploſit, ut illorum, qui putarunt ab hæreticis venientes eſſe iterum bapti» zandos: illorum etiam, qui Melchiſedech non hominem quempiam, ſed » Spiritum ſanctum eſſe dixerunt. Utrumque enim horum poſt ea tempora » Eccleſia ſemper exhorruit ». Vide, quæ de Auguſtino ſcripſi *pag.* 17. *in not.*

De

capitalibus etiam orthodoxæ religionis myſteriis, concedi non poſſe videatur, hactenus.

Non ſatis Feltrio fuiſſe ajunt, Hilarium, atque hoc multo recentiorem Melchiorem Canum in earum opinionum invidiam vocaſſe, quas non modo numquam defendiſſent, ſed ne ſomniaſſent quidem. Sunt, qui ferant, eum rem gratam Cadonico *civi*, & *amico* ſuo facturum, ſex de *Beatitudine Sanctorum Patriarcharum in ſinu* Abrahæ Epiſtolas italice Venetiis anno 1763. typis Simonis Occhii edidiſſe, hoc titulo: „ Lettere „ Teologiche Critiche ſpettanti alla controverſia tra „ il Sig. Giovanni Cadonici, e il P. Liberato Faſſoni del„ le Scuole Pie intorno alla beatitudine de' Santi Patriar„ chi nel ſeno d' Abramo „. Has ego epiſtolas diligenter legi. Scriptas autem a Feltrio fuiſſe, niſi tabu-

h lis,

De Melchiſedecho jam dixi. De baptiſmo hæreticorum, de quo item ego exempli loco in textu egi, hoc certum eſt: Stephanum P. M. Cypriano, qui Synodo Carthaginienſi ſub Agrippino habitæ, alterique quam ipſe celebraviſſet, ſidebat (Cypr. *epiſt.* LXXII. ad Stephanum *pag.* 196. *edit. Oxon. an.* 1682. & *epiſt.* LXXI. *pag.* 196.) Stephanum inquam Cypriano (*Vide Cypr. epiſt.* LXXIV. *ad Pompejum pag* 210.) reſpondiſſe » ſi quis ergo a quacumque hæreſi vene» rit ad nos, nihil innovetur, niſi quod traditum eſt, ut manus illi impo» nantur in pœnitentiam ». Hæc *traditio*, qua Stephanus nitebatur, non Agrippini, non Epiſcoporum Africanorum ſub Agrippino, non Cypriani, Synodorumque Carthaginienſium ſub Cypriano, non Firmiliani Epiſcopi Cæſerienſis in Cappadocia (confer Euſeb. *lib.* VII. *Hiſt. Eccl. cap.* V., & *Firmiliani ad Cyprianum Epiſtolam*, *quæ eſt* LXXV. *inter Cyprianicas pag.* 217. *ſeqq.*) non Synodorum Iconienſis, & Synnadenſis (*Firmilian. ibid. pag.* 221. *Euſeb. lib.* VII. *Hiſt. Eccl. cap.* VII.) non aliorum, ſi qui deinceps paria ſtatuerunt, Patrum adverſa opinione quidquam detrimenti cœpit. Immo tam conſtans fuit, ſicque manifeſtata ætate Auguſtini conſenſu communi, atque firmata eſt, ut etiam ſi Œcumenicæ Synodi canon ea de re nullus editus eſſet, tamen a nemine, quin reus eſſet religionis, negari poſſet. Conſule Auguſtin. *lib.* I. *contra Donat. cap.* XVIII. *pag.* 63. *tom.* IX. *Opp. edit. Antuerp. an.* 1700. Nec Concilium *plenarium*, cujus ille meminit lib. eod. c. eod. œcumenicum fuit: (nam ſi, ut aliquibus placet, Nicænum fuiſſet, Concilii auctoritatem Baſilius ad eam rem finiendam non requireret *epiſt.* CXCIX. *al.* II. *can.* 47. *pag* 296. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1730. *tom.* III.) ſed tale, ut in illud ex variis nationibus Epiſcopi convenerint, & in cujus ſententiam iverit orbis terrarum. Etenim ut idem ſcribit Auguſtinus *lib.* VII. *ejuſd. Operis cap.* LIII. *id eſt fiducia ſecura vocis aſſerendum, quod in gubernatione Domini Dei Noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti Univerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum eſt*. Et ſane cum tam hæc certa, clara, perſpicua ſint, pluribuſque etiam aliis argumentis, exempliſque, non repugnante, immo vero probante Cano, ſtatuantur, ea tamen Feltrius ſtudet Cani auctoritate evertere.

Quæ de Scholaſticis Feltrius ex Cano affert, expendentur, dum ratio poſtulaverit, diligenter. Non magis autem eo in genere Feltrio adjumento eſt

Canus,

lis, teſtibuſque locupletiſſimis, atque certiſſimis convictus, non credam. Mihi namque non eſt credibile, neglectum ab eo Romæ degente fuiſſe Decretum Benedicti XIV. quo ſub *excommunicationis* majoris Pontificibus Maximis reſervatæ pœna cautum eſt, nequis libros Roma alio mittat excudendos formis, publicandoſque, non ante impetrata a S. R. E. Cardinali Vicario, & Magiſtro Sacri Palatii facultate: „ Comprehen-
„ dique (*verba ſunt Benedicti XIV.*) voluit Sanctitas
„ ſua in dicta cenſura, & reſervatione eos, qui conſcri-
„ ptos in Urbe libros, aliaſque ſcripturas in dictarum
„ legum fraudem, malitioſe extra Urbem alio traſmit-
„ tunt, imprimendos, & evulgandos, non habita prius
„ licentia Cardinalis Vicarii Urbis, & Magiſtri Sacri
„ Palatii Apoſtolici, & in contemptum ſpecialis prohi-
„ bitionis felicis recordationis Urbani VIII. contentæ
„ in decreto Congregationis s. Officii edito coram eo-
„ dem, die Jovis, 17. Septembris, 1625. „ Ac ne illud qui-

Canus, quam in hoc ſit, quod eſt de auctoritate Patrum. Interea hunc ſibi habeat ex VIII. lib. cap. IV. concl. 2. Cani locum: *Ex auctorum omnium ſcholaſticorum communi ſententia, in re quidem gravi, uſque adeo probabilia ſumuntur argumenta, ut illis refragari* TEMERARIUM SIT. Gravem autem hanc, de qua agimus, rem eſſe, non diffitetur Cadonicus *Præfat. Vindiciar. pag.* 3.

De libris Tobiæ, Judith, Macchabæorum &c. quinam veterum contra communem ſententiam ab Apoſtolis certe traditam ſenſerint, aut dubitarint, intelliges ex Calmetio in Prolegomenis, ex Huetio in Demonſtratione Evangelica, exque aliis Scriptoribus, quos numerare longum eſſet. De Beatitudine ad diem uſque Judicii non differenda dubitatum ab aliquibus fuit ad XIV. uſque Eccleſiæ ſeculum. De Patrum quorumdam, quod ſpectat ad Trinitatem, ſententia, quid Petavius ſtatuat, cognoſci poteſt ex priore illius de Trin. libro, exque ejuſdem in *tom. II. Theologicor. Dogmatum Præfatione*. Verum etſi non dubitem, quin lapſi fuerint, qui Patrum Antenicænorum aliquos contra *Conſubſtantialitatem* Trinitatis ſenſiſſe exiſtimarunt; minus tamen perſpicue permultos Patrum eorumdem fuiſſe de eo Myſterio loquutos, minuſque ad eam ejuſdem Myſterii, quæ poſt Nicænam Synodum obtinuit, exponendi rationem apte, liquet. Quare s. Thomas in Procem. Opuſc. 1. quod eſt *contra errores Græcorum* „ Sancti Patres, *inquit*, qui fuerunt ante errorem Arii, non ita ex-
» preſſe loquuti ſunt de unitate divinæ eſſentiæ, ſicut Doctores ſequentes, &
» ſimile de aliis contingit erroribus, quod non ſolum in diverſis doctoribus,
» ſed in uno egregio Doctorum Auguſtino expreſſe apparet ». Quamobrem ſi *apertiſſima omnium* teſtimonia de re quacumque, ut tradita habeatur, quærit Feltrius, nullum fere erit dogma, quod ipſi *traditum* eſſe ab Chriſto per Apoſtolos videatur.

1 Doctorum ego hominum Catholicorum, quos noverim (novi autem pluzimos) quo non irato Cadonicianum *De Vindiciis Auguſtinianis* opus publicatum

quidem mihi perſuadebo, Religioſum hominem, non adſcripto ſuo nomine epigraphi operis, neque impetrata ab iis, qui ſibi præſint, operis ejuſdem publicandi venia, peccaſſe in ſtatuta Tridentinæ Synodi, quæ Seſs. IV. decrevit „ ut nulli omnino liceat imprimere, vel imprimi „ facere quoſvis libros de rebus ſacris SINE NOMI- „ NE AUCTORIS, neque illos in futurum vendere, „ aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examina- „ ti, probatique fuerint ab ordinario, ſub POENA

 ANA-

catum fuerit, inveni prope nullum. Feltrius tamen, ſive quiſquis tandem ille eſt Epiſtolarum ſex Anonymus Auctor, fuiſſe ait *quella opera approvata da tutti gli uomini dotti*. Tanta eſt impunitas confingendi! Verum etſi diligens in iis *doctis* hominibus numerandis fuerit; præter duos, tamen, quorum alter nos ſuum celavit nomen, alter aperte ei, publiceque ſuffragari non eſt auſus, indicare potuit omnino neminem. Qui privatas ad Cadonicum an. 1748. de eodem opere dedit litteras, is Ludovicus Antonius Muratorius fuit: quo vivo, commiſſum numquam ab Cadonico eodem eſt, ut illæ divulgarentur. Quamquam in iis litteris nihil eſt, unde quiſquam vel conjectura aſſequi poſſit, probatum Muratorio fuiſſe, quod opere illo Cadoniciano continetur de au- ctis ante Chriſti mortem ſanctis veteris Teſtamenti beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei. Teſtatur is quidem, videri ſibi, *egregie ab Cadonico*, quam *ſuſcepiſſet*, *miniſtratam* fuiſſe *provinciam*. Sed de qua Provincia loquatur, non ſatis explicate docet. *Provinciarum* vero, quas Cadonicus eo opere *adminiſtrandas ſuſceperat*, hæc erat una, ut ſermonem CCXLIX. in quo fundamenta ſunt jacta Millenariſmi, non eſſe Auguſtino tribuendum efficeret. Quod aſſequutus ne Cadonicus ſit, viderint ſapientes. Equidem ea de re alio loco opportune diſſeram. Ad Muratorium, quod attinet, de hac eum *provincia* egiſſe puto. Nam cum *egregie miniſtratam* ab *Cadonico fuiſſe provinciam* dixiſſet, tum » *Equidem*, inquit, (*pag. 71. ſeq. Dialogor. Cadonicianorum edit. Roboret. an. 1753.*) *quum olim legerem ſermonem, qui ingenium tuum in palaſtram adduxit, mihi videbar audire loquentem Auguſtinum. Illud tantummodo mirabar, millenariam opinionem ab ipſo tam crude obtrudi*. In palæſtram hic, credo, magiricam *adduci Cadonici ingenium* avebat, ubi nil ei *crude obtruderetur*. Gaudeat quidem hoc ἐγκωμιαςῇ Cadonicus *laudabilis latinitatis ſuæ*: per me licet. Pergit Muratorius *de egregie adminiſtrata* ab Cadonico *Provincia* ſcribere, ſed multo, quam initio putaram, jejunius. *Cruditas*, arbitror, nauſeam homini fecerat. » Minime recogitabam, *inquit*, » quod nunc tu veriſimili conjectura ſuſpicatus es, centonem ibi occurrere » ex Auguſtini ſermonibus, & libris conflatum ». At τὸ *veriſimili conjectura ſuſpicari* quidpiam, non idem eſt, atque egregie *adminiſtrare provinciam*. Age, conſideremus, quid addat: » Quod præcipue, *inquit*, rem conficere poteſt ». (Mirum! Quid hoc eſt, *poteſt*? Non ergo confecit Cadonicus. Potuit ille fortaſſe *egregie miniſtrare*, at reipſa egregie non *miniſtravit provinciam*) » re- » cte oſtendiſti nullum eſſe tempus, quo ſanctus Doctor ejuſmodi opinionem » propinaſſe » (Hui? *Crude propinaſſet*?) » populo potuerit, quando, vel cum » presbyter eſſet, ſanius de morte juſtorum, illorumque felicitate ſentiret. » Id ergo ſaltem aſſequutus » (Parum certe aſſequutus videtur, ut ex iis, quæ proxime Muratorius addit, perſpicitur) » videris, ut is ſermo, etſi apertiſſi- » me oſtendi nequeat, extrudendus ex Auguſtiniano penu, conjiciendus ta- » men

„ ANATHEMATIS, & pecuniæ in canone noviſſimi „ Concilii Lateranenſis appoſita: & ſi REGULARES „ FUERINT, ultra examinationem, & probationem „ hujuſmodi, licentiam quoque a ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris juxta formam ſuarum ordinationum „. Hoc ſcio: laudari ab Auctore Anonymo Epiſtolarum illarum ſex, quiſquis demum is fuerit, in litteris *ad Lectorem*, Cadonicianum *Vindiciarum Auguſtinianarum* librum. Prædicari etiam, probatum hunc fuiſſe *doctiſſimo Muratorio*, *doctiſque omnibus*. Nihiloſecius Fridericum Pallavicinium, poſtque Faſſonium in id opus Cadonici acuiſſe ſtilum. Feltrium, qui civis Cadonici, & amicus ſit, tuliſſe graviter, ereptum ſibi a Faſſonio fuiſſe Hilarium Pictavienſem. Itaque cogitaſſe, de *piorum in Abrahæ ſinu ſtatu, ante Chriſti mortem*, ex *Hilarii ſententia* ſcribere. Perceptum a Feltrio ipſo hunc denique fuiſſe ſtudii, ac laboris fructum, ut iis, qui in ejus inciderint Diſſertationem, aut *ſanio-*

v. not. L. p. 58.

» meo omnino ſit, ut recte contendis, in dubiorum claſſem: quod ſatis eſt, » ad amoliendam notam ſancto Epiſcopo inflictam ». Hæc ille de *Provincia* ab Cadonico, ut initio dixerat, *egregie*, ſed ut poſt oſtendit, minus belle *adminiſtrata*. De ceteris vero *Provinciis*, quas Cadonicus ſuſceperat, attende quid ſcribat: » Ceterum & alias quæſtiones agitaſti, a quibus ego ab» ſtinere ſatius duxi ». In his autem numerantur quæſtiones de ſanctis Veteris Teſtamenti donatis ante Chriſti mortem viſione Dei, deque Angelis præditis corpore. Cur autem ſatius duxit Muratorius ab iis *abſtinere*? Quia ſcilicet minus ei placuerant his de rebus Cadnoicianæ ſententiæ. Ac judicium ille quidem Cadonici, eruditionem, argumentandi rationem laudat; ſententias vero non item. Quare poſteaquam de illis quæſtionibus tacere ſe velle dixit: » Iis quoque, *inquit*, palam feciſti, quid poſſit eruditio tua, & quod » præ ceteris in te commendandum eſt, rectum judicium, & ſolida argo» mentandi ratio; quæ omnia cum laudabili linguæ latinæ uſu conjuncta, » certum te de communi commendatione operis tui effectura ſunt ». Hæc ille decora Cadonico ineſſe prædicat. Mirum autem eſt, quam fidenter! Nam ut ſæpe oſtendi, oſtendamque etiam poſt copioſius, probare ea poterit omnino nemini. Quod ſi tam ſunt manifeſto aliena, atque abſorda, ut probari nemini poſſint, quæ tanta confidentia, amico rem gratam facturus confirmat; quanto erunt ea improbanda magis, a quibus non laudandis modo, ſed etiam commemorandis ſibi eſſe abſtinendum duxit? Eſt autem, ut animadverti, in iis ſententiis, pro quibus pugnatum eſt ab Cadonico, quaſque prætermittere, *ſatius* eſſe Muratorius putavit, ea, quæ eſt de *ſanctis Veteris Teſtamenti beatis intuitiva viſione Dei, antequam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet*. Eſt hæc igitur maxime improbanda ſententia. Quare nil erat cauſſæ, quamobrem Feltrius, hujus ipſius ſententiæ ſuſcepturus defenſionem, a Muratorio præſidium peteret.

Digitized by Google

ſanioſus [1] Chiliaſta Hilarius, aut Faſſonii (quod idem in hac cauſſa eſt atque omnium Catholicorum) dogmati inimicus eſſe videatur. Etſi id quemquam eniti, ac laborare pudendum ſit, ut qui veterum doctrina, virtute, rerumque geſtarum laude claruit illuſtri, huic (modo ne adverſariis eſſe adjumento poſſit) invidia ex dictis quibuſque ſuis, ſententiiſque paretur; id tamen dignum eſt Feltrio viſum, quod ſibi gloriæ duceret.

Pergit autem ille Epiſtolarum ſex italice ſcriptarum Auctor, quem ipſum eſſe Feltrium putari diximus, in ſuis ad Lectorem litteris ſcribere, placuiſſe maxime eam Feltrii de Hilario diſputationem viro, neſcio cui, gravi ſane, cujuſque conſtaret meritum; quodnam autem meritum, aut in quem tandem, id equidem multo minus ſcio. Hunc propterea virum amico ſuo, neſcio item cui, modo quæſtiones, modo argumenta quædam ex Faſſonii opere propoſuiſſe, Amicumque curaſſe, ut ei ſex illis Epiſtolis ſatisfaceret.

Harum autem Epiſtolarum prior eſt de Auguſtini quodam ex Epiſtola CLXIV. *al.* XCIX. ad Evodium loco. Hunc locum Auctor intelligi oportere ait, de Sanctis Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem beatis *intuitiva* viſione Dei. Ita quidem poſt Pearſonium [2] Cadonico, Feltrioque placere. Erat is Pearſonius ex hæreſi Epiſcopalium Britannorum. Qua ex re intelligitur, quibus fontibus ſuos hortulos Cadonicus irrigaverit.

Quamobrem ne inanem quidem Cadonicus, falſamque illam conſequutus eſt gloriam, ut vanæ opinionis, alienæque ab orthodoxorum doctrina inventor eſſet. Quam-

1 *Stampò*, inquit, *il P. Feltri una Diſſertazione facendovi vedere il detto Santo o Millenariſta* MARCIO (Fecit probe!) *e con eſſo moltiſſimi altri ſanti Padri* (Euge: jam hoc multo fecit melius) *o contrario al P. Foſſoni*.

2 Non ſolum *poſt Pearſonium* debuit ſcribere; ſed etiam poſt *Calvinianos perplures*, alioſque variarum ſectarum majorum gentium hæreticos, qui eam ſe opinionem adverſus Eccleſiæ Romanæ fidem ſequi gloriantur. Horum ego nomina, dum tempus monuerit, commemorabo, deſcribamque loca, ex quibus plane intelligitur, quam repugnantem illi ipſi hæretici eamdem doctrinam catholico dogmati eſſe judicarint.

Quamquam id ille curavit, ut lectoribus ſuis perſuaderet, hoc, quidquid eſt, opinionis uni ſibi acceptum referri oportere [1]. Ita metuit, ne quid ab aliis didiciſſe videatur.

Jam de Auguſtini loco, quo Cadonici opinationem confirmari priore Epiſtola Feltrius, ſeu quiſquis ille eſt Scriptor Anonymus arbitratur, multis equidem poſtmodum, atque opportune dicam. Altera eſt Anonymi ejuſdem Epiſtola de Johannis Chryſoſtomi quibuſdam teſtimoniis, quæ, ut poſt demoſtrabo, ſecus interpretatur atque Chryſoſtomus ipſe voluerit. In tertia, ſacrorum Bibliorum verſus aliquot ſuo arbitratu explicat, nihilque iiſdem contineri ait, quod cum Cadonici doctrina pugnet. De traditione agit in quarta, itaque veterum teſtimonia, ut alio loco efficiam, torquet, atque pervertit, ut ſi ejus methodum quiſquam in reliquis dogmatibus Eccleſiæ expendendis ſequatur, nullum omnino inventurus ſit, quod traditione cōnſtare vincat. In quinta iiſdem principio Melchioris Cani verbis, de quibus ſupra demonſtratum eſt, licenter abutitur: deinde Vincentii Lirinenſis e Commonitorio illuſtrem, tritumque omnium fere Theologorum ſermone locum implicare ſtudet [2]: poſtremo de Theologis e Schola diſpu-

1 Cadonicus *Epiſt. Dedic. Vindiciis ſuis Auguſtinianis* præfixa. *Nondum*, inquit, *tentatum opus, & quod tenuitati meæ neque tentandum hoc ſeculo videri poterat, eximiæ ſapientiæ veſtræ ſiſto*. Et *Præf. pag.* 1. *Cum plures jam libros aureæ illius* (Auguſtini) *doctrinæ attente guſtaſſem, ex quibus inter alia ſancti Patris ſententiam de ſtatu animarum ſanctorum Patriarcharum ... qui ante Chriſti viſibilem in carne adventum mundo occubuerant, omnino diverſam cognovi a duabus illis, in quas communiter ſcinduntur ſcholaſtici, quæque apud illos docentur ... Omnes Theologos ... non vidiſſe, quæ ego videram, arbitrari nimis frivolum putabam; aliter autem intellexiſſe, quam ego intelligebam, nonniſi magnis adductos rationibus opinari debebam. Ex eorum autem collatione nihil uſque nunc tam aptum tenuitati meæ ſe obtulit, quo apud me ſoliditas perturbetur Auguſtiniana ſententia &c.* Eadem ille multis aliis in locis de ſe prædicat, uti jam perſpicere quiſque poſſit, ipſum ſe ejus opinionis inventorem, ac vindicem profiteri.

2 Anonymus *Scriptor ſex illarum Epiſtolar. pag.* 19. » Non voglio, *inquit*, » mancare di fare alcune oſſervazioni ſopra Vincenzio Lirineſe. La prima » ſi è, che al capo IV. queſto iſteſſo inſegna, doverſi aver ricorſo al con- » ſenſo di TUTTI, e non de' *più*. per regolarci ne' noſtri dubj. *Quidquid » non unus, aut duo tantum, ſed omnes pariter uno, eodemque conſenſu aper- » te,*

ſputat, de quibus quam recte diſputet, alibi equidem videro. Sexta eſt Epiſtola de Profeſſione fidei Synodi Toletanæ IV. cui quibuſcumque modis poteſt tanebras conatur offundere, eoque [1] progreditur, ut Chriſtum fel, & acetum

» te, *frequenter*, *perſeveranter tenuiſſe*, *ſcripſiſſe*, *docuiſſe cognoverit*, *id ſibi* » *quoque intelligat abſque ulla dubitatione credendum*. Verum quid eſt, niſi hoc invertere, maleque Patrum loca interpretari eſt? Nam Vincentius idcirco hæc ſcripſit, ut demonſtraret, quo demum modo ſe gerere quiſque debeat, *ſi in ipſa vetuſtate duorum*, *aut trium error deprehendatur*. Ponit igitur hoſce duos, vel tres a ceteris omnibus, quorum mox meminit, diſſentire. Dum ergo *omnes* commemorat, hos ſaltem ex eorum cœtu *duos*, *treſve* excludat, neceſſe eſt. Quo igitur ore Anonymus Vincentii locum contorquere conatus eſt, quaſi *omnium* vocabulo, ita *omnes* apud Vincentium indicentur, ut Patrum nullus eſſe videatur excipiendus? *Di tutti*, e non *de' più*. Confer Vincentii eumdem locum a me ſupra deſcriptum *pag.* 55. *in not.*

[1] Idem *pag* 47. poſteaquam Confeſſionum fidei, quæ legitur in Actis Synodi Forojulienſis an. 791. habitæ ſub Paulino Aquilejenſi, memoravit, ex eaque hæc deſcripſit verba de Chriſto, qui *dignatus eſt fel. & acetum guſtare*. » Direte » dunque dopo di ciò, *inquit*, che i Padri di queſto Concilio giudicarono » eſſere dogma di fede la ſentenza del fiele, ed aceto guſtato da Criſto po» co prima di morire? ». Cur non? Hoc etiam reſtabat, ut quaſi ſententia quædam ἀδιάφορος *indifferens* nobis proponeretur ab Anonymo ea, quæ eſt aperte ſcripta in Evangeliis. In multis Matthæi codicibus, inque vulgatis græcis legitur cap. XXVII. verſ. 34. *Dederunt ei bibere* ὄξος acetum μετὰ χολῆς cum felle *mixtum*: *& cum guſtaſſet*, *noluit bibere*. Vide, ſi licet, Johannem Millium ad eumdem Matthæi locum: *Nov. Teſt. Græci pag.* 64. *not.* 34. *edit. Lipſ. an.* 1746. In veteris item latinæ vulgatæ editionis codicibus haud paucis legebatur: *Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum*. Codices quique, editioneſque variarum gentium omnes *cum felle* habent. In codicibus quibuſdam græcis, & pleriſque latinis Verſionis Italæ veteris, inque *vulgata nova*, pro *acetum* legitur *vinum*. Patres Græci plerique omnes ὄξος *acetum*; Latinorum vero aliqui *acetum*, ut Tertullianus *lib.* I. *de Spectat. cap.* XXX. ceteri *vinum* legunt, ut Hilarius, ut Juvencus, ut alii, quos brevitatis cauſſa prætermitto. Jam hoc conſtans in quibuſque Codicibus, Editionibus, Patrum operibus eſt, *felle* fuiſſe potatum Chriſtum. Ex Evangelio Marci cap. XV. v. 36. *acetum* fuiſſe oblatum Chriſto in cruce pendenti conſtat. In Johannis item Evangelio *cap.* XIX. *v.* 29 *ſeq.* hæc habentur: » Vas ergo erat poſitum aceto » plenum. Illi autem ſpongiam plenam *aceto* hyſſopo circumponentes obtu» lerunt ori ejus. Cum ergo accepiſſet Jeſus *acetum*, dixit: conſummatum » eſt ». Hoc firmum, in omnibus Marci, & Johannis Evangeliorum editionibus eſt. Ex Evangeliis ergo perſpicue palam eſt, potum fuiſſe *felle*, & *aceto* Chriſtum.

At Scriptores, *inquit*, Anonymus, de eo *fellis* genere, cujuſmodi fuerit, inquirunt. Equidem novi, interpretari Scriptores quædam Evangelii loca alios alia ratione ſolere; ſed hæ variæ interpretationes non efficiunt, ut quod ſcriptum ab Evangeliſtis eſt, ad religionem minime pertineat. Eſt autem, ut vidimus, in Evangeliis clare, aperteque ſcriptum id, quod de *felle*, & *aceto* Patres Forojulienſes in ea Confeſſione fidei ſeſe credere profitentur. Quod ſi hæc de Scripturarum locis (ubi ſit aliqua inter Orthodoxos interpretes in iis explicandis diſſenſio) e numero dogmatum ad religionem ſpectantium expungendis ferenda licentia eſt, deſinet apud multos Scriptura Sacra noſtræ eſſe fidei regula, nulluſque fere in ea locus erit, quem non aliquis e numero dogmatum fidei eſſe delendum impune dicat,

Cur

acetum extremo vitæ tempore guſtaſſe, ad *fidem* pertinere neget. Quin etiam *Catholicam in primis* ſententiam

Cur autem *Patres* ejus Concilii non judicaſſent, dogma eſſe fidei, quod eſſe a Matthæo, Marco, & Johanne iiſdem verbis ſcriptum in Evangeliis legerent? An lapſos Evangeliſtas fuiſſe, aut labi potuiſſe putaſſent? Hoc autem ſi putaſſent, ecquid demum ſuiſſet reliqui, niſi, ut dicerent, interdum ſaltem ſpiritu humano, non *Spiritu ſancto inſpiratos loquutos fuiſſe ſanctos Dei homines*, contra atque Petrus in 2. *Epiſtola cap.* I. *v.* 21. tradiderit? Quid? Si falſi quidpiam, incertive in ſacro aliquo libro eſſet, nonne libri totius certitudo, & veritas interiret? S. Auguſtinus *Epiſt.* XXVIII. *al.* VIII. *ad Hieronymum c.* III. *num.* 3. *pag.* 15. *tom* II. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. » Admiſſo ſemel, *inquit*, » in tantum auctoris faſtigium officioſo aliquo mendacio (*dicerem ego* errore aliquo, aut re quapiam non Spiritu ſancto adſiſtente ſcripta) » nulla illorum » librorum particula remanebit, quæ non ut cuique videbitur, vel ad mores difficilis, vel ad fidem incredibilis, eadem pernicioſiſſima regula, ad » mentientis auctoris conſilium, officiumque referatur ». Et *lib.* II. *de Conſenſu Evangeliſtarum cap.* XII. *num.* 17. *ſeqq. pag.* 31. *ſeq. tom.* III. *opp. P.* II. *edit. ejuſd.* » In hoc, *inquit*, ſatis apparet, quod ad rem maxime pertinet, » quoniam veritas Evangelii Verbo Dei, quod ſupra omnem creaturam æternum, atque incommutabile permanet, per creaturam temporalibus ſignis, » & linguis hominum diſpenſato, SUMMUM CULMEN AUCTORITATIS » OBTINUIT, non nos debere arbitrari mentiri quemquam » (addam ego, vel errare, vel ſpiritu humano loqui ut labi poſſet) » ſi pluribus rem, quam » audierunt, vel viderunt reminiſcentibus non eodem modo, atque ejuſdem » verbis, eadem tamen res fuerit indicata. Et *num.* 29. omnem autem falſitatem abeſſe ab Evangeliſtis decet, non ſolum eam, quæ mentiendo promitur; ſed etiam eam, quæ obliviſcendo &c.

Mitto Pates ceteros, quorum eſt hac de re concors, unanimiſque ſententia. Unius Thomæ Aquinatis locis duobus utar, quod hoc Magiſtro is Anonymus Auctor glorietur. Quamquam verbo quidem illum magiſtrum vocet, re autem vera inſectetur, atque oppugnet ut hoſtem. Thomæ autem locus extat prior *Quæſt.* IV. *de Potent. Art.* 18. *in corp.* eſtque hujuſmodi: „ Scripturæ divinæ a » Spiritu ſancto traditæ non poteſt falſum ſubeſſe, ſicut nec fidei, quæ per eam » docetur „. Alter extat. *Quodl.* XII. *Art.* XXIV. *ad* I. habetque hoc modo: » Hoc tenendum eſt, quod quidquid in Sacra Scriptura continetur, verum eſt. » Alias QUI CONTRA HOC SENTIRET, ESSET HÆRETICUS. Expoſitores autem in aliis, quæ non ſunt fidei, multa ex ſuo ſenſu dixerunt, & » ideo in his poterant errare; tamen dicta Expoſitorum neceſſitatem non inducunt, quod neceſſe ſit eis credere, SED SOLUM SCRIPTURA CANONI» CA, QUÆ IN VETERI, ET NOVO TESTAMENTO EST „. Atque hæc quidem Thomas.

Age vero Patres omnes, nonne tam id ad fidem ſpectare putarunt, ut myſterii loco habendum, in eoque Prophetæ oraculum fuiſſe adimpletum ſtatuerent? Quod autem fert ſumma Patrum in enarrandis Myſteriis Scriptura comprehenſis conſenſio, cur non ad *fidem* pertineat? Longum eſt omnes commemorare. Commemorabo autem, ſi perget Anonymus repugnare. Locis equidem Auguſtini ero modo contentus duobus. Is in XVII. *de Civitate Dei Libro. Cap.* XIX. *pag.* 161. *tom.* VII. *opp. edit. Antuerp ann.* 1700. de Pſalmo LXVIII. agens » Sed » ut Judæi, *inquit*, tam manifeſtis hujus prophetiæ teſtimoniis, ETIAM RE» BUS AD EFFECTUM TAM CLARUM CERTUMQUE PERDUCTIS, omnino non cedant, profecto in eis illud impletur, quod in eo pſalmo, qui » hunc ſequitur, ſcriptum eſt. Cum enim & illic ex perſona Chriſti, quæ ad » ejus paſſionem pertinent, prophetice dicerentur, COMMEMORATUM EST, » QUOD IN EUANGELIO PATUIT: *Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti » mea potum mihi dederunt acetum*... Quid ergo mirum, ſi hæc manifeſta non » vi-

tiam dicit eſſe : Chriſtum, qua homo eſt, ingnoraſſe
i judi-

» vident, quorum oculi ſunt obſcurati, ne videant „? Et *tract.* XXXVII. *in Johannis Evang. num.* 9. *tom.* III. *opp. P.* II. *pag.* 402. » Audi ſtulte, *inquit :* » *Nondum venerat hora ejus* ... Expectabat finiri omnia, quæ prædicta ſunt » ante ejus paſſionem futura, ut cum impleta eſſent, tunc veniret & paſ- » ſio ... Inter cetera, quæ de illo prophetata ſunt, ſcriptum eſt etiam : *de-* » *derunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*. Quomodo » FACTA SUNT IN EVANGELIO novimus. Prius dederunt fel. Accepit, » guſtavit, & deſpuit. Poſtea in cruce pendens, ut omnia prædicta comple- » rentur, ait : *ſitio*. Acceperunt ſpongiam aceto plenam, in arundine ligave- » runt, & admoverunt pendenti. Accepit ille, & ait : *perfectum eſt*. Quid » eſt : *perfectum eſt*? Impleta ſunt omnia, quæ ante paſſionem meam fuerant » prophetata ». Vide *tract.* XVII. *n.* 15. *pag.* 311. *& tract.* XXXI. *num.* 6. *pag.* 379. Præterea cetera s. Doctoris teſtimonia, quæ ſane permulta ſunt. Sed hæc adverſus eos ſatis eſſe volo, qui ipſius ſe diſcipulos eſſe jactitant. Quamquam cum iis quid agas, qui, ſiquid eſt in Auguſtini libris obſcuri, captant, raptumque in pejorem partem probant; quidquid contra perſpicui eſt, faciunt omnino nihili, deſpiciunt, averſantur?

Quid? Si iis, qui cum Theodoro Mopſueſteno fel & acetum extremo ſuæ vitæ tempore potum Chriſtum Servatorem, impletumque in eo fuiſſe Prophetæ illud oraculum Pſalmo LXVIII. comprehenſum, negare auderent, anathema Vigilius Pontifex in ſuo *Conſtituto* dixerit, *ut ex tom.* III. *Conciliorum pag.* 24. *edit. Pariſ. ann.* 1714. plane liquet? Anathema ne illis dixiſſet, ni ex Scripturis, Traditioneve Eccleſiæ certum eſſet, Chriſtum potum fel, atque acetum fuiſſe, ut prædictum a Pſalmiſte fuerat : quum præſertim Vigilius *ibid. pag.* 13. animadvertat, capitula ejuſdem Theodori Mopſueſteni *exſecrabilia eſſe, atque a ſanctis Patribus olim ſine dubitatione damnata*? Verba Vigilii de loco illo pſalmi hæc ſunt omnino : » In ſupraſcripto vigeſimo quinto » (Theodori) Capitulo de eo loco pſalmi, ubi dicit : *Dederunt in eſcam* » *meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto*, contra evidentem Evangelii » veritatem exponitur, dicendo, quia nec VERO ACETO potatus eſt Do- » minus, ſed ad triſtitiam, & iracundiam offerentium habuerit potationem in » ACETI loco, & eſcam in FELLIS; nec de ipſo PRÆDICTUM, ſed Evan- » geliſtam hoc teſtimonio uſum fuiſſe ex eventu in Domino. Propterea qui » hæc ita ſapit, docet, credit, aut prædicat, ANATHEMA SIT ». Audis *Anathema*? Accipe modo, quid a Sophronio in Profeſſione Fidei probata Synodo VI. Œcumenicæ ſcriptum fuerit. » *Acetum* ὄξος potatur, & χολὴν *fel* deguſtat *&c.* » *Synod.* VI. *Œcumen. act.* XI. *tom.* III. *Concilior. pag.* 1279. & *action.* XIII. *pag.* 1314. ubi hæc habentur : » Pertractavimus & Synodica So- » phronii venerabilis memoriæ ... & hæc reperientes cum vera fide conve- » nientia ... ut ſalubria ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſuſcepimus ». Quid igitur? Eane, quæ rebus *cum vera fide convenientibus* manifeſto repugnent, adverſarius indifferentia dicet eſſe?

Illud autem mirabile videri debet, quod Benedicti XIV. locum *e libro de Diebus Feſtis* commemorare Anonymus audeat, quaſi ipſi eſſe adjumento poſſit. Nam is Pontifex in ea ipſa, quam Anonymus idem laudat Adnotatione *De Feria* VI. *in Paraſc. n.* CCXCII. *pag.* 116. *edit. Roboreti an.* 1740. » Circa poi l' adem- » pimento, *inquit*, delle divine Scritture in queſto fatto la coſa è aſſai chia- » ra, leggendoſi nel ſalmo 68. gia predetto : *Dederunt in eſcam meam fel,* » *& in ſiti mea potaverunt me aceto*, eſſendoſi verificata la prima parte del » fiele, quando fu offerto a Gesù Criſto il vino, del quale abbiamo parlato » di ſopra, e del quale parla pure s. Matteo al *cap.* XXVII. ed eſſendoſi ve- » rificata la ſeconda parte nel fatto, che preſentemente trattiamo ». In Baronii autem Annalibus, inque Gretſeri opere de *Myrrhato Vino* ecquid eſt, unde concludere quiſquam, etiam conjectando, poſſit, quod de *felle*, atque *aceto* ſcriptum ab Evangeliſtis eſt, ad religionis Chriſtianæ dogma non pertinere

Digitized by Google

judicii poſtremi diem [1]. De aliquot deinceps Patrum quorumdam locis diſſerit, eoſque tametſi implicet, tamen

tinere? Ac ferendum profecto non eſt, ut quod prænunciatum a Prophetis, impletumque in Chriſto (ut Johannes indicat in *Evang. cap.* XIX. *v.* 30.) quod memoriæ ab Evangeliſtis proditum, quod a Patribus univerſis ſumma conſenſione adſertum, quod quoque tempore creditum ſit; id (nulla Synodorum etiam Œcumenicarum, nullaque anathematis, quod Pontifices Maximi adverſæ opinioni dixerint, habita ratione) id, inquam, nunc ab Anonymo velut indifferens duorum Scriptorum recentium auctoritate proponatur: qui Scriptores & nihil uſquam ſimile dixerunt, & tales non fuerunt qui poſſent dicere, & ſi dixiſſent, detrimentum communi dogmati afferre nequiviſſent.

1 Poſteaquam Anonymus *pag.* 47. de libello Leporii Monachi Synodo Africanæ oblato, atque probato dixit, exque libelli ejuſdem num. 19. hunc deſcripſit locum (*Tunc dixi, immo ad objecta reſpondi, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſecundum hominem, diem judicii ignorare. Sed nunc non ſolum dicere non præſumo, verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte ſententiam, quia dici non licet, etiam ſecundum hominem, ignoraſſe Dominum Prophetarum. Tom.* 1. *Concilior. edit. Pariſienſis Harduini ann.* 1714. *pag.* 1267.) ſtatim addit *pag.* 48. *Eppure non ignorate, eſſere* CATTOLICISSIMA *ſentenza con molti de' ss. Padri, che Criſto, inquanto uomo, abbia ignorato il giorno del finale giudizio.* Hæc Anonymus. Libellum Leporii ſanctus Leo Magnus *librum Aſſertionis Fidei* B. Auguſtini vocat *ep.* CXXXVIII. *al.* XCVII. *& in Queſnel. edit* CXXXIV. (Vide *p.* 479. *edit. Rom. Cacciari an.* 1755.) Quin etiam Theodoritus in II. *Dialogo*, qui *Inconfuſus* inſcribitur *pag.*108. *tom.* IV. *opp. edit. Pariſ. an.* 1642. eumdem libellum *Expoſitionem Fidei* s. Auguſtini eſſe animadvertit. Quid, ſi ex ſtilo cognoſcatur, dictatum eum libellum fuiſſe ab Auguſtino? Confer *Sirmondi Adnotata ad eumd. libell. tom.* XI. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. pag.* 1271. Sed etiamſi ab Auguſtino dictatus non fuiſſet, nemo tamen erit, qui ei Auguſtinum, atque Aurelium Carthaginienſem ſubſcripſiſſe negare audeat. Atque in ſubſcriptionibus Epiſcoporum ſic legitur: *Aurelius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginienſis oblato a Leporio libello, ac relecto ſubſcripſi.* AUGUSTINUS *Epiſcopus Hipponenſium regiorum oblato nobis a Leporio libello ſubſcripſi. Tom.* 1. *Concilior. pag.* 1270. Quid igitur tu, qui Auguſtini te diſcipulum profitere, Auguſtino ne, & Aurelio, qui ſubſcripſerunt, hanc tam inſignem injuriam inferes, ut Doctorem ſanctiſſimum, cum Aurelio una turpiter erraſſe, nobiſque non dogma pro dogmate fidei obtruſiſſe, & *anathema* per ſummam inſcientiam ſubſcribendo dixiſſe ei ſententiæ affirmes, quæ *Catholiciſſima* ſit? Id ego, id Thomiſtæ ceteri veri Auguſtini ſectatores patiemur numquam. Atque ut videas, quam id non ſit ferendum, ſic habeto: Pontifices Maximi id, quod tu *Catholiciſſimum* eſſe pronuncias, erroris condemnaverunt. Vigilius in *Conſtituto tom.* III. *Concilior. pag.* 39. *edit. ejuſd.*
» Si quis, *inquit*, unum Jeſum Chriſtum verum Dei, & eumdem ipſum ve-
» rum hominis filium, futurorum ignorantiam, AUT DIEI ULTIMI JU-
» DICII HABUISSE DICIT, & tanta ſcire potuiſſe, quanta ei Deitas; quaſi
» alteri cuiquam inhabitans, revelabat; anathema ſit„. Agnoetarum ea erat hæreſis, quæ Chriſtum, ut hominem, ignoraſſe judicii diem ferret. Hi Juſtiniani Imperatoris temporibus orti a Themiſtio ſectæ auctore Themiſtiani ſunt appellati. Confer Leontium *de ſectis Act.* V. *tom.* IX. *Bibliotheca ss. Patrum pag.* 668. *edit. Lugdun. ann.* 1667. Baronium ad an. DXXXV. num. LXXV. ſeq. Dionyſium Petavium *lib.* XI. *tom.* IV. *P.* II. *Theologicor. Dogm. num.* IV. *&* X. *pag.* 61. *&* 64.

Jam Agnoetas ne, an Theodorum Vigilius Canone proxime deſcripto ferierit, non laboro. Satis mihi eſt, iis, quicumque tandem fuerint, ab eodem Pontifice anathema fuiſſe dictum, qui putarent, judicii extremi diem ignotum fuiſſe, qua homo eſt, Servatori Chriſto. Extremo ſexto ſeculo, ſive reſtituta a

Mona-

Digitized by Google

tamen iis ſe putat reſpondiſſe Faſſonio, amicoque illi, quem fingit, ſuo cumulate ſatisfeciſſe.

Monachis quibuſdam Palæſtinis (ut Photio viſum eſt Biblioth. *codic.* ccxxx. *pag.* 882. *edit. Rothom. an.* 1653.) ſive accuſata ea opinio fuerit (ut Michael Lequienius Ord. Præd. Theologus in *lib. Johan. Damaſc. de Hæreſibus pag.* 107. *tom.* 1. *edit. an.* 1712. putat) expugnata certe ab Eulogio Alexandrino Antiſtite undecima illa oratione eſt , quam Photius *ibid.* brevibus comprehendit. Atque Eulogius quidem eos , qui etiam κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα , *ſecundum humanitatem* , auſi fuiſſent affirmare , latuiſſe Chriſtum judicii diem θράσους ἐπισφαλοῦς *temeritatis* , ſeu *audaciæ lubricæ* condemnavit. Probavit hanc Eulogii ſententiam Gregorius Magnus *lib.* x. *epiſtola* xxxix. quæ olim erat *libri* viii. *epiſtol.* xlii. ad Eulogium *pag.* 1070. *tom.* ii. *opp. edit. Pariſien. anno* 1705. ubi : » De doctrina , *inquit* , veſtra contra HÆRETICOS , qui dicuntur A- » gnoitæ , fuit valde quod admiraremur , quod autem DISPLICERET , » NON FUIT .... Ita autem doctrina veſtra per omnia Latinis Patri- » bus concordavit , ut mirum mihi non eſſet , quod in diverſis linguis ſpi- » ritus non fuit diverſus ... Incarnatus Unigenitus , factuſque pro nobis homo » perfectus , in natura quidem *humanitatis novit diem , & horam judicii* : ſed » tamen hunc non ex natura humanitatis novit . Quod ergo in ipſa novit , non » ex ipſa novit » . Joſephus S. Rom. Card. Orſius , ubi hoc Gregorii teſtimonium attulit , Eulogii ſententiam deſcribens *tom.* xx. *Hiſt. Eccleſiaſt. lib.* xlv. *num.* ex. *pag.* 170. *edit. Rom. in* iv. *an.* 1761. » Nè pur ſecondo l'umanità , » *inquit* , avea ignorato (Criſto) quell' ultimo giorno ; perchè la ſua uma- » nità aſſunta ad eſſere in una medeſima ipoſtaſi colla ſuſtanza , e inacceſ- » ſibil ſapienza , nulla potè ignorare nè delle coſe preſenti , nè delle coſe fu- » ture . Conſeguentemente NON SI PUO' AMMETTERE IN QUELLA U- » MANITA' L'IGNORANZA SENZA DISGIUGNERLA DALLA PERSONA » DEL VERBO , o come dice il medeſimo s. Gregorio : *Chiunque non ſia Ne-* » *ſtoriano , non può eſſere in verun modo Agnoita* . Ne abbiamo una pruova » ſenſibile in un Autore moderno (*Berruyer tom.* 8. *P.* II.) il quale non ha » potuto ammettere in qualche modo in quella ſantiſſima umanità l'ignoran- » za , e così eſſere in qualche modo Agnoita , ſenza inſinuare nel medeſimo » tempo colle ſeguenti parole anche l'ereſia di Neſtorio : *Dicendo l'Evan-* » *geliſta , che nè pure al figliuolo è noto quel giorno , per figliuolo non ha po-* » *tuto intendere in retto la perſona del Verbo , ma Gesù Criſto , come fatto nel* » *tempo figliuol di Dio ſecondo la carne* . Non è egli queſto un linguaggio da » Neſtoriano » ?

Verum ſi , auctore Gregorio , Agnoeta , ſeu negans humanitati Chriſti cognitionem diei extremi judicii eſſe non poteſt , niſi qui Neſtorianus ſit , ac ſi , Orſio teſte , ut aliquo modo Berruyerus Agnoeta eſſet , Neſtorianum ſeſe *inſinuavit* ; Feltrius certe , ſeu quiſquis Anonymus ille ſex Epiſtolarum auctor eſt , qui *Agnoetarum* ſententiam *Catholiciſſimam* dicit eſſe , Neſtorianos habuerit neceſſe eſt in numero Catholicorum . Quare non eſt , cur Berruyero tantopere iraſcatur , qui cum aliquo ſolum modo Agnoeta videri voluerit , viſus ſit etiam aliquo modo Neſtorianus . Sec. vii. s. Sophronius Hieroſolymitanus in ſua Synodica fidei Expoſitione , quæ refertur Action. xi. Synodi Œcumenicæ *tom.* iii. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1290. *Anathema in perpetuum* dixit Themiſtio , *qui fuit ignorantiæ pater , & genitor , atque ſeminator nefandiſſimus , qui Chriſtum verum Deum noſtrum diem judicii neſciſſe delirabat* ... *ignorare Chriſtum non ſecundum id quod Deus erat ſempiternus , ſed ſecundum quod veraciter* ἄνθρωπος homo *factus eſt* κατ' ἀλήθειαν ſecundum veritatem , *diem conſumationis , atque judicii , ex inſipientia eructans &c.* Hæc Sophronii Synodica celebrata multis laudibus , atque adprobata ab Synodo eadem ſexta Œcumenica fuit *Actione* xiii. *pag.* 1334. his verbis : » Pertractavimus autem

Vix dum hæ Anonymi Epiſtolæ ſex divulgari cœperant, cum Cadonicus ſuum illud tertium opus, de quo

» & Synodica Sophronii . . : . & hæc reperientes cum vera fide convenientia,
» Apoſtolicisque, & Sanctorum, atque probabilium Patrum doctrinis paria,
» utpote, quæ ſunt *orthodoxa* recepimus, & ut *ſalubria* ſanctæ Catholicæ Ec-
» cleſiæ ſuſcepimus ». *Par* ne quiſquam eſſe *doctrinis Patrum*, & cum *vera fide*
conveniens, & *Eccleſiæ Catholicæ ſalubre* putet, *anathema* iis dicere, qui ſen-
tentiam *Catholiciſſimam* tueantur? Minime gentium. Si ergo Synodus Œcu-
menica, & *parem* doctrinis Patrum, & *vera fidei convenientem*, & *ſalubrem*
judicavit eſſe, ac propterea uti talem recepit Synodicam Sophronii, in qua
anathema iis dicitur, qui Chriſtum, ut hominem, ignoraſſe affirmarent ju-
dicii poſtremi diem, fateamur neceſſe eſt, non *Catholiciſſimam*, ſed *Anathe-
mate dignam* eſſe ſententiam de Chriſto, ut homine, ignorante judicii extremi
diem. Qua igitur confidentia audet modo Anonymus ſtatuere *Catholiciſſimam*
eamdem eſſe ſententiam, quam fuiſſe liquet rejectam ab Auguſtino, & aliquot
aliis Antiſtitibus Africanis, a Vigilio P. M. a Sophronio, a Concilio VI. Sophro-
nii *Synodica* recipiente, ut anathemate dignam; a Gregorio autem Magno re-
probatam uti Neſtorianam?

S. Thomas Aquinas in *Compendio Theologiæ hoc eſt opuſc.* II. *pag.* 241. *pag.* 18.
edit. Bergom. an. 1741. *inconveniens* videri ait, ignoraſſe Chriſtum judicii ex-
tremi diem. Bartholomæus Medina Ord. Præd. Theologus in III. *P. S. Th.*
qu. X. *art.* II. *pag.* 168. *edit. Veneta an.* 1582. » Certum eſt, *inquit*, ſecundum
» fidem Catholicam, quod Chriſtus & ut Deus, & ut homo per ſcientiam
» increatam, & per creatam cognovit diem judicii. Sic definitum eſt in VI. Sy-
» nodo *Act.* XI. *in Orat.* Sophronii, quæ oratio adprobatur *Actione* XIII. *in*
» *eod.* Concilio. Idem docent univerſi Patres &c. ». Dionyſius Petavius *lib* XI.
de Incarnat. cap. I. *num.* XV. *pag.* 67. *tom.* IV. *P.* II. *edit. ſupra indicata*: » Illa
» ſententia, (negans Chriſto poſtremæ diei cognitionem) poſtea HÆRESIS
» eſt notata, eoque nomine pro HÆRETICIS NOTATI SUNT AGNOE-
» TÆ cum eorum parente Themiſtio Diacono ». Theologi Salmanticenſes Car-
melitæ Diſcalceati *tract.* XXI. *de Incarnat. diſp.* XVIII. *Dub.* II. §. III. *tom.* X.
opp. edit. Colon. an. 1691. *pag.* 79. *num.* 37. » Contrariam, *inquiunt*, noſtræ
» aſſertioni ſententiam docuerunt olim quidam Hæretici vocati Agnoetæ . . .
» Hi tribuerunt Chriſto ignorantiam plurium, quæ ſunt, vel erunt, præſer-
» tim vero diei judicii, & quamvis D. Iſidorus *lib.* VIII. *Originum cap.* V.
» dicat, eos non ſolum *humanitati Chriſti*, *ſed ejus etiam divinitati hanc igno-*
» *rantiam tribuiſſe*, nihilominus veriſimilius eſt, quod ſcribit Nicephorus
» *lib.* XVIII. *cap.* L. his verbis: *Hi dicunt, verbum quidem Deum omnia noſſe,*
» *humanitatem vero ſecundum ſubſtantiam ei unitam permulta ignorare: ne-*
» *ſcire ſane horam, & diem mundi totius conſummationis* . . . Eumdem erro-
» rem jamdiu ab Eccleſia ſepultum, exſuſcitarunt Hæretici præcedentis ſecu-
» li, qui affirmant animam Chriſti plura ignoraſſe . . . Ita Lutherus *ad Marci*
» *c.* XIII. Calvinus *ad Matth.* XXIV. *&* XXVI. Bucerus *ad Matth.* XXIV. Zuin-
» glius in Confeſs. ad Carolum V. artic. I. Beza in librum contra Andream
» Jacobi &c. ». Franciſcus Fevardentius Ord. Minor. vir ſua ætate doctiſſi-
mus *ad lib.* II. *Irenæi cap.* XLIX. *tom.* II. *opp. Iren. p.* 255. *edit. Veneta an.* 1734.
in *erroribus*, quibus Lutherani, Calvinianique implicantur, eam ſententiam
ponit, quam Anonymus vocat *Catholiciſſimam*. Mitto de ceteris Theologis
dicere, quorum certe ſumma eſt in ſententia eadem notanda conſtantia.

Quod addit Anonymus, multos ſanctos Patres negaſſe Chriſto horæ, dieique judicii extremi ſcientiam, & falſum per ſeſe eſt (ut oſtendere fuſe poſſem, ſi eſſet opus) & Patribus ipſis, velut Eulogius loco indicato animadvertit, injurium. Jam ex iis, quæ hactenus diſputata ſunt, plane conſtat, uti *Catholiciſſimum* id opinionis portentum ab Anonymo prædicari, quod ab Theologis *inconvenientiæ*, *erroris*, *hæreſeoſque* damnetur, cuique ſit a Pontificibus, aliiſque Epiſcopis, probantibus Œcumenicis etiam Synodis, dictum anathema.

Digitized by Google

quo ſupra demonſtratum eſt, typis Antonii Zattæ Venetiis excudi fecit. Ejus autem operis hæc eſt inſcriptio: *Divi Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, quæ videtur*[1], *ſententia de Beatitate Sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, ceterorumque juſtorum Antiqui Teſtamenti ante Chriſti Domini deſcenſum in inferos, a Johanne Cadonici Veneto Eccleſiæ Cathedralis Cremonæ Canonico illuſtrata, atque demiſſo*[2] *animo Theologis Catholicis ſubjecta, ut dijudicent, num vere Auguſtini habenda ſit; & utrum novis*[3] *efficacibuſque argumentis confirmet conſtantem Eccleſiæ doctrinam circa veritatem, & antiquitatem*[4] *purgatorii, & circa non retardatam animarum juſtarum beatitudinem in manſione cæleſti, contra hæreticos hæc dogmata impugnantes. Accedunt animadverſiones ejuſdem Auctoris adverſus recentem librum P. Liberati Faſſonii ex Scholis Piis de eodem argumento. Venetiis 1763. typis Antonii Zattæ Superiorum permiſſu, ac privilegio.*

Sed id opus, quod cujuſmodi ſit, ne tam longa quidem inſcriptione intelligi poſſe videatur, probatum jam inde ab anno 1758. philoſopho Floriano Dalhamo fuerat.

1 Quam in *Vindiciis*, inque *Dialogis* uti certo *Auguſtinianam* propoſuerat, eam modo ſolum *videri* Auguſtinianam dicit. Tanta eſt hominis in ſcribendo mutabilitas, & inconſtantia. Verum ita ſolent, qui cum novi afferant aliquid, ſibi ab Eccleſia metuunt.

2 Scilicet erga benignos adprobatores ſui operis nemo eſt hoc demiſſior homine: contra in objurgatores, quamlibet etiam benevolos, acriore eſt animo prorſus nemo. Quam id ſit verum, ex illius ad Dalhamum, quam ſupra deſcripſi, epiſtola intelligi plane poteſt.

3 Hui? *Novis*? At vetera probat Eccleſia. Nam ea ex Scriptura, atque Traditione argumenta petit, quibus quidem Scripturis, & Traditione nihil eſt in Chriſtianis rebus antiquius. Nec novis argumentis ea indiget ſuorum vetuſtate firmiſſimorum, ſtabiliſſimorumque dogmatum tuendorum cauſſa. Quid? ſi *nova* ſuſpecta eſſe ſoleant, & vero perſæpe noceant? Itaque habeat hic ſibi *nova* illa ſua: orthodoxi certe vetera conſectabuntur, quibus nixa Eccleſia, fidei de Purgatorio definivit, propoſuitque omnibus ad credendum dogma. Verum cujuſmodi ea *nova* argumenta ſint, oſtendam, ſed alio loco opportune, ac tempori.

4 Quaſi vero quiſquam fuerit Orthodoxorum, qui pro Purgatorii *veritate* pugnans, nudius tertius fuiſſe illud extructum putaverit. Quid? ſi Photiani, Proteſtanteſque ultro fateantur, Purgatorium ſi ſit, tam eſſe vetus, quam ſit infernus diabolo, ejuſque angelis a conſtitutione mundi paratus locus? Quare ne iis quidem opus argumentis erat, quibus ipſis quam ſit antiquum Purgatorium perſuaderetur. Nihilo ſecius magnum ſe quiddam excogitaſſe Cadonicus arbitratur. Itaque ſancte nobis in ipſa ſui operis tertii inſcriptione pollicetur, *novis ſe argumentis* Purgatorii *antiquitatem* eſſe demonſtraturum.

Digitized by Google

fuerat. Is cum a quibuſdam Theologis illud oppugnari intellexiſſet, quibuſcum veteres ipſi ſimultates erant, quidvis eſſe ſatius agere putavit, quam pati, ut ii, quos adverſariorum habebat loco, juſta etiam victoria potirentur. Sunt enim multi ita affecti, atque inſtituti, ut, modo ſibi, factionique ſatisfaciant, nihil penſi habere videantur. Igitur Dalhamus, qui ſi adverſariis etiam pro veritate pugnantibus reſtitiſſet, cumulate ſe partibus, ſibique ipſi eſſe ſatisfacturum arbitrabatur, cenſuram ſcripſit, quæ poſtmodum ab Cadonico publicata [1] eſt. Sic autem cenſoris ſuſtinuit dignitatem, ut quæ ab Cadonico ipſo partim excogitata, partim ex Proteſtantibus accepta, ſcriptaque fuerant; quaſi ſua eſſent, nec ante cuiquam in mentem veniſſent, incredibili confidentia jactarit.

Itaque etſi de ſanctis Veteris Teſtamenti non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, una ſemper omnium fuerit, conſtans, ac firma ſententia; is tamen Cenſor fidenter, ut ſolent hi, nihilque tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur, variaſſe [2] hoc in genere quaque ætate Theologos ſtatuit. Nam *aliter* de Sanctorum illorum beatitate ſenſiſſe antiquos aliquot Patres, *aliter* Thomam [3], aliter

1 Ejus, de quo nunc agimus, operis *pag.* xxI.

2 Nihil minus. Sed hac de re alias.

3 Ain' vero? Adeo ne s. Thomas novator fuerit, ut deſciverit a doctrina Patrum? Sed utut es, Cenſor, facturus, hoc quidem certe haud obtinebis tamen, ut quæ Patrum fuit, eadem Thomæ doctrina non ſit. Notum id eſſe cuique intelligo, etſi te lateat hominem rei totius biblicæ, *notionis beatitudinis*, quam Apoſtoli, *fideleſque* deinceps *Hebræi*, atque *Græci* informaſſent, *longiorum* item *ratiociniorum*, quæ in Patrum quorumdam operibus antehac nemo offenderit, totiuſque Eccleſiaſticæ œconomiæ, uti quidem tibi perſuaſiſti, gnarum. Ego vero non aliis (etenim doctos docerem) ſed tibi poſt demonſtrabo, quam ſtudioſus doctrinæ Patrum Thomas, quam diligens cuſtos, quamque ſtrenuus defenſor fuerit.

At *quoſdam* Patres Dalhamus memorat, a quibus diſſenſiſſe Thomam, injurium non eſt dicere; modo ne quis ab ceteris etiam eum diſſenſiſſe dicat. Pateret. Sed cur hos ceteros Dalhamus ne indicavit quidem? Nam quorumdam meminiſſe, nulla ceterorum mentione facta; poſtque, *variationis* demonſtrandæ cauſſa, ſtatuere, ſecus deinceps Thomam exiſtimaſſe; idem eſt profecto atque quoſdam Patres, ceteris non repugnantibus, aliter primum; aliterque inde Thomam ſenſiſſe, ſtatuere: quod falſum per ſeſe eſt ſanctoque Doctori, ac Synodis, Pontificibuſque Maximis, qui ejus doctrinam mirifice commendarunt, injurium.

Digitized by Google

aliter Scholaſticos hujuſce temporis; nec *Orthodoxiam* quidquam detrimenti cepiſſe; propterea quod nondum ea quæſtio Eccleſiæ auctoritate finita ſit. Nunc Johannem [1] Cadonicum Auguſtini dogmata ſequutum ſtatuere, Sanctos eoſdem ante Chriſti Servatoris mortem auctos beatitate fuiſſe conſiſtente in *intuitiva* viſione Dei. His ſententiis cenſoria poteſtate dictis, cum ſibi Dalhamus uti certum ſumſiſſet, de quæſtionibus iis definiri ab Eccleſia poſſe, in quibus Patres, atque Theologi quoque tempore variarint, & de quibus proinde nihil a Chriſto traditum [2] per Apoſtolos fuerit; tum quaſi natura

1 Sic autem Dalhamus ſcribit: *Præſens Cl. Auctor Johannes Cadonici*. Itane vero? An Cadonicus profectus in Germaniam fuerat, ut *præſens* Dalhamo in Germania ſcribenti adeſſe poſſet? Immo abſens erat. Nam agebat Cremonæ, quam Dalhamus idem non negat Urbem eſſe Italiæ. Cur igitur *præſentem* dicit? Nempe *τὸ præſens Auctor* idem eſt ei, atque *τὸ hic Auctor*. Recte quidem. At vulgus *τὸ præſens* loco prænominis *hic* uſurpare ſolet. Eſt ita plane. Sed quid vis fieri? Hominem, qui tam ſe magnos in elegantioribus hebraicis, græciſque litteris progreſſus feciſſe putat, pertæſum eſt latinarum. Jam hoc te, lector, monitum volebam. Redeo ad eam Dalhami περιοχὴν, quam deſcribere paulo ante cœperam: *Præſens*, inquit, *Cl. Auctor Johan. Cadonici eorum beatitudinem, quam ſcopum operis a ſe adumbrati conſtituit, ait beatiſica Dei viſione fuiſſe colluſtratam; idque potiſſimum ex ſancti Auguſtini mente mature juxta, ac modeſtiſſime deſumit*. Mira loquitur. Statuit enim: *Scopum operis adumbrati a Cadonico conſtitui beatitudinem*. Obſcuram *beatitudinem* eam eſſe oportet, quam Cadonicus ſcopum *adumbrati* ab ſe operis conſtituat. Nihil enim quidquam opere illo vidi obſcurius. Rurſum *beatitatem colluſtratam viſione Dei* dici quis ferat? Beatos ſane viſione Dei gaudere intelligo; beatitatem colluſtrari viſione, nullo modo prorſus intelligo. Beatitas enim non videt. Quæ autem non videt, colluſtrari viſione qui poterit? Poſtremo qui fieri poteſt, ut *mature* quiſquam *ex* alterius *mente* quidquam deſumat? Quid ſi ne *acerbe* quidem, nec *intempeſtive*, nec *importune*? Verum, ut ajebam, is Cenſor hebraica, atque græca conſectatus, latina negligit. Sed quam ſit etiam in hebraicis, græciſque verſatus poſt videro.

2 Quo namque modo in traditis dogmatibus haberi poteſt, quod mutatum quaque ætate eſt? Si autem in traditis dogmatibus non eſt habendum, ab Eccleſia definiri illud poſſe, quis credat? Nec dices, ſcriptum eſſe in ſacris Bibliis. Quid enim? An Theologos omnes (Epiſcopis, reliquiſque Orthodoxis univerſis non modo non repugnantibus, ſed etiam plane aſſentientibus, hoc eſt probante Eccleſia, quæ columna eſt, atque firmamentum veritatis) rejicere poſſe dices quod ſcriptum ſit? Id ſi dixeris, maximo te, atque graviſſimo errore implicabis: ſin ſcriptum illud uſquam fuiſſe neges, qua demum ratione putas, Eccleſiam de re non tradita, neque ſcripta conſtituturam? Nam quid iſtud eſt, *variatum* ea in re quaque ætate fuiſſe, quæ res tamen definiri ab Eccleſia ut dogma poſſit? Nega, ſi potis es, Orthodoxos omnes, adeoque Eccleſiam in ea eſſe ſententia, ut Sanctos Veteris Teſtamenti ante Chriſtum, gaviſos fuiſſe viſione Dei, inficietur. Non potes profecto, Nam Orthodoxorum jam inde ſaltem a multis ſeculis, qui contra ſentiat, reperies non aliquos dicam, ſed omnino neminem. Quid igitur? Variaſſe ne Eccleſiam

tura beatitatis ipſi uni explorata eſſet, Scripturarumque loca nemo ante ſe unus conſuluiſſet, nec quiſquam hactenus ad *longiora* quorumdam veterum *ratiocinia*, œconomiamque Eccleſiæ advertiſſet animum, neque quid Apoſtoli, deincepſque Hebræi, Græcique fideles credidiſſent, cognoſſet; tum, inquam, homo antehac, ut narrant, philoſophus, nunc repente Theologus (quam hebraicarum, græcarumque litterarum peritus, neſcio, at ſi ex ejus ſcriptis conjecturam [1] licet facere, nihil certe, aut ſummum parum peritus) Theologos ſcholaſticos omnes, cumque his ſanctum Thomam, ceteroſque etiam non ſcholaſticos, quibus ſane univerſis hac in re mirifice convenit, inſectatus; nullo autem revera ſacrorum Bibliorum loco, nulloque teſtimonio majorum adductus, non enim tacitus prætermiſiſſet, ſi quod horum afferre potuiſſet: „ Profecto, *inquit*, ſi ipſa beatitudinis natura [2], ſi conſoni „ ſacræ Scripturæ textus, & longiora quorumdam „ veterum Patrum ratiocinia [3], ſi expedita ejuſdem „ perpetuam Eccleſiæ OEconomiam [4] explicandi ratio, „ & præſertim notio beatitudinis, quam Apoſtolo„ rum, & ſubſecutis Eccleſiæ ſeculis tum Judæi, tum „ Græci [5] fideles de animabus ſanctorum Patriarcha„ rum

cleſiam univerſam defendes? Si defenderis, quid erit reliqui, niſi ut confiteare, Eccleſiam Catholicam ſimilem eſſe Eccleſiis Proteſtantium, quæ modo hoc, modo illud probent?

1 Quam id ſit verum, ex not. 1. pag. 71. hujuſce operis Lector cognoſcet.

2 Cur non indicat, quid in beatitatis natura ſit, quod poſtulet, ut ſancti Veteris Teſtamenti, ante Chriſtum, beati fuerint viſione Dei? At nihil eſt profecto, quod indicet. Nam ſi eſſet, quæ eſſet, obſecro, cauſſa, quamobrem illud Dalhamus viderit, ceteri contra Orthodoxi non viderint?

3 Aperta, clara, perſpicua Patrum teſtimonia, breviterque ab eis concluſa argumenta omnia, quæ communi cauſſæ præſidio ſunt, reſpuit. Nam ſe, opinor, indigna putat, ut quæ facile intelligantur. Itaque hebetibus nobis ea relinquit. Ipſe longa, eaque brevibus, perſpicuiſque contraria Majorum, ut eſt commentus, ratiocinia conſectatur, quæ nemo ante animadverterit, neque animadvertere deinceps poſſit. Acutum decet.

4 Quam vellem hanc nobis explicaſſet Œconomiam Eccleſiæ. Sed vereor, ut nequiverit. Nam fingere non potuiſſet, niſi Œconomiam veræ Œconomiæ Eccleſiaſticæ repugnantem.

5 Lectores hic ſeſe habiturum ſperabat cenſuræ ſuæ, quibus nihil eſſet infantius, Itaque terrendos putavit, commemoratione *hebræorum*, *græcorumque fidelium*

„ rum habuerunt, ſevere expendantur, videbunt for- „ te Scholaſtici [1], quos & Petavius ſæpe coarguit, „ majus præſidium Cadonico ab iis obvenire, quam „ ſuæ ſententiæ copulanti Patriarcharum beatitudinem „ cum graviſſima pœna damni [2] „.

Poſt ubi hæc animadvertit, cenſere quidem ſe ſcribit, dignum eſſe Cadonici librum, qui publicetur. De hoc quæſtionis genere actum eſſe *obiter* a Theologis. Itaque ad hujus *examen* incitari *aliorum animos* oportere. Præterea ſtudioſos Theologiæ (quaſi antehac monumenta Patrum neglexiſſent) nunc demum publicato Cadonici opere arrepturos *occaſionem* eſſe conſulendæ Chriſtianæ antiquitatis, quam Irenæus, Tertullianus, Vincentius Lirinenſis *irremiſſis ſemper obtutibus reſpici* voluerunt.

Deſcendit inde Dalhamus [3] ad fabulam ab ſe ſtructam, quam tamen inſcripſit *quæſtionis Hiſtoriam*. Huc autem ejus omnis fere narratio recidit: *Dogma fidei* [4] *in Eccleſia hoc ſemper obtinuiſſe*: Chriſti Servatoris animam *deſcendiſſe ad inferos, non quidem ut omnes univerſim ſceleſtorum, & incredulorum animas ex damnationis rogo in cælorum gaudia vindicaret, quod cum Marcione* [5] *Veteres plures dixerunt; ſed ut fidelium dumtaxat animas, quæ veræ Chriſti Eccleſiæ pia membra extiterunt, eliberaret, atque in beatificæ viſionis patriam victor traduce-*

k

delium. Jam Romanos nihil moratur. Sed quinam *Hebræi* illi *Græcique fideles* fuerunt, qui ita, ut ipſe prædicat, ſenſerint? Nullos nominat. Quemadmodum enim nominaret eos, qui nulli omnino eſſent?

1 Id ne ne illi videant, quod cum nuſquam ſit, ne videri quidem poteſt?

2 Quid hic loquitur? Miſcet omnia. Profecto non legit, quid Patres, poſteriorumque temporum Theologi de pœna damni ſtatuerint. Equidem quid ſtatuerint, alio loco opportune dicam. Neque vero thraſonicum in modum, nullo teſte; ſed multis locis Patrum, Theologorumque prolatis, dicam.

3 *Pag.* xxxix.

4 At ſi argumenta, quibus Dalhamus conatur ſententiam Orthodoxorum communem evertere, quidquam habent virium, ne id quidem *dogma fidei* dici poſſet. Verum hoc alias.

5 Quinam hi fuerunt plures *Veteres*? An hi eo nomine hæreſeos accuſati ſunt? Sin autem accuſatos tunc a quoquam fuiſſe non liquet, quid reſtat, niſi, ut ne id quidem illis temporibus dogmarum Catholicorum in numero haberetur, ſi Dalhamo, iiſque, quibus ipſe aſſentitur, auſcultemus?

duceret. Firmiſſimam hanc eſſe Eccleſiæ Catholicæ veritatem, invictis ſemper argumentis contra alienigenas[1] *propugnatam.*

Jam animæ ne Sanctorum etiam Patriarcharum, ceterorumque juſtorum quibus nihil ineſſet maculæ, an vero eorum tantum, quibus luendum aliquid in Purgatorio ſuperfuiſſet, Chriſto *ex inferis deſcendente*[2], ereptæ fuerint, *incertum eſſe, & apud theologos maximopere*[3] *controverſum*. Theologos, qui putent, ſanctorum Patriarcharum animas ex inferis tunc ereptas, ſic exiſtimare: non ante eas vidiſſe Deum, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet. Contra ceteros, qui ſecus ſtatuant[4], cenſere, beatas eas fuiſſe aſpectu Dei ſtatim atque ſolutæ fuerunt corporibus.

Veteres aliquot Patres, ut *Hilarium, Cyprianum, Chryſoſtomum, Ambroſium*[5], *præcipueque Auguſtinum*[6], animas Patriarcharum eorundem, ante Chriſti ad inferos deſcenſum, in *beatitudinis gloria, viſioneque Dei conſtituiſſe. Longe in diverſum abiiſſe Thomam*[7] *Aquinatem*. Nam hunc ita decreviſſe: eas animas ſubterraneum *limbum inhabitaſſe non ſine dolore*[8] *ob dilatam gloriam.*

1 *Alienigenas?* Quid hoc eſt? obſecro. *Hæreticos*, inquiet, indicati hoc nomine. Ita ne vero? Hoc igitur auctore, cum *alienigenarum* multitudinem Livius *lib.* XXXIX. nominat, *multitudinem* hæreticorum nominet neceſſe eſt. Immo Gell. *lib.* XI. *cap.* XXIV. de *alienigena vino* agens, egiſſe credendus eſt de *vino hæreticorum*. At Chriſtiani *hæreticos* appellant *alienigenas*. Nihil minus. Nunquam enim, niſi forte ab aliquo, qui tam elegantet, quam Cenſor hic ſoleat, ſcriberet, contorta eo vox illa eſt, ut *hæreticum indicaret hominem*.

2 Ex *inferis deſcendere*, quis umquam dixit? Sed decet tam elegans ſcribendi ratio reprehenſorem barbarorum Scholaſticorum.

3 Falſum id profecto. Summa enim omnium Theologorum conſenſione defenſum hactenus eſt: Sanctos omnes Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, gaviſos non fuiſſe viſione Dei. Jam hoc non ita multo poſt a me demonſtrabitur.

4 Fabulæ. Nominet unum ſi poteſt. At nullum habet, quem nominet.

5 Fabulam licenter narrat. Nihil tale umquam iis Patribus in mentem venit. Immo vero contra ſenſerunt. Id equidem eorum teſtimoniis cum monuerit tempus, vincam.

6 Falſum id quoque, ut poſt ſingulari capite demonſtrabo.

7 Id *Thomas* dicit, quod accepit a Patribus. Hoc etſi oratione mea non egeat, tamen opportune poſtmodum oſtendam, ut huic novo accuſatori Angelici Doctoris Thomæ cumulatiſſime ſatisfaciam.

8 Thomæ ſententias pervertit, ut eum accuſet liberius. Sed hoc item reſervetur tempori.

Digitized by Google

riam. Toſtatum contra dolore eas caruiſſe [1], putare; ſed eo ipſas non vidiſſe Deum, quod cæli adhuc aditus occluſus eſſet. At Scholaſticos hujuſce temporis, hoc diſſidere a Thoma, quod eas quietis, conſolationiſque participes faciant, non tamen dicant, intuitas fuiſſe Deum.

Dubitare autem non licere [2], quin Auguſtinus, beatas eaſdem fuiſſe crediderit viſione Dei. Ejus enim *in epiſt.* 164. *&* 187. *& in lib.* XII. *de Gen. ad litt. &*, *& in ſermone* CCCI. perſpicuam eſſe ſententiam. Quamobrem labi Scholaſticos, qui ex ſermone CXXXVII. *de Tempore* ſecus eum putaſſe [3], concludant. Nam eum ſermonem non Auguſtino, ſed alteri cuipiam omnino eſſe tribuendum. Itaque reijci eumdem ſermonem ab iis, qui periti criticæ facultatis ſint, in operum ſpuriorum claſſem.

Neque vero Auguſtinum ſenſiſſe contra atque ferret traditio [4], & ea ætate ceteri orthodoxi crederent. Nam & conveniſſe ei cum Patribus illis, quorum modo meminimus, & numquam eidem quidquam ſimile vitio a Dupinio [5], a Dallæo, a Clerico iniquis cenſoribus fuiſſe datum. Poſtea vero quam monuit: veteres pleroſque Doctores, qui in *myſteriis tradendis toti fuiſſent*, ex inſtituto id genus quæſtionis non expendiſſe; mox addit: „ Sed numquid hæc ipſa tractandi „ ratio aperte innuit, ſanctæ Eccleſiæ Doctores, qui

 „ divi-

1 De Toſtato, recentioribuſque Scholaſticis, quæ turbat, partim falſa ſunt partim ad inſtitutum non pertinentia. Verum de his item alias.

2 At quam liceat, confido me eſſe demonſtraturum. Quid? Si Auguſtinus, contra atque Dalhamo videatur, ſtatuerit? Sed hæc quæſtio alterius erit loci, ac temporis.

3 Quaſi vero Scholaſtici epiſtolas illas duas, librumque XII. Auguſtini de Geneſi ad litteram (quas quidem epiſtolas, quemque librum non laudarunt modo, ſed etiam diligentiſſime expenderunt) non viderint. Neque vero ſermonis illius nothi CXXXVII. magna eſt ab illis habita ratio. Atque epiſtolis illis duabus, libris de Civitate Dei, ennarrationique in Pſalm. LXXXV. quæ opera Auguſtini vera, atque genuina ſunt, Scholaſtici niti ſolent. Itaque hæc Dalhami narratio fabuloſa eſt. Nolo enim gravius dicere.

4 Ita ſane eſt. Nam nihil tale dixit, quale ab eo fuiſſe dictum, Dalhamus jactat.

5 Non equidem nego. Verum illi quo demum modo id Auguſtino vitio dediſſent, quod ſenſiſſe Auguſtinum, ne ſuſpicari quidem potuerant?

„ divinorum Dogmatum genuinum ſenſum incredibili „ ardore, atque conſtantia urgebant, quæſtionem hanc „ de beatitudine veterum Patriarcharum inter adiapho- „ ras [1] poſuiſſe, aut certo prolixas de ea diſputationes „ in futura Scholaſticorum otia [2] diſtuliſſe „?

Scholaſticos rurſum accuſat. Negaſſe eos, narrat, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas ante Chriſti mortem beatas fuiſſe aſpectu Dei, atque in hanc ſententiam veluti *communi ſuffragio ſuffultam conſenſiſſe* [3], *confuſis*, aut certe non intellectis nominibus [4] *Sinus Abrahæ*, *Lacus in quo non erat aqua*, *Infernum &c.*

Quare ſic eos ſecum conſtituiſſe: Sanctorum Veteris Teſtamenti animas dejectas, detruſaſque in inferna quædam, obſcura, & tenebricoſa loca, afflictas, triſtes, mœrore, luctuque pene confectas ſuſpiraſſe diem, quem norant ſibi felicitati ſempiternæ fore. Sed pœnituit ſtatuit hominem dicti ſui. Igitur quos modo in unam ſententiam conſpiraſſe confeſſus eſt, eoſdem mox inter ſe committit. Nam fuiſſe, ait, alios [5] Theologos, qui cum primum Novi Teſtamenti decora, atque adjumenta *præ figuris Veteris* a Patribus celebrari noſſent; indeque animum advertiſſent ad infernas earumdem animarum ſedes, quas ſibi *lugubres* finxerant; in eam denique ſententiam compulſi [6] eſſent, ut ipſas, etſi

1 Somnia. Nihil umquam tale Patribus in mentem venit.

2 Bona verba quæſo. Iſne otia Scholaſticorum nominet, qui in fabellis tam licenter fingendis otio abutatur?

3 Conſenſiſſe? Quo igitur ore paulo ante dixerat, magna eos diſſenſione certare?

4 Qui omnia turbat, ac miſcet, is Scholaſticos voces eas confudiſſe dictitat. Verum quam accurate his de rebus actum a Scholaſticis fuerit, oſtendetur a me alio loco opportune, ac diligentius.

5 Jam hæc Scholaſticorum diſſenſio commenticia eſt, ut alio loco monui, poſtque oſtendam.

6 Miror, Dalhame, quemadmodum iſthuc veluti gradatim perveneris. *Alii Scholaſtici*, inquis, *dum una ex parte adverterent, veteres Eccleſiæ Patres tantis encomiis novam Chriſti legem, ejuſdemque chariſmata attollere præ figuris veterum Patriarcharum*: Minus id quidem accurate, eleganter autem multo minus: veruntamen concedatur tibi. Videamus, quorſum evadat. Sumis mox tibi: *Altera ex parte* illi Scholaſtici *intenderent animum in Sedes illas inferas animarum beatarum, ſuo concipiendi modo, lugubres, & imperfectas*. Jam id quoque

etſi non beatas, ſpe tamen ductas adventus Servatoris Chriſti, doloris, triſtitiæque omnis expertes fuiſſe defenderent.

Sed hos ſecus fuiſſe judicaturos, ſi ejus rei *inter Theologos tractatio præceſſiſſet* [1], *quæ eorum acuiſſet animos*; vimque ipſi verborum [2] *Paradiſus, Sinus Abrahæ &c.* cognoſſent; diligenterque inveſtigaſſent, quæ verborum eorumdem ſignificatio apud Hebræos [3] Thalmudis auctores, Græcoſque veteres fuiſſet, quorum *vernacula lin-*

que patiar. Expecto nunc, quid ſequatur. *Quid aliud*, inquis, *inferre poterant, quam nihil doloris, nihil moleſtiæ juſtis illis, beatiſque Patriarcharum animabus in dulci ſpe adventus Chriſti poſitis obtigiſſe*? Id vero eſſe conſequens, quem tibi conceſſurum putas? Quæ enim ſeries inſtiuſmodi rerum eſt, ut Scholaſticis illis a minore laude Veteri Teſtamento tributa ad Sanctorum ante Criſtum in inferis mœrore omni carentem vitam veniundum cenſeas fuiſſe gradibus? Age modo, ex ſedibus inferis Patriarcharum, quas iidem Scholaſtici *lugubres* informaviſſent, ad vitam dolore quovis, & moleſtia vacuam quibus, obſecro, gradibus deſcendi arbitrare poſſe? Præcipitare iſthuc, mihi crede, eſt, non deſcendere. Nam quod *lugubre* exiſtimetur, ecquid, eorum opinione qui ſic exiſtiment, niſi mœrorem, luctumque inferet? Sed rerum novarum ſtudioſum decet, veteres Dialecticæ facultatis (quæ probatæ generi hominum univerſo hactenus fuerint) regulas ratiocinandi omnes, præceptioneſque pervertere. Qui enim de dogmatibus, ſecus atque ceteri velint, ſtatuat; cur non idem ex poſitis rebus id conſequens dicet eſſe, quod eſſe ceteri negent conſequens?

1 At *præceſſerat*. Nam tractata ea res a noſtris adverſus Patarenos fuerat, & recentiore memoria adverſus Calvinianos. Quamquam quid opus erat tractatione, cum ita, uti nos credimus, & credatur ab orthodoxis omnibus, & creditum ſemper fuerit? An tu ad *fidem Catholicam* illud pertinuiſſe negas, de *quo non præceſſiſſet tractatio*? Id ſi neges, negabis profecto rem ullam ad fidem pertinuiſſe, antequam exortæ fuiſſent hæreſes, quæ ejus tractandæ attuliſſent occaſionem. Quo quid dici poteſt abſurdius? Quod ſtatuere videris: in eam ſententiam ſi *præceſſiſſet tractatio*, fortaſſe Theologos illos venturos fuiſſe numquam, quale tandem eſt? An non hoc ipſum dicere Pelagius, ejuſque ſectatores poterant de Theologis, qui ante ſe fuiſſent? Sed quid Pelagianos ſolum commemoro, quum omnium hæreticorum hæc una vox eſſe potuerit? Quid igitur? An hos, ſi quidem ita de Catholicis Theologis ſuperiorum temporum dixiſſent, audiendos putas fuiſſe? Qua igitur confidentia ſperas fore, ut orthodoxorum ſaltem aliqui tibi hæc ipſa jactanti aſſentiantur?

2 Satis eam quidem explorate (quantum percipi, cognoſcique a mortali poteſt) perceptam, & cognitam habebant, ut poſt demonſtrabitur.

3 Deus immortalis! Hoccine Chriſtiano Catholico in mentem veniat, ut de *Paradiſo*, deque *ſinu Abrahæ* (hoc eſt de dogmatibus Chriſtianæ religionis, quæ Evangelio, traditioneque Eccleſiæ continentur) quidquam *adſerturo nullum fortius argumentum* ſuppetere putet eo, quod ex auctoritate repetatur *Thalmudici*, operis pleni non ineptiſſimarum fabularum modo, ſed etiam blaſphemiarum? Quis id orthodoxorum animo non irato ferat? Age vero Pontifices Maximos, qui id monſtrum operis damnarunt, quique idipſum non ſolum ex Chriſtianorum; verum etiam ex Hebræorum manibus eripere, immo vero penitus delere maximo ſunt opere conati, idne mali inferre Chriſtianæ reipublicæ ſtuduiſſe credemus, ut *argumentum* nobis tollerent, quo *nullum*

la [1] *lingua* ſacros Veteris, Novique Teſtamenti libros fuiſſe perſcriptos conſtat. Hæc enim, ſi comperiſſent, intellecturos fuiſſe denique, *Abrahæ ſinum* cum *inferis* conjungi non potuiſſe.

Johanni Cadonico integram hanc fuiſſe reſervatam gloriam. Hunc, qui longo ſtudio aſſequutus eſſet, quæ fuerit ea de re Auguſtini ſententia, e noſtris cervicibus jugum dejeciſſe Scholaſticorum, inveteratæque eorum opinioni aliam oppoſuiſſe pondere, auctoritateque [2] parem.

Non dubitare autem ſe, quin ſint aliquando futuri, qui Cadonicum audaciæ arguant *venerando Scholarum coetui inſultantem*. Verum eos ſe commonitos velle, rem ipſis non cum Cadonico, ſed cum Patribus *Auguſtino*, *Hilario* [3] *&c.* futuram. Quamobrem ſi in quo alias, in hoc certe quæſtionis genere, quod ἀδιάφορον [4] ſit, moderatione opus eſſe. Quod ſi quis ad argumenta Cadonici attenderit animum, putare ſe fore, ut is plane perſpiciat, dijudicandum multitudine ſectatorum non eſſe, duarum opinionum utra ſit probabilior. Non moveri

nullum ſit fortius? Deinde *Theologoſne* omnes, Patres etiam minus Thalmude valere in explicandis, conſtabiliendiſque dogmatibus Chriſtianæ religionis, arbitrabimur? Quod ſi hoc Chriſtianorum aures, animique reſpuunt, qui demum ferendum eſt, ut tanta confidentia ab Dalhamo impune jactetur? Verumtamen Eccleſiæ erit hanc tam gravem ulciſci, tamque puniendam Theologis, Patribus, Eccleſiæ univerſæ, Chriſtianoque nomini inlatam injuriam. Equidem quod ad me attinet, de monſtris, portentis, blaſphemiis Thalmudis opere comprehenſis, deque erratis Dalhamianis graviſſimis certe hoc in genere, nulloque modo tolerandis, poſt videro. Interea hoc diligenter animadverti volo: eos qui Cadonicum defendant, erratum grave gravioribus multo erratis ſtatuere conari.

1 Non arbitror Dalhamum *ſervili lingua* ſcriptos Sacros Veteris, Novique Teſtamenti libros fuiſſe, putare. Nam etſi vox *vernacula* id ſignificet, transferri tamen commode poteſt, ut etiam indicet eam, quæ communis tunc eſſet Hebræorum, Græcorumve, ac materna, ut ajunt, lingua, cum iidem libri perſcriberentur.

2 *Auctoritate ne par* veteri, communique omnium orthodoxorum ſententiæ ea ſit, quæ excogitata ab hæreticis fuerit, nec nullo ſit teſtimonio fulta veterum, niſi obſcuris, atque in pejorem partem violenter raptis duorum triumve Patrum, nec reipſa communi dogmati adverſis locis?

3 Immo commonitum Dalhamum volo, rem ipſi, qui Cadonico adjutor venerit, non quidem mecum, ſed cum Hilario, Chryſoſtomo, Auguſtino, ceteriſque Patribus, Chriſtianiſque orthodoxis omnibus futuram.

4 Quam id non ſit *adiaphorum*, ex iis, quæ poſt afferam, documentis intelligere quiſque poterit.

Digitized by Google

veri porro ſe Catechiſmi Romani auctoritate. Nam Pontificem, qui illum ſcribi, publicarique fecerit, voluiſſe, ut opinio, quæ non certa fuiſſet, ſed quæ e *probabilibus* duabus ſententiis patronos eo tempore habuiſſet plures [1], orthodoxis proponeretur. Neque vero ei Pontifici umquam veniſſe in mentem, finem ei quæſtioni ſtatuere, quæ agitari ſolita eſſet [2] *in utramvis partem*. *Ariſtarchos* [3] autem illos, qui *novitatis* Cadonicum accuſent, tam imperitos eſſe rerum, ut neſciant, multas *ſupereſſe quæſtiones, quæ abſolutæ non fuerint ſtudiis temporum ſuperiorum*.

Hæc ubi Dalhamus dixit, ad *præſidium* venit Cadonicianæ opinionis. *Altius* autem illud eſſe repetendum ſtatuit. Ab Judæis, Græciſque doceri nos oportere jubet, quid de *paradiſo*, deque *ſinu Abrahæ* ſentiendum Chriſtiano ſit. Nam quod illi tradiderint id affirmat eſſe maximi graviſſimique argumenti loco [4] habendum. Ac librum Judæorum, *Thalmud* inſcriptum, antiquum in primis eſſe, ut qui editus in lucem fuerit paulo poſt ætatem [5] Apoſtolorum. Quare doctrina illa,

1 Quaſi vero hac de re cum eo Pontifice egerit.

2 Quæ iſta opinandi licentia eſt? Ecquem enim nominare, Dalhame, non theologum dicam, ſed e plebe rudem orthodoxum potes, qui eam rem in controverſiam revocandam putaverit? Quo igitur ore dicere audes, eam tum, aut inſequenti tempore *in utramvis partem agitari fuiſſe ſolitam*? At oppones fortaſſe Calvini ſodalem Bezam. Non equidem mirabor. Nam video etiam poni a Feltrio ſymmyſte tuo, itemque Cadonici patrono in numero theologorum hæreticum Pearſonium, qui Cadonico ipſi facem ad novum dogma prætulerit. Sed moveris te quidem, ſi placet, Beza; at homo certe de Proteſtantium grege Pontificem moviſſet numquam, ut ἀδιάφορον eam quæſtionem eſſe, *agitarive in utramvis partem ſolitam* arbitraretur.

3 Hoc nos Dalhamus, ceteroſque communis dogmatis adſertores appellat nomine.

4 *Nullum*, inquit, *mihi videtur fortius argumentum hoc adſtruendi, quam communis notio beatitudinis, quam veteres tum Judæi, tum Græci de Beatorum animabus habuerunt... Teſtis hujus eſt antiquiſſimus Liber, Judæorum Thalmud dictus paulo poſt Apoſtolorum tempora exaratus*. Novum, ac ne fando quidem antehac auditum theologicum locum proponit, unde argumenta nobis chriſtianorum dogmatum conſtabiliendorum, aut illuſtrandorum cauſſa petenda ſint: de quo quidem peſtilenti loco paulo ante dixi, dicamque etiam, dum tempus monuerint, copioſe.

5 Falſum id profecto. Sed hac de re alias.

illa, quæ non Chriſtianorum novorum [1] libris, ſed quæ Thalmude contineatur, informandam nobis *paradiſi, ſinuſque Abrahæ* notionem eſſe. Jam animam Rabbi Judæ, quæ, ut eſt in *Thalmude* Babylonico, *ſedet* in ſinu *Abrahæ*, ab iis, qui Thalmud Hieroſolymitanum ediderunt, *receptam* dici in *Angelorum* [2] *conſortium*. Quin etiam *animas ſanctorum Patriarcharum ad Dei conſpectum fuiſſe evocatas in alio Thalmudis loco reperiri*. Rurſum *non ſolum animam Moyſi, ſed animas etiam aliorum juſtorum repoſitas eſſe ſub throno gloriæ*: Poſtremo *de anima Moyſi alio loco dici, quod in Cælis Deo miniſtret*.

Ac ne in cogitationem quidem poſſe cadere, ut Judæi Chriſtiani nominis inimici arbitrati ſint, animam Moyſi per Chriſti mortem *fuiſſe admiſſam ad conſpectum Dei* [3]. Itaque ſic eſſe conſtituendum: crediſſe eos, animam Moyſi, ut corpore ſoluta fuit, beatam aſpectu Dei fuiſſe, potitamque cælorum ſempiterno regno [4]. Qua ex re firmata Thalmudis auctoritate, qua

1 Viden' ut doctrinam Chriſtianorum, quos *Scriptores modernos* appellat, poſtponere audeat nugis Thalmudico opere comprehenſis, quod opus adverſus Chriſtianos conſarcinatum eſt ab Judæis Chriſti Servatoris hoſtibus?

2 Etſi Thalmudicum opus facio, ut debeo, nihili, immo vero deteſtor, atque exſecror; tamen cujuſmodi hoc ſit, quod in eo de *conſortio Angelorum* legitur, multis alio loco demonſtrabo. Atque illud etiam plane confido, me eſſe conſequuturum, ut omnes intelligant, neſcire Dalhamum quid dicat, in iiſque rebus, quibus ſe oſtentat, tam eſſe infantem, nihil ut eo viſum fuerit umquam infantius. Nolo me quiſquam acerbius, quam oporteat, ſcribere, arbitretur, nolo, inquam; nihil eſt enim ab natura, moribuſque meis alienius aſperitate. Quod ſi quid minus leniter, dixi, religio permovit ut dicerem; quam a quovis denique lædi, æquo animo numquam patiar.

3 Quid hiſce verbis Thalmudiſtæ indicent, alio me loco ſic eſſe demonſtraturum ſpero, ut omnes perſpiciant, quam ſit Dalhamus ejus, qua maxime gloriatur, facultatis expers.

4 Quod anima Moyſi, *in Cælis Deo miniſtret*, legi in Thalmude, Dalhamus ſcribit. Eos autem, qui Deo in cælis miniſtrent, quis neget, potitos eſſe regno cælorum? Age vero cum idem Dalhamus ſit auctor, notionem *beatitudinis*, quo firmari Catholica de paradiſo, deque ſinu Abrahæ ſententia poſſit, ex Thalmude ſumi ſic oportere, nullum ut argumentum ejus ipſius ſententiæ adſtruendæ fortius videatur, quid erit reliqui, quam (conceſſa illa de Moyſe, ante Chriſti mortem, Deo in cælis miniſtrante Thalmudis fabula) cælorum portas juſtorum animabus ante etiam patuiſſe confitendum ſit, quam Chriſtus vindicandi in libertatem humani generis cauſſa perpeſſus mortem fuiſſet; falſumque propterea Patrum operibus, libris Liturgicis omnium Eccle-

Digitized by Google

qua nulla videatur eſſe præſtantior (cum Dalhamus ne ſuſpicatus quidem ſit ullam, ex qua duci *fortius* argumentum poſſit) illud omnino eſſe oportere conſequens, ut *animas Patriarcharum graviſſima* [1] *poena damni* poſt *mortem* non *fuiſſe affectas* confitendum ſit.

Hæc Dalhamus de Judæis Thalmudis congeſtoribus, quos *fidelium* habuiſſe videtur numero [2], quum tam magnifice loquutus eſſet, ad Græcos venit. Atque in his quidem priore loco Dionyſiaſtrum numerandum duxit, quem vixiſſe decrevit Apoſtolorum [3] temporibus. Hunc in VII. *de Eccleſiaſtica Hierarchia libri capite*, eum eſſe *Abrahæ ſinum* putaſſe, *a quo dolor, triſtitia, gemitus aufugiant*. Non eſſe autem credibile, ut is aliorſum verba *ſinus Abrahæ* acceperit, atque accipi ea ab ſuis civibus [4] conſueſſent. Dici porro ab Dionyſio *ſa-*

crifi-

Eccleſiarum, ſacriſque Bibliis contineri, ex quibus intelligimus, Chriſtum ipſum perpeſſionibus, morteque ſua januas cælorum aperuiſſe? Id vero nemo orthodoxorum eſt, quin cernat, quam non ſit ferendum.

1 Quam hic, ſi Deo placet, philoſophus de theologicis hiſce rebus minus accurate ſcribat, oſtendam alibi, ut credo, vere; ut ſoleo, diligentiſſime.

2 Dalhamus in ſua *Cenſura*, quam vocat, ad auctoritatem confugit *Judæorum*, *Græcorumque fidelium*, qui poſt Apoſtolorum tempora floruerunt. In fabula autem, quam *Hiſtoriam quæſtionis* inſcripſit, Judæorum, quorum auctoritate nitatur, præter Thalmudis congeſtores, nullum nominat. Reſtat igitur, ut hos Thalmudiſtas retuliſſe in *fidelium* numerum videatur. Niſi forte quis putet, verbum *fideles* ad Græcos Chriſtianos ipſum accommodaſſe. Quod an verum ſit, viderint, qui volent. Mihi enim neque eſt otium, neque, ſi eſſet, in his tam minutis rebus conterendum eſſe arbitrarer.

3 Miror, te Cenſorem faſtidii delicatiſſimi repente oris eſſe duri, gulæque profundæ factum, atque etiam χαλκέντερος, ut tam facile bolum iſtum vores, ac digeras. Te ne modo illum eſſe Dalhamum putem ſtomachantem ſi quid eſſet ab Scholaſticis olim minus accurate de eo ſermone dictum, qui erat in veteribus operum Auguſtini editionibus CXXXVII. de tempore; propterea quod non prævidiſſent, quid de eo Lovanienſes primum, deincepſque Monachi Benedictini Congregationis s. Mauri eſſent conſtituturi? Quæ nunc cauſſa ſtomacho tuo obduxit improviſo callum, ut glutire iſtud commode poſſis, atque concoquere, quod eſt de Dionyſianorum operum auctore æquali Apoſtolicorum temporum? Abi. An tu dijudices, quæ ſententia veterum Chriſtianorum de ſinu Abrahæ fuerit, qui Scriptorem quinti (quod notum modo lippis, tonſoribuſque eſt) quinti, inquam, ſeculi, vel ſummum quarti vixiſſe cenſeas Apoſtolorum temporibus? Turpe eſt, mihi crede, neſcire Cenſorem, quod vel pueri ſciant fuiſſe a Launojo, a Morino, a Sirmondo, a Tillemontio, a Lequienio, ab aliis prope innumerabilibus demonſtratum.

4 Fac is Dionyſius Areopagita ille fuerit, cujus ſit in *Apoſtolorum Actibus* mentio. A quibuſnam ſuis popularibus notionem ille *ſinus Abrahæ* accepiſſet? Ab iiſne, qui, ut eſt in iiſdem *Actibus cap.* XVII. *verſ.* 32. *cum audiſſent reſurrectionem mortuorum, aut irridebant, aut dixerunt audiemus te de hoc iterum?*

Hoc

crificiis peccata dimitti, & expurgatas animas in ſinum Abrahæ deportari. Jam vero fide Catholica certum eſſe, *purgantes animas ſacrificiorum ſuccurſu*[1] *in cælorum gaudia transferri*. Quamobrem Dionyſium *ſinus Abrahæ* vocibus indicare nequiviſſe *locum beatifica viſione carentem*[2].

A Dionyſio, quem Areopagiten putat fuiſſe, ad Ignatium Epiſcopum Antiochenorum, & Martyrem Dalhamus venit. Monet, ab eo, qui diſcipulus fuerit Apoſtolorum, in Epiſtola ad Philadelphienſes *ſalvatos* fuiſſe *Prophetas in Chriſto* dici; quaſi vero, quiſquam ſit

Hoc vero quid dici poteſt abſurdius? Deinde quis tam eſt imperitus rerum, ut neſciat, Athenienſes Dionyſii Areopagitæ cives fuiſſe in ſumma divinitus datæ religionis ignoratione verſatos, tamque deditos ſuperſtitioni inanium Deorum, ut *ſinus Abrahæ* qui eſſet, ne ſomniaviſſent quidem? Dixiſſet ſaltem Dalhamus, Dionyſiaſtrum ab Apoſtolis, cujuſmodi ſit *ſinus Abrahæ* didiciſſe, quorum fuiſſe ipſum auditorem, atque diſcipulum arbitratur. At id non dixit, quod Athenienſes fuiſſe ejus rei neſcios, vaniſque falſorum numinum ſuperſtitionibus implicatos, homo ceteroqui totius Hiſtoriæ peritiſſimus ignoraret.

1 Ehem, legiſtin', *purgantes* animas in Cælum *transferri ſuccurſu ſuffragiorum*? Latine dictum!

2 *Locus* ne, mi homo, *Deum* ut *videat*? Quemadmodum enim videat locus mente carens, ac ſenſibus? Quamquam ſenſus quid nominem, quibus certe percipi natura corpore vacans, eaque ſumma, atque infinita non poteſt? Quid? Tibi ne ſperas concedi *Cenſoris* Theologi dignitatem poſſe, qui non a mente beata putes, ſed a *loco* videri Deum? At deſino plura. Etſi in oppugnatorem ſententiæ omnium Eccleſiarum vere dixiſſe, numquam ſatis dictum eſſe videatur. Ad illud nunc venio, quod eſſe *Fide catholica certum* affirmas, & eſt ſane certum. Sed id notum Dionyſiaſtro fuiſſe, debebas oſtendere; quod tamen non oſtendiſti. Quid enim ex Dionyſii verbis illis concludas de viſa a Patriarchis Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, natura Dei, niſi eum ante ab errore liberaris dilatæ ejus viſionis ad judicii extremum diem, quem in errorem eum Pachimeres illius Paraphraſtes vocat? *Paraphr. ad cap.* I. *libri de Divinis Nominib.* §. IV. *pag.* 404. *edit. Pariſ. Opp. Dionyſ. an.* 1644.) Nec mirum profecto eſſet, Dionyſiaſtrum incidiſſe in eum errorem, in quem, antequam a Benedicto XII. primum, tum ab Synodo Florentina damnatus eſſet, alii item, iique non pauci partim inciderant, partim viſi fuerant incidiſſe. Quid? ſi eſt nonnihil in priore libri Pſeudo Dionyſiani de *Divinis Nominibus Capite* §. IV. *pag.* 380. *edit. ejuſd.* quod conturbet, quo minus Dionyſiaſter ab eo errore abfuiſſe videatur. Verum fac quam longiſſime abfuerit, quid ex ejus ῥητῷ illo de *Abrahæ ſinu* effici poterit? An ille de *ſinu Abrahæ* qualis erat ante Chriſti mortem, loquitur? Minime vero. Agit enim de Chriſtiano ſacrorum Antiſtite rem divinam faciente, orante que Deum, ut defunctos peccatis levibus, in quæ fragilitate lapſi fuerant, ſolutos in *Abrahæ ſinum* recipiat. Si ergo non agit de *Abrahæ ſinu*, qualis ante Chriſti mortem, & dicebatur, & erat; qua demum ratione ex ejus verbis demonſtrabis, talem ei fuiſſe *Abrahæ ſinum* ante Chriſti mortem, qualis poſt dici conſuerit? Sed modum de Dionyſiaſtro ſcribendi faciam. Hoc tamen animadverti volo: nihil in hac Dalhami oratione eſſe, quod non inane, ἀσύστατον, maleque ex Dionyſiaſtri verbis concluſum eſſe videatur. De ſinu Abrahæ ut ante, utque poſt Chriſti mortem fuerit, ac ſit, dicam alio loco opportune.

Digitized by Google

ſit noſtrum, qui damnatos eos, aut non in Chriſto ſalutem conſequutos exiſtimet. Clementem Romanum deinceps nominat, traditumque ab hoc, ait, fuiſſe in Epiſtola ad Corinthios: Danielem, Azariam, & Miſaelem *gloriæ, honoriſque hæredes, ac elevatos, ſublimes, beatoſque eſſe factos*; nec animadvertit, orthodoxorum fuiſſe, eſſeque neminem, qui negare audeat, tres illos pueros, beatos eſſe *viſione Dei*; quamquam ea beatitate aucti ante Chriſti mortem non fuerint. Non enim afferri poteſt ullus Clementis Romani locus, ex quo, quiſquam vel conjectando percipiat, nihil impediſſe, quo minus illi eadem, ſtatim atque deceſſerant, potiti eſſent.

Poſtremo etſi clariſſima ſunt Johannis Chryſoſtomi [1] teſtimonia de Sanctis Veteris Teſtamenti, nominatimque de Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo non ante gaudentibus aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet; nihilo ſecius Dalhamus, quo ſolet ore, eumdem Doctorem ſibi ſuffragio eſſe jactat, propterea quod *honorem* Patriarchis ubique, *gloriamque tribuerit*: quum tamen Chryſoſtomum de *gloria* egiſſe conſtet, quam illi, poſt Chriſti ad inferos deſcenſum, con-

 ſequuti

1 Mira eſt homo, ut ſæpe diximus, confidentia. Sumit enim ut certum, in *Græcis* eſſe numerandum Ignatium. At quo teſte? Nullo profecto. Mihi autem nulla eſſe videtur ratio, cur Sanctum Martyrem Græcum potius fuiſſe arbitrer, quam Sardum, aut Syrum. Nec minus fidenter de Clemente I. Pont. Max. decernit. Græcum enim dicit fuiſſe, cum tamen incertum ſit, Græcus ne fuerit, an Romanus, an Ægyptius, an Arabs. Chryſoſtomum nemo eſt, quin Antiochiæ natum, alium, atque educatum ſciat. Non committet autem Dalhamus, ut Antiochiam, quæ urbs Syriæ ſit, decernat Græciæ finibus contineri. Cum ergo Antiochia urbs ſit Syriæ, Antiocheni Cives Syri, non Græci cenſeantur, neceſſe eſt. Siquid igitur Chryſoſtomus ab Antiochenis ſuis civibus didicit, ab Syris, non a Græcis didicit. Extremus eſt Dionyſiaſter. Hunc quis demum fuerit, neſcimus. Qua vero ex patria fuerit, ne ſuſpicari quidem poſſumus. Sunt qui Ægyptium fuiſſe arbitrentur. In his eſt La Croze. Contra ceterorum (ut quiſque ſibi, quinam ille fuerit, conjectando finxit) alii eum alius fuiſſe nationis putarunt. Jam Scriptorum quatuor, quos fuiſſe Græcos Dalhamus pro re certa ſumit, ut eos ab Græcis ipſorum civibus doctrinam de Abrahæ ſinu didiciſſe efficiat, unum conſtat non fuiſſe Græcum, reliquos fuiſſe Græcos, aut Syros, aut Ægyptios non conſtat. Nihilo ſecius vix umquam ſibi magis Dalhamus placuiſſe videtur, quam placuerit hoc argumento ducto ex rebus partim manifeſto falſis, partim incertis, ac propterea a nullo umquam concedendis.

ſequuti eſſent. Jam Dalhamus his veterum, ut ait, *Græcorum* quatuor deſcriptis ſententiis (tamquam ſi ipſi conceſſum eſſet, conſtitutum ab iis fuiſſe de beatitate, ac gloria, quam ſanctorum Patriarcharum animæ, ante Chriſti deſcenſum in inferos, tenuiſſent) *quis*, inquit, *has beatitudinis dotes cum triſti inferorum loco, & beatitudinis privatione audeat* [1] *conſociare*?

Mox

1 Ohe! *Audeat?* Tune Dalhame communis omnium orthodoxorum ſentententiæ oppugnator non dubitas uſurpare *τὸ audeat?* At ei, dices, qui rem argumentis confecerit, cur eo uti verbo non liceat? Recte ſane. Verum quam ſint inania argumenta ſuperiora tua demonſtratum eſt. Age modo hoc poſtremum conſideremus. Huc autem illud, etſi non verbis, re tamen ipſa recidere video: Primum hoc ſumis: *Græcos, qui de ſinu Abrahæ loquuti ſint, ab ſuis civibus cujuſmodi is ſit Abrahæ ſinus didiciſſe*. Quis hoc tibi dabit? Dionyſius ne Areopagites, qui cives ſuos obligatos ſuperſtitionibus Deorum ne Abrahæ quidem nomen audiſſe norat? Atque dictu quidem horrendum eſt, Martyres Chriſti, Antiſtiteſque ſacrorum Chriſtianorum, Scriptoreſque Chriſtianos veteres, ab Ethnicis non a Chriſto per Apoſtolos traditam accepiſſe doctrinam de Chriſtianæ religionis dogmatibus. Sequitur porro. *Dionyſiaſtrum, Ignatium, Clementem, Johannem Chryſoſtomum fuiſſe Græcos*. Hic vero quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum dubitantium de Ignatii, Clementis, Dionyſiaſtri patria; Chryſoſtomum autem Græcum fuiſſe negantium? Quid igitur? An quæ falſa, dubiave ſunt, ea tu ſumes pro certis atque conceſſis? Perge modo: *Hos Scriptores antiquos quatuor*, inquis, *ſtatuere: potitos eſſe felicitate, & gloria Veter. Teſtam. Patres*. At ſtatui ab iis, potitos Patres illos ea gloria ante Chriſti mortem fuiſſe, quibus tandem argumentis vinces? Deinde contortorques, & ita concludis: *Scriptores eos ab Græcis ſuis popularibus didiciſſe, partam ante Chriſtum a Sanctis Veteris Teſtamenti in Abrahæ ſinu fuiſſe beatitatem, & gloriam*. Id jam confectum arbitrare. Sed erras longe. Non enim eſt conſequens. Nam quo tandem modo conficere iſthuc iis teſtimoniis veterum poteris, in quibus *gloria* ab Sanctis illis in Abrahæ ſinu, ante Chriſti deſcenſum ad inferos, partæ non ſolum explicate, diſtincte, & clare nulla, ſed ne aliqua quidem implicate, confuſe, obſcureque fit mentio? Deinceps aſſumis: *niſi Deo viſo, Sanctos illos potiri beatitate non potuiſſe*. Negat Auguſtinus. Spe namque certa futuræ beatitatis beatum eſſe hominem poſſe ait, immo etiam Adamo, cum paradiſi terreſtris deliciis circumflueret, beatiorem. Cum autem Sancti illi, ante Chriſti deſcenſum ad inferos, certi eſſent fore, ut Dei aſpectu fruerentur, quid obſtabat, quo minus beati & eſſe, & dici poſſent? Quid? ſi Græci illi, qui aut Græci revera non fuerunt, aut Græcine fuerint incertum eſt, quid, inquam, ſi auctos gloria Sanctos in ſinu Abrahæ, ante Chriſti deſcenſum ad inferos, dixiſſent (quod ſane numquam dixerunt) id non de alterius generis gloria, dicere potuiſſent, quam ejus, quæ reſpondet beatitudini ex certa cognitione ortæ futuræ beatitatis conſiſtentis in viſione intuitiva Dei? Cum igitur Patres illi, quos Græcos fuiſſe putas, de beatitate, & gloria Sanctorum Vet. Teſtam. ante Chriſti mortem loquuti non fuerint; & ſi loquuti fuiſſent, de beatitate, & gloria perfecta illa, atque abſoluta orta ex Dei viſione non egerint; nec ipſe contrarium uſquam effeceris, quo demum modo, obſecro, veluti conceſſum aſſumis, niſi Deo viſo, Sanctos illos conſequi beatitatem, & gloriam nequiviſſe? Extremum eſt: *non ergo has beatitudinis dotes cum beatitudinis* in Dei viſione conſiſtentis *privatione quiſquam audebit conſociare*. Sit extremum. Effectum tamen non eſt. Ex falſis enim, aut incertis, aut non conceſſis rebus, verum, aut certum, aut quod concedendum ſit, effici non poteſt.

Mox perinde ſtatuens de Dionyſiaſtri commentationibus [1], deque Epiſtolis Clementis Romani, & Ignatii Martyris, ac ſi par earum ſit omnium antiquitas, & auctoritas; monet, aliquos eſſe criticæ facultatis peritos, qui doceant, rejici eas in adulterinorum operum

teſt. Nihilominus plurimum id argumenti genus valere ad Cadonici opinionem confirmandam cenſes. Quid M. Tullius diceret, ſi ſuperſtes eſſet, teque hæc diſputantem audiret? Ejus certe ſimile quidpiam diceret, quod ab eo ſcriptum adverſus Stoicos legimus in altero de Divinatione libro *cap.* xxix. *O acutos homines! Quam paucis verbis negotium confectum putant? Ea ſumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Concluſio autem rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubiis, id quod dubitatur efficitur.*

1 Huncine quiſquam hominem de veteribus Eccleſiaſticis monumentis diſſerentem audiat, qui tam ſit minus in Hiſtoria Eccleſiæ verſatus (nolo enim gravius dicere) ut Dionyſiaſtri operum, epiſtolarumque Ignatii, & Clementis Romani parem eſſe auctoritatem putet? Etenim ne adoleſcentuli quidem, qui primis, ut ajunt, labris hæc genera ſtudiorum deguſtarint, ignorant, conclamatam jam eſſe, extinctamque jacere opinionem illorum, qui Dionyſiaſtri opera ab Dionyſio Areopagita Apoſtolicorum temporum æquali, aut ab ullo, qui ante ſeculum v. aut ſummum iv. vixerit, fuiſſe perſcripta arbitrarentur. Contra, quotuſquiſque eſt non hypercriticorum quidem (nam Blondellos, Dallæos, Salmaſios, Larroquanos Epiſtolas vii. non interpolatas Ignatii, explendi ſui in Romanam Eccleſiam odii cauſſa, genuinas eſſe aut negantes, aut in dubium vocantes, nihil moror) ſed criticæ facultatis peritorum, ut Cotelerii, Couſtantii, Nourrii, Tillemontii, exque Proteſtantibus Pearſonii, Hammondi, Beveregii, Felli, Dodvelli, Johannis Alberti Fabricii, ſexcentorumque aliorum, qui ſeptem ipſas Epiſtolas Ignatii Euſebio, Hieronymoque probatas, prioremque ſaltem Clementis ad Corinthios non eſſe ab iis duobus ſanctis Epiſcopis altero quidem Romano, altero Antiocheno perſcriptas confiteatur? Ac ſatis quidem eſt, teſtimonia veterum a Coteleſio Tomo i. PP. Apoſtolicorum *pag.* 118. *ſeqq.* & *tom.* II. *pag.* 1. *ſeqq. edition. Amſtel. an.* 1724. deſcripta conſulas, ut pernoſcas, nullum opus γνησιώτερον *genuinum magis* epiſtolis iiſdem eſſe. Contra, priſca quæque monumenta pervolvito, nullum reperies multo jam, immo vero ad exitum vergente ſec. v. antiquius, in quo Dionyſianorum operum ſiat mentio. Quin ſi *Collationis* non multo poſt id ſeculum, hoc eſt ſub Juſtiniano Auguſto ann 532. habitæ Acta legeris, comperies quidem certe, Hypatium Epheſinum Antiſtitem, nomine Epiſcoporum Orthodoxorum, Severianis hæreticis ex Dionyſianis libris teſtimonia afferentibus reſpondiſſe: *Unde poteſtis oſtendere vera eſſe, ſicut ſuſpicamini? Si enim ejus* (Dionyſii) *erant, non potuiſſent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? Quando B. Athanaſius, ſi pro certo ſciſſet, ejus fuiſſe, ante omnia in Niceno Concilio de Conſubſtantiali Trinitate eadem teſtimonia protuliſſet adverſus Arii diverſæ ſubſtantiæ blaſphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus eſt ea, unde nunc poteſtis oſtendere, quia illius ſint, neſcio. Tom.* II. *Concilior. pag.* 1163. *edit. Pariſ. an.* 1714. Ad hæc Severiani ne mutire quidem potuerunt. Opera, quæ antiquis Chriſtianis omnibus ignota, ſtatimque fere ac nominari cœperunt, ab Orthodoxis in νοθείας ſuſpicionem vocata, utque vi omni, auctoritateque vacua rejecta fuerunt, opera ne, inquam, quorum γνησιότητα ne Severiani quidem, qui iiſdem abutebantur, tueri ſunt auſi, paria dicis eſſe Clementis, Ignatiique epiſtolis; quibus epiſtolis Irenæus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Euſebius, Cyrillus Hieroſolymitanus, Epiphanius, Hieronymus &c. non ſolum plurimum tribuerunt auctoritatis, ſed etiam uti legitimis uſi ſunt? Hoc autem dicere, cujuſnam eſt, obſecro, niſi hominis res ipſas, de quibus diſſerat, neſcientis?

Digitized by Google

rum claſſem oportere ; ſed negari nullo modo poſſe ; quin antiquiſſimæ ſint, explicentque, cujuſmodi eſſet ea (quam Chriſtiani primorum temporum informaſſent) beatitudinis notio.

Poſtremo hæc tribus omnino ab ſe chartis [1] comprehenſa, ſatis fore, dicit, *ut Cadonici ſententia in utramque partem jam olim* [2] *agitata, etiam hodie dum ſufficienti* [3] *fundamento nixa ſuſtineri, publicoque communicari poſſe cenſeatur: ut ut plurima adhuc dum* [4] *ſint non poſtre-*

1 Si Dalhamus attuliſſet cetera, quæ ſe habere jactat in promtu, quot errata multo pluribus chartis comprehendiſſet, quamque nobis amplam illius non ridendi quidem, ſed confutandi dediſſet copiam? Satis, mihi crede lector, ad ea omnia perſequenda, ſingillatimque refellenda ne ingens quidem volumen fuiſſet.

2 Nullo exemplo, documento nullo effici umquam poterit, eam rem fuiſſe olim *agitatam in utramque partem*. Et fidenter tamen Dalhamus fuiſſe eam *in utramque partem agitatam* ſcribit.

3 Quid hoc eſt? *Sufficienti fundamento nixa*. Tullio hic grammaticum indixiſſe videtur bellum. Verum non memineram: hominem attica confectatum, latina deſpicere.

4 *Adhuc dum? Hodie dum? Dum*, inquam, adverbiis temporis *adhuc*, & *hodie* junctum, Dalhame, in extrema tam brevi periodo *Hiſtoriæ*, quam vocas, tuæ, idque ter abs te fuiſſe uſurpatum, non gaudeam? Feciſti, mihi crede, probiſſime. Euge, vir es. Viciſti Scholaſticos. Næ illi deinceps cavebunt barbari, ne moleſtiam tibi homini tam ſcito, tamque eleganti creent. Verum ſine, quæſo, ῥητὸν iſthuc tuum attentius paulo, diligentiuſque conſiderem: HODIEDUM *ſufficienti fundamento nixa ſuſtineri poſſe cenſeatur*, *utut plura* ADHUCDUM *ſint non poſtremæ notæ argumenta*, *quæ in illius favorem* ADHUCDUM *liceat allegare*. Obſecro te, Dalhame, tuum ne iſtud eſt? Meum, inquies. At ego vetus putaram. Adeo pure eſt, eleganter, pulchre, planeque latine dictum. Quid, ſi etiam tam opportune, tamque adpoſite, ut nihil ſupra? Nam poſteaquam *ſuccurſus*, quo *purgantes animæ* egeant, *præſentiſque Cl. Auctoris*, ejuſque *loci*, *qui viſione* non *careat*, meminiſti; hoc reſtabat denique, ut ad extremum *ſufficienti fundamento nixus*, *in tui favorem* τοῦ ADHUCDUM bis, ſemelque τοῦ HODIEDUM uterere. Ne dubita. Invidebunt tibi Scholaſtici poſthac miſere. Numquam enim illis quidquam tale in mentem venit. ADHUCDUM? Papæ! Quid ad hoc *otioſi* illi, ac barbari Scholaſtici? Muti illico. Atqui hos, inquies, nihil moror. Ignoſce, quæſo, Dalhame: erravi: *Theologi omnes* volui dicere. Atque hi quidem omnes te nunc male metuunt. Quare non erit tibi deinceps opus *ſuccurſu præſentis Cl. Auctoris Johannis Cadonici*. Ipſe per te compreſſiſti modo, comprimeſque eorum, ſi forte rurſum inſoleſcere in te cœperint, impudentiam. Nam ubi nominabunt Patres; tu, *adhuc dum* continuo: ſi quando illi dicent, libros omnium *Eccleſiarum Liturgicos*, *Catechiſmos*, *Profeſſiones fidei* veteres conſulamus; tu, *hodiedum Thalmude nullum eſt argumentum fortius*: ſi laudabunt illi ſacra Biblia; tu, *adhucdum*, dices, ad *Græcorum veterum Dionyſii Areopagitæ* civium auctoritatem provoco, Ita tu quidem par pari referes, quod eos remordeat. Ludis ne me? inquies. Cur non? Tibi ne commune omnium orthodoxorum dogma, quaſi figmentum hominum otioſorum, evertere conanti, quoſcumque noſti adverſari tibi, contumelia vexare liceat; mihi autem

poſtrema nota argumenta , quæ in illius favorem adhuc dum liceat allegare. Atque his quidem reprehenſor ille negligentiæ, inconditæque barbariæ Scholaſticorum, qui egregie ſe diligentem, inque latine ſcribendo elegantem putat, his, inquam, verbis imponit ſuæ, ut vocat, *Hiſtoriæ Quæſtionis*, & *Voto* finem.

Hanc Dalhami *Quæſtionis* non *Hiſtoriam* quidem, ſed fabulam, cum ad ſe miſſam Cadonicus accepiſſet, cupideque legiſſet, ac pro ſe uno compoſitam, ſcriptamque cognoſſet, nihil expiſcatus, ſcripta ne recte, an ſecus eſſet; claudus, ut ajunt, pilam retinere, eamque ſe accepiſſe teſtificari; inde Dalhamum ſapientiſſimum omnium, doctiſſimumque decernere; vociferari denique, vix quidquam excogitari poſſe, quod ſua illa ſententia de Patribus Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem beatis aſpectu Dei aut verius ſit, aut ad Auguſtinum a millenariſmi invidia liberandum aptius videatur. Nolle ſe tamen dixit, hanc modo ſibi tribui gloriam [t], quaſi primus

tem pro veritate pugnanti ridere, ludereque non liceat? Equidem Tertulliano aſſentior, qui in eo quem *Adverſus Valentinianos* inſcripſit libro *cap. vi. pag.252. edit. Venet. an.1744. congruit*, inquit, *& veritati ridere, quia lætans; de æmulis ſuis ludere, quia ſecura eſt*. Ac ſi *veritati de æmulis ſuis ludere, congruit*, cave ne ei de te in primis *congruat ludere*, qui cum Hiſtoria iſta tua fabularum, paralogiſmorum, imparilitatum, vocumque barbararum plena (quæ nihil ex Patrum doctrina oleat, nihil e Schola, nihil ne e liberalibus quidem diſciplinis) plane oſtenderis, quam non in ceteris facultatibus ſolum; ſed in ea etiam philoſophiæ parte, quæ eſt quærendi, ac diſſerendi, quæque λογικὴ dicitur, inermis, ac nudus ſis; tum adeo te extuliſti, tantoſque ſpiritus ſumſiſti tibi, ut rei novæ cupidis te non tam ſocium adjunxiſſe, quam caput conſtituiſſe videare.

t Cadonicus *Præfat.* ſupra indicati tertii operis inſcripti *D. Aurelii Auguſtini, quæ videtur, ſententia &c. pag.* 111. *edit. Venetæ an.* 1763. *Nec me*, inquit, *id primum detexiſſe gloriabor: quin immo ingenue profiteor, Nicetam in notis ad Orationem s. Gregorii Nazianzeni in laudem Sanctorum Macchabæorum, & Fevardentium ad libros hæreſum s. Irenæi* (Quaſi hæreſes ullæ s. Irenæi ſint, ad quas Fevardentius libros ſcripſerit) *ac nonnullos alios Græcorum Patrum Interpretes, atque Scholiaſtas, hanc ante me in s. Auguſtino inveniſſe doctrinam*. Quænam autem hæc ſit Auguſtini doctrina, ὀλίγοις ante Cadonicus indicarat, his verbis. *In ſancti Doctoris rectiſſimæ fidei teſtimonium, doctrinam aſcivi de vera beatitate ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum, ceterorumque Juſtorum Antiqui Teſtamenti ante Chriſti Domini deſcenſum ad inferos, quam in pluribus ſcriptis ſuis, quæ latentem in publicam lucem producere, operæ pretium eſſe exiſtimavi*. Jam hujuſce doctrinæ aut Auguſtino, aut alteri cuipiam tributæ apud Nicetam *in Comment. ad* xxii. *Gregorii Nazianzeni de Macchabais*

Digitized by Google

primus omnium Auguſtino id ſententiæ genus placuiſſe compererit. Nam multo ante ſe a Niceta Gregorii Nazianzeni Scholiaſte, deincepſque a Fevardentio [1], nonnulliſque aliis Græcorum Patrum Interpretibus,

bais orationem, ne veſtigium quidem extat. Commentaria eadem edita ne a quoquam fuerint, neſcio. Græce ſcripta legi in Cod. Bombicino ſec. XIV. Bibliothecæ *Caſanat.* qui Codex extat Plut. G. I. 9. In iis vero Commentariis, quæ ſane ampliſſima ſunt, ne Auguſtini quidem fit mentio. Hoc primum Cadonici erratum ſit. Billius certe *in ſcholiis ad Orationem* XXII. *Gregorii Nazianzeni ex Nicetæ commentariis maxima ex parte collectis tom.* II. *opp. Nazianz. pag.* 795. *edit. Colon. an.* 1790. Auguſtini ſententiæ meminit, quæ certiſſima eſt, quæque eſt *de ſanctis & ſub lege, & ſub prioribus ſæculis in ſacramento, & fide Chriſti juſtificatis*; at ejus, quam commentus Cadonicus eſt, nuſquam meminit. Qua in re eſt Cadonici erratum duplex. Nam & tribuit Nicetæ, quod Billii eſt; & Billius longe aliud ſcripſit, quam quod ab eo Cadonicus ſcriptum vellet. Tria ergo Cadonicus perpaucis verbis peccavit. Jam de ſententia non eſt, cur Cadonicus ſeſe purget. Lapſus eſt. Ac ſi quidem ſciens, fide certe egiſſe videbitur non ſatis bona. Quod e Billio Nicetam fecerit, ferrem equidem, niſi in extremo illo ſcholio ſcriptum eſſet, *Bill.* ex quo manifeſte liquet, eſſe illud non Nicetæ ſed Billio tribuendum. Atque in ſequentibus ſcholiis tribus τὸ *Bill.* non legitur, quod indicat, eſſe ea ex Commentariis Nicetæ excerpta. Eſtque ita revera, ut ex Codice *Caſanat. modo indicato pag.* 120. *verſa ſeqq.* cognovi.

1 Quæ iſta eſt fingendi licentia? Ubinam Fevardentius de auctis ante Chriſti mortem ſanctis Veteris Teſtamenti intuitiva Dei viſione, ex Auguſtini ſententia, diſſerit? De *Juſtificatis* ille quidem agit *in cap.* II. *libri* II. *pag.* 255. *tom.* II. *opp. Irenæi edit. Venetæ an.* 1734. de donatis autem viſione, non agit. Atque ſcribit ille profecto hoc modo: *Non vult B. Martyr* (Irenæus) *Patres a condito orbe ad Chriſti adventum recta in cælum evolaſſe, quo aperta Dei viſione fruerentur, quum infra doceat, Chriſti animam ad inferna deſcendiſſe, & tribus diebus converſatam cum animabus defunctorum, quæ erant in medio umbræ mortis. Supereſt ergo, ut de ea* SALUTIS SPECIE, QUÆ CONSISTIT IN REMISSIONE PECCATORUM, *profligatione Satanæ*, ET SPE IN CHRISTUM VENTURUM, *loquatur, quod apertius explicat lib.* IV. *cap.* XXX. *Hic quoque non obſcure cum ait*: ſalvabantur, & a ſpiritibus nequiſſimis &c. *Recte namque* AUGUSTINUS *non uno loco contendit, Priſcos Patres, qui ante adventum Chriſti vixerunt, non ſolum in filiis Iſrael; ſed etiam in gentibus, quales fuerunt Job, & Melchiſedech, per fidem, cultumque unius Dei, & futuri mediatoris a peccatis potuiſſe mundari, atque Juſtificari, lib.* 2. *de Grat. Chriſti contra Pelag. cap.* XIV. *&c.* Quid in hac ſententia eſt, quod ſit novo opinionis Cadonicianæ portento ſimile? Jam tenes lector, quid Fevardentius de Sanctis illis Veteris Teſtamenti dicat: nempe auctos illos non fuiſſe, ante Chriſti mortem, ex Irenæi ſententia, aſpectu Dei, quia Irenæus *infra docet, Chriſti animam ad inferna deſcendiſſe &c.* Videamus nunc jam ubinam id Irenæus, Fevardentio teſte, docuerit. Ergo Fevard. in *adnot. ad cap.* XXXI. *lib* V. *pag.* 555. *Diſerte docet* (*Irenæus*) inquit, ID QUOD FIRMITER CREDIDIT, & CATHOLICE *tradidit* CATHOLICA *Eccleſia de deſcenſu Chriſti ad inferos, nempe animam ipſius ſejunctam a corpore, non tantum operatione quadam, ſed propria præſentia*, ut in ſcholis loquimur, inferiores partes terræ penetraſſe, & *ad locum, quo Sanctorum ſpiritus tenebantur, perveniſſe, & cum ipſis ad momentum uſque reſurrectionis manſiſſe, unde una ſecum eduxit, quotquot erant regno Dei apti, & idonei. Hoc vero dogma inter eos fidei articulos, de quibus ambigere nefas, annumeratum ſemper fuiſſe ex ſcriptis utriuſque Teſtamenti, & Patrum univerſorum libris facile colligitur. Nam conſimilibus Irenæi ſententiis,*

aliiſque

bus, hoc idem fuiſſe animadverſum [1]. Id unum ſibi, pietatique ſuæ erga Auguſtinum Doctorem Maximum, atque Sanctiſſimum fuiſſe ſingulari Dei beneficio reſervatum, ut *primus* ipſe, *poſt ejus doctrina veluti oppreſſam memoriam, eamdem exſuſcitaret*. Meruiſſe proinde ſe, ut ſibi pro s. Doctoris gloria pugnanti *eminentiſſimi dignitate*, ac *doctrina præcellentes* viri victoriam [2] gratularentur. Vana quidem omnia, verumtamen jactanda, præfationeque operis ſui tertii comprehendenda Cadonicus putavit, ut quoniam veris non poterat, fictis ſaltem, commenticiiſque teſtibus, fidem ſibi, & gloriam conciliaret. Multa in eadem Præfatione de Auguſtino, de ceteris Patribus, de Scholis, de Hymnis Eccleſiaſticis, deque novis quibuſdam Scriptoribus confundit, ac miſcet: quæ cujuſmodi ſint, non ex iis ſolum, quæ in noſtris hiſce poſtremis adnotationibus diſputata ſunt, conjecturam licet facere; ſed etiam ex iis, quæ poſt tam vere, tamque dilucide demonſtrabuntur, vix ut quidquam hoc in genere firmius, atque evidentius eſſe poſſit.

Capite I. Tertii ejuſdem operis Cadonicus *viſam*, ait, *fuiſſe haud abſonam* Joanni XXII. Pontifici Maximo [3] eam *ſententiam*, quæ ferret, animas Sanctorum ſuis corporibus ſolutas, ante judicii poſtremum diem,

m non

aliiſque idem profitentur quotquot de hac re ſcribunt auctores tum Græci, tum Latini. In his autem Patribus, *pag. ſeq.* numerat Auguſtinum. Tam longe abfuit Fevardentius ab Auguſtino in invidiam vocando excogitatæ a Cadonico ſententiæ, ut e contrario, *dogma illum Eccleſiæ*, quod eſt de ſanctis in inferis ante Chriſtum manentibus, indeque poſt Chriſti ejuſdem mortem liberatis, auctiſque viſione Dei, probaſſe affirmarit. Neque eſſe hic tergiverſationi locus poteſt, ac ſi Fevardentius de animabus Purgatorii loquutus ſit. Loquitur enim de Sanctis, deque Sanctis omnibus, ut ex ejus nota ſuperiore conſtat, de ſanctis inquam, quales fuerunt Jobus, & Melchiſedechus, eoſque omnes in cælum ante Chriſti mortem aſcendiſſe, Deumque vidiſſe, negat. Vin' clarius? Quo igitur ore Cadonicus, tribuiſſe id monſtrum opinionis Fevardentium Auguſtino, ſcribit?

1 Jam id nunc primum comperit. Antea namque unum ſe omnium id in operibus Auguſtini dogma deprehendiſſe arbitrabatur.

2 Cadonic. *Præfat. ejuſd. pag. eadem*. Verum quinam hi ſint eminentiſſimi dignitate viri, ne ſuſpicari quidem poſſum. Epiſtolas ad ſe a quibuſdam ſcriptas edidit Cadonicus in *Dialogis*. Sed ne in iis quidem epiſtolis quidquam legitur, quod ad probandam opinionem illam novam ſcriptum fuiſſe videatur.

3 *Pag.* 1.

Digitized by Google

non eſſe *intuitive* viſuras Deum. Mox autem addit [1]: *Hæc opinio, ad juſtos quod attinet novi Teſtamenti, non ſolum numero plures, & merito doctrinaque ſpectabiles adverſarios in Eccleſia habuit; verum ipſemet Johannes XXII. eam retractavit, ac demum Florentinum Concilium Lugdunenſis præſcripta proſpiciens, eaque ampliori explicatione declarans, veluti deteſtabilem, & Chriſtiana indignam religione damnavit* [2]... *Quæ eccleſiaſtica definitio ſicuti Teſtamenti novi tempora non excedere videtur, ita de ſtatu animarum Sanctorum Patriarcharum, & Prophetarum, reliquorumque juſtorum, ante Chriſti adventum* [3], *libera adhuc eſt opinandi facultas. Quæ eo uſque devenit, ut nonnulli jam ſcripſerint, juſtas illas, ſanctaſque animas in doloribus fuiſſe, donec Salvator ad inferos deſcendit. Plures vero eas in privatione viſionis Dei ſine dolore tot ſeculis detinent, hac una ratione nixi, quia mercedis conſequendæ nondum, ut ajunt, venerat tempus.*

Jam Cadonicus haud ſemel in Vindiciis [4] ſcripſerat, a ſeculo ipſo IV. immo etiam a III. fuiſſe ab Eccleſia declaratum, Sanctorum Novi Teſtamenti animas, quibus nihil luendum ſuperſit, ſtatim atque ſolutæ ſuis corporibus fuerint, intueri Deum. Quamobrem decrerat, Nepotem Epiſcopum, qui ſeculo Eccleſiæ tertio floruit, habendum numquam ab Auguſtino fuiſſe *ex noſtris*, ſi *præter hæc, quæ de mille annorum regno* SALVA FIDE POTERANT IGNORARI, *in eo etiam erraſſet, quo* VISIO (ſic) *Dei uſque ad carnis reſurrectionem Sanctis denegaſſet* [5]. Si igitur, qui ad judicii diem differri viſionem putaſſent, jam uſque a tertio Eccleſiæ ſeculo, ut Cadonicus ſcribit,

1 *Ibid.*

2 *Ibid. pag.* 2.

3 Ut nexa hæc ſint non video: *Quæ Eccleſiaſtica definitio ... libera eſt adhuc opinandi facultas*. Stribiligo quidem hæc eſt, ſive ſolœca oratio. Sed permittatur Cadonico, modo ne theologica dogmata conetur pervertere.

4 *Cap.* II. *pag.* 26. & *cap.* III. *pag.* 34. *ſeq.*

5 Vixit Nepos ſeculo Eccl. III. Confer quæ ſcripſi *pag.* 32. *ſeq. hujuſce Tractat.* Errat porro Cadonicus de ſanctis ſolum novi Teſtamenti actum ſec. XIV. fuiſſe, ſtatuens. Nam actum etiam de ſanctis Veteris, conſtitutumque fuiſſe, eos poſt deſcenſum Chriſti ad inferos gaudere cœpiſſe Dei viſione, liquet. Verum hac de re alias.

bit, *ex noſtris*, judicio Eccleſiæ, non erant, adeoque *ex noſtris*, hoc eſt Catholicorum numero duci non poterant; profecto ſec. XIV. Johannes XXII. quamdiu non *retractavit* eam opinionem (quam, Cadonico teſte, *haud abſonam judicarat*, quæque eſt de viſione *intituiva* Dei differenda ad extremum uſque judicii diem) e *noſtris* non fuerat, proindeque ex *noſtris*, hoc eſt e Catholicis habendus non fuerit, neceſſe eſt. Quod ſi non fuit *ex noſtris*, proptereaque habendus ab Eccleſia e *noſtris*, & in Catholicis numerandus non fuit; quo demum modo eſſe, haberique potuit Pontifex, quod idem eſt atque centrum unitatis, caputque Catholicorum? Johannes igitur, quamdiu *non retractavit* eam opinionem (hoc eſt ad extremum fere vitæ ſuæ tempus) ſi Cadonico auſcultemus, *e noſtris* habendus non fuit, hoc eſt hæreticus habendus fuit, proindeque Pontifex eſſe, haberique non potuit. Jam vero acephalam eo temporis intervallo Eccleſiam fuiſſe, ac ſcientem plane, atque volentem (novit enim quæ ipſa finivit, atque conſtituit) non ſolum ſuorum numero, verum etiam Pontificis ſui, capitiſque loco duxiſſe eum, qui manifeſtam hæreſim a ſeculo uſque tertio damnatam, atque conclamatam *haud tamen abſurdam* judicaret, *retractareque* differret; nunc demum impune a Cadonico dici, ſcribi, efferrique in vulgus, quis Orthodoxorum animo patienti ferat?

Rurſum quia in *Decreto unionis Græcorum* nulla eſt ab Synodo Florentina de Sanctis Veteris Teſtamenti facta mentio, idcirco *liberam*, ſcribit Cadonicus, cuivis poteſtatem eſſe *opinandi de ſtatu Patriarcharum, reliquorumque juſtorum ante Chriſti adventum*. Qua quidem ſcribenedi ratione ſatis oſtendit, quod a Pontificibus Maximis [1], etiam ſi totius Eccleſiæ accedat conſenſio, declaratum ſit, niſi Synodi Oecumenicæ decreto ſit conſtitutum, ab ſe pendi omnino nihili. Nam declaratum jam

m 2 fuerat

1 Agam equidem hac de re diligenter Capite hujuſce *Tractat.* III. *num.* II.

fuerat a Benedicto XII. Pont. Max. (ea Conſtitutione, quam de viſione ad extremum uſque judicii diem non differenda univerſo orthodoxorum [1] cœtu plaudente, ediderat) poſt vindicatos a Chriſto ad inferos deſcendente Sanctos Teſtamenti Veteris in libertatem, animas quæ ſolutæ corporis vinculis, pleneque purgatæ ſint, in cælum continuo migrare, fruique aſpectu Dei. Neque id Cadonicum ignoraſſe, veri eſt ſimile. Nam qui *retractaſſe Johannem XXII. opinionem*, quam ante *haud abſonam putarat*, ſcribit, is quo tandem modo ignoraſſe credendus eſt, quod ab ſucceſſore Johannis Benedicto ſtatutum fuit: quem Benedictum [1] unum omnium maxime fuiſſe conſtat non adſertorem quidem palinodiæ (palinodiam enim qui demum recantet is, qui numquam aut adhæſerit opinioni falſæ, aut de dogmate Catholico dubitarit?) ſed teſtem curæ ab Johanne XXII. ſuſceptæ exponendi, conſtabiliendique veri? Si ergo quæ declarata hac de re a Benedicto fuiſſent, Cadonicus novit, nec tamen tanti facit, ut iis ademtam ſibi poteſtatem eſſe contra diſputandi arbitretur; idque propterea ſolum, quod Synodus Florentina non meminerit Sanctorum Veteris Teſtamenti; quid ſupereſt, niſi ut Pontificum decreta, Eccleſiæ etiam univerſæ ſumma conſenſione excepta, nec tamen Oecumenicæ alicujus Synodi decreto, vel canone conſtabilita; nihili eſſe, aut parvi pendenda confiteatur?

Sed modum faciam. Si enim inanes, vanaſque opiniones omnes, de quibus eſſe decernendum videtur graviter, quaſque ille hoc ſuo opere tertio comprehendit, perſequi diligenter vellem; quæ mea initium ſumſit, ea certe vix exitum reperire poſſet oratio. Hoc tamen præterire tacitus nequeo, quod capite VII. [2] de pœnis damnatorum ſcribit. Nam contra omnium

1 Vide quæ ſcripſi *tomi* v. *Antiquitat. Chriſtianarum P.* II. *pag.* 145. *ſeq.* & *pag.* 193. *ſeq.*
2 *Pag.* 41. *ſeqq.*

omnium Theologorum doctrinam [1], contra communem ſen-

1 Melchior Canus vir in locis Theologicis diſtinguendis, ſtabiliendiſque accuratus in primis, ac diligens, *lib.* VIII. *cap.* IV. *Concl.* III. *pag.* 237. *edit. Baſſan. an.* 1746. » Concordem, *inquit*, omnium Theologorum Scholæ de » fide, aut moribus ſententiam contradicere, ſi hæreſis non eſt, at hæreſi » proximum eſt..... Nullum *enim* dogma reperietur, quod eadem mente, » neque Scholaſtici omnes certo, ac firmiter aſſeruerint, quin idem in universum Eccleſia teneat, eorum auctoritate mota..... Adde quod nullum » tam proprium Scholæ decretum eſt, quod vel ex Apoſtolorum traditione, » vel ex Conciliorum, aut Pontificum definitionibus non habeat certam originem. Ita qui Scholæ decreta refutarunt, hi ſemper inventi ſunt & fontem unde illa manant, repudiaſſe. Atque præterea ſi qua in quæſtione universi Theologi eadem inter ſe concinunt, profecto ſi in eo errant, Eccleſiam » item errandi periculo exponunt: ſive enim qui confeſſiones audiunt, ſive qui » ad populum habent conciones, utrique plebem inſtituunt, ut a Theologis acceperint. Ita fit, ut Eccleſia eorum in fide communem errorem diſſimulando Chriſti fideles ſuo ſilentio deciperet », Hæc ille. At Theologos omnes, non differri pœnam ignis, ſeu ſeorſus ad judicii extremum diem, ſed eam animabus reproborum ſtatim atque e corporibus exceſſerint, Judicis Chriſti ſententia, infligi, una omnium Theologorum ſententia eſt, contrariam opinionem erroris, aut hæreſeos accuſantium. S. Thomas I. *P. Q.* LXIV. *Art.* IV. *ad* III. » Dicendum, *inquit*, quod aliqui dixerunt, uſque ad diem » judicii differri pœnam ſenſibilem tam dæmonum, quam animarum, & » ſimiliter beatitudinem Sanctorum differri uſque ad diem judicii, quod eſt » ERRONEUM ». Vidit hoc Cadonicus *ibid. num.* 7. *pag.* 46. quamobrem ut notam, cenſuramque declinaret, τὸ *erroneum* non in eorum ſententiam cadere dixit, qui *differri pœnam ſenſibilem ad judicii extremi diem*, putarent, ſed in eorum, qui *differri ad judicii diem beatitudinem Sanctorum* arbitrarentur. Nam Thomam confirmandi ſui dicti cauſſa, locum Apoſtoli attuliſſe, *ex* II. *ad Cor. cap.* V. 1. *Si terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, domum habemus in cælo &c.* Hunc autem locum ad beatitudinem ſpectare; ad pœnam vero non item. Sed errat longe Cadonicus. Thomas enim hoc item poſtremum *erroneum* judicavit. Nam ubi junctim utrumque memoravit, ſtatim addit: *quod eſt erroneum, & repugnans* unum quidem explicate, alterum ex conſequenti *Apoſtoli ſententiæ &c.* Atque ut videas a Thoma opinionem illam de dilatione pœnæ erroris fuiſſe damnatam, animadvertas volo, eum poſtea quam dixit: *quod eſt erroneum &c.* hæc addidiſſe: *Alii vero licet* HOC *non concedant de animabus, concedunt tamen de dæmonibus*. Jam vero τὸ *quod eſt erroneum*, quis non cernat referri ad pronomen *hoc*, ut ſenſus ſit: *hoc quod eſt erroneum, non concedunt de animabus, ſed de dæmonibus*? Verumtamen quid multis opus eſt. S. Thomas *Quodlib.* III. *artic.* XXIII, animas ſeparatas damnatorum cruciari pœna ſenſus, idque a Fide catholica doceri aperte ſcribit. » Reſpondeo, *inquit*, dicendum, quod anima patitur pœnam ab igne corporeo, SICUT FIDES CATHOLICA DOCET; quod autem ignis corporeus agit in animam SEPARATAM, hoc non habet ex natura ſua, ſed » inquantum eſt inſtrumentum divinæ juſtitiæ ». Non dicet, opinor, Cadonicus, animas reproborum poſt judicii diem a ſuis corporibus, ex Thomæ ſententia, *ſeparatas* fore; aut non eſſe *erroneum*, quod repugnet doctrinæ catholicæ Fidei. Confer ejuſdem s. Doctoris *Qu.* XXVI. de Veritate *art.* 1. qui eſt: *de anima ſeparata a corpore, num patiatur*. Quo loco Gregorii utitur auctoritate *in* IV. *Dialogor.* ajentis: *Quis ſapiens reproborum animas teneri ignibus neget?* Verum quoniam de Gregorio incidit mentio, non alienum erit oſtendere, cur negarit, eum, qui pœnam ſeorſus differri ad judicii diem arbitretur, ſapientem fore. Is ergo in IV. *Dialogor. libro cap* XXVIII. *pag.* 416. *to.* II. *opp. edit. Pariſ an.* 1705. » Si eſſe, *inquit*, Sanctorum animas in cælo ſacri eloquii ſatisfactione credidiſti, oportet, ut per omnia eſſe credas & iniquorum animas in infer-

» no:

ſenſum omnium Orthodoxorum, contra id quod ubique

» no: quia ex retribuzione æternæ juſtitiæ, ex qua juſti jam gloriantur, ne-
» ceſſe eſt per omnia, ut & injuſti crucientur. Nam ſicut electos beatitudo
» lætificat, ITA CREDI NECESSE EST, quod a die exitus ſui IGNIS re-
» probos exurat ». Jam ſi *credi neceſſe eſt, quod a die exitus ſui reprobos ignis exurat*, ſapiens certe eſſe, qui contra ſentiat, omnino non poterit. Qui enim ſapiens erit, qui ſecus judicet, atque *credi neceſſe ſit?* Atque ex hoc Gregorii ῥητῷ plane quoque perſpicitur, quemadmodum ex *Apoſtoli* loco ſupra indicato a s. Thoma, ſit, ut diximus, conſequens, ſtatim poſt exitum e corpore animas reproborum pœna ſenſus affici, & cruciari. Mitto Patrum reliquorum loca. Ad Theologos redeo. Multo ante Thomam ſcripſerat Hugo Victorinus *De Sacram. Fidei lib.* II. *P.* XVI. *c.* III. *to.* III. *opp. p.* 691. *edit. Rothom. an.* 1648.
» Quidam putant, *inquit*, animas corporalibus pœnis cruciari non poſſe, niſi
» per corpora, & in corporibus manentes: quapropter a corporibus exutas ani-
» mas nullas alias pœnas ſuſtinere credunt, niſi eas ſolum, quas conſcientia
» intus accuſatrix irrogat ». Expoſuit fere Cadonici ſententiam. Quid autem Hugo? *Sed* VERISSIME, *inquit*, AUCTORITATE SACRI ELOQUII, ET CATHOLICÆ VERITATIS PROBATUR TESTIMONIO, *corporali, & materiali igne animas etiam nunc ante ſuſceptionem corporum cruciari*. Hugo item Eterianus XII. ſeculi Scriptor in eo libro, quem *de animarum regreſſu ab inferis* inſcripſit *cap.* XII. *tom.* XXII. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 1185.
» Unus ignis, *inquit*, animas pro qualitate criminum diſſimiliter exurit; nec
» eſt in DUBITATIONIS PARTE LOCANDUM, ignem illiuſmodi eſſe cor-
» poreum, in quo CERTUM EST SPIRITUS CRUCIARI ». Lucas Tudenſis, qui ſec. XIII. floruit. *Libro* I. *adverſus Albigenſium errores cap.* II. *p.* 196. *tom.* XXV. *Bibl. PP. edit. ejuſd.* diſputat adverſus eos: *qui dicunt animas Sanctorum ante diem judicii ad cælum non evehi, nec animas iniquorum ad infernum deduci*: Cujus quidem Capitis hæc eſt ex Gregorio accepta concluſio:
» Sicut electos beatitudo lætificat, ita credi NECESSE EST, quod a DIE
» EXITUS SUI IGNIS REPROBOS EXURAT ». Confer Richaidi Eremitæ Scriptoris XIV. ſæc. *Enarrat. in Symb. Apoſtolic. tom.* XXVI. *Bibl. PP. pag.* 620. *edit. ejuſd.* Durandus a s. Portiano *lib.* IV. *ſentent. Diſt.* XLIV. *Qu.* XI. *pag.* 147. *verſa edit. Lugdun. an.* 1558. » Tenendum eſt, *inquit*, ſine ULLA DUBITA-
» TIONE, quod tam dæmones, quam animæ SEPARATÆ puniuntur in igne
» inferni ». S. Antoninus Archiep. Florentinus, qui ſeculo XV. floruit quique interſuit Synodo Florentinæ I. *P. ſummæ Theol. Tit.* V. *cap.* III. §. III. *n.* IV. *tom.* I. *pag.* 678. *editionis meæ Florent. an.* 1741. » Impii, *inquit*, cruciabun-
» tur igne, & animæ quidem ſolæ uſque ad diem judicii: poſtea autem animæ
» ſimul & corpora, ut ſicut cum utroque peccavit, cum utroque puniatur ».
Demetrius Cydonius *Orat. de contemnenda morte pag.* 486. *edit. Baſil. an.* 1586. idem confirmat σοφῶν πάντων ὁμολογίᾳ *omnium ſapientum confeſſione*. Seculo XVI. Dominicus Banneſius in Prim. ſummæ s. Thomæ Partem *Queſt.* LXIV. *Art.* IV. *Concl.* III. » Ignis, *inquit*, poſitus eſt in inferno, non ſolum ad
» cruciandum corpora hominum damnatorum poſt diem judicii; ſed etiam
» ad torquendum dæmones, ET ANIMAS jam NUNC in inferno exiſten-
» tes. Iſta concluſio videtur CERTA SECUNDUM FIDEM ». Guillelmus Eſtius *in* IV. *ſententiar. diſt* XLV. §. IV. *pag.* 217. *edit. Pariſ. an.* 1672. de impiis agens: » Secundum Fidem catholicam, *inquit*, dubium non eſt, *eos* ſta-
» tim a morte in infernum deſcendere, ibique torqueri tam pœna damni,
» QUAM SENSUS ». Franciſcus Silvius *in* I. *P. s. Thom. Q.* LXIV. *Art.* IV. *in reſp. ad* I. poſteaquam affirmate dixit: » Tenenda eſt Auctoris noſtri ſen-
» tentia, dæmonum, ut & animarum damnatorum ſupplicium non differri
» uſque ad Judicium Univerſale ... & dæmones jam carentiæ viſionis Dei,
» quam ignis inferni pœnam ſtatim a lapſu acceperunt, neque illa erit ali-
» quando auctior, quamvis accidentalis creſcat uſque ad Judicii diem ».
Tum objectus ſibi s. Irenæi, & s. Juſtini locis: » Nunc, *inquit*, aliter eſt lo-

» quen

que terrarum univerſæ Eccleſiæ prædicant , contra Synodorum , Pontificumque Maximorum Conſtitutiones [1] negat, damnatorum eorumdem animas eſſe affi- cien-

» quendum , quandoquidem de animabus damnatis habemus Concilii Floren- » tini declarationem &c. » Benedictus a Benedictis in eo libro , quem inſcripſit Jacula Eccleſiæ Chriſti Catholicæ &c. *num.* CDLXXX. *pag.* 331. *edit. Veneta ann.* 1608. » Impiorum animas , *inquit* , ſtatim poſt obitum in cruciatibus » æterni ignis torqueri , non credit Lutherus , & gregales . Credunt id Catho- » lici , ac docent ». Bellarminus de Sanctorum Beatitudine *lib.* I. *cap.* VI. *to.* II. *edit. Veneta an.* 1603. *pag* 613. *ſeq.* erroris eamdem, quam nunc Cadonicus tuetur, ſententiam arguit . Dionyſius Petavius *lib.* III. *de Angelis cap.* IV. *pag.* 192. *edit. Pariſ. an.* 1644 . *tom.* III. *Theologicor. Dogmat.* » Quod , *inquit* , de ho- » minum animis (*nondum cruciatis pœna ſenſus*) quidam etiam Antiquorum » opinati ſunt , ut alio loco dicemus , hoc tempore ſine errore defendi ne- » quit ; quoniam in Florentino Concilio definitum eſt , animas ſtatim atque » evolarunt e corporibus , aut in cælum evectas , ſiquidem expiandum nihil » habent , ad æternam admitti felicitatem , Deique conſpectum ; aut pecca- » tis gravibus irretitas , rapi ad inferos , ac torqueri » . Eodemque pertinent, quæ ſcribit Cabaſſutius *Notit. Eccleſiaſt. ad an.* 1438. *de Concil. Florent. p.*467. *edit. Venet. an.* 1729. quo loco recte animadvertit , Græcorum quorumdam eam fuiſſe opinationem : *reproborum animas carne ſolutas nondum ignis pœnam ſuſtinere , ſed graviſſimos mœrores ex deſperatione , & ex loci ad quem relegantur conſtitutione , tenebris , & horrore inexplicabili* . Quæ ſane modo Cadonici opinatio eſt , ceterorum Græcorum , qui recte ſentiunt , Latinorumque dogmati repugnans . Atque hanc opinionem Cadonici , ut errorem decreto Synodi Florentinæ contrarium refellens Gregorius Protoſyncellus in Apologia *Adverſus Marci Epheſii Epiſtolam* , quæ Apologia extat poſt Acta ejuſdem Synodi *tom.* IX. *Concilior. pag.* 660. *edit. an.* 1714. *ſed* , inquit , *& peccatores ſine pœnitentia decedentes ad inferna migrant ſupplicia* . Hujus autem rei confirmandæ cauſſa , utitur Gregorii Magni *e* IV. *Dialogorum* loco , qui ſic habet : *Credi neceſſe eſt , quod injuſtos a die exitus* τὸ πῦρ ignis *exurit* . Sed Theologos numerare , qui idem quovis tempore ſtatuerint , longum eſſet . Hoc tamen adnotari volo : omnes in hanc ſententiam conſpiraſſe , perpluresque eſſe , qui eam ad doctrinam fidei pertinere , aut doceri eamdem a fide , aut credendam omnino , aut certam eſſe , & Eccleſiæ doctrina conſtare dicant , nullumque Catholicum reperiri , qui ei repugnet . Ortum autem nunc demum eſſe Cadonicum , qui non modo eam in controverſiam revocet , ſed etiam uti minus probabilem rejiciat , ac porro ſtatuat , oppoſitam eſſe credendam , quis amore , ſtudioque tactus religionis non indigne ferat ? Non enim ſolum Theologi in Scholis , verbi Dei præcones univerſi , Parochi , Antiſtiteſque omnes ſacrorum eam ubique terrarum docent , ſed vel pueri ipſi norunt , qui leviter etiam rudimenta didicerint Catholicæ religionis . Nec mirum . Eſt enim in Catechiſmis ſcripta , qui inſtituendæ Chriſtianæ plebis cauſſa a Pontificibus Maximis , Epiſcopiſque publicati ſunt . Hinc Catechiſmi Roman. *Parte* I. *cap.* VI. *de* V. *Symboli Articulo* §. 3. legitur : » Eſt » teterrimus , & obſcuriſſimus carcer , ubi perpetuo , & inextinguibili IGNE » DAMNATORUM ANIMÆ ſimul cum immundis ſpiritibus torquentur , qui » etiam gehenna , abyſſus , & propria ſignificatione infernus vocatur » . Paria in ceteris pleriſque Catecheticis inſtitutionibus Eccleſiarum reperire licet.

1 Benedictus XII. in Conſtitutione , cujus hoc eſt initium : *Dudum tempore felicis recordationis &c.* quæque ann. 1336. plaudentibus univerſi Catholici Orbis Eccleſiis publicata eſt : » Definimus , *inquit* , quod , ſecundum Dei ordina- » tionem communem , animæ decedentium in actuali peccato mortali mox poſt » mortem ſuam ad inferna deſcendunt , UBI PŒNIS INFERNALIBUS CRU- CIAN-

ciendas cruciatu ſenſus ante judicii extremi diem : Id ve-

» CIANTUR ; & quod nihilominus in die judicii omnes homines ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt, redditurì de factis propriis » rationem, ut referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit ſive bonum, » ſive malum ». Legiſtin', reproborum animas ſtatim atque e corporibus ſuis exceſſerint, non ſolum ad inferna deſcendere, ſed etiam ibi *infernalibus pœnis cruciari*, idque eſſe a Benedicto XII. Pont. Max. ſolemni Conſtitutione definitum ? Cruciari autem infernalibus pœnis quid eſt, niſi cruciari etiam igne ſempiterno, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus ? Hinc Pontifex idem, etſi reſtitutionis corporum humanorum, Judiciique poſtremi meminit ; pœnæ tamen alterius generis, diſcrepantiſque naturæ ab ea, quam damnati antea tuliſſent, poſt judicium addendæ non meminit. Atque de pœna etiam ſenſus Benedicti definitionem intelligi omnino oportere, ex iis quoque argumentis liquet, quæ illum, id ut definiret, impulerunt. Nam Benedictus in ſecundo *Tractatu ejus operis, quem ipſe ad illuſtrandam* (ut inquit Raynaldus *ad an.* 1336. *num.* 3.) *controverſia, quam diremit, veritatem* perſcripſit, quique extat MS. in Bibliotheca Vaticana, eſtque *n.*1765. *cap.*VIII. *ſeqq.* ut quibus pœnis reprobi modo in inferis plectantur, oſtenderet, eo uſus eſt loco Apocalypſeos e *cap.* XIX. quo (ut addit idem Raynaldus) *refertur, Antichriſtum, & ejus ſigniferos in ſtagnum ignis merſos eſſe ante judicium*. Accedit Florentinæ Synodi auctoritas. Nam hæc in *Decreto Union. Græcorum tom* IX. *Conciliorum pag.* 422. *edition. Pariſienſ. ann.* 1714. definiens declaravit : » Illorum » animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo originali decedunt, mox » in infernum deſcendere, pœnis tamen diſparibus puniendas ». Jam eos, qui in *actualibus peccatis* deceſſerint, cruciandos ſtatim igne, ſeu pœna ſenſus afficiendos, definitum eo decreto ab Synodo fuiſſe, non Catholici modo, qui Synodo eidem interfuerant, affirmarunt ; ſed etiam Schiſmatici ipſi teſtati ſunt. Catholicos autem ſic decretum idem intellexiſſe, ex Protoſyncelli loco, quem notatione ſuperiore deſcripſi, plane conſtat. Neque alio ſpectant, quæ *Deputati Latini* ſua *cedula* comprehendi voluerunt, de animabus, quæ aut originali peccato, aut *actualibus mortalibus* implicatæ e corporibus excedant. *Nam mox illas in infernum deſcendere ajunt, punirique pœnis diſparibus, & nihilominus fore, ut in die judicii omnes homines ante tribunal Chriſti cum corporibus ſuis compareant, reddituri de factis propriis rationem*. Quorſum enim hæc pertinent, niſi ut indicent, peccatorum animas non propterea pœnis, quas merentur, minime eſſe ante judicii extremi diem cruciandas, quod poſt reſtitutionem corporum, in judicium venturæ ſint ? Nam niſi iiſdem pœnis, quibus poſt judicium cruciabuntur, etiam nunc animæ damnatorum cruciarentur, non video, quid opus fuiſſet addere : *& nihilominus &c.* τὸ *Nihilominus* enim plane huc recidit : *animas illas*, etſi pœnis ſint ſenſus affectæ ante judicium, *nihilominus* non inde effici, *ſuperfluum* judicium idem fore, ut quiſque rationem de iis, *quæ in corpore geſſit, ſive bonis, ſive malis reddat*. *Confer Collat.* XXI. *Actor. Latinor. Synodi Florent. tomo eod. Concilior. p.* 154. Rurſum, qui græce Acta Synodi Florentinæ deſcripſit, ea quæ dicta utrimque ab Latinis, Græciſque ante *ſeſs.* 1. (*pag.* 20. *tomo ejuſd. Concilior.*) fuerant, narrans, Latinorum hanc fuiſſe, ait, ſententiam, ut damnatorum animas nunc *igne*, quidem ſed *partim* μερικῶς torqueri, defenderent ; complete autem *igne* ipſo, *æternumque* αἰωνίως in futurum cruciandas, poſt ubi junctæ rurſus corporibus fuerint. » Accipiunt igitur, *inquit*, Itali *hunc ignem*, & in præſenti *partim*, » & in futuro *æternum*. Et *pag.* 18. Dixerunt, *inquit*, Latini, quod peccato» rum, ac ſine pœnitentia defunctorum animæ ſunt in inferno, & *cruciantur*, » ut anima Judæ, & quod tria ſunt loca, & differentiæ, hoc eſt, animæ » Sanctorum in cælo ; peccatorum autem, & eorum, qui non egerunt pœ» nitentiam, in inferno, ut Judæ *anima* ; medius autem locus habentium » peccata venialia, hoc eſt eorum, qui facta ſuorum peccatorum confeſſione, » ſumtoque Chriſti corpore, morte inſtante, debent tamen ſatisfactionem ».

Idem

Digitized by Google

Id vero dogmatis novi genus (ita ut fit, ubi quis ſibi
n ab ju-

Idem de Græcis agens addictis ſchiſmati: *At vero Græci*, inquit, *in futuro opinantur ignem, pœnamque animarum particularem, quod ſcilicet peccatis obnoxiorum animæ in locum abeant tenebricoſum, in locum mœroris*. Et paulo poſt: *Et Græci quidem eos, qui nunc ſuppliciis addicti ſunt, negant perfecte ſuſcepiſſe pœnas, ſed corpora etiam expectare*. Qui autem negat, *perfecte* animas impiorum ſuſcepiſſe pœnas, ſuſcepturas autem eſſe perfecte, reſumtis corporibus, is ponat neceſſe eſt, animas eaſdem ante reſtitutionem ſuorum corporum pœnis affici, etſi non *perfecte*. Cum igitur ea Latinorum, Græcorumque orthodoxorum ſententia fuerit, hæc e contrario Græcorum ſchiſmaticorum; quid reſtat, niſi ut qui pœna damni ſolum, ſtimuliſque conſcientiæ agitari damnatorum animas, ante judicii poſtremum diem, non pœna ulla ſenſus affici pugnat, Græcis Schiſmaticis aſſentiatur, recedatque a Latinorum, Græcorumque Orthodoxorum dogmate? Age vero, Marcus Epheſius, qui Synodo Florentinæ interfuerat, & quo Synodi Florentinæ definitio ſpectet, plane cognorat, nonne in ea Epiſtola, quam poſt ſuum in Græciam reditum ad univerſos Chriſtianos ſcripſit, errorem ſuum a definito dogmate ſic diſtinguit, ut jam declaratum, conſtiturumque ab Synodo ipſa demonſtret fuiſſe, damnatorum animas in *gehennam*, hoc eſt in *inferni flammas* contrudi? » Et nos,
» quidem, *inquit*, nec ſanctos dicimus paratum ſibi regnum obtinuiſſe, &
» arcana illa bona, nec peccatores jam eſſe *in gehennam* contruſos; ſed
» utroſque eſſe in expectatione ſortis, quæ illos manet; idque (*nempe:*
» *viſionem Dei Sanctis concedendam, & damnatos in gehennam contruden-*
» *dos*) pertinere ad futurum tempus poſt reſurrectionem, & judicium: iſti
» vero (*de Græcis Orthodoxis hoc dicit*) cum Latinis hos quidem *ſtatim poſt*
» *mortem* recipere *protinus* volunt ea, quæ ſunt *ſecundum meritum*: mediis
» vero, hoc eſt illis, qui non ſine pœnitentia deceſſerunt, ignem quemdam
» ipſi purgatorium confingentes diverſum a gehenna exiſtentem, ut per illum,
» ut ajunt, purgatis animabus poſt mortem, ii quoque cum juſtis cælorum
» regno fruantur. *Hoc enim & definitio eorum continet* ». *Tom*, IX. *Concilior. edit. ejuſd. pag.* 616. Quid autem eſt *gehenna*, niſi locus infernus *ignis*, ſeu *pœna ſenſus*? In hunc autem detrudi ſtatim poſt mortem animas impiorum, Synodi definitione contineri, quam Græci, Latinique amplexi fuiſſent, Epheſius narrat. Definitum igitur fuiſſe fatetur ab Synodo Florentina (nam de hujus definitione agit) puniri animas impiorum, ante judicii diem, pœna ſenſus *ſecundum earum meritum*. Niſi forte hoc reſtet, ut Cadonicus meritas eas fuiſſe ſenſus pœna torqueri, neget. Neque Orthodoxi, qui Epiſtolam Epheſii impugnarunt, ſic fuiſſe definitum ab Synodo uſquam in dubium vocarunt. Immo Protoſyncellus Epiſtolam eamdem Epheſii refellens, idipſum uti teſtatum, certumque ponit, Patrumque auctoritate confirmat in eo, quem ſupra deſcripſi loco *pag.* 91. *in not.* Neque negabat Epheſius, reproborum modo animas mærere, ſupplicioque conſcientiæ cruciari. Nam ab ſuis Symmiſtis non diſſidebat, qui id facile concederent, ut ex *Act. Synodi ejuſdem ſeſſ.* I. *tomo eod. pag.* 19. *ſeq.* conſtat. Pœnas autem illi tollebant ſenſus, quibus fore, ajebant, ut animæ ipſæ poſt judicium torquerentur. Quo etiam revolvitur Lutheri a Coccio, aliiſque Catholicis exploſa ſententia, qui Lutherus *ad cap.* XXV. *Geneſ. tom.* VI. *opp. pag.* 351. *edit. an.* 1561. noſtros exagitans: *Hic Papiſtarum ſtultitia taxanda eſt*, inquit. *Poſt mortem primum locum dicunt eſſe damnatorum, qui eſt cruciatus ignis æterni. Verum an animæ impiorum ſtatim torqueantur poſt obitum, non poſſum affirmare. Et Serm. in Evang. de Divite, & Lazaro:* » *Neceſſarium*, inquit, *eſt Tartarum eſſe, aliquem locum, ubi manes agere poſſint, in quo tamen refocillatio negatur, qui & ipſe corporis coagmento nequit conſtare. Nobis ſane videtur, hunc tartarum nihil aliud eſſe, quam ipſius conſcientiæ remorſum, qui ſcilicet fide, ac verbo Dei careat, in quo anima ſepulta, & concluſa uſque ad noviſſimum diem contineatur; poſt quem homo corpore ſimul, & anima ad inferni ſedes præcipitabitur,*

Digitized by Google

ab judicio, cenſuraque Eccleſiæ metuit [1], vultque in promptu aliquid habere, ad quod, ſi accuſetur, perfugiat) modo in dubium revocat [2], modo probabilius affirmat eſſe [3], modo (ut e corde excuſſit metum) perinde proponit, ac ſi decretum religionis Chriſtianæ [4] ſit ab omnibus deinceps, conſequendæ facilius ſempiternæ ſalutis cauſſa, credendum. Quod tam grave ne ſit, ut ne tolerari quidem poſſit, viderint ii, quos Spi-

rabitur. Luthero ne, ac Marco Epheſio, an Catholicis Cadonicus aſſentiatur, Lector jam videt.

1 Cadonicus ibid. » Fideliſſime, *inquit*, credimus, dæmones, & cum iis » ſpiritus hominum damnatorum perfecte nunc etiam cruciari. Quare ſi hu» jus tormenti cauſſam a NULLA INTERIM CORPORALI CREATURA » MANANTEM NOVERIMUS, PŒNÆ DAMNI PONDUS IN SUA VE» RITATE METIMUR. Ne vero per hanc opinionem ſanctiſſimæ FIDEI ali» quid detrahi quiſpiam PERTIMESCAT, quid de hac re D. Thomas recen» tius, & s. Auguſtinus antiquius ſenſerint, aperire in animo eſt ». Sed quam injuria s. Thomam in invidiam vocet, quaſi indifferens quidpiam eſſe putaverit, puniantur ne modo damnatorum animæ pœna ſenſus, nec ne; ſupra eſt a nobis *notat.* 1. *pag.* 93. demonſtratum. De Auguſtino alio loco diligenter agam, oſtendamque, quam longe ab hoc Cadonici paradoxo abfuerit. Eodem revolvuntur, quæ Cadonicus *ibid. ſcribit num.* 8. *pag.* 46. *ſeq.* & *num.* 21. *pag.* 52. *ſeq.* quibus ex locis Lector perſpiciet, num Græcis Schiſmaticis, ac Luthero; an Auguſtino, ac Thomæ aſſenſus Cadonicus fuerit.

2 Cadonicus ibid. *num.* 24. *pag.* 53. » Utinam, *inquit*, tandem intelligant » quorumdam ingenia, quam inutiliter a ſolis gehennæ ignis tormentis con» cuti patiantur Chriſtianorum corda in Sacramento pœnitentiæ, dum hanc » materialem pœnam, non debili FORTASSE fundamento, noverint in ſecu» lorum finem peccatoribus eſſe dilatam.

3 In *titulo capitis* VII. *pag.* 43. » Damnatis, *inquit*, hominibus probabilius, » nonniſi in ſeculi fine, hoc etiam accedet ſupplicium.

4 *Ibid. num.* 25. *pag.* 54. » Credamus ergo, *inquit*, ignem diabolo, & Ange» lis ejus, nec non peccatorum hominum naturæ acceſſurum. Sed donec ſeculi » finis perveniat, ob hujus tormenti defectum, damnatorum infeliciſſimam » ſortem explicare, atque docere non deſiſtamus, etiam ut homines rectius » cogitare aſſueſcant de animæ ſuæ, ceterorumque ſpirituum natura, & » viribus, neque in corporalibus objectis ſemper hæreant, veluti illigati. » Hoc facile fieret, ſi Angelis æque ac dæmonibus propria corpora ineſſe » PLEBS QUOQUE Chriſtiana cognoſceret, atque ſentiret, corporales ignis » etiam pœnas poſtremis hiſce eſſe acceſſuras in fine ſeculorum ». Sexcenta alia generis ejuſdem eo ipſo Cap. VII. de Angelorum corporibus, deque pœna ſenſus ad Judicii diem differenda perſequitur, quæ breviter comprehendi non poſſunt. Quare prætermittenda duxi, ne longior eſſem, quam conſtituerim. Interea animadverti volo, decerni hic ab Cadonico 1. credi oportere, acceſſuram quidem pœnam ſenſus damnatis, ſed poſt diem judicii. 2. Ita ſi credatur, fore ut *rectius homines cogitare aſſueſcant* de animæ ſuæ natura. Quaſi vero non recte hactenus de natura animæ cogitarint, propterea quod ſupplicio ſenſus damnatorum animas obnoxias nunc eſſe crediderint, pergantque credere. 3. Hoc facile futurum, ſi Angelis, ac dæmonibus propria ineſſe corpora PLEBI etiam Chriſtianæ perſuadeatur. Hæc autem nova opinionum, doctrinæque portenta probari, ſcribi, vulgari quis, quæſo, Catholicorum æquo animo patietur?

Spiritus ſanctus Eccleſiæ Rectores conſtituit *potentes exhortari in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt arguere*.

Deinde, cum de divite [1] illo Cadonicus egiſſet, cujus fit in Evangelio mentio, ejuſque animam in infernum detruſam locum, triſtitia ſolum, conſcientiæque ſtimulis ob actam impie, ſcelerateque vitam, non pœna ſenſus ulla cruciari dixiſſet; tum æſtu quodam ad eam diſputationem jactatus, quæ eſt de timore orto ex conſideratione ſupplicii ſempiterni ignis, hunc quidem timorem, ſi ſolus ſit, in pœnitentiæ ſacris *inutilem* eſſe ſtatuit, iiſque Theologis, qui ſecus cenſeant, mentem optat meliorem dari. Scribit autem hoc modo [2]: Huc igitur „ avocantes ea, quæ ſuperiori capite dicta ſunt de pœ„ na damni; utinam tandem intelligant quorundam „ ingenia, quam INUTILITER a ſolis gehennæ ignis „ tormentis concuti patiantur Chriſtianorum corda in „ Sacramento pœnitentiæ „. Inutilem autem putat eſſe non ob aliam cauſſam, quam quod: „ hanc materia„ lem pœnam non debili fortaſſe fundamento noverint, „ in ſeculorum finem peccatoribus eſſe dilatam [3] „.

Ita ille quidem *inutilitatem* timoris *pœnæ ſenſus* ducit ex dilato, ut ariolatur, damnatis gehennæ ignis ſupplicio ad judicii poſtremum diem. Deinceps *utilem* affirmat eſſe timorem [4] ex pœna damni, ſeu ex *ſpiritualibus*, ut ait, *malis*, & ærumnis ortum, propterea quod his *interim* reproborum animi, improbique dæmones premantur. Quaſi vero mala, ſi propinqua ſint, *utilem* timorem pariant; *inutilem* autem, ſi remota. Quod cum ridiculum per ſeſe, atque abſurdum; tum eſt a Patrum omnium, Synodorum oecu-

n 2 meni-

1 *Ibid. num.* 23. *pag.* 53.
2 *Ibid num.* 24. *pag.* 53. *ſq.*
3 *Ibid.*
4 Cadonic. *ibid. num.* 24. *pag.* 54. » Utiliter, *inquit*, peccatores in conſi» deratione detinebuntur illorum ſpiritualium malorum, in quæ nudi ſpiri» tus poſt mortem decident, quæ non abſcedent, cum iſta exteriora ipſis » accedent ſupplicia ».

menicarum, Scripturæ, Chriſtique ipſius Servatoris ſententiis non alienum modo, ſed etiam mire diſſidens. Nam & hortatur nos Chriſtus, eum ut timeamus [1], qui *corpus, & animam perdere in gehennam poteſt*, docetque *expedire* homini, ut *unum membrorum* [2] *ejus pereat, quam totum ejus corpus mittatur in gehennam ignis* [3] *inextinguibilis*: & Angelus apud Joh. in [4] Apocalypſi, mortales monet, Deum ut timeant, *quia venit hora judicii ejus*: & Synodus Tridentina *utilem* eſſe dolorem ſtatuit ortum ex *gehennæ* metu [5]: & Ignatius Martyr, Clemens Romanus, Juſtinus, Athenagoras, Tatianus, Theophilus Antiochenus, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Minucius Felix, Origenes, Cyprianus, Arnobius, Lactantius, Euſebius Cæſarienſis, Athanaſius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, uno verbo omnes

1 Apud Matth. cap. x. v. 28. *Timete eum, qui poteſt, & animam, & corpus perdere in gehennam*, & apud Lucam *cap.* XII. v. 5. *oſtendam vobis, quem timeatis: timete eum, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam*.

2 Apud Matth. cap. v. v. 29. ſq. *Expedit tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam*.

3 *Apud Marcum cap.* IX. v. 42. *ſq. Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*.

4 *Cap.* XIV. *v.* 6. 7. *Et vidi alterum Angelum .. habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret ſedentibus ſuper terram ... dicens magna voce: timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus*.

5 Seſſ. XIV. *cap.* IV. *de Contritione*: » Illam contritionem imperfectam, quæ » attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione vel EX » GEHENNÆ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem » peccandi excludat cum ſpe veniæ, declarat (Synodus) non ſolum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum » Dei eſſe, & Spiritus Sancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, » ſed tantum moventis, quo pœnitens adjutus viam ſibi ad juſtitiam parat. » Et quamvis ſine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad juſtificationem perducere peccatorem *nequeat*, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hoc enim timore UTILITER concuſſi Ninivitæ ad Jonæ prædicationem plenam terroribu pœnitentiam egerunt, & » miſericordiam a Domino impetrarunt. Quamobrem falſo quidam calumniantur Catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint, Sacramento Pœnitentiæ, » abſque bono motu ſuſcipientium, gratiam conferri, quod numquam Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit ». Quamobrem jure damnatæ ab Alexandro VIII. an. 1690. propoſitiones fuerunt 14., quæ eſt hujuſmodi: *Timor gehennæ non eſt ſupernaturalis*. & 15. quæ ſic habet: *Attritio, quæ ex gehenna, & pœnarum metu concipitur, ſine dilectione benevolentiæ Dei propter ſe, non eſt bonus motus, ac ſupernaturalis*. Nam ſi *bonus &c.* eſt (ut eſt revera) inutilis dici nequit.

Digitized by Google

nes Doctores Eccleſiæ [1], Martyres omnes [2], Chriſtique cultores ceteri cruciatus animorum, & corporum, gravemque in primis ſententiam in ſontes ab Judice extremo die pronunciandam ſibi, & ceteris ad meditandum propoſuerunt. Quod ſi inutilis eſſet dolor ex metu diſtantium malorum ortus, quis credat, curaturos umquam Patres, Angelum, Chriſtum ipſum fuiſſe, ut extremi judicii, ſempiternique ignis, quo ſunt cruciandæ animæ reproborum, torquendaque corpora, terroribus concuteremur? Ac propoſitum nobis, inculcatumque a Patribus, ab Angelis, a Chriſto ipſo timorem *inutilem* fuiſſe, dici profecto ſine errore, ac injuria, ſummaque populi Chriſtiani offenſione non poteſt. Jam ſi extremo mundi tempore de impiorum animis ſumendum ignis ſupplicium eſt, timorque tam longe ab ætate noſtra remoti mali nihil affert ad ſalutem utilitatis; Synodus certe Tridentina, quæ *utilem* eſſe declaravit dolorem ortum ex gehennæ, ſive ignis ſempiterni metu; quod *inutile* reipſa ſit, errans *utile* declararit, neceſſe eſt. Quod ego non queo dicere, non eſſe hominis cupidi nova-

1 S. Clem. Ep. I. ad Corinth. n. xxvi. pag. 111. Tom. I. Apoſtolicor. PP. *Edit. Londin. an.* 1746. & Epiſt. II. *num.* VI. *pag.* 241. & *num.* 7. *pag.* 245. Vetus Auctor Epiſtolæ, quæ Barnabæ nomine circumfertur. *num.* XXI. *Tom eodem* I. *Apoſtolicor.* PP. *pag.* 99. Ignatius *Epiſt.* ad *Epheſios num.* XI. *pag.* 101. *Tom.* II. PP. *Apoſtolicor. ejuſd. Edit.* s. Policarpus *Epiſt. ad Philippenſes n.* XI. *pag.* 241. *Tom. eod.* II. *Apoſtolic. PP.* Eccleſia Smyrnenſis in Actis Martyrii s. Polycarpi *num.* II. *pag.* 327. & *n.* XI. *pag.* 345. *Tom. eod.* s. Juſtinus Martyr. Apolog. II. *num.* II. *pag.* 91. *ſq. Edit. Veneta an.* 1747. multiſque aliis in locis, Tatianus Orat. contra Græcos *num.* XIV. *pag.* 270. *ſq.* Athenagoras Legat. pro Chriſtianis *num* XII. *pag.* 170. *Edit. ejuſd. opp. Juſtini* & *num.* XXXI. *pag.* 329. Theophilus Antiochenus *lib.* II. *ad Autolycum num* XXXIV. *pag.* 399. *Edit. ejuſd opp. Juſtini.* & *num.* XXXVI. *ſqq. pag* 400. *ſqq.* Tertullianus Apologet. *cap.* XXIII. *pag.* 85. *in Append. Edit. Veneta an.* 1744. & *cap.* XLV. *pag.* 140. Clemens Alexandrinus *lib.* V. *Stromateon pag.* 592. *Edit. Pariſ. an.* 1641. Origenes *lib.* II. περὶ ἀρχῶν *cap.* V. *Tom.* I. *opp. pag.* 74. *ſq. edit. Veneta an.* 1743. & *lib.* III. *cap.* I. *pag.* 81. S. Cyprianus Epiſt. LV. *ad Antonian. pag.* 108. *Edit. Oxon. an.* 1682. Sed multus eſſem, ſi omnium, quos nominavi, Patrum indicare teſtimonia vellem, quibus timorem ſuppliciorum gehennæ, extremique judicii utilem eſſe, conducereque ad pietatem oſtenditur.

2 Vide Acta s. Mart. Pionii *num* IV. *pag.* 120. *Actor* ss. Martyrum *Edit. Ruinartii Veneta an.* 1731. Non eſt otium omnia ss. Martyrum Acta commemorare, ex quibus id ipſum eos de timore gehennæ ſenſiſſe conſtat, quod Patres, quorum a nobis paullo ante ſunt indicata loca. Quod ſi opus fuerit ea quidem non commemorabo ſolum, ſed etiam diligentiſſime ex iiſdem locis deſcribam, quæ ad rem confirmandam pertinent.

Digitized by Google

novarum rerum; Catholici vero nullo modo; Theologi præſertim, quem ſe Cadonicus putat eſſe, & cui perceptum, ſatiſque explorate cognitum eſſe debet, quam Synodi oecumenicæ in Spiritu ſancto congregatæ non ab errore ſolum, ſed a quavis etiam ſuſpicione erroris diſtent.

Sed dicet aliquis: *inutile* hoc loco idem eſſe Cadonico, atque timorem gehennæ, ſi ſolus ſit, non ſatis ad juſtificationem in Pœnitentiæ Sacramento conſequendam futurum. Hanc enim illius eſſe ſententiam: *Intelligant quorumdam ingenia, quam inutiliter a ſolis gehennæ ignis tormentis concuti patiantur Chriſtianorum corda in Sacramento Poenitentiæ*.

Verum fruſtra ab eo, quiſquis fuerit, ſuſcipietur Cadonici purgandi labor. Quemadmodum enim ſuis verbis purgari poterit is, qui non conſiderare, ſed jacere veluti teſſeras conſuerit verba, ut in ejus oratione plerumque temeritas, & caſus, non ratio, neque conſilium valuiſſe videatur? Atque modo deſcripta periodo, neſcio quos Theologos pati ait, ut *Chriſtianorum corda ſolis gehennæ ignis tormentis*[1] *in Sacramento poenitentiæ* agitentur; cum tamen *gehennæ ignis tormenta* differenda dixiſſet ad judicii extremi diem. At *concuti*, dixit, non *agitari*. Argute! Quaſi agitari non idem ſignificet, atque *concuti*. Sed de *metu* ſupplicii *gehennæ* ignis, quo reprobi afficientur; non de eodem ſupplicio, quaſi pœnitentibus illis illatum ſit, intelligi ille ſe voluit. Sit ita plane. Verumtamen hoc illud eſt, quod ajebam; caſu eum agere; quamobrem evenire ſæpe, ut idem ſecus, atque intelligi velit, ſcribat. At levia hæc quidem ſunt.

Illud

1 Etiamne eos aliis tormentis Cadonicus vexari cuperet? Non ita eſt, inquies: immo vellet Cadonicus, ne his quidem concuti pœnitentes; quare Theologis illis iraſcitur, qui iiſdem miſeros agitari patiantur. Crudeles Theologos narrat, qui cum torqueri gehennæ igne ſuos pœnitentes videant, eos non liberant, cum poſſint, ſed miſere eodem vexari ferant. At ne id quidem Cadonicus vult. Abi, ne me obtunde. Equidem quid velis neque ſcio, neque exſpiſcari me poſſe video.

Digitized by Google

Illud graviſſimum, quod *inutilem* omnino dolorem eſſe ſtatuerit ortum ex timore ſupplicii gehennæ ignis. Non enim hoc dixit, quaſi ipſum ſolum in pœnitentiæ ſacris ad juſtificationem *ſufficere* non putarit. Atque hoc ſi dixiſſet, commune ei cum multis Theologis, iiſque perdoctis eſſet. Verum hoc ille eo profecto dixit, quo dolorem eumdem per ſeſe *inutilem* eſſe arbitraretur. Cur enim dolorem ortum ex timore malorum, quæ ſecum affert pœna damni, *utilem* affirmavit eſſe; dolorem contra ex metu ſupplicii ignis profectum non item? An timorem malorum, quæ pœnam comitantur damni, ſi ſolus ſit, ſufficere ad jujuſtificationem in Sacramento pœnitentiæ conſequendam cenſet? Nihil minus. Si ergo hunc *utilem*, illum autem alterum dolorem *inutilem* eſſe ſtatuit; quemadmodum timorem malorum pœnis damni junctorum, ſi ſolus etiam ſit, per ſe *utilem*; ita alterum illum natum ex conſideratione ſuppliciorum gehennæ ignis per ſeſe *inutilem* ſtatuerit, neceſſe eſt.

Quod ni ita eſſet, non illud præciperet: ab ea ſuppliciorum gehennæ ignis *materiali* [1], quam vocat, cogita-

1 Etſi uti ſupra demonſtratum eſt, *not.1. pag.100.* in Evangelio Chriſtus dixerit: *oſtendam vobis*, quem *timeatis*: *timete eum*, *qui poteſt corpus*, *& animam perdere gehennam*; tamen, quaſi hæc doctrina homines a *ſpiritualibus* rebus conſiderandis avertat, ideo ſe Cadonicus hanc diſputationem de ignis ſupplicio ad extremum uſque judicii diem differendo inſtituiſſe ſcribit, » ut » homines, qui nondum valuerint, ſpiritualibus aſſueſcant pœnis contem» plandis, atque duriſſimam damnatorum anguſtiam in pœna damni (licet » nunquam exterior pœna ignis eſſet acceſſura) probe percipiant ». *Cadonic. cap.* VII. *pag.* 44. *n.* 1. Idem mox de Angelis diſſerens, eos, ſi corporibus vacent, (quum corporibus præditi reipſa ſint) negare videtur, unquam eſſe ignis ſupplicio torquendos. *Ibid. num.* 3. » Cur non hic tormenti modus » (*phantaſiæ* nempe, *& apprehenſionis*) dæmonibus reliquus erit, etiam cum » in infernum trudentur (*nunc enim caliginoſum aerem* ut num. 2. dixit, *inco» lunt*) ſi nempe concipiamus naturam illorum mere ſpiritualem, ignem » vero gehennæ, ut indubium eſt, materialem? Nulla enim unquam medi» tatione aſſequemur, quomodo ſpiritus nullis partibus conſtans, quidquam » pati poſſit a corpore, cujus vis in actione conſiſtit concitatiſſima particu» larum, ex quibus coaleſcit ». Poſt ubi *num.* 4. ſibi Auguſtini objecit locum, e lib. XXI. de Civ. Dei cap. 10. quo loco S. Doctor, ait, Angelos, ſi corporibus careant, tamen ignis cruciatum laturos *miris*, *& ineffabilibus modis* (quaſi nemini ante ſe cognitum fuerit, quæ ſit horum Sancti Viri verborum ſignificatio) rogat Lectores, ut locum ipſum integrum legant, deinde quæ

gitatione, *pœnitentes revocari ſenſim* oportere, quam alie-

quæ alibi ab eodem s. Doctore ſunt tradita in memoriam revocent, deincepſque ſic ſtatuant: *S. Patrem valde in iis, quæ ſupra rationem non ſunt, detuliſſe rectæ rationis principiis* (quaſi vero id infra rationem ſit, communiſque ſententia orthodoxorum rectæ rationi repugnet ignis ſupplicio mitis, ineffabilibuſque modis Spiritus nequam cruciati credentium) *iiſque potius acquieviſſe, & ut alii acquieſcerent præſtitiſſe*, qui *eorumdem principiorum vim attentius ſcrutarentur* (ſcilicet, auctore Cadonico Proteſtantibus illis, qui ſimilem hujus, quam ipſe tuetur ſententiam ſequuti, catholicos contra ſentientes inſectati acriter ſunt, id accidit commodi, ut attentius vim principiorum recte rationis ſcrutarentur) *licet ne ſibi* Auguſtinus *nimis indulgere videretur, etiam aliter ſentientibus aliquando ſe attemperaret*. Deinde aliquot Sancti ejuſdem Doctoris teſtimoniis *num.* 5. 6. 9. 10. 12. 12. adductis, iiſque ſuo arbitratu explicatis, ut alio loco oſtendam, *num.* demum 24. *pag.* 53. *Huc igitur avocantes*, inquit, *ea, quæ ſuperiori capite dicta ſunt de pœna damni, utinam tandem intelligant quorumdam ingenia, quam* INUTILITER *a ſolis gehennæ ignis tormentis concuti patiantur Chriſtianorum corda in Sacramento pœnitentiæ, dum hanc materialem pœnam, non debili fortaſſe fundamento noverint in ſeculorum finem peccatoribus eſſe dilatam*. A QUA MATERIALI COGITATIONE DUM SENSIM HAC HYPOTHESI PŒNITENTES REVOCARENT, *facilius eos, quantum homini licet, inducerent ad pœnam damni in ſua veritate æſtimandam* (quaſi vero cogitatio pœnæ ſenſus difficiliter inducat *ad pœnam damni in ſui veritate æſtimandam*) *atque hinc ad amorem Dei inflammarent* (ſcilicet Cadonico teſte, conſideratione pœnæ damni, inflammari ad amorem Dei homines poſſunt; timore contra juſtitiæ Dei infligentis peccatori pœnam ſenſus tam utiliter concuti, convertereque ſe ad conſiderandam miſericordiam Dei, atque in ſpem erigi, diſponique ad Deum ipſum tamquam omnis juſtitiæ fontem diligendum non poſſunt. Pergit porro Cadonicus) *a cujus s. dilectionis, beataque viſionis ſubtractione, cum propriorum delictorum conſcientia tanta interim dæmones, ac ſceleſtos hominum ſpiritus pati jam conſtat*. Metuens inde cenſuram Cadonicus emollire paullulum, quæ dixerat, conatur addens: *Et quamvis inculcandum ſit pejora in die judicii damnatis expectanda per corporis commercium*: ſed mox idem, qui ante *inutilem* eſſe timorem ex conſideratione pœnæ ſenſus profectum affirmarat, *utilitatem* conſiderationis ſpiritualium malorum ſolum commendat, ſcribens hoc modo: *utiliter peccatores in conſideratione detinebuntur illorum ſpiritualium malorum, in quæ nudi ſpiritus poſt mortem decident, quæ non abſcedent, quum iſta exteriora ipſis accedent ſupplicia* ... *Rurſus ſicuti ad æſtimandum præſentem Sanctorum beatitatem prudentes, & recti magiſtri, non per umbras corporum, ſed per meditationem ſpiritualium bonorum, quæ a Dei præſentia dimanant ſuos elevant auditores*. (Næ hic Auctor imprudentem magiſtrum ipſum eſſe Chriſtum putat, qui, ut Auctor idem ſtatuit, beatitatem proponit per umbras ſinus Abrahæ, in quo ſinu Lazarus eſſet; & pœnam damni per *flammam*, in qua *dives cruciaretur*, & quo cruciatu levari dives ipſe poſſet, ſi Lazarus *intinxiſſet extremum digiti ſui in aquam, refrigeraſſetque divitis ejuſdem linguam*. Umbræ namque hæ ſunt corporum, a quibus uſurpandis temperare ſibi, monente Cadonico, *prudentes* & *recti magiſtri* debent. Addit autem mox Cadonicus » ſciant denique (*ſi prudentes, rectique magiſtri eſſe velint*) eamdem viam etiam cum peccatori- » bus ſibi eſſe ineundam, ut recto tramite eos perducant ad legitimam ſuo- » rum criminum pœnitentiam ». Nempe, ſi Cadonicum audimus, *recto tramite perducent peccatores* Magiſtri *prudentes, & recti ad pœnitentiam*, ſi mala, quæ ex pœna damni proficiſcuntur auditoribus proponant ſuis; obliquo autem, ſi quæ manant ex pœna ſenſus. Animadvertit inde: » Nullos, vel pauciſſi- » mos Chriſtianorum hominum eſſe, qui de præſentibus Paradiſi gaudiis » ita colloquantur per imagines corporum, ut eadem gaudia in corporali ali- » qua fruitione, & ſenſu interea perſtringant: » Nulli profecti ſunt. Nam ſi quis

Digitized by Google

alienum ſit, quamque Patrum, Synodorum Chriſti denique
o

ſi quis paradiſi gaudia unius alicujus corporeæ fruitionis finibus contineri diceret, is exturbandus eſſet e cœtu Catholicorum. Sed ſunt, qui ſimilitudinibus, imaginibuſque corporeis uſi populum rudem veluti manuducere ſtudeant, ut attollat ſeſe ad beatitatis gaudia ſpiritalia animo aliqua ratione intelligenda. Aliqua, inquam, ratione: nam in *cor hominis non aſcendit*, quæ *præparavit Deus diligentibus ſe*. Deinceps Cadonicus, quos fingit, imprudentes magiſtros carpens: » Sed quod deflendum eſt, *inquit*, pauciſſimos invenias, qui de » inferni tormentis apud populum locuturi, non iis præcipue immorentur, » quæ ignis ſenſum, & actionem auditorum mentibus altius infigere valent ». Quid? An *deflendum* eſſe Cadonicus arbitratur, Chriſtum de *inferni tormentis loquuturum, in iis immoratum fuiſſe, quæ ignis ſenſum, & actionem auditorum mentibus altius infigere valerent*? Nam Chriſtus de divite Epulone agens, non aliud ſuis auditoribus dixit, quam: *mortuus eſt & dives, & ſepultus eſt in inferno. Elevans autem oculos ſuos, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in ſinu ejus: & ipſe clamans dixit: pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*. At his, inquiet Cadonicus, indicatur pœna damni. Sola ne? Jam hoc Patres plerique omnes, univerſique nunc Orthodoxi, Patres ipſos, Synodoſque ſequuti, vehementer negant. Sed fac, ſolum pœnam hæc damni indicent; cur Chriſtum *imaginibus corporis flammæ* &c. ad pœnam indicandam uſum prudentibus magiſtris imitari non licet? Patres item de inferni *tormentis* rudi populo loquuturi, quem moveri corporis imaginibus, terrerique cogitatione pœnæ in primis ſenſus, eaque diſponi ad ſpiritalium pœnarum intelligentiam facilius poſſe norant, in iis *præcipue immorari* ſolebant, quæ eſſent de ignis cruciatu ſempiterno. Confer Arnobium lib. II. Adv. *Gentes pag.* 52. *edit. Lugd. an.* 1651. Lactantium *lib.* VII. *Inſt. Divin. cap.* XXI. *pag.* 572 *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1748. Hunc cruciatum Cyprianus *vivacium flammarum* cruciatum vocat in *lib.* ad *Demetrianum pag.*195. *edit. Oxon. an.* 1682. Atque hic Lectorem ſuum inſtituens: *credite illi*, inquit, *qui credentibus præmium vitæ æternæ dabit. Credite illi, qui incredulis æterna ſupplicia gehennæ ardoribus irrogabit .... Cremabit addictos ardens ſemper gehenna, & vivacibus flammis vorax pœna*. Quid? *deflendum* ne, dicet Cadonicus, quod de *inferni tormentis* Cyprianus agens, iis *præcipue immoratus ſit, quæ ignis ſenſum*, & *actionem lectoris menti altius infigere valent*? Vide præterea Euſebium Cæſarienſem *Comment. in Pſ.* XLVIII. *num.* XV. *pag.* 207. *tom.* I. *Collect. Veter. PP. edit. Montfauconii Pariſ. an.* 1706. S.Athanaſium *Titul. Pſal.* I. *edit.* Nicolai *S. R. E.* Card. Antonelli. *Rom. an.* 1746. *pag.* 297. *in Append.* Ceterea ejus loca prætermitto, ne longus ſim, ſunt enim perplura, Gregorium Nazianzenum Orat. XL. *pag* 664. *ſeq. edit. Colon. an.*1690. Sed quid hos memoro, quum Patrum omnium hæc ſit una ſententia? Audiat nunc Cadonicus, quid Auguſtinus *Serm.* CCCLII. *al de Diverſis* CXXI. *cap.* IX. *pag.* 991. *Tom.* V. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. ſcribat: *Neſcio quo autem modo, cum ignis nominatur in die judicii futurus, omnes contemnunt, & flammas foci timentes, flammam* gehennæ *pro nihilo ducunt. Quæ eſt iſta duritia? quæ tanta perverſitas cordis*? Cur autem *faciendus* ſæpe peccatoribus non eſt *ſtrepitus*, ut Auguſtinus inquit, *gehennarum*, ſi hoc ſtrepitu Dominus, eodem Auguſtino teſte, vel aliquos martyrum e laqueo venantium eripuerit? Auguſtini autem hæc ſunt verba *Enarrat.* in *Pſ.* CXXIII. *num.* 12. *pag.* 1055. *tom.* V. *opp.* » Sic & Martyres. Jam forte » aliqui ipſorum intendebant collum in dulcedinem vitæ hujus: Dominus, qui » erat in illis, fecit ſtrepitum gehennarum, & erutus eſt paſſer de muſcipula » venantium ». An imprudentis magiſtri fuiſſe, Cadonicus cenſet, *ſtrepitum feciſſe gehennarum*, ſatiuſque fuiſſe, malorum ſpiritualium *ſtrepitum* facere orientium e pœna *damni*?

Statuit inde Cadonicus credendi canonem plane novum, ac » credamus » ergo, *inquit*, ignem diabolo, & angelis ejus, nec non peccatorum homi-

» num

nique ipſius monitis, cohortationibus, doctrinæque repugnans ſit, ſatis eſt a me ſupra, ut arbitror, demonſtratum.

Atque hæc quidem Cadonicus, iique Scriptores peccarunt, a quibus eſt novæ opinionis de Patriarchis, Sanctiſque reliquis Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, aſpectu naturæ Dei beatis, ſuſcepta defenſio. Verum ut dogmata eorum præcipua ex fronte, quod

» uum naturæ acceſſurum. Sed donec ſeculi finis pervenerit, ob hujus tor» menti defectum, damnatorum infeliciſſimam ſortem explicare, atque do» cere non deſiſtamus; etiam ut homines rectius cogitare aſſueſcant de ani» mæ ſuæ, cæterorumque ſpirituum natura, & viribus, neque in corpora» libus objectis ſemper hæreant, veluti ligati. Hoc facile fieret, ſi Angelis » æque, a dæmonibus propria corpora ineſſe PLEBS QUOQUE COGNO» SCERET, atque ſentiret corporales ignis etiam pœnas poſtremis hiſce eſſe » acceſſuras IN FINE SECULORUM. Nullus enim eſt, qui dæmones non » infeliciſſimos credat, quia fortaſſe in gehenna ignis nunc concluſos putat. » Sed quia extra inferos morari plerolque jam noſcit, dum energumeni ab » iiſdem agitati noſcuntur, multum profecto conferet ſano eliciendo, nu» triendoque judicio, ſi auditores ſerio edoceantur, quæ vere nihilominus » patiuntur rebelles Angeli, atque e corporeis tantum imaginationibus ab» ſtrahantur, quin laudabili hominum curioſitati doctiores occurrant arcanis » quibuſdam reſponſionibus, quibus non expletur ſitis, ſed verius accenditur ». Ita ille docendam Chriſtianam plebem, ita eſſe credendum ſtatuit Cum autem proſpiciat fore, ut eum Theologi, Orthodoxique ceteri reprehendant; (nam ii, quæ Cadonicus docenda, atque credenda proponit, partim eſſe fidei Catholicæ repugnantia, partim falſa dicunt) ut reprehenſionem, cenſuramque effugiat, ipſe eos prævenit, reprehenditque, quaſi omnes, *pauciſſimis* exceptis, in cruciatibus ſenſus commemorandis inutiliter, cum opus non ſit, præcipue *immorentur*.

Ad extremum Cadonicus, ſic alieniores Catholicos ab errore futuros, docet, *dubitandi, num pejor interim ſtatus damnatarum ſit animarum, quam ipſius diaboli*. Multum autem *officere*, ne ab eo errore liberentur, *opinionem s. Thomæ* ajentis, non minui pœnam dæmonum, qui in hoc craſſiore aere verſantur, quod ſciant deberi ſibi alligationem ad ignem. Non enim Thomam animadvertiſſe, quod tamen *ſine labore* intelligitur, *diſcrimen anguſtiæ in iis, qui virgis damnati, hunc mente reputant futurum cruciatum ab ea, quam per corpus præſentem experiuntur. Nec facile* percipi, *quomodo dæmonum pœna non minuatur dum ab alligatione ignis abſunt, ſi hac alligatio verum ipſis, ſenſibileque tormentum aliquando ſit allatura. Sed potius per hanc præſumtam nullam pœnæ diminutionem in abſentia licet vera a ſtagno ignis, directe conſequi, nihil pejus dæmonum naturæ in extremo judicio obventum iri, atque ita illud Evangelii: ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, magis ad explicandam antiquam dæmonum pœnam, quam ad novam indicandam inſervire*. Ita is, qui ex orco revocaſſe Græcorum quorumdam Schiſmaticorum, Armeniorumque errores videtur, quos quidem errores refellit ſanctus Thomas Opuſculo III. *cap.* IX. *pag.* 96. *ſeqq. edit. Bergomenſ. ann.* 1741. ita inquam is, qui miſcet omnia, atque pervertit, ut vidimus, Thomæ Aquinatis ſententiam impedimento eſſe audet dicere, quin error tollatur; iiſque argumentis utitur, quæ, ut poſt oſtendam, partim puerilia ſunt, partim falſa, atque aliena a Scripturarum, Traditioniſque Eccleſiaſticæ veritate, Sed hac de re, ut dixi, alias.

quod ajunt, exque ipſo protinus velut occurſu intelligi, perſpicique poſſint, in pauca, quæ hactenus dixi, conferam. Igitur

1. Contra vetuſtate firmam, latiſſime propagatam, omniumque Eccleſiarum conſenſione, doctrina, decretis, ut poſt demonſtrabo, conſtabilitam ſententiam, ſtatuunt, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas, ante Chriſti Servatoris deſcenſum ad inferos, fuiſſe beatas viſione Dei.

2. Hanc ſuam opinionem (quæ ipſa eſt a Beza, ut deinceps oſtendam, aliiſque haud paucis Proteſtantibus adverſus Eccleſiam Catholicam defenſa opinio) *in facie Eccleſiæ contra Pelagianos*, [1] *& Manichæos* fuiſſe ab Auguſtino adſertam ajunt. Qua ex re ſequitur, tam eſſe Eccleſiam in dogmate tuendo inconſtantem, ac variam, ut ejus doctrinæ, quam ſec. IV. & V. *in ſui facie* contra hæreticos proponi, prædicarique patiebatur, & vero probabat, ejus inquam, doctrinæ contrarium dogma nunc ubique terrarum doceat.

3. Angelos præterea cenſent propriis eſſe inſtructos corporibus [2], iiſque organicis [3]: atque in hoc genere doctrinæ [4], *ut homines rectius cogitare aſſueſcant de animæ ſuæ natura*, inſtitui oportere *Chriſtianam plebem*. Ita Cadonicus. Scilicet id eſſe inculcandum exiſtimat Chriſtianæ plebi, quod cum Synodi Lateranenſis doctrina pugnat, eſtque propterea a Theologis accuſatum temeritatis [5].

1 Vide ſupra *pag.* 16. Confer etiam Cadonici *librum inſcriptum* » Divi Aurelii » Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, quæ videtur ſententia &c. » *Præfat. pag.* 4.

2 Vide ſupra *pag.* 17. *ſeqq.*

3 Cadonic. *In opere de Divi Aurelii Auguſtini &c. quæ videtur, ſententia, cap.* VII. *num.* 18. *pag.* 10. » Juvat, ſi opinemur, Angelos omnes a principio, » cæleſti quidem, & immortali, ſed tamen materiali, & organico corpore » a Deo inſtructos, eorum actionibus, atque præordinationi congruo ».

4 Vide ſupra *pag.* 106. *in not.* Et Cadonicum *cap. indicato notatione ſuperiore num.* 15. *pag.* 14. ubi » hoc facile, inquit, fieret » (*nempe, ut homines rectius cogitare aſſueſcant de animæ ſuæ, ceterorumque ſpirituum natura, & viribus, neque in corporalibus objectis ſemper hæreant veluti ligati*) » ſi Angelis » æque, ac dæmonibus propria corpora ineſſe plebs quoque Chriſtiana co» gnoſceret ».

5 Vide *ſupra pag.* 18. *ſeqq. in not. & pag.* 22. *ſeqq.*

4. Angelos, qui viſendos ſe Abrahæ exhibuerunt, vere manducaſſe [1].

5. Poſt reſurrectionem ſenſum guſtus *fortaſſe* eſſe intermittendum, non quia hoc *ſenſu carebunt ſanctorum corpora, ſed quia nec indigentia erit, nec occaſio veritatem corporis comprobandi per manducationem*. Verba ſunt Cadonici [2]. Jam qui fore *fortaſſe*, dicit, ut *guſtus* poſt corporum reſtitutionem *intermittatur*, is dubitare ſeſe, oſtendit, ſimus ne, an non ſimus in reſurrectione uſuri cibo.

6. Indifferentem [3] etiamnum Millenariorum eſſe ſententiam. Hanc enim eruditionis cauſſam non excedere [4]. Itaque licere item nobis [5] mille annorum tueri regnum, modo fore concedamus, ut Sancti cum Chriſto in terris regnaturi [6] viſione fruantur Dei.

7. Negari ab eo, qui *ſobrius* ſit, non poſſe: fas etiam nunc eſſe, putare: juſtos mille annorum intervallo ante reſurrecturos [7], quam reprobi e mortuis excitentur, deliciiſque *corporalibus* gaviſuros [8], quæ ideo *ſpiritales* appellatæ ab Auguſtino fuerint, non quod is reipſa eas *ſpiritales* futuras, ſed quod *referendas* in Deum arbitraretur.

8. *Deſipere eos, qui animæ reſurrectionem*, (hoc eſt *juſtificationem*) *in hac vita credentes, juſtis ſpiritibus nulli culpæ obnoxiis hinc decedentibus Dei participationem* (ſeu *viſionem*) *eripiant* [9]. Qua ex propoſitione tam late patenti ſequitur, non agnoſci ab eis ullum in quibuſque juſtificatis reatum temporalis pœnæ: id quod decretis Tridentinæ Synodi repugnat [10].

9 Ju-

1 *Ibid. pag.24 not.2 & pag.25. ſeq*
2 Confer, quæ ſcripſi *ſupra pag.24. ſeq. & ibid. not.3.*
3 Vide *ſupra pag.26. not.1. & pag.28. in not. & pag.30. in not.*
4 Conſule, quæ ſcripſi *ibid.*
5 Vide, quæ ſcripſi *pag.30. in not.*
6 Hac de re diſputatum a nobis fuit ſupra *pag 27. & 28. in not.*
7 Confer, quæ dixi *pag.27. ſeq. in not. & pag.28. ſeqq. in not.*
8 *Ibid. pag. 25. in not.*
9 *Ibid. pag.35. not.1, & pag.43. in not.*
10 *Ibid. not.2.*

9. Juſtitiam animarum, quæ corporibus ſolutæ non ſtatim, ob reatum temporalis pœnæ, intueantur Deum, non eſſe *juſtitiam Evangelicam* [1].

10. Quod Synodi œcumenicæ auctoritate damnatum non ſit, defendi libere poſſe [2]. Sic illi univerſe cenſere videntur, adeo ut ne eas, quidem excipiant propoſitiones, quæ etſi ab Synodis œcumenicis damnatæ non fuerint (quod denunciatæ, propoſitæque ipſis ad expendendum non fuiſſent) tamen reipſa ab omnibus orthodoxis ubique gentium rejiciuntur.

11. Quod Eccleſiæ *judicio definitum non ſit, ad fidem non pertinere* [3].

12. *Unum, alterumve Eccleſiæ Doctorem detrimento eſſe poſſe veteri, perennique Eccleſiæ traditioni* [4].

13. Niſi omnium omnino doctorum clara, & aperta eadem de re ſint teſtimonia, rem ipſam ad traditionem minime pertinere [5].

14. Etſi in Confeſſione fidei ab Synodo Forojulienſi propoſita, (immo etſi in Evangelio) ſcriptum explicate eſt, Chriſtum extremo mortalis ſuæ vitæ tempore fuiſſe felle, & aceto potatum, id tamen non ſpectare ad fidei veritatem [6].

15. *Catholiciſſimam* ſententiam eſſe, Chriſtum, ut hominem, ignoraſſe poſtremi judicii diem [7].

16. Ad paradiſi, ſinuſque Abrahæ notionem informandam, nullum eſſe argumentum fortius auctoritate Thalmudis [8] (Judaici operis pleni blaſphemiarum).

17. Dionyſium Areopagitam, qui vixerit Apoſtolorum temporibus, a ſuis popularibus (qui certe erant ethnici, implicatique inanium Deorum ſuperſtitionibus)

1 *Ibid not.1.*
2 *Ibid. pag.35. not.3. & pag 90. ſeq.*
3 *Ibid. pag.45. ſeqq.*
4 *Pag.45. 46. ſeqq.*
5 *Ibid. pag 46. not.2. & pag.62. not.2.*
6 *Ibid. pag.63. not.1.*
7 *Ibid. pag.66. not.2. pag.67. ſeqq.*
8 *Pag.79. not.4.*

bus) didiciſſe, quid de paradiſo, ſinuque Abrahæ ſit ſentiendum [1].

18. Johannem XXII. haud abſonum, hoc eſt non improbabilem judicaſſe eorum errorem, qui differendam viſionem Dei putabant ad judicii poſtremum diem. *Ita Cadonicus in opere de Divi Aug. quæ videtur ſententia &c. cap.* 1. Hunc vero errorem fuiſſe ita proſcriptum jam uſque a IV. ſeculo, ut e *noſtris*, hoc eſt, e Catholicorum numero haberi non potuerint ii, qui eum defendere, aut de eo dubitare fuiſſent auſi [2]. *Sic enim Cadonicus ſtatuit in Vindiciis s. Aug.* Qua ex re eſt conſequens, Joh. XXII. haberi nequiviſſe e *noſtris* ab Eccleſia, adeoque ne Pontificem quidem haberi potuiſſe.

19. Pœna ſenſus neque malos angelos, neque animos damnatorum eſſe torquendos ante judicii diem [3].

20. *Inutiliter a ſolo timore gehennæ ignis concuti Chriſtianorum corda in ſacramento Poenitentiæ; dum noverint, hanc materialem poenam, non debili fortaſſe fundamento, in ſeculorum finem peccatoribus eſſe dilatam* [4].

21. Ideo ab ſe inſtitutam eſſe de ignis ſupplicio ad judicii diem differendo diſputationem [5], ut *homines, qui nondum valuerint, ſpiritualibus aſſueſcant poenis contemplandis, atque duriſſimam damnatorum anguſtiam in pœna damni, licet numquam exterior pœna ignis eſſet acceſſura, probe percipiant*. Quaſi vero conſideratio pœnæ ſenſus, quam tamen conſiderationem a Chriſto inculcatam in Evangelio fuiſſe legimus [6], impedimento ſit, quin fideles ſpiritualibus poenis contemplandis aſſueſcant.

22. *Quare donec ſeculi finis perveniat, ob hujus* (nempe *ignis*, ſeu *poenæ ſenſus*) *tormenti defectum, deſiſtendum non eſſe explicare* populo Chriſtiano per damni poenam

1 *Ibid. pag.*81. *ſeq.*
2 *Ibid. pag.*89. *ſeq.*
3 *Ibid. pag* 92. & 93. *ſeqq. in not. & pag.*98. *not.*1. & 3.
4 *Ibid. pag.*99.
5 Cadonicus *cap.*VII. *Tertii ſui operis num.*1. *pag.*44.
6 Vide, quæ ſcripſi ſupra *pag.*104. *not.*1. & *pag.*100. *not.*1. *ſeqq.*

Digitized by Google

nam *infeliciſſimam ſortem damnatorum*[1], *ut homines rectius cogitare aſſueſcant de animæ ſuæ natura &c.* Id vero quis non videat cum Sanctorum, Chriſtique ipſius documentis pugnare[2]?

23. Dæmonum, qui in caliginoſo aere verſentur, pœnam minorem eſſe eorum cruciatu, *qui alligati igni ſint*; quia non facile *intelligitur, quomodo dæmonum pœna non minuatur, dum ab alligatione ignis abſunt, ſi hæc alligatio verum ipſis, ſenſibileque tormentum aliquando ſit allatura*[3].

24. Si Angeli carerent corpore naturaliter unito ſibi, non ignis, neque alterius generis tormentum eos aut experiri, aut fore ut umquam experiantur, quam phantaſiæ (quaſi *phantaſia inſtructi ſint, qui vacant corpore*), & apprehenſionis. *Nulla enim meditatione aſſequi* nos poſſe, *quo modo ſpiritus nullis partibus conſtans quidquam pati queat a corpore*[4].

25. Non prudentes, neque rectos eſſe, neque recto tramite peccatoribus ad pœnitentiam iter parare eos magiſtros, qui cruciatus ſenſus iiſdem peccatoribus ad conſiderandum proponant, aut damni pœnas per imagines corporum[5].

26. *Pauciſſimos inveniri, idque eſſe deflendum, qui de inferni tormentis apud populum loquuturi, non iis præcipue immorentur, quæ ignis ſenſum, & actionem auditorum mentibus altius infigere valent*[6].

Hæc cum ſcribi, contra atque majores noſtri ab Apoſtolis, Apoſtolique a Chriſto accepiſſent, cum typis excudi, cum divulgari, cum defendi etiam publice cognoſſem; providiſſemque, ni confutata tempeſtive, ac ſolide fuiſſent, non minimam ab iis illatum iri partem incommodorum, ſic tandem mecum cogita-

1 Confer, quæ dixi *pag.*98 hujus Syntagmatis *not* 4.
2 Revocanda huc ſunt, quæ animadverti *pag.*100. *ſeqq. not.*1. *ſeqq.*
3 Cadonic. *ibid, num.*26. *pag.*54. *ſeq.*
4 Confer, quæ dixi *pag* 10.. *not.*1.
5 *Pag.*104. *in not* hac ipſa de re diſſeruimus, & *pag.*100. *not.* 1. *ſeqq.*
6 Vide, quæ ſcripſi *pag.*105. *in not.*

gitavi, atque conſtitui: quidvis eſſe ſatius prætermittere, quam eorum depellendorum onus a me eſſe amovendum putare; ne ſi novis opinionibus, quam poſſem, naviter obſiſtere recuſaſſem, ſtudio, quo veteteri ſane, ac magno teneor, inſtituto meo, ac muneri defuiſſe viderer. Nam ardeo, arſique ſemper ut ſtudio flagranti veri, ſic falſi odio incredibili, ejuſque in primis falſi, quod lædere in Chriſtianorum aliquo puritatem poſſit religionis. Eſt hic præterea Dominicano, quem me eſſe profiteor, σκοπός, ſeu finis propoſitus, id ut maxime curet, quod conferre non ad ſuam modo, ſed etiam ad aliorum ſalutem poſſit. Theologo demum Caſanatenſi (quod munus equidem, ſi non ut debeo, at certe ut poſſum, tueor) hæc præſcripta ab Hieronymo S.R.E. Card. Caſanate lex eſt, ut pro Eccleſiæ Romanæ decretis, conſtitutionibuſque adverſus quoſcumque novarum opinionum ſive inventores, ſive adſertores pugnet; nec ss. Auguſtini, ac Thomæ dogmata aut implicari a quoquam, aut perverti, aut oppugnari patiatur.

Igitur uti ſtudio illi meo, inſtituto quo glorior, ac muneri quod ſuſtineo, ſatisfacerem; ſtatui pro Auguſtino pro Thoma, pro ceteris Patribus, pro Synodis, pro EccleſiæCatholicæ Romanæ doctrina conſtitutionibus dogmaticis Pontificum Maximorum,catechiſmiſque cœtuum omnium orthodoxorum comprehenſa contra Cadonicum, ejuſque defenſores ſcribere. Qua in re omni ita ſum verſatus, ut eam, quæ eſt adverſus præcipuum Cadonici inane dogma de ss. Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem, beatis aſpectu Dei, diſputationem ſequentibus Capitibus reſervarim; opiniones autem a Cadonico ipſo, ejuſque defenſoribus, confirmandi præcipui illius ſui dogmatis cauſſa, aut reſtitutas, cum exploſæ jamdiu fuiſſent; aut nunc demum excogitatas, quas cum orthodoxæ religionis decretis componi nullo modo poſſe arbitrarer, priore hoc capite non compre-

prehenderim ſolum, ſed etiam conſenſione Theologorum, ſententiis Patrum, Synodorum, Pontificum Maximorum, omniumque orthodoxarum Eccleſiarum auctoritate diſpulerim. Ac de his quidem ſatis dictum eſt. Sequens erit caput de Eccleſiæ Catholicæ divinitus data, perpetua, fallique neſcia in dignoſcendo, explicando, proponendo vero ſtabilitate, atque conſtantia. Niſi enim hac re conſtituta, non video, ut ſternere viam ad eam diſputationem poſſim, quam mihi dixi adverſus præcipuum Cadonici dogma futuram. Quamquam illud me vehementer conturbat, & angit, quod contra homines, qui ſe catholicos profiteantur, acturus, iis omnino armis pugnare cogar, quibus & noſtra, & majorum memoria ab orthodoxis Theologis adverſus catholici nominis hoſtes pugnatum eſt. Quam quidem viam ingreſſus numquam fuiſſem, niſi ut ab inimicis, ita ab his ſententias conſenſione Eccleſiarum, univerſitate, vetuſtate denique firmatas, ſi minus concuti, at oppugnari certe vidiſſem.

Digitized by Google

CAPUT II.

I. Quod Eccleſia aut determinando, aut interpretando articuli alicujus Symbolo comprehenſi dogma, ubique terrarum docet, id certe ad fidei doctrinam pertinet. II. Qui (præter dogmata ab Eccleſia, inſtituto judicio, definita) nihil quidquam ad fidem pertinere cenſet, hujus eſt magnis in erratis ſententia. III. Labuntur, qui liberam ſibi poteſtatem eſſe quidvis defendendi putant, quod ab Synodo quapiam œcumenica hæreſeos damnatum non fuerit; quaſi inter hæreticam reprobratam Synodi œcumenicæ auctoritate, probabilemque opinionem media nulla ſit cenſura digna ſententia.

NEminem umquam fuiſſe intelligo Catholicorum, qui quod Eccleſia verborum articulo quopiam *fidei* comprehenſorum ſententiam aut determinans, aut interpretans ubique terrarum doceat, ad *fidei* ejuſdem doctrinam pertinere inficiaretur. Hoc demum ætati erat reſervatum noſtræ, ut ab nonnullis, qui ſe tamen Catholicos eſſe dicerent, veluti canonis loco ſic univerſe conſtitueretur [1]: quod ab Eccleſia, inſtituto judicio, finitum non fuerit, id eſſe ex ſerie rerum, quæ ad *fidei* doctrinam ſpectent, delendum. Quo ex canone illud plane eſt conſequens: nihil, eorum etiam, quæ Eccleſia (articulum fidei aliquem aut interpretans, aut aptans ad certam quamdam, deſtinatamque ſententiam) ubique gentium doceat, niſi ab Eccleſia ipſa, inſtituto judicio, definitum ſit, contineri doctrina religionis, quam ſequi quemque oporteat. Atque ex eodem canone, quaſi ex fonte manarunt, quæ ante hos menſes paucos a Theologo, neſcio quo, ſcripta, atque publicata fuiſſe ferunt. Nam cum is Theo-

1 Vide ſupra *pag.* 45. *ſeq.*

Digitized by Google

Theologus. 1. Eccleſiam tunc definire [1] animadvertiſſet, cum *tota* [2], inſpecto prius verbo Dei ſcripto, & tradito [3] *clare* [4], *determinate*, diſtincteque [5] judicio ſuo [6] determinat [7], quænam ſint dogmata, quæ divina revelatione contineantur. 2. Doctrinam Eccleſiæ, quam credere quemque oporteat [8], in veritatibus SOLUM [9] DE-

1 Scriptor ille *n.* 50. & 52. » Ea (Eccleſia) cum aliquid definit, *inquit* . . . . . » *tantum* judicio ſuo irreformabili determinat, ac ſine ambiguitate docet, quænam ſint dogmata, quæ in divina revelatione habeantur ».

2 Nam (niſi Apoſtolis, totique Eccleſiæ) ſpecialem in finiendis controverſiis Spiritus ſancti aſſiſtentiam, promiſſam cuiquam fuiſſe, ne innuit quidem. Hinc fortaſſe quiſque conjiciet, quo ille ſit in Sedem Apoſtolicam animo. *Num.* 46. » Hoc, *inquit*, Eccleſia præſtat ex ſpeciali Spiritus ſancti, ſuique » cæleſtis ſponſi auxilio, providentiſſimaque aſſiſtentia. *Num.* 47. Sic expreſſe » eruitur ex illis verbis Matthæi: XXVIII. 20. *Ecce ego vobiſcum ſum &c.* » & *num.* 48. » Quæ Chriſti verba nec ad ſolos Apoſtolos, nec ad conſummationem, deſtructionemque Jeruſalem, nec Judaicæ Synagogæ reſtringi poſſunt, ſed *totam* Eccleſiam ſpectant per omne tempus uſque ad conſummationem, verumque finem mundi »,

3 Idem *num.* 76.

4 Vide Auctoris ejuſdem locum e *num.* 52. a nobis modo accurate deſcriptum *not.* 1. Idem Auctor *num.* 66. » Non omnia, *inquit*, quæ circa fidem, & mores in ſacris libris, ac traditionibus revelavit Deus, *clare* ab Eccleſia definita ſunt ». Et *num.* 76. ut conſtet quænam ſit de rebus non definitis Eccleſiæ ſententia » opus eſt, *inquit*, quod Eccleſia prius inſpecto verbo Dei » ſcripto, & tradito declaret, quid de talibus rebus *determinate* ferat divina revelatio ».

5 Ex iis, quæ *hujus pag. not.* 1. & *not.* 4. deſcripſimus Auctoris illius locis, intelligitur, ejus quidem ſententia, eas ſolum res ab Eccleſia definitas dici, de quibus Eccleſia *tota* inſpecto prius verbo Dei ſcripto, & tradito, judicio ſuo *determinat clare*, *diſtincte*, ſeu ſine *ambiguitate*, *determinateque* declarat, quid ferat divina revelatio.

6 Vide ſupra *not.* 1.

7 Confer eamdem *notationem*.

8 Idem Auctor *num.* 59. » Jam vero, *inquit*, Eccleſia veritates SOLUMMODO, quas ipſa ante definit, vel definit actu, proprie actu, & hodie docet, » eaſque ſine tergiverſatione, & mora credendas mandat ». Quum igitur has *ſolummodo*, quæ ſic, ut diximus definitæ ſint, doceat proprie, credendaſque mandet; alias profecto nullas proprie neque doceat, neque credendas mandet, neceſſe eſt, ſi hunc audimus Auctorem.

9 Idem *num.* 60. » Actualis, *inquit*, & hodierna Eccleſiæ doctrina circa » SOLAS veritates DEFINITAS verſatur, nullique mutationi, vel errori ſub» eſt ». Agit hic de doctrina Eccleſiæ, quam quiſque profiteri, & credere ut fidei doctrinam debeat. Hanc ait *circa ſolas veritates definitas* verſari, eamque eſſe, quæ non ſubſit mutationi, aut errori. Si quam igitur rem nondum ea ratione definitam Eccleſia proponat, ac doceat, eam rem ille cenſet neque ad doctrinam fidei Eccleſiæ pertinere, neque errori non eſſe obnoxiam. Alioqui contra atque ipſe ſtatuat, non *ſola* res *definita* eſſent, *circa quas doctrina Eccleſia verſetur*, neque hæ *ſolum* eſſent, quæ nulli errori ſubſint. Cum ergo Eccleſia doceat perpetuam Deiparæ virginitatem, & deſcenſum animæ Chriſti ad inferos non modo virtute, ſed etiam præſentia &c. neque tamen hæc ea ratione definierit, quam Scriptor ille requirit; ſequetur, ut id ea doceat, quod ad ſuæ fidei doctrinam non ſpectet. Hoc vero ſentire, quam ſit alienum a recta ſententia, nemo eſt Catholicorum, qui neſciat.

DEFINITIS verſari, atque hanc eſſe doctrinam illam, quæ nulli mutationi, errorive ſubſit [1]. Qua ex re illud item efficitur: dogma, quod Eccleſia doceat, docuerit, nec tamen inſtituto judicio definierit, quia a nemine umquam negatum, revocatumve in dubium fuit, vel ſi fuit, de re nota, atque teſtata opus non eſſe tam valde affirmare, Eccleſia ipſa cenſuerit; dogma inquam illud, quoniam definitum non eſt, ad doctrinam fidei Eccleſiæ non pertinere, neque ex illo eſſe dogmatum genere, quæ ſubeſſe mutationi, errorive non poſſint. 3. Eum, qui definiendis ſententiis, ſed nondum definitis [2] ante definitionem Eccleſiæ adhærere renuat, non eſſe hæreticum [3]: cum, inquam, hæc animadvertiſſet, ſic tandem ſtatuit [4]: *Si quis ergo deprehendere ſtudeat, an ſententiæ illæ reapſe veræ ſint, non ſolum quid actu & hodie Eccleſia* DOCET *inſpicere, ſed etiam puriſſimos divinæ revelationis fontes adire debet, ac ſedulo perſcrutari*. Jam vero quis non videat, hæc omnia eo pertinere, ut plane indicent quæcumque *doceat* Eccleſia, etſi de rebus ſint fidei; niſi tamen ita, ut ei Scriptori placet, definita ſint, ad doctrinam fidei Eccleſiæ, quam quiſque profiteri debeat, non ſpectare; immo ſatis non eſſe auctoritatem docentis Eccleſiæ, ut dignoſcamus an vera ſint, ſed requiri præterea, ut privatus quiſque per ſe ipſe puriſſimos Scripturarum, Traditioniſque fontes adeat, ac *ſedulo perſcrutetur*? Quod, ſi mirabile videri in alio quovis debet, in eo certe non debet, qui *definiendas* ſententias obſcurari ſic poſſe putat, ut earum veritas aliquibus tan-

1 Vide *notationem ſuperiorem*.

2 Idem Scriptor *num.* 75. » De cetero, *inquit*, qui talibus ſententiis (definiendis) ante definitionem Eccleſiæ renuit adhærere, hæreticus non eſt ». Cum igitur definitum ea, quam ipſe indicat, ratione non fuerit: *Deiparam perpetuo fuiſſe Virginem; Chriſtumque non virtute ſolum, ſed anima etiam ſua præſentia ad inferos deſcendiſſe*: qui his dogmatibus adhærere renueret, reus non eſſet hæreſeos.

3 De definiendis rebus, ſeu de iis, quæ tam ſint veræ, certæque in ſeipſis, ut definiri poſſint, agere Scriptorum illum, intelligi facile poterit ex ejus *n.* 74.

4 Hæc nos ex *num.* ejus 77. deſcripſimus.

Digitized by Google

tantum probetur : Theologis, Epiſcopis, Orthodoxis denique quibuſque ceteris eas veluti totidem inania, falſaque dogmata reſpuentibus [1].

Sed ne his tam anguſtis finibus tuam iſtam, o Nove, doctrinam quiſquam contineri putet ; attende, quam eadem ſerpat latius. Detur quidem tibi : Eccleſiam dum quidquam definit, *tantum* inſpecto prius verbo Dei ſcripto, & tradito *clare, ac ſine ambiguitate ſtatuere*, ſeu declarare, quid *determinate* de re quapiam ferat divina revelatio. Fac porro tibi aſſumere liceat : *Eccleſiam eamdem veritates* SOLUMMODO, *quas ipſa definierit, vel definit, actu, & hodie docere : quapropter hodiernam Eccleſiæ doctrinam circa* SOLAS VERITATES DEFINITAS *verſari, nullique mutationi, vel errori ſubeſſe*. Hæc tu ſumito tuo arbitratu. At ſumet alius : non ergo Leonis X. adverſus Lutheri [2], non Pii V. adverſus

1 Idem Scriptor *num. 69.* » Sententiæ eædem, *inquit*, in poſterum definiendæ modo quidem obſcurari ad tempus, & a multis privatis fidelibus, Theologis, atque etiam *E*piſcopis veluti totidem errores reſpui poſſunt ». Et *num. 62. ſeqq.* Sed illæ » in ſe ipſis divinæ ſunt, immutabiles, veriſſimæ, atque ut tales perpetuo, & conſtanter, ſaltem AB ALIQUIBUS Præſulibus, » Theologis, naviſque fidelibus maxima ſollicitudine cuſtodiuntur. Nimirum » oportet, ut prædictæ tandem definiendæ ſententiæ, non tantum in ſe ſint » revelatæ, verum etiam quovis tempore, & Catholicis ſaltem ALIQUIBUS » revelatæ eſſe videantur, & ab iis gnave, ut convenit, propugnentur ; » itaque perennis illa traditionis catena, ut ajunt, continuetur, quæ ad definitivum Eccleſiæ judicium prærequiritur ». Itaque ut traditio ſervetur, ſatis illi eſt, ut ab *aliquibus* veritas teneatur, ceteris omnibus (hoc eſt univerſitate Eccleſiæ) veritatem eamdem erroris loco ducentibus. Id vero nemo non videt, quam ſit repugnans notioni traditionis, quæ vetuſtate, conſenſione, univerſalitate conſiſtit, quemadmodum majores noſtri docuerunt, & Orthodoxi quique credunt, & confitentur. Quid ? ſi conceſſo hoc opinionis portento, errores ſane plures divinitus in ſe traditos fuiſſe, ſuſpicari poſſimus ? Quot enim errores ſint, qui non aliquos ſint quoque tempore nacti patronos, ac defenſores ? Verum intelligo equidem, quibus ex fontibus hanc Scriptor ille doctrinam hauſerit. Verum non eſt opus, ut in iis nunc indicandis operam mihi eſſe conſumendam putem. Indicabo autem poſt opportune, ac tempori.

2 Lutherus *lib. Adverſus Execrabilem Antichriſti Bullam in Prologo pag. 89. tom. II. opp. edit. Wittemberg an. 1562.* » More novo, *inquit*, ſine Scripturis, » & rationibus damnant . . . Timuerunt, ne hæreticum aſſererent, quem nec » ſcandaloſum poſſent oſtendere. Proinde invenerunt adverbium *reſpective*, » & poſt numeratos articulos dicunt, alios *reſpective* hæreticos, alios erroneos, alios ſcandaloſos. Sed NESCIMUS QUI, QUALES, QUANTI. » Oſtende quis ſit hæreticus, quis vero erroneus, quis ſcandaloſus, & quis » qualiſcumque. Nolo tantum *reſpective*, ſed abſolute doceri . . . Non ſolum » non docet veritatem, & cauſſam damnationis, ſed nec errorem monſtrare » vi-

verſus Baii ; non Alexandri VII. non Innocentii XI. non Alexandri VIII. de moribus Conſtitutiones doctrinam Eccleſiæ proponunt. Quorſum hoc? inquies. Quia, te auctore, nihil definiti continent. Non enim ab Eccleſia *tota* perfectæ, editæque ſunt ; neque *clare, determinateque*, quid divina de dogmate revelatio contineat, proponunt. In *globo* namque, ut ajunt, propoſitiones alias *reſpective* eſſe hæreticas, alias erroneas, alias temerarias &c. indicant ; quænam autem *determinate* hæreticæ, quæ erroneæ, quæ temerariæ ſint, *clare*,

re,

» videtur, nec hoc ipſum indicare, quod damnat. Et tamen damnat ». Paulo ante ſcripſerat : » Jubet Paulus Epiſcopum eſſe potentem exhortari in doctri- » na ſana, & contradicentes redarguere. Atque hæc ipſa ſunt, quæ jam ter- » tium annum efflagitavi, & expectavi e Roma, quæ & obſervata legimus » in antiquis Patribus diligentiſſime, quoties hæreſes damnarent ; ſed nec » Apoſtoli quidpiam in ſuis Conciliis ſtatuunt, niſi allegata primum Scri- » ptura ſancta ». Viden' ut oſtendi ſibi velit, quid *determinate* ferat divina revelatio, nolitque ſuas propoſitiones dici in globo *reſpective* alias *hæreticas*, alias *erroneas* &c.? Pergit porro. „ Ita & ego, cum expectarem ut facerent » uvas Scripturæ teſtimoniis me erudituri, ecce fecerunt labruſcas, ſuis » verbis nudis me condemnantes ». Ad Leonem X. deinceps ſermonem convertens : » Rogo te, *inquit*, præſumſiſti nudis tuis verbis triumphare, an » didiciſti hunc modum damnandi a Magiſtratibus Colonienſibus, & Lova- » nienſibus? . . . Cur Judæos non admittimus, qui & ipſi noſtra damnant, » ſi ſufficit damnare? Niſi ideo non eis credimus, quia ſine Scripturis, & » rationibus nos damnant ». Jam quia non *determinate* damnata illius dogmata fuerant, neque determinarat perquam diſtincte Sedes Petri, quid iis de rebus Scriptura, hoc eſt revelatio divina ferat, liberam ſibi poteſtatem eſſe Lutherus jactat, tueri, quæ ante defenderat, atque : » aſſero, *inquit*, & am- » plector fiducia tota ſpiritus mei articulos per eam Bullam damnatos, aſſe- » rendoſque pronuncio omnibus Chriſtianis ». Quid mirum? Obſcurata enim dogmata quædam eſſe, & Epiſcopos pleroſque omnes, Theologos, privatoſque fideles perplures eadem veluti totidem errores rejicere : ſe autem cum aliquot aliis, qui ipſum ſequerentur, depoſitum veritatis ſervare, quoad res declarata fuiſſet, & clare, determinateque Eccleſiæ totius auctoritate finita. Eodem fere modo elevare, eludereque conantur Conſtitutionis Pii V. auctoritatem defenſores Baii. *Tom.* II. *opp. Baii pag.* 234. *edit. Colon. an.* 1696. » In iſtas ſententias, *inquiunt*, quarum aliæ hæreticæ, aliæ ſimpliciter falſæ, » aliæ temerariæ, aliæ ſcandaloſæ cenſura ita INDISCRIMINATIM fertur, » ut ex ea nullatenus intelligi poſſit, quæ nume reprobandæ ſint ut hæreti- » cæ, quæ ut ſimpliciter falſæ, & quæ dumtaxat ut temerariæ, vel ſcanda- » loſæ &c. Porro qua cenſura afficiantur ſinguli articuli, hoc eſt quinam ut » hæretici, quinam ut ſimpliciter falſi, quinam ut dumtaxat temerarii, ac » ſcandaloſi a Pio V. diſpuncti ſint, inter Theologos non conſtat, adeo ut » vaga Pontificis cenſura DUM QUID circa unumquemque hujuſmodi ar- » ticulorum SIT SENTIENDUM NON DEFINIVIT, nihil definiſſe videa- » tur &c. » Quid? ſi Lutherus loco ſupra indicato, pugnet, ne Synodo quidem Conſtantienſi, cui errores Johannis Hus damnanti acceſſerat Martini V. Pont. Max. auctoritas, quid, inquam, ſi Lutherus ne Synodo quidem Conſtantienſi aſſentiri ſe velle ſcribat, propterea quod ea nihil determinate, clare, ac ſine ambiguitate finierit?

Digitized by Google

re, ac ſine *ambiguitate* non indicant ; quæ vero ſint his oppoſita dogmata divina revelatione comprehenſa, multo minus indicant. Quod ſi hoc eædem Conſtitutiones non indicant, deſint eis, neceſſe eſt, notæ eccleſiaſticæ definitionis, quas tu in re quaque definita omnino requiris. Si autem eis hujuſmodi notæ deſint, jam nihil definiti continebunt. Quod vero definitum non eſt, ad doctrinam Eccleſiæ non pertinet. Doctrina enim Eccleſiæ, ut mones, circa res *definitas* SOLUM *verſatur*. Vincet igitur Lutherus, qui fas ſibi eſſe reſiſtere putavit Conſtitutioni Leonis X. quod propoſitum [1] ea non eſſet, quid determinate ferret divina revelatio.

Deinde fac ideo de re quaque non definita controverſias oriri, quia definita nondum eſt [2], intereaque obſcurari rem quampiam traditam, involvique ſic poſſe, ut ab *aliquibus* retineatur, ab ceteris vero *Theologis*, *Epiſcopis*, *privatiſque* fidelibus reſpuatur ut error; quid iis, oppones, qui pleroſque omnium gentium privatos fideles, Theologos, Epiſcopos lapſos propterea fuiſſe, quod, non antea inſpecto verbo Dei ſcripto, & tradito, Conſtitutioni *Unigenitus*, nihil *determinate* definienti, aſſenſi fuerint ; ſeque ſolos una cum aliquot Theologis, Præſulibuſque *depoſiti* traditionis hoc in genere cuſtodes eſſe defendunt?

Dices ne, aſſentiri eos oportere *docenti* Eccleſiæ? At tu ipſe auctor es, ad Eccleſiæ doctrinam proprie id *ſolum* pertinere, quod *clare*, *determinateque* demonſtret, quid divina revelatio de re in controverſiam revocata ferat. Quin etiam addis: non ſatis eſſe auctoritatem docentis Eccleſiæ, ut quiſque cognoſcat, an res, quas ipſa doceat, veræ ſint, ſtatuitque hanc canonis loco ſententiam: *Si quis ergo deprehendere ſtudeat, an ſententiæ illæ reapſe veræ ſint, non ſolum, quid actu*,

1 Vide ſupra *pag. not.* 2 Idem Scriptor *ibid. num.* 65. 66.

Digitized by Google

actu, *& hodie Eccleſia docet inſpicere*, *ſed etiam puriſſimos divinæ revelationis fontes adire debet*, *ac ſedulo perſcrutari*. Quid reſtat igitur? niſi ut tibi reſpondeant, feciſſe ipſos, ut juſſeras. Adiiſſe quidem ſe, ſeduloque perſcrutatos fuiſſe fontes Scripturarum, & Traditionis. Cognoſſe denique, non eſſe vera, quæ Conſtitutione *Unigenitus* (nihil clare, determinateque [1] de dogmate, atque ideo nihil definiti, proindeque nihil e doctrina Eccleſiæ continente) docet Eccleſia. Quare ſe illos eſſe *aliquos*, qui *depoſitum* ſervent, & per quos *continuetur catena traditionis*. Nega modo, ſi potis es, jacta abs te eſſe fundamenta pravi eorum dogmatis, qui hoc nomine ab eadem Conſtitutione ad œcumenicam futuram Synodum provocandum ſibi eſſe duxerunt. Sed venio ad rem.

§. I.

1 Confer libellum editum *an.* 1713. inſcriptumque: *Idea generale de la Nouvelle Conſtitution. &c. pag.* 4. *num.* 1. *& num.* XXI. *pag.* 56. quo loco eo in primis nomine rejicitur *Conſtitutio Unigenitus*, *quod nihil afferat luminis*, unde cognoſci queat, quid divina revelatione contineatur; nihilque contineat non *vagi* &c. Auctor Catechiſmi *Hiſtorici*, *& Dogmatic. edit. Hagenſis an.* 1729. *tom.* II. *artic.* IV. *pag* 165. ideo Conſtitutione *Unigenitus* eſſe ſtandum negat, quod in ea nihil diſtincti ſit, nihil determinati, nihil preciſi. Vocem autem Eccleſiarum eſſe eam, quæ preciſi aliquid efferat, ex quo diſtinctam notionem *efformare* quis poſſit, ut ad ejus ſententiam accomodare poſſit ſuam, *& p.*267. idipſum ſtatuens, quod eſt a Scriptore novo de obſcuratione rerum traditarum dictum: „ Quo, *inquit*, tempore permittit Deus, ut magnus Chriſtia„ norum, & paſtorum etiam numerus ſopore quodam obruantur, . . . eodem „ ſane tempore reſervat ſibi prelioſa reſidua, quibus pars fuerit in prævari„ catione nulla, *& pag. ſeq.* Per hunc *reſiduorum pretioſorum canalem* (*per „ hanc aliquorum catenam* novus ille Scriptor diceret) conſervatur perpetuo „ doctrina, & veritas ſeſe audiendam præbet in ſinu Eccleſiæ, quoad reddita „ tranquillitas fuerit, & Eccleſia eadem *definitivo* ſuo *judicio*, & per unitam „ iterum, concordemque auctoritatem paſtorum ſtatuat has eaſdem verita„ tes; quibus certus quidam numerus ſuorum filiorum numquam ceſſavit te„ ſtimonium reddere juxta menſuram auctoritatis, qua fuerat præditus, non „ ſe umquam ſeparando a corpore, ſed ſolum reclamando, & provocando „ ad auctoritatem Eccleſiæ univerſalis pro conſervatione depoſiti „: Sexcenta ſunt hujuſmodi, quæ prætereo, ne ſim longior, quam neceſſe ſit.

§. I.

Quod Eccleſia articulorum fidei ſenſum aut determinans, aut interpretans doceat, id ad doctrinam fidei pertinere

I. *Scripturarum auctoritate*. II. *Patrum teſtimoniis*. III. *Decretis ejuſdem Eccleſiæ*. IV. *Theologorum adverſus Hæreticos pro religione agentium*. V. *Orthodoxorumque ceterorum omnium conſenſione oſtenditur*.

I. Igitur Eccleſiam de verborum articulis fidei comprehenſorum ſententia, ſignificationeque docentem labi, errare, decipi nullo modo poſſe, tam certum, tamque teſtatum eſt, ut ne oratione quidem egeat. *Columna* enim, ac *firmamentum* eſt *veritatis* [1]. *Columna* autem, *&* *firmamentum veritatis* dici, & eſſe, quis credat, eam, quæ labi, decipi, errare in proponenda, explicandaque fidei veritate poſſit?

Jam Chriſtus Servator, qui [2] ejuſdem caput Ec-

1 *Apoſt.* 1. *ad Timoth.* III. 15. » Eccleſia Dei vivi columna, & firmamen-
» tum veritatis ». Melchior Canus *lib.* IV. *locor. Theolog. cap.* IV. *concl.* 2.
pag. 121. *edit. Baſſan. an.* 1746. » Si dogma falſum, *inquit*, Eccleſia crede-
» ret, credendumve proponeret, quamlibet ex ignorantia id faceret, quomo-
» do columna, & firmamentum eſſet veritatis? Certe ſi ſi veritas in Eccleſiæ
» humeris innixa eſt, deeſſe illi omnino non poteſt, niſi & Eccleſiæ ſuæ
» Chriſtus, & Chriſto ipſa veritas deſit.

2 Canus *ibidem pag.* 119. poſt *concluſ.* 1. » Si Eccleſiæ, *inquit*, fides de-
» eſſet, jam ſponſi, ſponſæque matrimonium dirimeretur, quorum tamen
» eſt indiſſolubilis, perpetuaque conjunctio. *Oſea cap.* 2. *Sponſabo*, ait, *te*
» *mihi in ſempiternum*. Et Sponſa *Canticor.* 3. *tenui*, inquit, *eum nec dimit-*
» *tam*: Et ille rurſum Matth. cap. ult. *Ecce ego vobiſcum ſum*, ait, *omni-*
» *bus diebus uſque ad conſummationem ſeculi* » Tum *concluſ.* 2. Nihil eſſe fal-
ſum, dicit, quod Eccleſia, aut credit, aut doceat eſſe credendum. » Cum
» enim Eccleſiæ corpus Chriſtus ſit, ut ad Epheſios *cap.* 5. docet Apoſtolus,
» a ſuo certe capite movetur, ac regitur. Eccleſiæ igitur error ad Chriſtum
» auctorem referetur. Nullo itaque pacto errare in fide poteſt. Nam ſpiri-
» tus veritatis eſt hujus corporis anima (*ad Epheſ cap.* 4.) *Unus*, inquit,
» *ſpiritus*, *&* *unum corpus*. Quod ſi ſpiritu veritatis Eccleſia agitur, ad nul-
» lum errorem ne inſciens quidem moveri poterit. Præclaram deinde pro-
» miſſionem habet Eccleſia, quod numquam ſit a Chriſto deſerenda, quin
» etiam ſpiritu in omnem inducetur veritatem. *Ego rogabo Patrem*, ait Jo-
» han. 14

cleſiæ, qui ſponſus, qui moderator eſt, Apoſtolos alloquens promiſit, eidem ſe Eccleſiæ perpetuo adfuturum, miſſurumque veritatis ſpiritum, qui eidem omne verum oſtenderet, cumque ipſa in æternum maneret. Non ſtetiſſe autem promiſſis Chriſtum; aut quod promiſit Apoſtolis, Eccleſiæ in terris deinceps futuræ non promiſiſſe; aut ſi promiſit, eum tamen ſic promiſſa ſervare, ut ſi ea fidei veritatem proponens, vel interpretans erret, ad promittentem denique non redundet error; affirmari, niſi ab hæretico, ab impio, a blaſphemo, nequit. Cum ergo & maneat, & manſura perpetuo ſit a Chriſto Eccleſiæ data promiſſio; fierique non poſſit, quin ea manente, ſi Eccleſia de religione agens labatur, error in eum, qui promiſerit, recidat; concedendum omnino eſt, ei cui ſic Chriſtus promiſerit, credenti, proponenti, interpretanti dogma quodpiam religionis deeſſe numquam veritatem poſſe. Quod ſi deſit, Chriſto etiam ipſi, qui promiſſa perficere aut noluerit, aut nequiverit (quod utrumque certe impium dictu, cogitatuque eſt) eſſe defuturam. Jam vero ſi numquam veritas deeſſe Eccleſiæ dogma quodque religionis credenti, proponenti, interpretanti non poteſt; ecquid erit reliqui, niſi quod illa (dogma quodpiam religionis credens, proponens, interpretans) doceat, vocari nequire non in dubium modo, ſed ne in ſu-

» ban. 14. *& alium paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum*
» *ſpiritum veritatis, quem vos cognoſcetis, quia apud vos manebit*. Et po-
» ſtea: *Paracletus autem Spiritus ſanctus ille vos docebit omnia, & ſugge-*
» *ret vobis omnia, quæcumque dixero vobis*. Item. *Cum autem venerit ille*
» *ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Nec me fugit, quod hæ-
» retici argumentum hoc duobus modis eludere conantur. Primum enim
» ejuſmodi verba, ajunt, de ſolis Apoſtolis intelligenda, neque ad poſte-
» ros in Eccleſia pertinere. Mox affirmant, Chriſtum non tantum numero
» duodenario conjunctim; ſed Apoſtolis quoque ſeorſum ſingulis ſpiritum ve-
» ritatis promiſiſſe. Sed utraque juxta in re ruſtice, indocteque nugantur.
» Principio enim verba illa, non modo ad Apoſtolos, ſed ad ſucceſſores etiam
» referri oportere, ex eo ante omnia patet, *qui maneat vobiſcum in æternum*
» *Joh.* 14. quod illi ſimile eſt *Matth. ult. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus die-*
» *bus uſque ad conſummationem ſeculi*. Rurſum ex eo quoque patet Joh. 17.
» *Non pro eis autem rogo tantum, ſed pro iis, qui credituri ſunt per verbum*
» *eorum in me &c.* » Confer cetera, quæ idem Canus *ibid.* perſequitur.

in ſuſpicionem quidem falſi? Quid autem eſt hoc interpretari, quam docere, quænam inſit verbis articulo quopiam ſymboli, ſeu fidei comprehenſis ſignificatio? Non enim articulus ſymboli, ſeu fidei ullus verborum eſt ſonitus inanis nulla ſubjecta ſententia. Igitur ſi cujuſmodi ea ſit verbis iiſdem ſubjecta ſignificatio, vel ſententia ubique terrarum ab Eccleſia articulum ſymboli, ſeu fidei interpretante docetur; doceatur item neceſſe eſt, ſententiam illam eamdem eſſe atque doctrinam ad articulum ipſum fidei pertinentem. Nam ſi verbis ejuſdem articuli ſubjecta ſententia ad fidei doctrinam non pertinet, quæ tandem erit articulo eodem contenta, aut indicata doctrina fidei? Quod igitur non ſolum determinando, ſed etiam interpretando ſenſum alicujus articuli fidei ubique docet Eccleſia; id ſane docet, ad doctrinam fidei pertinere. Falli autem, decipi, errare Eccleſia ſic docens, ut eſt paulo ante dictum, non poteſt. Verum erit igitur, id quod Eccleſia ubique gentium articuli alicujus ſymbolo comprehenſi ſenſum aut determinans, aut interpretans doceat, ad doctrinam ſpectare fidei.

Quid? ſi Eccleſia quidquam articulo ſymboli aliquo contineri, indicarive doceat, quod falſum aut ſit revera, aut eſſe poſſit; cenſeſne ſalvam eam Chriſti pollicitationem fore, quæ eſt de portis inferi Eccleſiam ipſam numquam ſuperaturis? Quid enim eſt docere, comprehenſum quidpiam eſſe, indicatumve articulo ſymboli aliquo, niſi illud veluti fidei dogma ad credendum proponere? Proponere autem aliquid ad credendum veluti dogma fidei, quod fidei dogma non ſit, annon idem atque errare eſt? Jam quo tandem modo eſſe fidei dogma poterit, quod aut eſſe queat, aut reipſa ſit falſum? At ſi errat Eccleſia id proponens ut dogma, quod incertum, falſumve ſit; in Eccleſiam certe ſic errantem portas inferi prævalere

confitendum erit. Nam ni in eam prævaleant non dogma fidei pro fidei dogmate proponentem, qui ſane graviſſimus error eſt; in quem demum errantem prævaleant, ne ſuſpicari quidem poſſumus. Reſtat igitur, ut in Eccleſiam, ſi doceat quidquam articulo ſymboli ullo aut contineri, aut indicari, quod incertum, falſumve ſit, inferorum portæ prævalere poſſint. Non poſſunt autem. Perſtat enim, perſtabitque ſemper Chriſti firma, ſtabiliſque promiſſio [1]. Non ergo contineri, indicarive quidpiam articulo ſymboli docebit Eccleſia, quod aut eſſe queat, aut ſit etiam reipſa falſum, nec propterea doctrinam, vel dogma fidei attingat.

II. Majores noſtri eos, qui concordem omnium Eccleſiarum de ſenſu alicujus articuli ſymbolo comprehenſi doctrinam negligerent, ad hæreticorum numerum adſcripſerunt. S. Irenæus illuſtris ſeculi ſecundi Scriptor, idemque auditor Polycarpi, qui ab Johanne Apoſtolo diſciplinam acceperat in 1. [2] *Adverſus hæreſes libro*, cum de variis, interque ſe diſſidentibus ſententiis hæreticorum egiſſet, eaſque ex ſpiritibus erroris ortas dixiſſet, tum „ & ex hoc, *inquit*, diligenter cognoſcere eſt, „ & ante demonſtrationem firmam eam, quæ ab Ec„ cleſia prædicatur veritatem; & ab iis (*hæreticis*) „ id quod fingitur, falſiloquium. [3] Etenim Eccleſia uti„ que

1 *Matth. cap. XVI. v. 18.*

2 *Cap. IX. pag. 47. edit. Veneta ann. 1734. tom. I.* καλῶς ἔχειν ὑπελάβομεν ἐπιδεῖξαι πρότερον, ἐν οἷς οἱ πατέρες αὐτοὶ τοῦδε τοῦ μύθου διαφέροντες πρὸς ἀλλήλους, ὡς ἐκ διαφόρων πνευμάτων τῆς πλάνης ὄντες, καὶ ἐκ τούτου γὰρ ἀκριβῶς συνιδεῖν ἔστι, καὶ πρὸ τῆς ἀποδείξεως, βεβαίαν τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρυσσομένην ἀλήθειαν, καὶ τὴν ὑπὸ τούτων παρεπινενοημένην ψευδολογίαν.

3 *Ibid. cap. X. n. 1.* ἡ μὲν γὰρ ἐκκλησία, καίπερ καθ᾽ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἕως περάτων τῆς γῆς διεσπαρμένη, παρὰ δὲ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐκείνων μαθητῶν παραλαβοῦσα τὴν εἰς ἕνα θεὸν .... πίστιν.

Et *ibid. num. 2.* Τοῦτο τὸ κήρυγμα παρειληφυῖα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν, ὡς προέφαμεν, ἡ ἐκκλησία, καίπερ ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διεσπαρμένη, ἐπιμελῶς φυλάσσει, ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦσα, καὶ ὁμοίως πιστεύει τούτοις, ὡς μίαν ψυχὴν καὶ τὴν αὐτὴν ἔχουσα καρδίαν, καὶ συμφώνως ταῦτα κηρύσσει, καὶ διδάσκει, καὶ παραδίδωσιν, ὡς ἓν στόμα κεκτημένη. καὶ γὰρ αἱ κατὰ τὸν κόσμον διάλεκτοι ἀνόμοιαι, ἀλλ᾽ ἡ δύναμις τῆς παραδόσεως μία καὶ ἡ αὐτή. καὶ οὔτε αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασιν, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς ἴβη-

Digitized by Google

„ que per univerſum orbem uſque ad fines terræ ſe-
„ minata, & ab Apoſtolis, & a diſcipulis eorum ac-
„ cepit eamdem fidem, quæ eſt in unum Deum &c. „
Deſcripto autem Symbolo, mox addit: „ Hanc præ-
„ dicationem, quum acceperit, & hanc fidem, quem-
„ admodum prædiximus, Eccleſia, & quidem in
„ univerſum mundum diſſeminata diligenter cuſtodit,
„ quaſi unam domum inhabitans; & ſimiliter credit
„ iis, videlicet quaſi unam animam habens, & unum
„ cor; & conſonanter hæc prædicat, & docet, &
„ tradit, quaſi unum poſſidens os. Nam etſi in mun-
„ do loquelæ diſſimiles ſunt, ſed tamen virtus tra-
„ ditionis una, & eadem eſt. Et neque, quæ in Ger-
„ maniis ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut
„ aliter tradunt; neque hæ, quæ in Hiberis ſunt;
„ neque hæ, quæ in Celtis; neque hæ, quæ in Orien-
„ te; neque hæ, quæ in Ægypto; neque hæ, quæ in
„ Libya; neque hæ, quæ in medio Mundi conſtitu-
„ tæ; ſed ſicut ſol, creatura Dei, in univerſo mun-
„ do unus, & idem eſt; ſic & prædicatio verita-
„ tis, ubique lucet, & illuminat omnes homines,
„ qui volunt ad cognitionem veritatis venire: Et ne-
„ que is, qui valde prævalet in ſermone, ex iis qui
„ præſunt Eccleſiæ alia, quam hæc ſunt, dicet (ne-
„ mo enim ſuper Magiſtrum eſt) neque infirmus in di-
„ cendo deminorabit traditionem. Quum enim una,
„ & eadem fides ſit, neque is qui multum de ea
„ poteſt dicere, ampliat; neque is, qui minus, de-
„ minorat „. Hoc igitur, auctore Irenæo, inter Ca-
tholicum, & hæreticum intereſt. Catholicum ita cre-
dere,

Ἰβηρίαις, οὔτε ἐν Κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ἀνατολάς, οὔτε ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε αἱ κατὰ μέσα τοῦ κόσμου ἱδρυμέναι. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος, τὸ κτίσμα τοῦ Θεοῦ, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ εἷς καὶ ὁ αὐτός, οὕτω καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας πανταχῇ φαίνει, καὶ φωτίζει πάντας ἀνθρώπους τοὺς βουλομένους εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Καὶ οὔτε ὁ πάνυ δυνατὸς ἐν λόγῳ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προεστώτων ἕτερα τούτων ἐρεῖ (οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον) οὔτε ὁ ἀσθενὴς ἐν τῷ λόγῳ ἐλαττώσει τὴν παράδοσιν. μιᾶς γὰρ, καὶ αὐτῆς πίστεως οὔσης, οὔτε ὁ πολὺ περὶ αὐτῆς δυνάμενος εἰπεῖν, ἐπλεόνασεν, οὔτε ὁ τὸ ὀλίγον, ἠλαττόνησε.

dere, ut Eccleſia Symbolo comprehenſas ſententias indicans, aut interpretans ubique terrarum docet; hæreticum contra non item. Committi autem a nemine orthodoxorum (ſive is doctrinæ laude floreat, ſive minus ſit peritus rerum) ut docendo, interpretandove, aut detrahat quidquam, aut addat traditioni. Itaque recte eſt animadverſum ab Renato Maſſuetio *Diſſertationis* III. *in Irenæi libros Articulo* IV. *pag.* 107. *tom.* II. *opp. Irenæi edit. Pariſ an.* 1734. *In hoc ab hæreticis diſtinctam eſſe* (Irenæo teſte) *Eccleſiam, quod* „ hujus prædicatio undique conſtat, & æqualiter perſeverans „ *ſecum ubique terrarum conſentiat; illi vero numquam conſtantes, ſemper & ubique ſecum pugnantes, omni vento doctrinæ moveantur, ac velut alternantibus, ſibique ſuccedentibus variarum ſententiarum fluctibus jactentur*. Irenæum autem ſic habere [1]: „ Nos unum, & „ ſolum verum Deum doctorem ſequentes, & regu„ lam veritatis habentes ejus ſermones, de iiſdem ſem„ per eadem dicimus omnes. *Illi vero* non bene ſen„ tientes, interim tamen ſemetipſos arguunt, de iiſ„ dem verbis non conſentientes. Et *alibi* [2]: Bene habe„ re putavimus oſtendere primo, in quibus ipſi Patres „ hujus fabulæ diſcrepant adverſus ſe invicem, quaſi „ qui ſunt ex variis ſpiritibus erroris „ *Tum expoſita mira Eccleſiarum omnium in una fide conſenſione*, Irenæum hæc addere [3]: „ Videamus nunc & horum inconſtantem ſen„ tentiam, quum ſint duo, vel tres, quemadmodum „ de iiſdem non eadem dicunt, ſed & nominibus, & „ rebus contraria reſpondent „. *Deſcriptis vero præcipuorum Valentini diſcipulorum ſecum pugnantibus ſententiis, plane concludere* [4]: „ Cum autem diſcrepent ab „ invi-

1 *Lib.* IV. *cap.* XXXIV. *n.* 4. *pag.* 277.
2 *Lib.* I. *cap.* IX. *num.* 5. *pag.* 47.
3 *Ibid. cap.* XI. *num.* I. *pag.* 52. Ἴδωμεν νῦν καὶ τὴν τούτων ἄστατον γνώμην. δύο που. ἢ τριῶν ὄντων, πῶς περὶ τῶν αὐτῶν οὐ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, ἀλλὰ τοῖς πράγμασι. καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἐναντία ἀποφαίνονται.
4 *Ibid. cap.* XXI. *num.* 5. *pag.* 98.

„ invicem & doctrina, & traditione, & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies „ novum aliquid adinvenire, & fructificare, quod nuſquam quiſquam excogitavit, durum eſt omnium deſcribere ſententias „ *Si autem quæras, quæ cauſſa ſit tam effuſa apud hæreticos ſentiendi licentiæ, ſciendum tibi eſſe hanc aſſignari ab Irenæo*[1]: „ Quod non fundati ſuper unam „ petram, ſed ſuper arenam habentem in ſe lapides „ multos, multi ex ipſis immo omnes velint Doctores „ eſſe, & abſcedere quidem ab hæreſi, in qua fuerunt; aliud autem dogma ab alia ſententia, & deinceps alteram ab altera componentes, nove docere „ inſiſtunt, ſemetipſos adinventores ſententiæ, quacumque compegerint, gloriantes „. *Nempe excuſſo ſemel Eccleſiæ auctoritatis jugo, repudiataque veritatis regula, in obvias quaſlibet opiniones facile eos concedere. Ea propter rectiſſime Irenæum monere*: „ Non oportere adhuc „ quærere apud alios veritatem, quam facile eſt ab „ Eccleſia ſumere, quum Apoſtoli, quaſi in depoſitorium dives pleniſſime in eam contulerint omnia, „ quæ ſint veritatis, ut omnis quicumque velit, ſumat ex ea potum vitæ. Hæc eſt enim vitæ introitus: omnes autem reliqui fures ſunt, & latrones. „ Propter quod oportet devitare quidem illos; quæ „ autem ſunt Eccleſiæ cum ſumma diligentia diligere, „ & apprehendere veritatis traditionem „. *Igitur apud ſolam Eccleſiam quærendam eſſe veritatem. Huic ſoli creditam eam eſſe ab Apoſtolis, huic ſoli creditum lumen Dei, huic ſoli creditum Dei munus. Et quam Eccleſiam? Eam nimirum, quam jam deſcripſit Irenæus, quæ per totum orbem propagata habet unam animam, unum cor, unum os, unam & eamdem regiminis Eccleſiaſtici formam, cujus una fides, doctrina, atque docendi ratio*. Atque hæc quidem recte ſunt animadverſa a Maſſuetio.

Pergit Irenæus adverſus Hæreticos de Eccleſia ver-

[1] *Lib.* III. *cap.* XXIV, *num.* 2. *pag.* 223.

Digitized by Google

verborum Symbolo comprehenſorum ſententias indicante, atque interpretante, fallique neſcia, libro III. capite III. ejuſdem operis hoc modo adverſus hæreticos ſcribere. Ac novarum rerum cupidos fugiendos eſſe orthodoxis monens: „ oportet, *inquit*, devitare quidem illos, quæ autem ſunt Eccleſiæ cum ſumma „ diligentia diligere, & apprehendere veritatis eruditionem . . . . , [1] Quid autem, ſi ne Apoſtoli quidem „ Scripturas reliquiſſent nobis, nonne oportebat ordinem ſequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant Eccleſias? Cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorum, eorum, qui in „ Chriſtum credunt, ſine charta, & atramento ſcriptam habentes per ſpiritum in cordibus ſuis ſalutem, & veterem traditionem cuſtodientes, in unum „ Deum credentes fabricatorem cæli, & terræ &c. „ Symboli porro articulis breviter comprehenſis, mox addit [2]: „ Hanc fidem qui ſine litteris crediderunt, „ quantum ad ſermonem noſtrum barbari ſunt, quantum autem ad ſententiam, & conſuetudinem, & „ converſationem, propter fidem, perquam ſapientiſſimi ſunt, & placent Deo, converſantes in omni, juſtitia, & caſtitate, & ſapientia. Quibus ſi „ aliquis annunciaverit ea, quæ ab hæreticis adinventa ſunt, proprio ſermone eorum colloquens, ſtatim concludentes aures longo longius fugient, ne „ audire quidem ſuſtinentes blaſphemum colloquium. „ Sic per illam veterem Apoſtolorum traditionem, „ ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium eſt [3] . . . Traditione igitur, quæ eſt ab Apoſtolis ſic ſe habente in „ Eccleſia, & permanente apud nos &c. „ Eſt ergo traditionis Apoſtolicæ, ſeu doctrinæ fidei, ſententiarumque Symbolo comprehenſarum certiſſima nota Eccleſiæ

1 *Ibid. cap.* IV. *n.* 1. *pag.* 178.
2 *Ibid. num.* 2.
3 *Ibid. cap.* V. *num.* 1. *pag.* 179.

Digitized by Google

cleſiæ in omnes terrarum partes diffuſæ, propagatæque conſenſio. Niſi enim vis notæ huic ineſſet conſenſioni, ad hanc Irenæus confugiſſet numquam. Cur autem quiſquam notam eſſe veri *certiſſimam* neget eam, qua Patres jam uſque ab altero Eccleſiæ ſeculo fuerunt uſi, reprimendæ hæreticorum temeritatis, continendorumque Catholicorum in officio cauſſa? Ob rem ne incertam, aut dubiam, aut inſtabilem, aut non firmiſſimam fugiendos diſſidentes ab Eccleſiarum omnium communi ſenſu, quodque Eccleſia de Symbolo inprimis doceat, retinendum [1] cuique eſſe ſtatuiſſent, qui numero Catholicorum & eſſe, & duci vellet? Quid? ſi etiam Irenæus dixerit, homini Chriſtiano, ut ne deflectat a vero, utque ne a rerum novarum ſtudioſis circumveniatur, Eccleſiarum, quas Apoſtoli conſtituiſſent, conſenſionem, immo unius Romanæ Eccleſiæ doctrinam ſatis futuram? „ Quum ad eam, *inquit*, traditionem, quæ eſt „ ab Apoſtolis, quæ per ſucceſſiones presbyterorum „ in Eccleſiis cuſtoditur, provocamus eos (*hoc eſt* hæreticos) adverſantur traditioni, dicentes, ſe non ſolum presbyteris, ſed etiam Apoſtolis exiſtentes ſapientiores, ſinceram inveniſſe veritatem „. Addit porro Irenæus „ [2] Traditionem in toto mundo manifeſtatam in omni Eccleſia adeſt reſpicere, omnibus, „ qui VERA velint videre, & habemus annumerare „ eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis, & ſucceſſores eorum uſque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim ſi recondita myſteria ſciſſent Apoſtoli, quæ ſeorſim, & latenter ab reliquis perfectos docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam „ ipſas Eccleſias committebant. Valde enim perfectos, „ & irreprehenſibiles in omnibus eos volebant eſſe, quos „ & ſucceſſores relinquebant, ſuum ipſorum locum „ ma-

I

1 *Ibid. cap.* II. *num* 2. *pag.* 175.
2 *Ibid. cap.* III. *num.* 1. *pag.* 175.

Digitized by Google

„ magiſterii tradentes . . . Sed quoniam valde longum „ eſt in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enu- „ merare ſucceſſiones ; maximæ , & antiquiſſimæ , & „ omnibus cognitæ , a glorioſiſſimis duobus Apoſtolis „ Petro , & Paulo Romæ fundatæ , & conſtitutæ Ec- „ cleſiæ , eam quam habet ab Apoſtolis traditionem, „ & annunciatam hominibus fidem per ſucceſſiones „ Epiſcoporum pervenientem uſque ad nos indican- „ tes , CONFUNDIMUS OMNES EOS , QUI QUOQUO MODO „ VEL PER SIBI PLACENTIA , VEL VANAM GLORIAM , VEL „ PER CÆCITATEM , ET MALAM SENTENTIAM PRÆTER- „ QUAM OPORTET COLLIGUNT . AD HANC ENIM ECCLE- „ SIAM PROPTER POTIOREM PRINCIPALITATEM NECESSE „ EST OMNEM CONVENIRE ECCLESIAM , HOC EST EOS , „ QUI SUNT UNDIQUE FIDELES , IN QUA SEMPER AB „ HIS , QUI SUNT UNDIQUE , CONSERVATA EST EA , QUÆ „ EST AB APOSTOLIS TRADITIO „ . Inde ſerie Pontificum Romanorum ad Eleutherium uſque ducta (qui Eleutherius tunc Epiſcopatu Romano potiebatur , cum idem Irenæus floreret) parteque Symboli propoſita brevibus , ſic pergit ſcribere [1] : „ Hac ordinatione , „ & ſucceſſione ea , quæ eſt ab Apoſtolis in Eccle- „ ſia traditio , & veritatis præconatio , pervenit „ uſque ad nos . Et EST PLENISSIMA HÆC OSTENSIO „ unam & eamdem vivificatricem fidem eſſe , quæ in „ Eccleſia ab Apoſtolis uſque nunc ſit conſervata , & „ tradita in veritate „ . De Eccleſiis Aſiæ , inprimiſque de Smyrnenſi [2] deinceps diſſerit , cui præfuiſſe Polycarpum , ait , Apoſtolorum , multorumque aliorum, qui cum Chriſto verſati fuerant , auditorem , atque diſcipulum . Mox de Epheſina [3] , quæ „ a Paulo , *in-* „ *quit* , fundata , Johanne autem permanente apud eos „ uſque ad Trajani tempora , teſtis eſt verus Apoſto- „ lorum traditionis „ .

Atque

1 *Ibid. num.* 3. *pag.* 176.
2 *Ibid. num.* 4 *pag.* 176 *ſeq.*
3 *Ibid. pag.* 178.

Atque hæc tota eſt fere Irenæi Cadonico, ejuſque defenſoribus inimica ſententia. Etenim ſi in hæreticorum numero habendi ſunt ii, qui ab Eccleſiis omnibus, inprimiſque ab illis diſſidere audent, a quibus demonſtrari poſſit perpetua, nec umquam apud ſe interrupta Epiſcoporum ab Apoſtolis ad hæc uſque tempora ducta ſucceſſio: ſi repellendi præterea, qui id doceant, quod Epiſcopi ab Apoſtolis conſtituti nunquam docuerint, immo vero ne cognorint quidem: quin etiam ſi unius Romanæ Eccleſiæ doctrinæ, quæ certe ab Apoſtolis per continuam ſeriem, ſucceſſionemque Epiſcoporum ad nos uſque manavit, *confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſibi placentia, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, præterquam oportet, colligunt*; propterea quod *neceſſe ſit ad hanc Eccleſiam* maxime in re doctrinæ (nam de doctrina Irenæus hoc loco adverſus hæreticos diſputat) *omnes, qui ſunt undique fideles convenire*; *ſitque hæc unius vivificatricis fidei, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis uſque nunc eſt conſervata, & in veritate tradita, pleniſſima* demonſtratio; id erit profecto conſequens, ut qui *per* ſibi *placentia* ab Eccleſiarum omnium, præſertim autem Apoſtolicarum, inprimiſque Romanæ vel in tradendo, explicandoque ſymbolo ſumma conſenſione firmata doctrina diffident, in numerum ſint rejiciendi ſectariorum. Neque vero arbitror, quemquam fore, qui quod dignoſcendorum novatorum rationis, notæve genus valuerit Irenæi temporibus; id dicat hac demum ætate valere deſiiſſe. Non enim Eccleſiæ in dogmatibus tradendis, exponendiſque doctrina mutatur tempore, ut cujus olim vis magna fuerit, ea nunc denique ſit inanis.

Quid? ſi orta aliqua ſit modica de re diſceptatio, nonne ſatis, ait Irenæus, homini catholico fore, ex Apoſtolicis Eccleſiis, inprimiſque ex Romana, quid eadem

Digitized by Google

dem de re ſentiant, intelligere [1]? Non enim cenſet, earum ſententiæ quemquam (niſi eum, qui præterquam oportet, colligat) repugnaturum. Quod ſi ita eſt de quæſtione quaque etiam modica ſtatuendum, quanto ſic erit ſtatuendum magis, ſi de iis contendere quiſquam cœperit, quas Eccleſiæ univerſæ ubique gentium prædicant, ſuiſque *parvulis* (veluti præcipuas, quæ ſcitu ſint neceſſariæ) proponant, & de quibus denique ſumma ſit Chriſtianorum omnium, ſtabiliſque conſenſio?

Irenæum ſequutus Tertullianus, in eo, quem de *Præſcriptionibus adverſus hæreticos* publicavit, libro, mirari, ait, debere neminem, ſi qui oriantur cupidi novarum rerum [2]. Hos quidem cognitos longe ante fuiſſe Chriſto, qui etiam prædixerit: multos prædicatores falſos futuros, qui omnia ſe examinaſſe, inveniſſeque, quod diu latuerit, verum, jactent. Sed cavendum cuique eſſe, hos ne probet, qui *ex diverſo*, ſive ſecus, ac veritas poſtulet, *interpretentur* quod ſcriptum legimus: *omnia examinate*; *quod bonum eſt, tenete*. Nam eſſe eis quidem integrum *omnibus male examinatis, in electionem alicujus mali impingere per errorem*. Eo vero minus hos eſſe probabiles, quod ſtatuant

1 Irenæus *lib.* III. *cap.* IV. *num.* I. *pag.* 178. » Quid enim? *inquit*. At ſi de » aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas » recurrere Eccleſias, in quibus Apoſtoli converſati ſunt » (*in his autem Romanam, propter potiorem principalitatem audiendam eſſe maxime, paulo ante dixerat*) » & ab eis de præſenti quæſtione ſumere, quod certum, & re liqui- » dum eſt?

2 *Cap.* IV. *pag.* 205. *edit. Veneta an.* 1744. » Memores ſimus tam Domini- » carum prænunciationum, quam Apoſtolicarum litterarum, quæ nobis & » futuras hæreſes prænunciarunt, & fugiendas præfinierunt, & ſicut eſſe illas » non expaveſcimus, ita poſſe id, propter quod fugiendæ ſunt, non mire- » mur. Inſtruit Dominus multos eſſe venturos ſub pellibus ovium rapaces lu- » pos. Quænam iſtæ ſunt pelles ovium, niſi nominis Chriſtiani extrinſecus » ſuperficies? Qui lupi rapaces, niſi ſenſus, & ſpiritus ſubdoli ad infeſtandum » gregem Chriſti extrinſecus deliteſcentes? Qui Pſeudoprophetæ ſunt? niſi » falſi prædicatores? Qui Pſeudoapoſtoli, niſi adulteri evangelizatores, ... » Ideo hæreſes oportebat eſſe, ut probabiles quique manifeſtarentur. Neque » enim eos probabiles intelligi jubet, qui in hæreſim fidem demutant: ſicut » ex diverſo ſibi interpretantur, quia dixit alibi: *omnia* examinate, quod » bonum eſt, tenere (*ad Theſſalonic.* v. I.) Quaſi non liceat, omnibus male » examinatis, in electionem alicujus mali impingere per errorem ».

tuant contra [1], atque ceteri omnes loquantur, & ſapiant. Ab Apoſtolo enim, qui dixerit: *omnia examinate &c.* doceri nos, *unum omnes loqui, & idipſum ſapere* [2]. Jam nobis *nihil ex noſtro arbitrio inducere licere, ſed nec eligere, quod aliquis de arbitrio ſuo induxerit* [3]. *Nobis curioſitate opus non eſſe poſt Chriſtum Jeſum, nec inquiſitione poſt Evangelium. Cum credimus, nihil nos deſiderare ultra credere*. At opponi ab iis, quod eſt ſcriptum in Evangelio; *quærite, & invenietis*. Sed quæ dicta ab Chriſto ſunt, non eſſe verborum ſonitum inanem. Expedire igitur de *ſenſu* eorum agere cum *interpretationis gubernaculo* [4]. *Unum utique*, [5] *& certum aliquid inſtitutum eſſe a Chriſto, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco quærere, ut poſſint, cum invenerint, credere* [6]. *Unius porro, & certi inſtituti infinitam inquiſitionem eſſe non poſſe. Quærendum tibi eſſe, donec invenias, & credendum ubi inveneris, & nihil amplius, niſi cuſtodiendum, quod credidiſti. Dum hoc inſuper credas, aliud non eſſe credendum, ideoque nec requirendum, cum id inveneris, & credideris quod ab eo inſtitutum eſt, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod inſtituit. Quærendum igitur eſſe, quod Chriſtus inſtituit. Utique quando non invenis. Utique donec invenias. Inveniſti autem cum credidiſti. Nam non credidiſſes, ſi non inveniſſes. Omnem prolationem quærendi, & inveniendi credendo fixiſti. Hanc tibi foſſam determinavit ipſe, qui te non vult aliud credere, quam quod inſti-*

1 *Ibid. cap* v. *pag.* 204. » Hæreſes non minus ab unitate divellunt, quam » ſchiſmata, & diſſenſiones; ſine dubio & hæreſes in ea conditione repre» henſionis conſtituit (Paulus) in qua ſchiſmata, & diſſenſiones: ac per hoc » non eos probabiles facit, qui in hæreſes diverterint, cum maxime diverti » ab ejuſmodi objurget, edocens unum omnes loqui, & idipſum ſapere, » quod etiam hæreſes non ſinunt ».

2 *Ibid. cap* VI.

3 *Ibid. cap.* VIII. *pag.* 205.

4 *Ibid. cap.* IX. » Tamen & hic expedit ſenſu certare cum interpretationis » gubernaculo. Nulla vox divina ita diſſoluta eſt, & diffuſa, ut verba tan» tum defendantur, & ratio verborum non conſtituatur ».

5 *Ibid.*

6 *Ibid. cap.* X. *ſeq. pag.* 206.

Digitized by Google

inſtituit, ideoque nec quærere. Ceterum ſi quia & alia tanta ab aliis ſunt inſtituta... ubi erit finis quærendi? Ubi ſtatio credendi? Apud Marcionem? Sed & Valentinus proponit, quærite, & invenietis. At enim ſi quod debui credere, credidi, & aliud denuo puto requirendum, ſpero utique & aliud eſſe inveniendum; nullo modo ſperatur iſtud, niſi quia aut non credideram, qui videbar credere, aut deſii credidiſſe. Ita fidem meam deſerens, negator invenior. Nemo inde inſtrui poteſt, unde deſtruitur.

Hæc ubi Tertullianus adverſus ſtudioſos rerum novarum dixit, qui contra, atque inſtituti ſimus, quærendum, inveniendumque eſſe pugnarent; tum fontem indicaturus, unde noſtrum quemque oporteat haurire doctrinam fidei [1]: *Quæramus*, inquit, *in noſtro, & a noſtris, & de noſtro, idque dumtaxat, quod ſalva regula fidei, poteſt in quæſtionem devenire. Regula eſt autem fidei, ut jam hinc quid defendamus, profiteamur, illa ſcilicet, qua creditur*: „ Unum omnino Deum eſſe &c. „ Deſcripto autem ſymbolo, mox addit [2]: *Hæc regula a Chriſto, ut probabitur, inſtituta, nullas habet apud nos quæſtiones, niſi quas hæreſes inferunt, & quæ hæreticos faciunt*. [3] Videri porro cuiquam, ait, ambigui quidpiam, aut obſcuri eſſe in ea, poſſe. Quid? quærere ne huic dubitando, quidquam novæ interpretationis licere ab his, qui plurimum ſe exercitatione Scripturarum valere glorietur? Negat Tertullianus licere. Fidem enim in regula poſitam dicit eſſe. Adverſus hanc nihil ſcire, idem eſſe ac ſcire omnia. Satius vero eſſe ignorare, quia quod

1 *Ibid. cap.* XII. *ſeq.*
2 *Ibid. cap.* XIII. *pag.* 107.
3 *Ibid. cap.* XIV. » Ceterum manente forma ejus (*fidei in ſymbolo*) in ſuo » ordine, quantumlibet quæras, & tractes, & omnem libidinem curioſitatis » effundas, ſi quid tibi videtur vel ambiguitate pendere, vel obſcuritate » obumbrari; eſt utique frater aliqui doctor gratia ſcientiæ donatus, eſt » aliqui inter exercitatos converſatus, aliqui tecum curioſus: tecum tamen » quærens: noviſſime ignorare melius eſt, ne quod non debeas noris, quia » quod debeas noſti. *Fides*, inquit, tua te ſalvum fecit, non exercitatio » Scripturarum. Fides in regula poſita eſt... Cedat curioſitas fidei... Adverſus regulam nihil ſcire, omnia ſcire eſt ».

quod quis debeat, norit; quam noſſe, quod omnino noſſe non debeat. Atque eos, qui ita ſe quærere veritatem profiteantur, novatorum eſſe ſimiles, qui & ipſi adhuc ſe profitentur quærere [1]. Offendi autem Scripturas ab his ipſis, atque hos ſua audacia quoſdam movere. Verum admittendos eoſdem non eſſe ad ullam de Scripturis diſputationem [2]. Non enim horum eſſe poſſeſſionem Scripturarum. Quo vero modo de Scripturis quidquam doceat is, ad quem non ſpectet Scripturarum poſſeſſio? Deinde auſcultandum eſſe Apoſtolo, caventi, ne *quæſtiones ineamus*, neve accomodemus noſtras novis vocibus aures. Cum cupidis novarum rerum non diſputatione eſſe, ſed correptione agendum [3]. Jam eos, ſi Scripturas integras recipiant, has tamen *diverſis expoſitionibus commentatos convertere*. Tam autem eſſe inimicum veritati *ſenſum adulterum*, quam & *corruptorem ſtilum* [4].

Quid igitur agendum eſt, dicet quiſpiam, ubi a quoquam novæ quæſtiones inducuntur de Articuli alicujus ſymbolo comprehenſi ſenſu [5]? Quid? Negat Tertullianus, ineundum ea de re tibi, ad Scripturas provocando, certamen eſſe cum auctore, adſertoreve quæſtionis novæ. Ab iis namque ait eſſe diſcendum, penes quos eſt veritas [6]. *Ubi enim apparuerit eſſe veritatem & diſciplinæ, & fidei Chriſtianæ, illic eſſe* VERITATEM SCRIPTURARUM, ET EXPOSITIONUM, ET OMNIUM TRADITIONUM CHRISTIANARUM.

De Eccleſiis deinceps agit. Harum alias ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutas animadvertit, ejuſque rei cauſſa Apoſtolicas vocat [7], *a quibus traducem fidei, & ſemina doctri-*

1 *Ibid.*
2 *Ibid. cap.* xv.
3 *Ibid. cap.* xvi. *pag.* 107. *ſeq.*
4 *Ibid. cap.* xvii. *pag.* 108.
5 Nam deſcripto ſymbolo, videri poſſe dixerat Tertullianus, aliquid cuiquam ambiguum, aut obſcurum, quæſieratque num de hoc ſit inſtituenda diſputatio, explicatioque petenda ab iis, qui ſeſe in Scripturis exercitatos jactarent.
6 *Ibid. cap.* xix.
7 *Ibid. cap.* xx. *pag.* 108.

Digitized by Google

doctrinæ ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccleſiæ fiant, ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum. Addit porro: *Omne genus ad originem ſuam cenſeatur, neceſſe eſt. Itaque tot ac tantæ Eccleſiæ una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & Apoſtolicæ, dum unam omnes probant unitatem, dum eſt illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejuſdem Sacramenti* UNA *traditio*. Nunc attende, quid pergat ſcribere. *Hinc igitur dirigimus præſcriptionem: ſi Dominus Jeſus Chriſtus Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe recipiendos prædicatores, quam quos Chriſtus inſtituit: quia nec alius Patrem novit, niſi Filius, & cui Filius revelavit; nec aliis videtur revelaſſe Filius, quam Apoſtolis, quos miſit ad prædicandum, utique quod illis revelavit. Quid autem prædicaverint, id eſt quid illis Chriſtus revelaverit*, ET HIC PRÆSCRIBAM NON ALITER PROBARI DEBERE, NISI PER EASDEM ECCLESIAS, *quas ipſi Apoſtoli condiderunt, eis prædicando tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epiſtolas poſtea. Si hæc ita ſunt, conſtat proinde, omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis, matricibus & originalibus conſpiret*, VERITATI DEPUTANDAM, SINE DUBIO TENENTEM QUOD ECCLESIÆ AB APOSTOLIS, APOSTOLI A CHRISTO, CHRISTUS A DEO ACCEPIT: *omnem vero doctrinam de* MENDACIO PRÆJUDICANDAM, QUÆ SAPIAT CONTRA VERITATEM ECCLESIARUM, ET APOSTOLORUM, ET CHRISTI, ET DEI. Supereſt ergo, ut demonſtremus, an hæc noſtra doctrina, CUJUS REGULAM (hoc eſt ſymbolum) SUPRA EDIDIMUS, DE APOSTOLORUM TRADITIONE CENSEATUR; *& hoc ipſo an ceteræ de* MENDACIO *veniant. Communicamus cum Eccleſiis Apoſtolicis*, QUOD NULLI DOCTRINA DIVERSA. HOC EST TESTIMONIUM VERITATIS. Sed quoniam *tam expedita probatio eſt, ut ſi ſtatim proferatur,* *nihil*

Digitized by Google

nihil jam ſit retractandum, ac ſi prolata non ſit a nobis, locum interim demus diverſæ parti, ſi quid putat ad infirmandam hanc præſcriptionem movere ſe poſſe. Adfert deinde reſponſiones quaſdam ſane ineptas hæreticorum, eaſque argute, ac ſolide, ut ſolet, refellit. Eos deinde capite XXVII. ſeqq.[1] reprehendens, qui Eccleſias in errorem inductas eſſe defenderent: *Ecquid veriſimile eſt*, inquit, *ut tot, ac tantæ in unam fidem erraverint? Nullus inter multos eventus unus eſt exitus. Variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum.* CETERUM QUOD APUD MULTOS UNUM INVENITUR, NON EST ERRATUM, SED TRADITUM. *Audeat ergo aliquis dicere illos erraſſe, qui tradiderunt. Quoquo modo ſit erratum, tamdiu utique regnavit error, quamdiu hæreſes non erant. Aliquos Marcionitas, & Valentinianos liberanda veritas expectabat! Interea perperam evangelizabatur, perperam credebatur....*[2] *Ante Chriſtiani, quam Chriſtus inventus? Ante hæreſis, quam vera doctrina? Sed enim in omnibus veritas imaginem antecedit. Poſt rem ſimilitudo ſuccedit. Ceterum ſatis ineptum, ut prior in doctrina hæreſis habeatur...*[3] *Revertar ad principalitatem veritatis, & poſteritatem* MENDACITATIS *diſputandam, ex illius quoque parabolæ patrocinio, quæ bonum ſemen frumenti a Domino ſeminatum in primore conſtituit. Proprie enim doctrinarum diſtinctionem figurat. Ita ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe dominicum, & verum, quod ſit prius traditum; id autem extraneum, & falſum, quod eſt poſterius immiſſum. Ea ſententia manebit adverſus poſteriores quaſque hæreſes, quibus nulla conſtantia de conſcientia competit ad defendendam ſibi veritatem. Ceterum ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ*[4]*, ut ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt, poſſumus dicere: Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum:* *evol-*

ſ

1 *Cap.* XXVIII. *ſeqq. pag.* 212. *ſeq.*
2 *Ibid. cap.* XXIX:
3 *Ibid. cap.* XXXI. *pag.* 213.
4 *Vid. cap.* XXXII. *ſeqq.*

evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverit, habuerit auctorem, & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum ab Johanne collocatum refert &c. Confingant tale aliquid hæretici.... Sed etſi confinxerint, nihil promovebunt. Ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata ex diverſitate, & contrarietate ſua pronunciabit, neque Apoſtoli alicujus auctoris eſſe, neque Apoſtolici: quia ſicut Apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent: niſi illi, qui ab Apoſtolis didicerunt, aliter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam probabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis, vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferunt, ut multo poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur; tamen in EADEM FIDE CONSPIRANTES *non minus Apoſtolicæ deputantur* PRO CONSANGUINITATE DOCTRINÆ *....* [1] *Age ergo qui voles curioſitatem melius exercere* IN NEGOTIO SALUTIS TUÆ, PERCURRE ECCLESIAS APOSTOLICAS, *apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident ...* [2] *Si hæc ita ſe habent, ut veritas nobis adjudicetur, quicumque in ea regula incedimus, quam Eccleſia ab Apoſtoli, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo tradidit, conſtat ratio propoſiti noſtri definientis, non eſſe admittendos hæreticos ad ineundam de Scripturis provocationem, quos ſine Scripturis probamus ad Scripturas non pertinere .... Non a Chriſto habent, quod de ſua electione ſectati ſunt ..... Nullum jus capiunt Chriſtianarum litterarum, ad quos merito dicendum eſt. Qui eſtis: Quando, & unde veniſtis? Quid in meo agitis?... Quo denique jure ſilvam meam cædis? Qua licentia .... fontes meos tranſvertis? ... Mea eſt poſſeſſio. Quid hic ceteri ad* VOLUNTATEM *veſtram*

1 *Ibid. cap.* XXXVI. *pag.* 215.
2 *Ibid. cap.* XXXVII. *ſeqq.*

Digitized by Google

veſtram ſeminatis, & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio, olim poſſideo, prior poſſideo, habeo origines firmas ab ipſis auctoribus, quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum ... Unde autem extranei ..... niſi ex DIVERSITATE DOCTRINÆ, *quam unuſquiſque de ſuo arbitrio adverſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur & Scripturarum, & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, ubi diverſitas doctrinæ invenitur. Quibus fuit propoſitum aliter diſponendi inſtrumenta doctrinæ. Alias enim non potuiſſent aliter docere, niſi aliter haberent & quæ docerent. Sicut illis non potuiſſet ſuccedere corruptela doctrinæ ſine corruptela inſtrumentorum ejus. Ita & nobis, & a nobis integritas doctrinæ non competiſſet ſine integritate eorum, per quæ doctrina tractatur. Etenim quid contrarium nobis in noſtris? Quid de proprio intulimus, ut aliquid contrarium ei, quod eſſet in Scripturis deprehenſum, detractione, vel adjectione, vel tranſmutatione remediaremus? Quod* SUMUS, HOC SUNT SCRIPTURÆ *ab initio ſuo ... Cum autem omnis interpolatio poſterior credenda ſit ... tam incredibile eſt ſapienti cuique, ut nos adulterum ſtilum intuliſſe videamur Scripturis, qui ſumus a principio & primi; quam illos non intuliſſe, qui ſunt & poſteri, & adverſi. Alius manu Scripturas, alius* SENSUS EXPOSITIONE INVERTIT. Atque hæc quidem Tertullianus, quæ eo eſſe deſcribenda putavi, quod ad rem, cauſſamque pertinere maxime videantur.

Ego vero huic vehementer aſſentior. Nam quod ſtatuit (quoniam ex Eccleſiæ Catholicæ ſententia ſtatuit) id a me extorquebit nemo, ut ne eſſe credam veriſſimum. Quid? ſi etiam id nè credat, extorquere quiſquam ab eorum nullo, qui recte ſint inſtituti, poſſit? Itaque hoc tenebimus: cavendum cuique noſtrum eſſe ab iis, qui *ex diverſo* Scripturarum loca interpretentur; qui omnia ſe *examinaſſe*, quodque *bonum* ſit, ceteroſque lateat, ſeſe deprehendiſſe, tuerique jactent; qui non

unum [1], ut ceteri loquantur, neque id, quod reliqui omnes [2], ſapiant; qui de ſuo arbitrio aliquid inducant; qui *curioſitate* ducti, quæſiſſe veritatem ſe, eamque jamdiu ſepultam inveniſſe gloriantur. At nos credidiſſe, ait Tertullianus: inveniſſe igitur, quod nobis fuerat quærendum. Itaque finem a nobis eſſe quærendi factum. Conſtitutam jam eſſe fidei regulam. Hanc eſſe ſymbolum fidei. Eum, qui eſſe in ſymbolo quidquam obſcuri, aut ambigui arbitretur, non ex diſputatione, quam cum cupidis novarum rerum de Scripturis inſtituat, veritatem expiſcari, ſed ab Eccleſiis, inprimiſque Apoſtolicis interpretationem petere oportere, quarum quidem Eccleſiarum propria eſt divinarum [3] Scripturarum poſſeſſio. Quarum autem eſt poſſeſſio, earum item VERITATEM *eſſe & Scripturarum*, & [4] EXPOSITIO-

1 Ita Cadonicus ſe veritatem jam latentem detexiſſe gloriatur. *In Vindiciis Epiſt. Dedicat.* » Talem, *inquit*, in dicendo verborum caſtigationem ſe» ctari propoſui, ut ſi veritas ipſa penitius rimata, atque detecta alicui for» taſſe diſpliceret, ei primum, quæ nihil timet, quam mihi nimis infirmo » iraſceretur ». Vide etiam *ejus Præfat. num.* 4. At in eo opere quod inſcripſit, *Divi Aurelii Auguſtini, qua videtur ſententia &c. Præfat num* 1. *pag.* 11. Nicetam ſibi, ac Fevardentium præluſiſſe animadvertit. Falſo id quidem, ut vidimus ſupra *pag.* 87. *ſeq. in not.* Sed ne quid ſibi detractum videatur eſſe: » Unum, *inquit*, peculiari devotioni meæ a benignitate Dei reſervatum » puto, UT PRIMUS EGO, POST HUJUS DOCTRINÆ VELUTI OP» PRESSAM MEMORIAM, EAMDEM EXSUSCITAREM ». Fidenter ſane!

2 Advertat ad hæc animum Cadonicus.

3 Ut poſſeſſionem Scripturarum, ſic veritatem Expoſitionum, & Traditionum propriam Eccleſiæ eſſe, recte eſt a Tertulliano animadverſum. Igitur quæ ſententia de rebus ſacris, vel quæ expoſitio dogmatum ab Eccleſiæ ſententia, interpretationeque diſſidet, a veritate Expoſitionis, Traditioniſque diſſideat, neceſſe eſt. Si quis ergo ſecus atque Eccleſia velit, Patrum aliquem ſenſiſſe, aut interpretatum dogmata quædam fuiſſe arbitretur; huic ſane, Patrem illum a veritate Expoſitionis, Traditioniſque receſſiſſe, confitendum erit. At erit id Patri eidem injurioſum, multoque etiam erit injurioſius, ſi commode ejus Patris interpretatio accipi haud aliorſam poſſit, atque Eccleſiæ placeat. Quod ſi interpretationi, ſententiæve Eccleſiæ præferet interpretationem, quam eſſe cenſeat ejuſdem Patris, labetur quidem ille turpiſſime, ut qui Eccleſiæ anteponat eum, qui ab una habet Eccleſia quidquid exiſtimationis, atque auctoritatis habet. Quare s. Thomas 2. 2. *quæſt.* x. *art.* XII. » Ipſa doctrina, *inquit*, Ca» tholicorum Doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet; unde magis ſtandum » eſt auctoritati Eccleſiæ, quam auctoritati vel Auguſtini, vel Hieronymi, » vel cujuſcumque Doctoris ». Confer quæ ſcripſi *tom.* v. *P.* 11. *Antiqu. Chriſtianar. pag.* 152. *in not.*

4 Quæ igitur *expoſitio*, ſeu interpretatio *expoſitioni*, interpretationive Eccleſiæ repugnat, repugnet item veritati neceſſe eſt. Quæ autem hæc erit veritas, niſi veritas doctrinæ religionis? Repugnet ergo veritati religionis oportet ea expoſitio, quæ expoſitioni Eccleſiæ repugnet.

Digitized by Google

TIONUM, *& traditionum Chriſtianarum*. Jam Apoſtolos prædicaſſe, quod ipſis manifeſtatum a Chriſto fuerat. Quid autem Apoſtoli prædicarint, non aliter probari debere, *niſi per eaſdem Eccleſias*. *Conſtare* proinde omnem doctrinam, quæ cum Eccleſiis, Apoſtolicis præſertim, conſpiret, VERITATI [1] DEPUTANDAM. Nam ſi cum his conſpiret, certiſſimo argumento fore, eam ſine dubio ipſam eſſe, quam Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo accepit. Contra *de mendacio* [2] *doctrinam omnem præjudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum*. Eo autem doctrinam quampiam ſapere contra veritatem Apoſtolorum, & Chriſti, quod ſapiat contra veritatem Eccleſiarum. Hoc vero nunc ſupereſſe, ut cognoſcamus, quæ doctrina conſpiret cum Eccleſiis, & quæ contra ſapiat adverſus earum veritatem. Id autem cognitu eſſe facillimum. Nempe ſi doctrina noſtra diverſa [3] non ſit ab ea, quam Eccleſiæ docent, *hoc eſſe teſtimonium veritatis:* ſin diverſa ſit, id ſatis eſſe, ut doctrina eadem diverſa de *mendacio* veniat. Nam quod apud *multos invenitur, id non eſſe erratum, ſed traditum*. Multitudinem vero majorem Eccleſiis omnibus invenire qui poſſumus? Non auſurum autem quempiam dicere, *erraſſe eos*, qui [4] *tradiderunt*; niſi forte Marcionitam aliquem, aut

1 Confer notat. ſuperiorem.

2 Scilicet cum interpretationes, ſententiæque Cadonici a veritate expoſitionum, ſententiarumque Eccleſiæ diſſideant, de *mendacio* præjudicandæ ſunt.

3 Id vero ſeqq. Capitibus lectori ad veritatem plane perſuadebo.

4 Ab Scholaſticis commune orthodoxorum dogma aut inductum, aut propagatum Cadonicus, ejuſque defenſores dictitant. Quam falſo, poſt videro. Sed eo tamen id dictitant, ut oſtendant, originem ſe dogmatis ejuſdem deprehendiſſe, neque cogantur illud repetere ab Apoſtolorum temporibus. Verum caveant, ne Proteſtantes imitari videantur. Ac Lutherus quidem dogmata quædam orthodoxæ religionis vocaturus in ſuſpicionem falſi, ab Scholaſticis ea invecta, aut latius diſſeminata dixit. Hoc idem actum a Calvinianis fuiſſe intelligo. Quid? ſi origines item recentes dogmatum de Invocatione Sanctorum, de cultu Sacrarum imaginum, deque Chriſto in Euchariſtia præſenti, inventas ab ſe Dallæus, Blondellus, Albertinus, aliique de Proteſtantium quidem grege pugnent? At manent, manebuntque, his quamlibet invitis, vetuſtas, certitudo, fides eorumdem dogmatum orthodoxorum, ut hujus etiam de liberatis a Chriſto ex inferis, viſioneque Dei auctis Sanctis Veteris Teſtamenti,

Digitized by Google

aut Valentinianum expectaſſe veritatem liberandam [1] velit; quaſi interea *perperam evangelizatum, perperam creditum eſſet*. Ridiculum porro eſſe dicere: errorem ante obtinuiſſe, quam veritas inveniretur: Chriſtianoſque fuiſſe prius, quam Chriſtus mortalibus innoteſceret. Rurſum eos, quorum una doctrina ſit, qui Cathedras nunc teneant Apoſtolorum, quique ſucceſſerint iis, qui ab Apoſtolis Epiſcopi conſtituti fuiſſent: itemque eos, qui Eccleſiis recens inſtitutis præſunt, *quæ in eadem fide conſpirantes non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ*, veritatis teſtes eſſe. Itaque eum, qui curioſitatem melius exercere cupiat IN NEGOTIO SALUTIS SUÆ [2], exquirere Eccleſiarum communem ſententiam oportere. Quod ſi ſecus, atque hæ ſentiant, quiſquam eſſe ſtatuendum putet, & ad Scripturas (addam ego, aut ad majorum teſtimonia [3]) provocet, huic merito dici ab Eccleſia catholica poſſe: *Quis es? Quando, & unde venis? Quid in meo agis non mea ferens? Qua licentia fontes meos transvertis? Mea eſt poſſeſſio. Olim poſſideo, prior poſſideo. Habeo origines firmas ab ipſis auctoribus, quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum. Sicut caverunt teſtamento*

menti, vetuſtate, univerſitate, conſenſione firmati dogmatis manebit. Interea hoc ſi minus ſponte, at ingratiis certe Cadonicus fateri cogetur: id fuiſſe Scholæ honoris habitum, ut a Proteſtantibus propugnatrix agnoſceretur dogmatum Catholicorum. Num autem ab ipſo etiam Cadonico agnoſcatur, ſequentibus Capitibus demonſtrabitur.

1 Cur non item nobis licebit dicere: *Cadonicum liberanda veritas expectabat?*

2 Animadverte, ut ſit conſulenda Eccleſia, ſi eſſe velimus ſalvi. Nam niſi huc, quo demum illud ſpectabit: *in negotio ſalutis tuæ?*

3 At ego, inquiet Cadonicus, ad Auguſtinum provoco, quo nemo Scripturas melius intellexit. Itane vero? Quid? An non etiam hæretici perplures pari licentia Auguſtinum ſibi præſidio dixerunt eſſe, ſumma ſancti Doctoris injuria? Multis id equidem poſſem oſtendere, ſed uno ero Franciſci Fevardentii contentus vero loco. Vero, inquam: nam hunc Scriptorem falſo pro ſe interdum Cadonicus appellat teſtem. Is igitur Fevardentius *ad cap.* III. *libri* III. *s. Irenæi Adverſus hæreſes pag.* 263. *tom.* II. *opp. Iren. edit. Venetæ an.* 1734. « Adjicere, *inquit*, libet, ut in feriis, adeoque ſummis fidei noſtræ capitibus confirmandis, Aurelius Auguſtinus, quem unice mirari, ac ſuſpicere SE FINGUNT hæreſiarchæ, ad Eccleſiaſticas traditiones, tamquam ad aſylum confugerit ». Sed de s. Auguſtino duce, ac præceptore ut Thomæ Aquinatis, ſic etiam noſtro, quam longe ab Cadonicianis inventis abſuerit, alias.

mento ſuo, ita teneo. Qui mecum non ſentit, *extraneus* eſt. *Unde enim extranei, niſi ex diverſitate doctrinæ? Illic vero & Scripturarum, &* EXPOSITIONUM ADULTERATIONEM *deputandam eſſe, ubi diverſitas doctrinæ invenitur*. Nam quibus fuit propoſitum *aliter docendi, eos aliter diſpoſuiſſe inſtrumenta doctrinæ. At quod nos ſumus, hoc eſſe Scripturas ab initio ſuo. Ex illis nos eſſe, quod ita ſimus, ut erat, antequam aliter eſſet, ſeu antequam interpolare aliqui conati fuiſſent veritatem, intervertereque Scripturas alius manu, alius ſenſus expoſitione*.

Quemadmodum autem ex his Tertulliani ſententiis efficiatur, doctrinam attingere fidei ea, quæ ubique terrarum Eccleſia dogmata religionis exponens doceat; comprehendam brevi. Ergo ille de religionis dogmatibus ſcribens, oſtendit, *veritatem* interpretationum eorumdem dogmatum (ſi quis diſtingui ab hæreticis, ut debet, velit, cordique habeat *negotium ſalutis ſuæ*) non ex cujuſquam arbitratu, ſed ex Eccleſiarum, inprimiſque Apoſtolicarum conſenſione repeti oportere. Jam vero niſi fidei doctrinam attingeret adhibita ab Eccleſia cuique articulo fidei interpretatio; eâ profecto neque ut diſtinguamur ab hæreticis, neque ut curemus ſalutis noſtræ negotium, opus eſſet. Non enim in re doctrinæ ab hæreticis Catholicus alia ratione diſtinguitur, niſi his, quæ attingunt quoquo modo puritatem, veritatemque doctrinæ fidei. Neque vero *ἀδιαφόροις, indifferentibus* expoſitionibus, ſeu interpretationibus curamus negotium ſalutis noſtræ. Quod igitur Eccleſiæ, præſertim Apoſtolicæ, hoc eſt quod Eccleſia Catholica, dogma quodpiam, ſeu articulum fidei interpretans docet, id, Tertulliano teſte, attingit doctrinam fidei.

Quo etiam pertinet reliquorum, qui ſecundo eodem ſeculo, quive deinceps floruerunt, Patrum concors, unanimiſque ſententia. Quamobrem his auctoribus uti opti-

Digitized by Google

optimis poſſumus. Quod quidem ſi in omnibus cauſſis & debet, & ſolet valere plurimum, quanto in hac magis valebit, quæ eſt a nobis ſuſcepta de religione? Qua certe in cauſſa conſenſio Patrum omnium lex traditionis putanda eſt. Sed longum eſt eorum omnia hac de re loca deſcribere. Sunt autem ea tam clara, tamque perſpicua, ut, verſent ſeſe adverſarii licet quo volent, numquam ſint tamen impetraturi, quin hujus item dogmatis antiquitas omnis teſtis ſit locuples: quæ quo minus longe aberat ab ortu, & divina progenie, hoc propius hauſtam ex fonte ad nos uſque deduxit doctrinam veri. Verum ne, ſi Patrum loca omnia prætermittam, id mihi verbis adſumſiſſe videar, quod re perficere non poſſim; conſulant, moneo, Clementem [1] Alexandrinum in extremo ſeptimo Stromateon libro [2] ſcribentem: *non parvum eorum eſſe numerum, qui appellantur δοξόσοφοι, hoc eſt opinione ſua ſapientes, quique ſe veritatem inveniſſe exiſtimant, nullam habentes veram demonſtrationem, & qui doctrinam vitant, ne condemnentur* [3]. *Neceſſe autem eſſe labi eos, qui regulam veritatis ab ipſa veritate acceptam non teneant* [4]. *Ac regulam veritatis eſſe Eccleſiaſticam traditionem* [5]. *Quare ſolum eum eſſe præditum cognitione; qui cum ipſis conſenuerit Scripturis, & Eccleſiaſticam ſervat dogmatum rectitudinem. Jam non oportere umquam* [6] *adulterare*

1 Scripſit extremo fere ſeculo 2. Eccleſiæ.
2 *Pag.* 755. *edit. Pariſ. an.* 1641.
3 *Ibid. pag.* 756. *ſeq.*
4 *Ibid. pag.* 756.
5 *Ibid. pag.* 763.
6 *Ibid. pag.* 764. Sunt qui non ſenſum, quem verbis ineſſe Eccleſia novit; ſed verba conſectentur; arripienteſque locum aliquem obſcuram e libris aut Scripturæ, aut Patrum, quem haud recte intelligant, ad quas ipſi informarunt, opiniones contorqueant, non æque curantes quid contra communis doctrina, ſeu fides ferat. Quamobrem Clemens *ibid. pag.* 757. *ſeq.* „ Eligentes, „ *inquit*, ea quæ dicta ſunt ἀμφιβόλως *ambigue*, traducunt ad proprias opi„ niones, paucas voces ſparſim carpentes, neque id conſiderantes, quod ex ip„ ſis ſignificatur, ſed ipſa nuda fictione utentes. Nam in omnibus fere, quæ „ adducunt, locis IPSOS SOLA INTUERI VIDEBIS NOMINA, UT QUI „ MUTENT SIGNIFICATA, NEQUE QUEMADMODUM DICUNTUR, „ COGNOSCANT, NEQUE IIS, QUAS AFFERUNT, ALLEGATIONIBUS, „ ITA

terare veritatem, neque furari regulam Eccleſiæ, propriæ cupiditati, & gloriæ inſerviendo. Eos porro, qui furantur Eccleſiæ regulam [1], *verbis divinis perverſe uti, nec introitus veram, ſed falſam habere, ſeu averſam clavem, per quam non relaxato velo (ut nos ingredimur per Domini traditionem) ſed exciſo hoſtio, & muro Eccleſiæ clam perfoſſo, veritatem tranſgredi*. Itaque hos Eccleſiam diſcindere conari. Sed nihil hos ipſos agere. *Nam &* [2] *ſubſtantia, & cogitatione, & principio, & excellentia Catholicam Eccleſiam ſolam eſſe, & unam in unitate unius fidei. In* [3] *ſola veritate, & Catholica Eccleſia perfectiſſimam eſſe cognitionem, & optimam electionem. Denique id, quod omnes confitentur, illud eſſe conſtituendum doctrinæ principium* [4]. Quod ſi Eccleſiaſtica tradi-

tio,

» ITA UT EARUM NATURA POSTULAT, utantur. Veritas autem non » invenitur in tranſlatione ſignificationum, SIC ENIM OMNEM EVERTERENT DOCTRINAM.... Semper vero ſibi ſumunt magis id, quod eis viſum fuerit eſſe evidentius, quam quod dictum eſt a Domino per Prophetas, & ab Evangelio, quodque Apoſtolorum teſtimonio comprobatum eſt, » & confirmatum. Cum viderent igitur ſibi imminere periculum, non veritatem invenire (etenim, quæ ſunt in medio, & ad manus, apud nos » converſantes, ut vilia contemſerunt) ſed quod eſt κοινὸν *commune* τῆς πίστεως *fidei* ſuperare contendentes, exceſſerunt a veritate ». Itane Cadonicus, ejuſque defenſores faciant, ut quæ apud nos obvia, & veluti ad manus ſunt, dogmata contemnant, *communemque* omnium Eccleſiarum *doctrinam* ſuperare, obſcuriſque quibuſdam veterum locis abuſi evertere conentur, ſequentibus Capitibus demonſtrabitur. Pergit Clemens, atque eos, quos refellit, propterea ſic agere animadvertit, quod non perceperint τῆς γνώσεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς μυστήρια *Myſteria Eccleſiaſticæ cognitionis*.

1 *Ibid. pag.* 764.

2 *Ibid. pag.* 765. » In unius naturæ ſortem, *inquit*, cooptatur Eccleſia, quæ » eſt una, quam conantur hæreſes in multas diſcindere. Et ſubſtantia ergo, » & cogitatione, & principio, & excellentia ſolam eſſe dicimus antiquam, » & catholicam Eccleſiam in unitatem unius fidei, quæ eſt ex propriis teſtamentis, vel potius ex teſtamento, quod eſt unum diverſis temporibus. Ceterum Eccleſiæ quoque eminentia, ſicut principium conſtructionis, eſt ex » unitate omnia alia ſuperans, & nihil habens ſibi ſimile, vel æquale ». Refellit mox eos, qui cum novi quidquam afferrent, tum gloriabantur *Matthia* (ut nunc Cadonicіani *Auguſtini*) ſe opinionem adducere, additque: *fuit enim una omnium Apoſtolorum* (adjungam equidem, & *Patrum*) SICUT DOCTRINA, *ita etiam traditio*.

3 *Ibid. pag.* 755. » Neceſſe eſt, *inquit*, deſcendere ad quæſtiones, & per » ipſas Scripturas diſcere demonſtrative, quomodo lapſæ ſunt hæreſes: & » contra, QUOMODO IN SOLA VERITATE, ET ANTIQUA ECCLESIA (hoc enim appellat Eccleſiam catholicam nomine, ut eam ab ſynagogis novis hæreticorum diſtinguat) » ſit perfectiſſima cognitio, & ea quæ eſt revera » optima electio ».

4 *Idem lib.* VIII. *pag.* 770.

Digitized by Google

tio, hoc eſt ea, quæ in Eccleſia obtinet, dogmatum rectitudo regula eſt veritatis, quam qui exciſo oſtio, muroque ejuſdem Eccleſiæ clam perfoſſo tranſgreditur, is perverſe divinis utatur verbis, adulteret veritatem, averſaque clavi regulam ipſam Eccleſiæ furetur: ac rurſum ſi traditio Eccleſiaſtica, ſeu rectitudo dogmatum ex eo, quod omnes confitentur, ſive ex conſenſione dignoſcitur; nam quod omnes confitentur, id eſt conſtituendum doctrinæ principium: is certe, qui ſecus interpretetur articulos fidei, quam ferat Orthodoxorum, ſeu Eccleſiæ in iiſdem interpretandis conſenſio, a regula Eccleſiaſticæ traditionis, a rectitudine dogmatum, a veritate excidat, erretque neceſſe eſt. Conſulant item Origenem [1], Cyprianum [2], Euſebium Cæſarienſem [3], Lactantium [4], Athanaſium [5], Hilarium [6], Gre-

1 *Tractat* XXVII. *in Matth. tom.* III. *opp. edit. Venetæ an.* 1745. *num* XXXIV. *pag.* 473. *& tract.* XXIX. *num.* XLVI. *pag.* 482. » Nos, *inquit*, illis (qui cum nova proferant, tum Scripturarum loca proponunt, iiſque abutuntur) crede» re non debemus, nec exire a prima, & Eccleſiaſtica traditione, nec ali» ter credere, niſi quemadmodum per ſucceſſionem Eccleſiæ Dei tradiderunt » nobis ». Hæc autem traditio per ſucceſſionem Eccleſiarum ad nos tranſmiſſa, unde nam obſecro cognita eſſe Chriſtianis Origenis temporibus, niſi ex conſenſione poterat Eccleſiarum? Mitto cetera Origenis ſeculi III. Scriptoris teſtimonia, quod hoc unum ſatis eſſe putem.

2 *Libro de Unitate Eccleſiæ pag.* 108. *edit. Oxon. an.* 1682. *& pag.* 112. *& ep.* LI. *al.* XLVII. *ad Cornelium pag.* 94. Floruit III. eodem Seculo.

3 Vixit ſeculo IV. *Vide hujus lib.* IV. *Demonſtrationis Evangelicæ cap.* XVII. *pag.* 186. *edit. Colon. an.* 1688. *& Præparat. Evangelicæ lib.* I. *cap.* III. *pag.* 7. *ſeqq. edit. Colon. an.* 1688.

4 *Lib.* IV. *Divinarum Inſtitutionum cap.* XXX. *pag.* 354. *tom.* I. *opp. edit. Pariſ. an.* 1748.

5 Alexander, qui ante Athanaſium Epiſcopatu Alexandrino potitus fuerat, *an.* 321. Epiſtola ad Alexandrum Antiſtitem Conſtantinopolitanum *tom.* 1. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. adverſus Arium agens, cujus error nondum ab ulla œcumenica Synodo damnatus fuerat, & cui aliquot non presbyteri modo, ſed etiam Epiſcopi aſſentiebantur, Eccleſiæ Catholicæ dogma conſenſione Catholicorum paſtorum, atque ovilium conſtans ei opponit: atque ubi dixit, *pag.* 303. Arium ejuſque aſſeclas *pares ſe exiſtimari non ſinere illis, quibus nos ab ineunte ætate uſi ſumus præceptoribus, immo ne unum quidem Epiſcoporum ſatis doctum eſſe cenſere; ſed ſe ſolos ſapientes, ſolos egeſtatem voluntariam ſectantes, & dogmatum inventores; & ſibi ſolis ea doctrina patefacta eſſe myſteria, quæ in nullius mentem venerint &c.* tum *pag.* 306. credere ſe, ait, Eccleſiam Catholicam, *quæ ſicut numquam expugnari poteſt, ſic omnem impiam aliter ſentientium incurſionem vincit, ac profligat &c.* Confer etiam s. Athanaſium *Hiſtoria Arianorum ad Monachos num.* 36. *pag.* 365. *tom.* I. *opp. P.* I. *edit. Pariſ. an.* 1698. *& tomo ad Antiochenos pag.* 772. *tomo eod. P.* II.

6 *Lib.* VII. *de Trinit. num.* 4. *pag.* 140. *tom.* I. *opp. edit. Venetæ ann.* 1750.

Digitized by Google

Gregorium Nazianzenum [1], Baſilium Magnum [2], Hieronymum [3], Leonem Magnum [4], Theodoritum [5], uno verbo omnes [6], ſi poſſunt; intelligentque ipſorum fuiſſe neminem, qui novatorum numero ducendos non putaret eos, qui articulos fidei interpretari auderent contra atque in iiſdem determinandis, interpretandiſque conſenſio Orthodoxorum, hoc eſt Eccleſiæ doctrina ferat.

Quæ quidem Orthodoxorum in re doctrinæ conſenſio tantum virium apud Auguſtinum (quem unum ex omnibus ſeſe admirari, ac ſequi adverſarii vel ſimulant, vel falſo ſibi perſuaſerunt) tantumque ponderis habuit, ut is, niſi commotus ea fuiſſet, ne Evangelio [7] quidem ſe umquam fuiſſe crediturum ſcriberet. Quid autem? Eccleſiæ ne Evangelium proponentis auctoritate fuiſſe commotum Auguſtinum dices; interpretantis vero dogmata religionis, non item? Te igitur judice, proponentis Eccleſiæ doctrina ad doctrinam pertinebit fidei; interpretantis contra non pertinebit.

1 *Orat.* XXVI. *pag.* 445. *tom.* I. *opp. edit. Colon. an.* 1690. *& Carmine* XI. *ad Epiſcopos pag.* 91. *tom.* II.

2 *Lib de Spiritu Sancto cap.* XXVII. *num.* 65. *seqq. pag.* 54. *ſeqq. & cap.* XXIX. *num.* 75. *pag.* 63. *tom.* III. *edit. Pariſ. an.* 1730.

3 *Ad cap.* LX. *Iſaiæ tom.* III. *opp. edit. an.* 1704. *pag.* 448. & *Dialogo adverſus Luciferianos cap.* IX *pag.* 294. *tom.* IV.

4 *Epiſtola* XXVI. *al.* XXV. *tom.* II. *opp. edit. Rom. Cacciarii an.* 1755. *pag.* 133. *& epiſt.* XXVII. *al.* XXVI. *pag.* 141. *ſeq. & epiſt.* XXVIII. *al.* XXVII. *pag.* 143. 145. *&* 146. Mitto indicare cetera Leonis loca, quæ ſane permulta ſunt, ne longior ſim, quam conſtituerim. Floruit is ſeculo V. ut & Theodoritus.

5 *Lib.* II. *Dialog.* inſcripto *Inconfuſus tom.* IV. *opp. pag.* 86. *&* III. *Dialogo* inſcripto *Impatibilis pag.* 116.

6 Confer S. Cyrillum Hieroſolymitanum *Catech.* XVIII. *n.* XXIII. *& n.* LXII. *& Catech.* IV. *num* XXXIII. *&* XXX. *Catech.* V. *num.* XII. *edit. Pariſ. an.* 1720. Liberium P. M. *Epiſt. ad Conſtantium Imperatorem tom.* I. *Epiſtolar. Romanor. Pontificum edit. Couſtantii Pariſ. ann.* 1721. *num.* 3. *pag.* 425. S. Ambroſium *lib. de Incarnat. Domini Sacram. cap.* I. *num.* 54. *pag.* 141. *tom.* III. *opp. edit. Veneta an.* 1751. *& lib.* IV. *in Hexaemeron. cap.* II. *num.* 7. *pag.* 74. *tom.* I. *edit. ejuſd.* S. Pacianum Epiſcopum Barcinonenſem *epiſt.* I. *tom.* IV. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. pag.* 306. Theophilum Alexandrinum *Epiſt. ad Epiphan.* quæ eſt inter Hieronymianas LXI. *tom.* IV. *edit. ejuſd.* S. Cœleſtinum I. Pont. Max. *epiſt.* XX. *num.* 3. *tom.* I. *Collect. Epiſtolar. Romanor. Pontificum edit. Couſtantii pag.* 1188. Sed nimius eſſem, ſi omnes perſequi numerando vellem.

7 *Lib. contra Epiſtolam Manichæi cap.* V. *num.* VI. *pag.* 111. *tom.* VIII. *opp. edit. Amſtelod. an.* 1700. » Ego vero, *inquit*, Evangelio non crederem, niſi » me catholicæ Eccleſiæ commoveret auctoritas ».

Digitized by Google

bit. Hoc ſi ita eſt, cur Synodus Tridentina [1] vehementer cavit, ne quis *in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ chriſtianæ pertinentium* ſacra Biblia interpretetur contra atque Eccleſia ſentiat, *cujus eſt judicare de vero ſenſu, & interpretatione ſacrarum Scripturarum*? Quo namque pacto id juris Eccleſiæ tribuit, ſi hujus ſenſus tam non attingit doctrinam fidei, quam hanc non attingat privati cujuſque interpretatio? An Eccleſiæ ſacra Biblia exponentis ſenſus ad doctrinam fidei ſpectabit; interpretantis autem dogmata ſymbolo comprehenſa, nullo modo? Quaſi vero dogmata ſymbolo comprehenſa non extent etiam in ſacris Bibliis; aut non ita ſint *in rebus fidei*, quarum Synodus meminit, numeranda, uti ſunt cetera, quæ ſacris ipſis litteris continentur.

Redeo ad auctoritatem proponentis Eccleſiæ. Quæro, unde cognita Auguſti 10 fuerit, ut ea commoveri poſſet? Ex [2] conſenſione, dices, paſtorum, ceterorumque orthodoxorum, ex quibus ipſa componitur, & exiſtit Eccleſia. Non enim arbitror te, ex œcumenicis Synodis, dicturum; cum nullæ ad ea tempora

1 *Seſſione* IV. *tom.* X. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *pag* 23. » Ad coercenda » *petulantia ingenia, decernit*, ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fi- » dei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram » Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum, quem tenuit, » & tenet ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu, & inter- » pretatione Scripturarum ſanctarum, aut etiam contra unanimem conſen- » ſum Patrum ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat, etiamſi hujuſ- » modi interpretationes nullo umquam tempore in lucem edendæ forent. » Qui contravenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis a jure ſtatutis » puniantur ».

2 *Lib.* XIII. contra Fauſtum *cap.* V. *pag.* 181. *tom.* VIII. *opp. edit. Amſtelod. ann.* 1700. Noſtrorum, *inquit*, librorum *auctoritas* TOT GENTIUM CONSENSIONE *per ſucceſſiones Apoſtolorum, Epiſcoporum, Conciliorumque* (non quidem œcumenicorum, nondum enim habita ulla de canone Sacrorum Bibliorum definiendo fuerant) *roborata vobis* Manichæis *adverſa eſt. Lib.* II. de Doctrina Chriſtiana *cap.* VIII. *pag.* 18. *tom.* III. *P.* I. *edit. ejuſd.* » In Canonicis Scripturis, *inquit*, Eccleſiarum Catholicarum quamplurium auctori- » tatem ſequatur (*Chriſtianus*) inter quas ſane illæ ſunt, quæ Apoſtolicas Se- » des, & epiſtolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scri- » pturis Canonicis, ut eas, quæ ab OMNIBUS accipiuntur Eccleſiis Catho- » licis, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non » accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, gravioreſque acci- » piunt, eis, quas pauciores, minoriſque auctoritatis Eccleſiæ tenent ».

pora de figendo ſacrorum Bibliorum canone habitæ fuiſſent ; quamquam & Synodi œcumenicæ concordiam demonſtrent , conſenſionemque Eccleſiarum . Quæ igitur *conſenſio populorum* in gremio *Eccleſiæ* Auguſtinum *juſtiſſime tenebat* [1] , eadem eum commovebat , ut *Evangelio* crederet . Quod ſi apud eum tanta huic conſenſioni vis erat , ut ejus cauſſa & crederet Evangelio , & in Eccleſiæ gremio maneret , fieri ne potuit , ut ille ejuſdem Eccleſiæ in interpretando dogmate aliquo religionis vim aut periiſſe , aut numquam fuiſſe ullam arbitraretur ?

Mihi vero certum eſt , Auguſtinum , ſi viveret , non ſolum fuiſſe eos , qui ſic ſtatuunt , *inſolentiſſima inſania* accuſaturum ; ſed etiam , ſi in ſententia perſtarent , curaturum , ut ex Eccleſia pellerentur . Nam ſi *inſolentiſſimæ* [2] *inſaniæ eſſe* dixit , *quod tota per orbem frequentat Eccleſia , quin ita faciendum ſit , diſputare* , quanto id ſibi magis dicendum in eos putaſſet , qui ſiquid *tota per orbem* de doctrina tenet *Eccleſia , quin ſit ita* credendum , decernerent ?

Rurſum qui in octavo ac decimo de Civitate Dei libro [3] ſcripſerit , eos , *qui in Eccleſia Dei aliquid pra-*

1 *Lib. contra Epiſtolam Manichæi cap.* IV. *tom.* VIII. *opp. pag.* 110. *edit. ejuſd.* » In catholica , *inquit* , Eccleſia , ut omittam ſinceriſſimam ſapientiam , ad cujus cognitionem pauci ſpiritales in hac vita perveniunt , ut eam ex minima quidem parte , quia homines ſunt , ſed tamen ſine dubitatione cognoſcant ; ceteram quippe turbam non intelligendi vivacitas , ſed credendi ſimplicitas tutiſſimam facit ; ut ergo hanc omittam ſapientiam , quam in Eccleſia eſſe catholica non creditis (o Manichæi) multa ſunt alia , quæ in ejus me gremio JUSTISSIME teneant ; TENET CONSENSIO POPULORUM , ATQUE GENTIUM , tenet auctoritas miraculis inchoata , ſpe nutrita , caritate aucta , vetuſtate firmata ; tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli , cui paſcendas oves ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendavit , uſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum , tenet poſtremo ipſum catholicæ nomen &c. »

2 *Epiſt.* LIV. *al.* CXVIII. *ad Januarium cap.* V. *pag.* 95. *tom.* II. *opp. edit. ejuſd.* de conſuetudinibus quibuſdam Eccleſiæ diſſerens : » ſi quid horum , *inquit* , tota per orbem frequentat Eccleſia (facere debemus) . Nam & hinc , quin ita faciendum ſit , diſputare , inſolentiſſimæ inſaniæ eſt » .

3 *Cap.* LI. *pag.* 403. *tom.* VII. *opp. edit. ejuſd.* » Videns diabolus templa dæmonum deſeri , & in nomen mediatoris currere genus humanum , hæreticos movit , qui ſub vocabulo Chriſtiano doctrinæ reſiſterent Chriſtianæ , QUASI POSSENT INDIFFERENTER SINE ULLA CORREPTIONE HA-

pravum ſapiunt, & . . . emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæreticos fieri; is ne tolerandos judicaſſet eos, qui contra atque Eccleſia articulum aliquem fidei interpretans ubique terrarum doceat, ſentire, docereque auderent?

Ecquî vero ſic exiſtimaſſet is, qui Eccleſiam *regulam* eſſe [1] *veritatis* ſtatuerat? Tamen ne hanc illi imprudens injuriam facies, ut eum Eccleſiam tunc regulam eſſe veritatis cenſuiſſe dicas, cum judicio inſtituto definiat; cum autem dogmata interpretando doceat Chriſtianam plebem, regulam ipſam eſſe veritatis deſinere? Equidem eum, qui confeſſus ſit [2], *inhabitari a Domino Eccleſiam, ne abeat in errorem*, tam abſurdo fuiſſe ingenio, ut eam judicia inſtituentem, ac definientem, ne labatur, *a Domino inhabitari*; docentem vero *non inhabitari*, arbitraretur; non modo vehementer nego, ſed ne dici quidem impune a quoquam patiar.

Quid autem eſt, quod conturbet magis, ſi Eccleſia definiens, quam ſi aliquid ubique gentium docens, erret? An quemquam eo nomine a fide deficere arbitrare, quod, habito conventu, de pravo dogmate ſtatuat; non quod idipſum dogma aut doceat, aut etiam

» BERI IN CIVITATE DEI, ſicut civitas corruptionis indifferenter habuit » philoſophos inter ſe diverſa, & adverſa ſentienres. Qui ergo IN ECCLE- » SIA CHRISTI MORBIDUM aliquid, PRAVUMQUE SAPIUNT, ſi correpti, ut ſanum, verumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt, hæretici fiunt &c. »

1 *Concione* 111. *in Pſal.* xxx. *num.* 8. *pag.* 124. *tom.* IV. *opp. edit ejuſdem*. » Quod eſt tabernaculum? Eccleſia hujus temporis. Tabernaculum enim ideo » dicitur, quia adhuc in terra peregrinatur. Tabernaculum enim habitaculum eſt militum in expeditione poſitorum. Ipſa dicuntur tabernacula; domus non eſt tabernaculum. Pugna in expeditione peregrinus, ut ſalvus factus in tabernaculo, glorioſus recipiaris in domum . . . Ergo in hoc tabernaculo protege nos a contradictione linguarum. Contradicunt linguæ multæ! diverſæ hæreſes, diverſa ſchiſmata perſonant, LINGUÆ MULTÆ CONTRADICUNT VERACI DOCTRINÆ, TU CURRE AD TABERNACULUM DEI, ECCLESIAM CATHOLICAM TENE, A REGULA VERITATIS NOLI DISCEDERE, ET PROTEGERIS IN TABERNACULO A CONTRADICTIONE LINGUARUM ».

2 In *Pſ.* IX. *num.* XII. *pag.* 38. » Sed etiam ipſam, quæ nunc eſt, Eccleſiam niſi Dominus inhabitaret, iret in errorem quamlibet ſtudioſiſſima » ſpeculatio. Et huic Eccleſiæ dictum eſt, templum enim Dei ſanctum eſt, » quod eſtis vos &c. »

Digitized by Google

etiam ſolum probet? Quod ſi pravum dogma probans, docenſve excidit a fide; cur non item Eccleſia excideret, ſi, idem ubique gentium docens, laberetur? A fide vero ſi excideret, Eccleſia Chriſti pergere dici, & eſſe qui poſſet? Jam ſi labi, excidere a fide, ac non eſſe poſthac Eccleſia Chriſti poſſet; ecquid fuiſſe cauſſæ arbitrare, quamobrem tam acriter in eos Auguſtinus inveheretur, qui illam aut periiſſe, aut perire poſſe cenſerent [1]? Sin Eccleſia Chriſti eſt, ut eſt revera, & non eſſe nequit; docere illa quidem, niſi veritatem, non poteſt; alioqui plura docens vera, ſi quid tamen doceret de religione falſi, ne vera quidem Eccleſia Chriſti eſſet. Nam Eccleſiæ illud eſſe proprium confitendum eſt, ut nulla omnino in re claudicet [2]. Nunc tibi ſic confirmo: Eccleſiam

1 *In Pſal.* CI. *num.* 8. *pag.* 829. *tom.* IV. *edit. ejuſd.* » *Reſpondit ei in via » fortitudinis ſua*. Quomodo ei reſponderit, jam ſupra audiſtis: *In conveniendo populos in unum, & regna, ut ſerviant Domino*. In hoc ei reſpon» dit in unitate: qui autem non eſt in unitate, non ei reſpondet. Ille enim » unus eſt, Eccleſia unitas. Non reſpondet uni, niſi unitas. Sed exiſtunt, » qui dicant: jam hoc factum eſt, reſpondit ei in omnibus gentibus Eccle» ſia... Sed illa Eccleſia, quæ fuit omnium gentium, jam non eſt, periit. » Hoc dicunt, qui in illa non ſunt. O impudentem vocem!... Vide ne tu » ideo non ſis; nam illa erit, etſi tu non ſis. Hanc vocem abominabilem, » deteſtabilem, præſumtionis, & falſitatis plenam, nulla veritate ſuffultam, » nulla ſapientia illuminatam, vanam, temerariam, præcipitem, pernicio» ſam, prævidit Spiritus Dei, & tamquam contra illos, cum annonciaret » unitatem &c. » Confer *lib. de Agone Chriſtiano cap.* XXIX. *pag.* 189. *tom.* VI. *opp. edit. ejuſd.* quo loco, poſt ubi dixit, Donatiſtas *totam Eccleſiam periiſſe* affirmare, *& in ſola Donati parte reliquias ejus remanſiſſe contendere*: » Quis » non miretur, *inquit*, eſſe aliquem, qui ſe Chriſtianum dici velit, & ad» verſus Chriſti gloriam tanta impietate rapiatur, ut audeat dicere: omnes » populos gentium, qui modo adhuc accedunt Eccleſiæ Dei, & in Dei filium » feſtinanter credunt, inaniter facere &c. »

2 S. Auguſtinus *lib. Imperf. de Geneſi ad litteram cap.* I. *to.* III. *P.* I. *pag.* 71. *edit. ejuſd. Conſtitutam* ait a Chriſto *matrem Eccleſiam, quæ catholica dicitur ex eo, quia univerſaliter perfecta eſt, & in nullo claudicat, & per totum orbem diffuſa eſt*. Jacobus Benignus Boſſuetius Meldenſis Epiſcopus *in Præparat: Diſputat. de Eccleſia cum Claudio Miniſtro Calvinianorum pag.* 138. *tom.* I. *opp. edit. Veneta an.* 1736. » Et tout ce, *inquit*, que nous venons de dire » eſt renfermé dans cette parole, *je croi l' Egliſe Univerſelle*. *On la croit » dans* tous les tems; elle eſt donc toûjours: on la croit dans tous les tems; » *docet ea igitur ſemper veritatem: elle einſeigne donc toûjours la verité* ». Deinde: *Qui credit*, inquit, *ſemper eſſe Eccleſiam, credit, quod ea ſemper profiteatur, ac doceat veritatem. Eccleſiæ namque confitenti veritatem Chriſtus promiſit fore, ut adverſus eam portæ inferi numquam quidquam habeant virium*, » Qui croit, que l' Egliſe eſt toûjours, croit, qu' elle eſt toûjours con» feſſant,

Digitized by Google

ſiam per orbem terrarum univerſum propagatam, atque diffuſam, ſi modo in errorem abduceretur, veraque eſſe deſineret, ne coactis quidem poſtea œcumenicis, quot voles, Synodis, veram futuram.

At ego, inquies, Eccleſiam in re fidei errare poſſe, nuſquam dixi. Recte ſane. Cenſeſne igitur errare eam non poſſe? Alterutrum enim horum duorum, nempe errare eam aut poſſe, aut non poſſe, fateare neceſſe eſt. Jam ſi affirmes poſſe; tolli etiam eam poſſe fatebere. Nam id demonſtratum eſt, eſſe conſequens. Sin neges; quid erit cauſſæ, quamobrem quod definitum, inſtituto judicio, ab ea non ſit, ad fidem ſpectare inficiere? An ſpectare illud ad fidei doctrinam non credes, quod Eccleſia (quam in re fidei errare non poſſe credas) ad fidei caput aliquod, ſeu ad articulum quempiam fidei ſpectare, etſi non definiens, & credat tamen, & credens ubique doceat? Verum ſi errare ipſa docens non poteſt; eadem ſane docens ſpectare quidpiam ad articulum, ſeu ad caput aliquod fidei, non errabit. Certum erit igitur, ſpectare idipſum ad illud fidei divinæ caput. Quod autem ad caput aliquod pertinet fidei, ad fidem profecto pertinet. Itaque etſi definitum quidpiam Eccleſiæ judicio non ſit, tamen ſi ab Eccleſia ut pertinens ad articulum aliquem fidei doceatur; re ſane vera pertinebit ad fidem. Quo igitur ore auſus es dicere, non pertinere ad fidem, quod nullo ſit Eccleſiæ judicio definitum?

Sed

» feſſant, & enſeignant la verité. C'eſt a l' Egliſe qui confeſſe la verité, que » l'enfer n' avroit point de force contr' elle ». Pergit porro: *Revera ſatis non eſt ad conſervandum Eccleſiæ nomen, retinere capita quædam doctrinæ Jeſu Chriſti; alioquin Ariani, Pelagiani &c. eſſent Eccleſia. Abſit autem, ut nos eam confuſionem appellemus Eccleſiæ nomine. Oportet igitur, ut non ſolum Eccleſia aliquam conſervet veritatem: ſed ut conſervet, & doceat omnem veritatem; alioquin non eſſet Eccleſia.* » En effect il ne ſouffit pas pour conſerver le nom » d'Egliſe de retenir quelques points de la doctrine de Jeſus Chriſt: autre» ment les Ariens, les Pelagiens &c. ſeroient de l' Egliſe... A Dieu ne plaiſe, » que nous appellions du nom d' Egliſe cet confuſion. Il ne faut donc pas » ſeulement, que l' Egliſe conſerve quelque verité: il faut qu' elle conſerve, » & qu' elle enſeigne toute verité: autrement elle n' eſt pas l' Egliſe ».

Sed nos jam Auguſtinus ad ſe revocat. Hæreticos ille accuſat [1], propterea quod *ſuperare* auctoritatem Eccleſiæ conentur. Quam? Auctoritatem ne ſolum definientis Eccleſiæ, an etiam docentis? At ſi definientis ſolum, næ ille perpaucas habuiſſet, quas reprehenderet, ſectas hæreticorum. Nam eas, quæ contra dogmata ab Eccleſia inſtituto judicio definita pugnarent, comparatione ceterarum, quæ non definitione ulla, at conſenſione tamen populi Chriſtiani, docentiſque Eccleſiæ auctoritate firmatæ doctrinæ obſiſtere auderent, perpaucas fuiſſe novimus. Auguſtinum autem, reprehendi perpaucas illas oportere, ceteris vero tam multis parcendum eſſe, judicaſſe, quis credat; cum in Pelagianos tam fuerit vehementer invectus [2], qui

u ſen-

1 *Epiſt.* CXVIII. *al.* LVI. *ad Dioſcorum cap.* V. *num.* 32. *pag.* 259. *tom.* II. *opp. edit. ejuſd.* » Illi, qui cum in unitate, atque communione catholica non ſint, » Chriſtiano tamen nomine gloriantur, coguntur adverſari credentibus, & » audent imperitos, quaſi ratione, traducere, quando maxime cum iſta me» dicina Dominus venerit, ut fidem populis imperaret. Sed hoc facere co» guntur, quia jacere ſe abjectiſſime ſentiunt, SI EORUM auctoritas CUM » AUCTORITATE CATHOLICA CONFERATUR. Conantur ergo AUCTO» RITATEM STABILISSIMAM FUNDATISSIMÆ ECCLESIÆ, QUASI RA» TIONIS NOMINE, ET POLLICITATIONE SUPERARE. OMNIUM » enim hæreticorum QUASI REGULARIS ISTA EST TEMERITAS. Sed » ille fidei Imperator Clementiſſimus ET PER CONVENTUS CELEBER» RIMOS POPULORUM, ATQUE GENTIUM, SEDESQUE IPSAS APO» STOLORUM ARCE AUCTORITATIS MUNIVIT ECCLESIAM, ET PER » PAUCIORES PIE DOCTOS, ET VERE SPIRITALES VIROS copioſiſſi» mis apparatibus etiam invictiſſimæ rationis armavit. Verum illa rectiſſima » diſciplina eſt, in arcem fidei quam maxime recipi infirmos, ut pro eis jam » tutiſſime poſitis fortiſſima ratione pugnetur ». Per conſpirationem igitur populorum, atque gentium ad dogmata retinenda, ac profitenda, perque Sedes Apoſtolicas docentes, auctoritate, quaſi arce, munita Eccleſia eſt; quam quidem auctoritatem ſuperare hæretici omnes, etſi fruſtra, conentur.

2 *Lib.* IV. *contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap.* XII. *num.* 32. *pag.* 324. *ſeq. tom.* X. *opp. edit. ejuſd.* » Sed nec illa omnia commemorare potui, vel » debui, quæ . . . Cyprianus poſuit in Epiſtolis ſuis, quibus demonſtretur, » quam ſit hæc, quam tenemus, fides vera, vereque Chriſtiana, atque Ca» tholica, ſicut per Scripturas ſanctas antiquitus tradita, ſic a Patribus no» ſtris, & uſque ad hoc tempus, quo iſti eam convellere tentaverunt, RE» TENTA, ATQUE SERVATA, & deinceps propitio Deo retinenda, atque » ſervanda. Nam ſic Cypriano, & a Cypriano tradita hæc, atque hujuſmo» di, ex ejus litteris teſtimonia prolata teſtantur: ſic autem uſque ad tem» pora noſtra ſervata, ea quæ de his rebus, ANTEQUAM ISTI EBULLIRE » CŒPISSENT, Ambroſius conſcripſit, oſtendunt, & QUOD EORUM PRO» FANAS NOVITATES CATHOLICÆ AURES, QUÆ UBIQUE SUNT, » HORRUERUNT: ſic porro deinceps eſſe ſervanda, ſatis ſalubriter iſtorum » partim damnatio, partim correctio declaravit ». Sed Auguſtinus, inquies, ad

Scri-

Digitized by Google

ſententiam, quam Synodus œcumenica nulla damnaſſet, probare ſibi defenderent licere? Non enim Synodis œcumenicis, neque ſolemni judicio Eccleſiæ ullo eſſe putabat ad eam opinionem reprobandam opus, quam ubique exploderet, condemnaretque univerſi Catholici orbis in vero dogmate retinendo conſenſio. Nam a qua œcumenica Synodo uſquam hæreſis Pelagiana, aut ante Auguſtini ætatem, aut eo vivo, damnata fuerat? A nulla certe. Jam nega modo, ſi potes, dogmata, pro quibus ille adverſus Pelagianos pugnabat, ad fidem tunc item pertinuiſſe. Ille certe tam ad fidem ea pertinere ajebat, ut eorum cauſſa oppoſitas Pelagianas opiniones hæreſeos argueret, ac impietatis [1].

At erat tunc, dices, judicio Sedis Apoſtolicæ damnata

Scripturas confugit. Quis negat? Verum Pelagiani Scripturis item, etſi falſo, ajebant ſua dogmata confirmari. *Confer Auguſtini lib. eumd. IV. contra duas Epiſt. Pelag. cap. 11. pag. 308. ſeq.* Mitto cetera indicare loca, ex quibus intelligitur, Scripturæ ſe auctoritate munire Pelagianos ſtuduiſſe. At ad Patrum auctoritatem etiam, dices, Auguſtinus provocat. Fateor. Verum Pelagiani quoque Patrum aliquos, ut Cadonicus Auguſtinum, & Hilarium, ſibi præſidio eſſe reſpondebant. Conſule *Aug. lib. 1. contra Julian. cap. V. num. 17. pag. 333. & cap. VI. pag. 335. to. X.* Sed vis traditionis, quæ effecerat, ut profanas novitates Pelagianorum *Catholicæ aures, quæ ubique ſunt, exhorreſcerent*, vis, inquam, traditionis conſenſione omnium orthodoxorum ſeſe manifeſtans, efficiebat, ut Auguſtinus eo, quem Eccleſia docebat, ſenſu & Scripturas, & Patres interpretaretur, & quod eſſet catholicum fidei dogma, oſtenderet. Pergit inde Auguſtinus:
» Quid eſt ergo quod rabioſa mentis cæcitate nunc jactant, *toto penitus occidente
» non minus ſtultum, quam impium dogma ſuſceptum*? Quandoquidem Do-
» mino miſerante, ſuamque Eccleſiam miſericorditer gubernante, ſic vigilavit
» Catholica fides, ut non minus ſtultum, quam impium dogma, quemadmo-
» dum Manichæorum, ita etiam iſtorum non ſuſciperetur .... Quid eſt ergo,
» quod dicunt: *Simplicibus Epiſcopis, ſine congregatione Synodi, in locis ſuis
» ſedentibus extorta ſubſcriptio eſt?* Numquid beatiſſimis, & in fide catholica
» excellentiſſimis viris Cypriano, & Ambroſio ante iſtos adverſus iſtos ex-
» torta ſubſcriptio eſt: qui eorum impia dogmata tanta manifeſtatione ſub-
» vertunt, ut quæ contra eos manifeſtiora dicamus, vix nos invenire poſ-
» ſimus? AUT VERO CONGREGATIONE SYNODI OPUS ERAT, UT
» APERTA PERNICIES DAMNARETUR? QUASI NULLA HÆRESIS ALI-
» QUANDO, NISI SYNODI CONGREGATIONE, DAMNATA SIT: cum
» potius RARISSIMÆ INVENIANTUR, PROPTER QUAS DAMNANDAS
» NECESSITAS TALIS EXTITERIT, MULTOQUE SINT, ATQUE IN-
» COMPARABILITER PLURES, QUÆ UBI EXTITERUNT, IBI IM-
» PROBARI, DAMNARIQUE MERUERUNT, ATQUE INDE PER CE-
» TERAS TERRAS DEVITANDÆ INNOTESCERE POTUERUNT ».

1 Confer modo deſcriptum Auguſtini locum. Cetera mitto, quæ prope ſunt innumerabilia, quod & notiſſima ſint, & eſſe nolim in re non neceſſaria longior.

mnata hæreſis Pelagianorum , cum hæc Auguſtinus ſcriberet [1]. Eſt ita plane. Verum quid tu modo Sedem Apoſtolicam memoras, qui, niſi quod Synodi œcumenicæ auctoritate definitum ſit, ad fidei dogma ſpectare, negaſſe [2] videare? Deinde etſi eſt certiſſimum, hunc adverſus duas Epiſtolas Pelagianorum librum fuiſſe ab Auguſtino perſcriptum, poſteaquam a Sede Apoſtolica finita cauſſa contra Pelagianos fuerat; qui tamen neges, multo etiam ante, quam Innocentius I. eorum hæreſim notaſſet, fuiſſe illam ab Auguſtino damnatam impietatis [3], ut quæ orthodoxo dogmati

 con-

1 Scripti namque hi fuerunt libri an. 410. cum jam editæ Innocentii Epiſtolæ adverſus Pelagianam hæreſim an. 417. fuiſſent.

2 At hoc invito, non ſolum Auguſtinus damnandam eorum impietatem, ſed etiam fugiendos eos eſſe, atque vitandos, dicit, ut qui pulſi ab Eccleſia fuiſſent. *Ibid.* » Verum, *inquit*, iſtorum ſuperbia, quæ tantum ſe extollit ad- » verſus Deum, ut non in illo velit, ſed potius in libero arbitrio gloriari, » hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos orientis, & oc- » cidentis Synodus congregetur. Orbem quippe Catholicum, quoniam, Do- » mino eis reſiſtente, pervertere nequeunt, ſaltem commovere conantur; cum » potius vigilantia, & diligentia paſtorali, poſt factum de illis competens, » ſufficienſque judicium, ubicumque iſti lupi apparuerint, conterendi ſint, » ſive ut ſanentur, atque mutentur, ſive ut ab aliorum ſalute, atque inte- » gritate vitentur, adjuvante paſtore paſtorum &c. » Videat modo is, cujus nomini parco, quique ſe Theologum Auguſtinianum, & Thomiſtam vocat, num ab Auguſtino diſſideat. Atque de Auguſtini ſententia ſatis dictum eſt. Is autem Theologus, cum ex eo quæſitum in conventu eſſet, plus ne fidei, auctoritatiſque Eccleſiæ in Synodum congregatæ, quam per orbem terrarum univerſum diffuſæ ineſſe arbitraretur; altero ſupercilio ſublato ad frontem, altero ad mentum depreſſo, ego vero, inquit, in Synodum congregatæ, credo. Nam congregata ſi ſit, res diſcutit, expenditque, ut debet, diffuſa contra non item. Deus immortalis! Hæccine ut audiamus ab iis, qui matris ſe noſtræ ubera ſuxiſſe, inque ejus ſinu quieſcere glorientur? Columbam ne tuam, quæ una ubique gentium eſt, formoſam tuam, ſpecioſam tuam, hoc eſt Eccleſiam tuam tunc ſolum, cum congregata ſit, propterea quod res expendat, audiendam eſſe, feramus dici; cum vero diffuſa, ſparſaque per univerſum terrarum orbem, cæco impetu ferri, res non expendere, credere, ut fors tulerit, decipi totam poſſe, labi, errare, atque propterea abs te non inhabitari, firmamentumque eſſe veritatis deſinere? Non hæc tu nos docuiſti in Scripturis tuis, quæ *Eccleſiam tuam ſine ulla ambiguitate demonſtrant* (*Aug. lib. 1. contra Creſconium cap.* XXXIII.). Non hæc audivimus a Sacerdotibus, *quos Epiſcopos conſtituiſti regere Eccleſiam tuam*. Non a Patribus accepimus, qui ad nos uſque traditiones tuas tranſduxerunt. Nova hæc ſunt, ac ne ſando quidem antehac apud nos audita. Fac, quæſo, Deus, ut iis, qui ſe unos ſapere arbitrantur, lux tuæ lucis affulgeat, atque nobiſcum una Eccleſiam tuam Catholicam errare in re fidei, ac motum numquam poſſe, confiteantur. Ne permitte, ut decipi ipſi, decipereque pergant aliquos e plebe tua, qui iiſdem magiſtris, doctoribuſque uſi, non tam inhabitanti Eccleſiam Spiritu ſancto tuo, quam humanæ diligentiæ fidere videntur.

3 Dogmata Pelagii hæreſeos fuiſſe ab Auguſtino notata multo etiam ante, quam

Digitized by Google

conſenſione Eccleſiarum omnium firmato, ac propterea ad fidem ſpectanti repugnaret? Quo enim Eccleſiæ judicio damnatum ante annum 414 fuerat, *ſufficere homini liberum arbitrium ad dominica præcepta implenda, etiamſi Dei gratia, & Spiritus ſancti dono ad opera bona non adjuvetur*? Nullo certe, quod afferre poſſis. Cur igitur Auguſtinus in ea, quæ eſt ad Hilarium Epiſtola [1], ejus generis dogma *omnino eſſe anathematizandum, & omnibus execrationibus deteſtandum* ſtatuit?

Rurſum quo judicio definierat ante ea tempora Eccleſia, *parvulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes in damnatione futuros*? Quod ſi nullo; qui licuit Auguſtino contra eam ſententiam ut contra hæreticam an. 412. [2] ſcribere?

Per Baptiſmum autem in iis ſolvi originale peccatum, a quanam uſquam Synodo declaratum fuerat, ut id ille negantibus Cæleſtio, Pelagioque anno eodem crimini poſſet [3] dare? Cum autem a nulla; quæ demum ratio impulit hominem, eos ut hæreſeos accuſaret, niſi traditionis certiſſimus index, hoc eſt communis orthodoxorum ſenſus, ſacrorum Bibliorum loca, ita ut ille acceperat, intelligentium [4]? *Dicant*, inquit [5], *Chriſti juſtitia quid baptizatis parvulis proſit: dicant omnino quod volunt. Profecto enim, ſi ſe Chriſtianos eſſe meminerunt, aliquid prodeſſe non ambigunt*. Quid hic loquitur? A quanam Synodo definitum id fuerat, ut de eo Chriſtiano viro ambigere non liceret? Ab œcumenica certe nulla, quam noverimus, adeo ut libera, ſi Cadonicum audiamus, cuique contrarium ſentiendi pote-

quam ea Apoſtolica Sedes, inſtituto judicio, damnaviſſet, conſtat ex Epiſtolis ad Hilarium CLVII. *al.* LXXXIX. ſcripta ann. 414. & ad Hieronymum CLXVI. *al.* XXIII. data an. 415.

1 *Epiſt.* CXLVI. *cap.* II. *num.* 4. *pag.* 413. *tom.* II. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.
2 *Lib.* I. *de Peccat. Meritis*, & *Remiſs. cap.* XVI. *n.* 21. *p.* 8. *to.* X. *edit. ejuſd.*
3 *Ibid. cap.* IX. *pag.* 5.
4 *Ibid. cap.* XVIII. *pag.* 9.
5 *Ibid. lib.* III. *cap.* II. *pag.* 48.

poteſtas eſſet . Sed hunc conſenſioni Eccleſiæ repugnantem , & nihiloſecius Auguſtino ſe magiſtro gloriari jactantem , Auguſtinus ſi viveret , ſui diſcipuli haud dignaretur nomine . Nam s. Doctor , etſi definitum id dogma Eccleſiæ judicio nondum fuiſſet , tamen omnino retinendum , credendumque ſtatuit , quod Eccleſiæ ita ubique ſentienti reſiſti ſine errore non poſſe judicaret . *Profecto* , inquit , *ſi ſe Chriſtianos eſſe meminerunt* , *aliquid* parvulis baptiſmum *prodeſſe non ambigunt* . *Quodlibet igitur proſit* , *prodeſſe* , *ſicut etiam ipſi* Pelagiani *aſſerunt* , *non credentibus non poteſt* . *Unde coguntur parvulos in credentium numero deputare* , ET AUCTORITATI SANCTÆ UBIQUE ECCLESIÆ *conſentire* , *quæ fidelium eos nomine non cenſet indignos &c.* Ad conſenſionem rurſum Eccleſiarum paulo poſt eadem de re diſputans confugit , deſcriptiſque aliquot s. Martyris Cypriani locis de baptiſmo , num eſſet infantibus ante octavum eorum nativitatis diem conferendus [1] : *Vides* [2] , inquit , *quanta fiducia ex antiqua , & indubitata fidei regula vir tantus iſta loquatur ? . . . . . Neque enim hoc tunc quaſi novum , aut quaſi aliqua cujuſquam contradictione pulſatum concilio ſtatuebatur , ſeu firmabatur , quod obſtricti originali peccato tenerentur infantes ; ſed cum illic alia conſultatio verſaretur propter legem carnalis circumciſionis , utrum eos & ante octavum diem baptizare oporteret ; ideo ei , qui hoc negabat , nemo conſenſit , quia jam non conſulendum , nec diſceptandum ,* SED FIRMUM CERTUMQUE HABEBATUR , *animam ſaluti æternæ perituram , ſi hanc vitam ſine illius ſacramenti conſecratione finiret ; quamvis ab utero recentiſſimi parvuli ſolo reatu eſſent peccati originalis obſtricti : quare illis , etſi multo facilior , quod alienorum , ſed tamen eſſet neceſſaria remiſſio peccatorum . . . & nunc* NESCIO CUJUS NOVA DISPUTATIONIS AUDACIA QUIDAM NOBIS *facere conan-*

1 *Ibid. cap.* v. *num.* 10. *pag.* 50. *ſeq.*
2 *Ibid. num.* 11. *pag.* 51.

Digitized by Google

conantur incertum, quod majores noſtri ad diſſolvenda quædam, quæ nonnullis videbantur incerta, tamquam certiſſimum proferebant. Quando enim hoc primitus diſputari cœperit, neſcio. Illud tamen ſcio, quod etiam s. Hieronymus, qui hodieque in litteris Eccleſiaſticis tam excellentis doctrinæ fama, ac labore verſatur, ad quaſdam ſolvendas in ſuis libris quæſtiones etiam HOC CERTISSIMUM *adhibet ſine ulla diſceptatione documentum. Nam in eo, quod in Jonam Prophetam ſcripſit, cum ad eum veniſſet locum, ubi commemorantur etiam parvuli jejunio caſtigati:* Major, *inquit*, ætas incipit, & uſque ad minorem pervenit. Nullus enim abſque peccato, nec ſi unius quidem diei fuerit vita ejus &c. *Hunc doctiſſimum virum ſi facile interrogare poſſemus, quam multos utriuſque linguæ divinarum Scripturarum tractatores, & Chriſtianarum diſputationum ſcriptores commemoraret, qui non aliud, ex quo Chriſti Eccleſia eſt conſtituta, ſenſerunt, non aliud a majoribus acceperunt, non aliud poſteris tradiderunt? Ego quidem, quamvis longe pauciora legerim, non memini me aliud audiviſſe a Chriſtianis, qui utrumque accipiunt teſtamentum, non ſolum in catholica Eccleſia, verum etiam in qualibet hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutis. Non memini me aliud legiſſe apud eos, quos de his rebus aliquid ſcribentes legere potui, qui Scripturas canonicas ſequerentur, vel ſequi ſe crederent, credive voluiſſent. Unde nobis hoc negotium repente emerſerit, neſcio. Nam ante parvum tempus a quibuſdam tranſitorie colloquentibus, curſim mihi aures perſtrictæ ſunt, cum illic apud Carthaginem eſſemus, non ideo parvulos baptizari, ut remiſſionem accipiant peccatorum, ſed ut juſtificentur in Chriſto.* QUA NOVITATE *permotus, & quia opportunum non fuit, ut contra aliquid dicerem, & non tales homines erant, de quorum eſſem auctoritate ſollicitus, facile hoc in tranſactis, atque abolitis habui:* ET ECCE CONTRA ECCLESIAM *jam ſtudio flammante defenditur,*

tur, ecce ſcribendo etiam memoriæ commendatur, ecce res in hoc diſcriminis adducitur, ut hinc etiam a fratribus conſulamur, ecce contra diſputare, atque ſcribere cogimur. Jam vides, ut *certiſſimum* id eſſe dogma affirmet, quod ubique crederet, defenderetque catholica Eccleſia, in eoſque, qui contra ſtatuere, ſcribereve auderent, acriter invehatur, & tamquam ſtudioſos novarum rerum, doctrinæque Eccleſiæ oppugnatores arguat, qui in id diſcriminis rem adducerent, ut de ea Epiſcopi a fratribus conſulerentur. Id vero quo demum ille modo dixiſſet, ſi quod *in ſacris libris, divinisque traditionibus revelatum ſit, ad fidem*, adeoque *ad Eccleſiæ doctrinam hodiernam non pertinet, niſi judicio* ſit Eccleſiæ *definitum*? Nam a Synodo œcumenica, ut dixi, nulla, immo ne ab Sede quidem Apoſtolica (cui tamen minus, quam majores noſtri crediderint, eſſe adverſarii tribuendum putant) id de peccato originali dogma declaratum, finitumque fuerat.

At meminit Auguſtinus Epiſcopalis cujuſdam judicii Carthaginienſis, in quo hac de re habita fuiſſet quæſtio, antequam ipſe ad libros de *Peccatorum Meritis, & Remiſſione*[1] cœpiſſet ſcribere. Quid igitur? Quod nemini umquam in mentem venit, ut Synodos, quibus Pontifex Maximus non adſit, ſive Provinciales, ſive Nationales Epiſcoporum, falli neſcias putaret eſſe; hoc adverſarii auctoritatem tantam Eccleſiæ ubique gentium diffuſæ propagatæque negantes tam fidenter dicent, ut quæ Synodi ipſæ decrerint, eadem eſſe pugnent ducenda definitorum dogmatum numero? Feltrius ecce, ſeu quiſquis ille eſt Epiſtolarum Theologicarum ſex Italice ſcriptarum auctor, in extrema ſexta Epiſtola[2], de IV. Toletana Synodo an. 633. habita

1 *Lib.* II. *Retract. cap.* XXXIII. *pag.* 39. *tom.* 1. *opp edit ejuſd.* & *lib. de Pecc. Orig. cap.* III. *tom.* X. *opp. pag.* 169. *tom* X. *edit. ejuſd.*

2 Sic enim Italice ſcribit *ibid. Feltrius pag.* 52. » Quando anche vi accordaſſi, che il Concilio IV. di Toledo abbia ſtimato, che i ſanti Padri » dell'

bita diſputans, *Etiamſi tibi*, inquit, *concederem*, *Concilium Toletanum* IV. *exiſtimaſſe*, *ſanctos V. T. Patres intuitos in ſinu Abrahæ non fuiſſe Deum*, *non ideo debes concludere*, *nefas eſſe Theologo cum Cadonico ſentire*. *Agitur enim de Provinciali Synodo*, *de Synodo habita ſeptimo Eccleſiæ ſeculo*[1], *de Synodo*, *quæ ſuam haud aperte mentem explicat*, *atque hinc de Synodo*, *cujus deciſiones dogma fidei non conſtituunt*. Non ergo cogere Synodus Carthaginienſis illa Pelagium, Cæleſtiumque poterat, ut de peccato originis dogma ad fidem pertinere confiterentur.

At fuit Cæleſtio ab eo Epiſcopali judicio, & ſane merito, Auguſtino teſte[2], interdictum ſacris. Aſſentior. Verum qua tu fronte recte id fuiſſe factum dices, qui, quod ab Eccleſia inſtituto judicio *definitum non ſit*, *ad fidem* cenſes *non pertinere*? Accuſare namque Carthaginienſis conventus Epiſcopos, te auctore, Cæleſtius, eoſque ſic alloqui jure potuiſſet: Annon

» dell' Aotico Teſtamento non vedeſſero Iddio nel ſeno d' Abramo, non per » queſto dovete inferire, *nefas eſſe Theologo* il ſentire con il ſig. Cadonici. » Si tratta di un Concilio Provinciale, di un Concilio nel ſettimo ſecolo » celebrato, di un Concilio, che la mente ſua apertamente non iſpiega, di » un Concilio quindi, le di cui deciſioni non poſſono formare dogma di » fede ».

1 Quid hoc eſt? Id ne Synodis, quæ VII. ſeculo coactæ fuerint, accidit adverſi, ut ceteris ante, aut poſt celebratis, minoris ſint auctoritatis, & fidei? An potius Synodos, quo recentiores ſunt, eo minus obtinere virium, ac roboris arbitrare? Quaſi vero Chriſtus antiquioribus Epiſcopis, ſi congregati fuiſſent, magis ſe, quam recentioribus, adfuturum promiſerit. Equidem Nationalibus, Provincialibuſque Synodis, quibus Apoſtolicæ Sedis auctoritas non acceſſerit, infallibilem in definiendis controverſiis de religione poteſtatem non ineſſe, aſſentior; poteſtatem autem ſalubriorem veteribus Provincialibus Synodis, quam novis ineſſe, adeo ut eo minus ad fidem pertineant, quæ ſtatuerint, quo ſint ipſæ recentiores, nullo modo prorſus aſſentior. Confer Auguſtinum *lib.* II. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* IX. *pag.* 70. *tomo* IX. Ac vereor, ne hi Scriptores novi, qui ſic de Synodis Provincialibus, Nationalibuſve ſtatuant, proportione quadam perinde eſſe de Œcumenicis ſtatuendum aliquando putent. Ne mirare autem lector, Nationalium me Synodorum meminiſſe, quarum eſt tamen hic nulla a Feltrio facta commemoratio. Nam Synodus illa Toletana Nationalis, hoc eſt ex earum genere fuit, quas Auguſtinus *Regionales* (Vide *lib.* VII. *contra Donatiſtas cap.* LIII. *n.* 102. *pag.* 136. *tom.* IX. *opp.*) ſeu *Plenarias* totius *Hiſpaniæ* diceret, quemadmodum *Plenarias totius Africæ* interdum dixit. (Conſule *lib.* I. *Retractat. cap.* XVII. *pag.* 10. *tom.* I. *opp. Aug. edit. ejuſd.*). Nam ad id Toletanum Concilium ex omnibus Hiſpaniæ Provinciis Epiſcopi numero LXII. concurrerant.

2 *Aug. lib.* II. *Retractat. cap.* XXXIII. *pag.* 39. *tom.* I. » Cæleſtius, *inquit*, » propter tales aſſertiones apud Carthaginem in Epiſcopali judicio, ubi ego » non interfui, excommunicationem meruerat ».

Annon mihi libera eſt poteſtas probandi, defendendique illius dogmatis, quod ἀδιάφορον ſit? Negate, ſi quidem poteſtis, ἀδιάφορον, ſeu *indifferens* eſſe, quod non ſit Eccleſiæ judicio definitum. Quod enim ad fidem non pertinet, quum non ſit Eccleſiæ judicio definitum, id vos audebitis ἀδιάφορον non eſſe, dicere? Cur ergo, rei fidem non attingentis, propterea que *indifferentis* cauſſa [1], hanc ego patiar excommunicationis pœnam, qua infligi nulla ab Eccleſia poteſt homini Chriſtiano dirior? Nihil Synodum iſtam veſtram ſive *Provincialem*, ſive *Regionalem* tam iniquam [2] moror. Ne ſperate, iſta me vos eſſe coacturos, ut quod liberum mihi eſt, id mihi eſſe diffitear liberum [3]. Niſi definitionibus Eccleſiæ, quæ latæ poſt inſtitutum hac de re judicium [4] fuerint, nec Scripturis vos quidquam, neque teſtimoniis Patrum agetis. Nam ut vos ad Patrum auctoritatem confugitis, ſic ego Patres habeo auctores, quos ſequar [5]. Unius vero, alteriuſve Patris auctoritas detrimento eſſe poteſt traditioni [6]. Jam Scripturas nemo impediet, quin interpretari commode poſſim, apteque ad opinionem meam. Nulla enim eſt ratio, quamobrem vobis ſacra Biblia,

X ut

1 Scilicet Cæleſtius in eo Epiſcopali judicio hoc agebat, quod agunt adverſus Eccleſiæ univerſæ conſenſionem adverſarii. Ἀδιάφορον, hoc eſt *indifferentem* eam eſſe ajebat de peccato originis quæſtionem. Sic enim in Synodo ipſa Paulino Diacono ex eo quærenti, negaſſet ne peccatum idem traduci? reſpondit: » Jam de traduce peccati dixi, quia intra catholicam conſtitutos » plures audivi deſtruere, nec non & alios adſtruere; LICET QUÆSTIO» NIS RES SIT ISTA, NON HÆRESIS ». *S. Auguſt. lib. de Peccato Originali cap.* 11. *pag.* 172. *tom.* x. *opp.*

2 Quanti *Provinciales*, *Regionaleſque* Synodos Feltrius faciat, paulo ante vidimus.

3 Sic enim Cadonicianarum partium ſtudioſi ſtatuunt. Confer quæ ſcripſi *pag.* 15. *hujuſce operis not.* 3. & *pag.* 90. *ſeq.*

4 Cadonicianarum partium axioma hoc eſt. Vide hujuſce operis *pag.* 45. *ſeqq.* Eodem pertinebat Pelagianorum conqueſtio, ut ex Auguſtini iv. libro contra duas Epiſtolas Pelagianorum *cap.* xii. *num.* 34. *pag.* 124. *to. ejuſd. opp.* x. plane liquet.

5 Baſilii, & Johannis Chryſoſtomi teſtimoniis abutebantur Pelagiani, ut ex *lib. Auguſtini* 1. *contra Julianum cap.* v. *num.* 17. *pag.* 333 & *cap.* vi. *n.* 21. *pag.* 335. conſtat. Atque quemadmodum illi eorum duorum Patrum, ita nunc Cadoniciani teſtimoniis Auguſtini, Hilarii, atque Chryſoſtomi abutuntur.

6 Adverſariorum item hoc axioma eſt. Vide *pag.* 45. 46. *hujuſce operis*.

ut vultis, interpretari liceat; mihi non liceat [1]. Quod dicitis, ita, ut a vobis creditur, credidiſſe, & credere univerſam Eccleſiam, inane eſt [2]. Nam ſic habetote: Principio *hodiernam* Eccleſiæ doctrinam nonniſi in definitis verſari rebus [3]. Cum autem nihil hac de re Eccleſia definierit, neque proinde, quæ ſit ejus hac de re *hodierna* doctrina, conſtet; quid illa ubique terrarum doceat, non æque curo. Non enim ſatis mihi eſt, quid illa doceat. Adeundos namque mihi præterea eſſe intelligo puriſſimos Scripturarum, Traditioniſque fontes [4]. Adii, cognovi, animadverti, tale quidpiam hauriri ex fontibus iiſdem Scripturæ, Traditioniſque non poſſe. Quoties dicendum eſt vobis? Libera eſt mihi idipſum faciundi poteſtas ante judicium, definitionemque Eccleſiæ. Deinde quo vos demum modo efficietis, credidiſſe, credereque Eccleſiam, veſtrum iſtuc dogma non quæſtionis eſſe, ſed fidei? Quiſnam majorum ad fidem id pertinere dixit [5]? Probant id quidem permulti, ſat ſcio; ſed rem eſſe fidei nuſquam ſcripſerunt. Quemadmodum autem vos dogma fidei conſtituetis, quod Patrum nemo in dogmatibus fidei numeraverit? Quod ſi pars nunc maxima populi Chriſtiani, uti vos prædicatis, credit, erit id certe populare [6], non divinitus datum, neque doctis fortaſſe probandum

1 Ita adverſarii gloriantur, ſe interpretatos aliter, atque Orthodoxi plerique omnes velint, teſtimonia Scripturarum, de qua re poſt videro. Hoc idem faciebant Pelagii aſſeclæ, inimici, atque hoſtes acerrimi Auguſtini. Confer Auguſtini *ejuſdem lib.* IV. *contra* 2. *epiſt. Pelagianor. cap.* II. *ſeqq. tomo eod. pag.* 107. *ſeqq. & lib.* II. *op. Imperf. contra Julian. c.* XIII. *ſeq. p.* 719. *ſeq tom. eod.*

2 Sic enim adverſarii noſtri ſtatuunt. Vide ſupr. *pag.* 115. *ſeq* hujuſce operis.

3 Eſt hoc perinde adverſariorum axioma. Confer quæ ſcripſi *ibid. pag.* 114.

4 Vide quæ ſcripſi *ibid. pag.* 114. *ſeqq.*

5 Sic enim nobiſcum ſtudioſi partium Cadonicianarum agunt. Nam cum eis conſenſum objicimus conſtantem Theologorum, tum hoc nobis reſpondent: Theologos in dogmatibus religionis ponendum non dicere, quod eſt de ſanctis V. Teſtamenti ante Chriſtum minime beatis aſpectu Dei. Confer Epiſtolam Feltrii, ſeu potius incerti Auctoris V. *pag.* 40. *edit. Veneta an.* 1763.

6 Ita quidem Julianus Pelagianus ajebat, apud Auguſtinum *lib.* II. *Operis Imperfecti contra Julianum cap.* II. *pag.* 716. » Verum, *inquit*, quia rerum magna eſt confuſio, & ſtolidorum maxima multitudo, eripiuntur Eccleſiæ gubernacula rationis, ut erecto cornu, veliſicet dogma populare ». Fuit, qui noſtrum

bandum dogma. Hæc ſi Cæleſtius Epiſcopis Carthagine congregatis objeciſſet, quodnam ab his, quodque deinceps ab Auguſtino reſponſum referre potuiſſet? Nullum quidem certe, ſi modo ſtudioſis partium Cadonicianarum auſcultemus, quorum ea eſt doctrina omnis, atque præceptio, Nihiloſecius Auguſtinus, invitis Cadonicianis, ad Eccleſiarum omnium conſenſum, inſtitutionemque [1] confugit, eumque, qui contra ſtatuere fuiſſet auſus, in numerum rejecit novatorum.

At Auguſtinus, tum fuiſſe cauſſam Pelagianorum finitam [2] dixit, cum ab Innocentio I. P. M. eorum hæreſis condemnata eſt. Jam hoc dici nunc ab Cadonicianis nequit. Nam in eorum ſcriptis, quæ hactenus legerim, nullam video fuiſſe definitionum Apoſtolicæ Sedis mentionem factam. Sed non pudet eos, qui Au-

 guſtini

noſtrum etiam commune dogma de Patriarchis Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem non adhuc beatis viſione Dei, *populare* eſſe nobis objiceret. Huic autem reſpondendum duximus, ut reſponſum Juliano Pelagiano fuit ab Auguſtino: *ibid. pag.* 716. 717. *tom.* x. *opp.* » Si hoc, quod aſſerimus, dogma » populare eſt, non eſt ergo dogma Manichæorum » (*meminerit Lector, dici ab Cadonico, adverſus Manichæos, & Pelagianos ſententiam oppoſitam noſtræ in facie Eccleſiæ fuiſſe ab Auguſtino defenſam. Vide ſupra pag.* 107. *not.* 1.) » non » eſt ergo dogma Manichæorum hoc, quod in populis Chriſtianis .... op» pugnas. Manichæorum quippe dementiam in paucis merito contemnis: ſed » habes & tu, qua nomine Manichæorum eos populos, quos Judices re» fugis, reddere nobis conaris infeſtos; quaſi poſſint populi tua loquacitate » decepti Manichæum dicere Ambroſium, Manichæum dicere Cyprianum » (*quam autem nobis præſidio ſint Ambroſius, & Cyprianus, alio loco demonſtrabitur*) » qui propter ſalutem etiam parvulorum docuerunt eſſe peccatum ori» ginale » (*addam equidem*, qui, liberandorum ſanctorum Veteris Teſtamenti cauſſa, Chriſtum ad inferos deſcendiſſe teſtati ſunt) » Tales autem populos » non fecit, ſed invenit Ambroſius; non fecit, ſed invenit etiam Cypria» nus ... Compeſcite vos, FATEMUR dogma noſtrum eſſe populare, quia » populus ejus ſumus, qui propterea eſt appellatus Jeſus, quia ſalvum fecit » populum ſuum a peccatis eorum ».

1 Ad conſenſum plurimorum confugit Auguſtinus, dum *ibid. cap.* III. *p.*717. Pelagianos alloquens; » Nolite ergo, *inquit*, de paucitate gloriari, &, quod » eſt vanius, dicere, quod pluribus placeat dogma noſtrum, & objicere no» bis deteſtabilium dogma paucorum: *Et cap.* IV. Quomodo ergo, *inquit*, » id, quod defendo, multitudini placet, NISI QUIA MULTITUDO ISTA » CATHOLICA EST, cui merito veſtra hæreſis diſplicet »? Sed de conſenſione populorum, atque gentium Chriſtianarum indice traditionis ſatis eſt ſupra demonſtratum ex Auguſtini ſententia, demonſtrabiturque poſthac etiam diligentius.

2 Confer Auguſtini ſermonem CXXXI. *al.* II. *de Verbis Apoſtoli cap.* X. *Operum pag.*449. *edit. Antuerp. an.*1700. *tom.*V. Habitus is ſermo fuit *Carthagine* IX. *Kal. Octob. an.* 417, quo quidem anno miſſa ab Innocentio I. Pont. Max. reſcripta ad Carthaginienſem, ac Milevitanam Synodos fuerant.

guſtini ſe diſcipulos, ſectatoreſque glorientur eſſe, ſic Auguſtini doctrinam pervertere, ut quas ille Pelagianorum ſententias (etiam ante ſcriptas ab Innocentio epiſtolas) tam clare, tamque diſtincte impietatis, atque hæreſeos accuſarit; eas nunc ii, ante Sedis Apoſtolicæ definitionem, in hæreſibus fuiſſe numerandas, negent? Atque Auguſtinus definitione opus non fuiſſe ait, ut cognoſci poſſet tam patens [1], quam error erat Cæleſtianorum, tam-

que

1 Auguſtinus enim ideo opus non fuiſſe, ait, Synodi congregatione, ut Pela-
gianum dogma damnaretur, quod *aperta pernicies* error idem eſſet. Vide *lib* IV.
contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap. XII. *pag.* 324. *tom.* X. *opp. edit. ejuſd.*
Quin etiam Juliano examen Synodale memoranti, ſcribentique: » miſeran-
» tes Eccleſiarum ruinas, *ad virorum prudentia illuſtrium provocamus* examen,
» ut non quid dicatur, ſed quid conſequenter dicatur appareat: ſi enim ſub
» tali concilio diſceptaretur, tibi utique » (Auguſtine) » non liceret, aut
» quod negaveras inferre, aut quod affirmaveras, denegare »; reſpondit S. Do-
ctor: tantum abfuiſſe, ut examine ullo, definitioneve eſſet ad hæreſim Pelagia-
nam condemnandam opus, ut (Vide *cap.* XXXVII. *lib.* II. *operis Imperfecti contra*
Julian. pag 721.) ſatis eſſet conſenſio Paſtorum Eccleſiæ, qui ante ſe, & quo ipſe
vivebat tempore, floruiſſent, ad dogma Eccleſiæ confirendum, reprobandam-
que hæreſim. » Quid adhuc, *inquit*, calumniaris, conviciaris, tergiverſaris?
» Si in Concilio, cujus videris deſiderare judicium, ſederent Cyprianus, Hila-
» tius, Ambroſius, Gregorius, Baſilius, Johannes Conſtantinopolitanus, ut
» alios taceam, numquid doctiores, prudentiores, veraciores judices quærere
» auderes? Ipſi contra dogmata veſtra clamant, ipſi ſcriptis ſuis veſtra ſcri-
» pra condemnant. Quid quæris amplius? Hoc jam in primo, & ſecundo
» librorum meorum ſatis docui, quos contra tuos quatuor, ego ſex edidi ».
Atque in eorum, quos hic nominat, *librorum* I. *cap* III. *ſeqq. pag.* 329. *ſeqq.*
tom. ejuſd ut evincat perſpicue palam eſſe, quam ad fidem pertineat dogma
catholicum de Originali peccato, poſt ubi teſtimonia aut memoravit, aut in-
dicavit Irenæi Lugdunenſis, Cypriani Carthaginienſis, Felicis Auguſtodunen-
ſis, Olympii Hiſpani, Hilarii Pictavienſis, Ambroſii Mediolanenſis: » *Pela-*
» *gianam*, inquit, *cap.* IV. *num.* 12. *pag.* 331. linguam tot linguis catholicis
» deprime, tot venerandis oribus proterva ora ſubmitte... Qua confidentia
» id audebis dicere (*non eſſe originale peccatum*) quod (*eſſe*) iſti confeſſi, atque
» profeſſi ſunt, QUOD IN CHRISTI ECCLESIA SUORUM RUDIMEN-
» TORUM TEMPORE DIDICERUNT » (*animadverte quanta vis argumento*
inſit ex iis deſumto, quæ didicimus in Eccleſia tempore NOSTRORUM *rudi-*
mentorum, nempe cum nos inſtitutores noſtri catechiſmum docerent) » quod
» Chriſti Eccleſiam ſuorum honorum tempore docuerunt?... An ideo con-
» temnendos putas, quia occidentalis Eccleſiæ ſunt omnes, nec ullus eſt in
» eis a nobis commemoratus orientis Epiſcopus?... Puto tibi eam partem
» orbis SUFFICERE DEBERE, in qua primum Apoſtolorum ſuorum voluit
» Dominus glorioſiſſimo martyrio coronare ». *Et num.* 14. *cap. eod. pag* 332.
» Non eſt ergo, cur provoces ad Orientis antiſtites, quia & ipſi utique Chri-
» ſtiani ſunt, & utriuſque Orbis terrarum fides iſta una eſt, quia & fides
» iſta Chriſtiana eſt: & te certe occidentalis terra generavit, occidentalis re-
» generavit Eccleſia ». Viden' ut conſenſione Eccleſiarum tam patere doctri-
nam fidei demonſtret, ut non ſit Concilii definitione opus, atque tam eam
errare non poſſe, cum ſparſa ubique ſit, quam errare nequit, cum ſit in Syno-
dum congregata? Abeat modo ille, cujus ſupra memini, Theologus, objiciatque

Auguſti-

que manifeſta impietas. Quod ſi opus fuiſſet, nonne ſatis hæ litteræ Innocentii fuiſſent? Cur igitur damnatas ab Zoſimo Innocentii ſucceſſore Cæleſtii impietates [1] Augu-

Auguſtioo: paſtores illos Eccleſiarum, qui aote ipſum vixiſſent, non admodum rem expeodiſſe; quod ſparſa Eccleſia res non expeodat, expendat congregata. Pergit Auguſtinus, atque eodem Theologo invito: » Quid quæris, *inquit*, » (*Eccleſiæ Occidentali*) inferre, quod io ea uoo inveniſti, quando in ejus » membra veniſti? Immo qnid ei quæris anferre, quod in ea tu quoque ac» cepiſti?... Numquid Manichæa fuit, quando iſto modo te peperit »? At ſi non tam eſt falli neſcia ſparſa Eccleſia, quam congregata, quid impediebat, quin Julianus Auguſtino reſpondere potuiſſet, erraſſe eam, quia congregata non fuerat, aut ſaltem, quia nullum judicium ea de re iostituerat, neque definierat quidquam? Id vero ſi fas ei fuiſſet reſpondere, annon argumentum Auguſtini non debilitaſſet modo, ſed funditus etiam evertiſſet? Deſcendit mox s. Doctor ad Græcos Epiſcopos oumerandos, ac nominatis *cap. v. ſeqq. pag.* 533. *ſeqq.* Gregorio Nazianzeno, Baſilioque Magno (cujus tameo teſtimoniis abutebantur Pelagiani, ut nunc Cadoniciani abutuntur Auguſtini locis) ad quatuordecim Epiſcopos venit, qui ad Synodom Dioſpolitanam concurrerant. Fuerat ea Syoodus Provincialis an. 415. coacta, biennio nempe ante quam ad Africanos Innocentius Pont. Max. ſcripſiſſet. Provincialibus autem Synodis quam parum adverſarii tribuant, paulo ante vidimus. Ab his Epiſcopis reprobatum fuiſſe Pelagianum dogma, Auguſtinus ſcribit. Cur autem? Quia, ut iidem ipſi teſtati ſunt, *illud reprobat ſancta Dei Eccleſia. Apud Auguſt. lib. de Geſtis Pelagii cap.* XIX. *pag.* 145. Nec vero Pelagius auſus eſt quidquam contra dicere. Immo *ego*, inquit, *credo.... omnia ſecundum doctrinam ſanctæ catholicæ Eccleſiæ; ſi quis vero aliena ab hac ſapit, anathema ſit*. Atque eo ille nomine cenſuram effugit, quod, velut iidem Dioſpolitani Patres animadverterunt, *contraria Eccleſiæ fidei anathematizaret*. Quænam autem ea erat *Eccleſiæ fides*? Quæ Sẏnodus Œcumenica, quis Pontifex Maximus ad id tempus de iis dogmatibus judicium inſtituendum, ferendamque ſententiam putarat? Judicinm profecto ejus generis, definitionemve nuſquam reperies. Quemadmodum enim reperias, quod oeque tunc, neque omquam ante fuiſſe, conſtet? Non ergo judicio Eccleſiæ definitum quidquam ea de re fuerat. Quamobrem quæ eadem de re Eccleſiæ doctrina, & *fides* tunc erat, te quidem judice, tunc non pertinebat ad fidem. *Quod enim judicio Eccleſiæ definitum non eſt, ad fidem pertinere* inficiare. Veruoi Dioſpolitani Patres, ipſeque etiam Magnus Auguſtinus, eam eſſe credebant doctrinam fidei, iiſque, qui contra agere auderent, anathematis eſſe judicabant infligendam pœnam. Non ergo putabant, eſſe definitione opus. Fuit igitur Patrom illorum, ut etiam Auguſtini, ſententia repugnans tuæ. Scilicet elatus, quo ſtudio tute videris, at elatus certe, ſic demum temet implicaſti, ut in Auguſtinom, cui te ſubſidio veniſſe arbitrabare, imprudens arma converteris. Næ tu oovum in te ipſo oobis exhibuiſti defeoſorum, propugnatorumque genus, qui non advocandi contra hoſtem, ſed cavendi eſſe maxime videantur.

1 *S. Auguſtinus ſerm.* CXXXI. *al.* II. *de Verbis Apoſtoli cap.* X. *p.* 449. *to.* V. *opp.* » Jam, *inquit*, de hac cauſa duo Concilia miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam; inde etiam reſcripta veneruot. Cauſa finita eſt: utinam aliquando » finiatur error ». Is ſermo habitus an. 417. fuit, quo quidem anno miſſa, ut dixi, in Africam ab Innoc. I. reſcripta fuerant. Si autem cauſſa fioita fuerat, ut finita revera fuerat (*Auguſt. lib.* II. *contra duas Epiſt. Pelag cap.* III. *pag.* 287. *tom* X.) quid rurſum opus Zoſimi litteris fuiſſet, quæ ad Afros primum, deinde ad Orbis univerſi Epiſcopos ſcriberentur? Vide Auguſtinum *ep.* CXC. *al.* CLVII. *ad Optatum cap.* VI. *num.* 22. *pag.* 518. *tom.* II. *opp. edit. ejuſd.* & *epiſt.* CXCI. *al.* CIV. *ad Sixtum ibid. pag.* 540 & *epiſt.* CXCIV. *al.* CV. *ad eumdem cap.* I. *pag.* 544. *ſeq.* Scilicet certa erat orthodoxis omnibus fidei dogmatum veritas,

Digitized by Google

Auguſtinus dixit? An opus novis decretis ad dogma definiendum fuit? Verum cauſſa non dogmatis definiendi (quaſi non apud omnes certum, ratum, conſenſioneque Eccleſiarum ſtabilitum eſſet) ſed demonſtrandi, quam eſſet a dogmate orthodoxo aliena Pelagii circuitionibus verborum implicata ſententia, ſcriptæ primum litteræ ab Innocentio; deindeque [1] detectis Cæle-

veritas, quæ oppugnare aggreſſi fuerant Pelagiani, ut ex tot Auguſtini locis ſupra deſcriptis liquet. Eam tamen cum involvere Pelagiani ipſi conati eſſent, ac nonnullos implicare, & ſibi adjungere cœpiſſent; detegenda novorum hæreticorum calliditas; ſimplicesque, ut vel circumventi errorem agnoſcerent, vel ne incauti circumvenirentur, munendi; pravique dogmatis aſſertores reprimendi, damnandi, pellendique erant certa Sedis Apoſtolicæ, cui ſe aſſenſuros falſo promiſerant, auctoritate. Itaque ſi quibus incautis ſubortum dubium fuit, incautis inquam (nam ceteri in robuſtiſſima, ac firma manebant fide, in qua magis magiſque confirmati ſunt oraculis Apoſtolicæ Sedis eorum fidei reſpondentibus: Vide *Auguſt. epiſt.* cxc. *ad Optatum cap.* vi. *num.* 22. *pag.* 518. *& epiſt.* cxci. *ad Sixtum num.* 2. *pag.* 540. *&* cxciv. *cap.* 1. *pag.* 544. *ſeq. to.* II. *opp. edit. Antuerp. an* 1700.) id ſane dubium ſublatum litteris Pontificum (*Auguſtin. lib.* II. *contra duas Epiſtolas Pelagianor. cap.* III. *pag* 287. *to.* x.) *damnataque* Pelagiana per Innocentium, deindeque Cæleſtiana per Zoſimum *illa peſtilentia eſt manifeſtiſſimo Apoſtolicæ Sedis judicio: Auguſt. epiſt.* cxci. *num.* 2. *pag.* 540. Ac ſi alias in plures cauſſas permuſtas; in hanc maxime, aptiſſimeque cadit Tertulliani locus ille *adverſus Praxeam cap.* II. *pag.* 501. *edit. Venetæ ann.* 1744. » Hanc regulam, ab initio Evangelii decucurriſſe etiam ante priores quoſque hæreticos, nedum ante Praxeam heſternum, probabit tam ipſa poſteritas omnium hæreticorum, quam ipſa novellitas Praxeæ heſterni. Quo peræque adverſus univerſas hæreſes jam præjudicatum ſit; id eſſe verum, quodcumque primum; id eſſe adulterum, quodcumque poſterius: SED SALVA ISTA PRÆSCRIPTIONE, utique tamen PROPTER INSTRUCTIONEM, ET MUNITIONEM QUORUMDAM DANDUS EST ETIAM RETRACTATIBUS LOCUS, VEL NE VIDEATUR UNAQUÆQUE PERVERSITAS NON EXAMINATA, SED PRÆJUDICATA DAMNARI ».

[1] Judicio enim ab Innocentio inſtituto, Pelagiique operibus expenſis, atque diſcuſſis demonſtratum legitima, certaque auctoritate fuit, dogmati Catholico, quod conſtanter, firmiterque ubique gentium credebatur, ea opera repugnare, adeoque occultandos eos non eſſe, qui Pelagio eidem aſſentirentur, ſed redarguendos, ac ſi reſiſterent, accuſandos apud Epiſcopos &c. *S. Auguſt. ſerm.* cxxxi. *al.* II. *de Verb. Apoſt. cap.* x. *pag.* 449. *tom.* v. *opp.* Sed cum Cæleſtius probari ſibi Innocentii Epiſtolam diceret, proptereaque aliquibus Catholicus videri poſſet, curandum etiam Zoſimo fuit, non ut in dogma Catholicum inquireret, quod certe notum ubique gentium, exploratumque orthodoxis erat, (*cognitionem enim veritatis dogmatis novam* non inſtituit, ut eſt auctor Auguſtinus *lib* II. *contra duas Epiſtolas Pelagianor. cap.* III. *pag.* 187. *tom.* x.) ſed ut *manifeſtius* conſtaret, mens ne læva Cæleſtio eſſet; qua de re expectatæ fuerunt ex Africa litteræ, in *qua Provincia* Cæleſtii ipſius *calliditas evidentius innotuerat*. His litteris acceptis, quibus petebatur, ut vafer ille anathema iis, quæ prava in ſuo libro poſuerat, diceret, *ne ſi id non feciſſet, multi parum intelligentes magis in libello ejus illa fidei venena a Sede Apoſtolica crederent approbata*; his, inquam, litteris acceptis, cum Cæleſtii *præſentia poſceretur, ut certis, ac dilucidis reſponſionibus, vel aſtutia hominis*

Digitized by Google

Cæleſtii, Symmyſtarumque artibus, editæ contra hos aliæ ab Zoſimo fuerunt, ut ubicumque id luporum genus apparuiſſet, ab catholicis vitaretur. Quid? Si ne ii quidem, qui ad œcumenicam Synodum provocant, quique Auguſtino magiſtro, ut Cadonicus agit, falſo gloriantur, dogmata eſſe plura inficientur, quæ, quod clara, ac manifeſta ubique ſint, definitione non egeant [1]?

Sed redeo ad Auguſtinum. Is in eo libro, quem *de Agone Chriſtiano* ſcripſit [2], *audiendos* negat eos, *qui ſanctam Eccleſiam, quæ una catholica eſt, per orbem non eſſe diffuſam* putent: quive *diffuſam quidem olim fuiſſe per univerſum orbem* affirment, *ſed totam poſtea periiſſe*. Horum inde linguam s. Doctor *ſuperbam, nefariamque* appellat; ipſiſque hoc crimini vertit, quod non *audiant, quod dextrum eſt, idest Domini gloriam per catholicam Eccleſiam latiſſime pervagatam, ſed audiant ſiniſtrum humanæ inflationis errorem*. Denique eos vehementer objurgans, atque condemnans: *quis non miretur*, inquit, *eſſe aliquem, qui ſe Chriſtianum dici velit, & adverſus Chriſti gloriam tanta impietate rapiatur, ut audeat dicere, omnes populos gentium, qui modo adhuc accedunt Eccleſiæ Dei, & in Dei Filium feſtinanter cre-*

minis, vel correctio diluceſceret, & nulli ambigua remaneret, ſe ſubtraxit, & negavit examini Itaque Pelagius, Cæleſtiuſque *repetita auctoritate* damnati ſunt *ſervata* a Pontif. Max. *antiquiſſima, & robuſtiſſima fidei firmitate*. (*S. Auguſt. ibid.*) Qua quidem *diligentia paſtorali poſt factum de illis competens, ſufficienſque judicium*, poſtque nudatum errorem eorum, illud eſt conſequutum, *ut ubicumque ii lupi apparuiſſent, conterendi eſſent, ſive ut ſanarentur, atque mutarentur; ſive ut ab aliorum ſalute, atque integritate vitarentur*.

1 *Réponſe des ſix Evêques a Monſieur de Biſſy chap.* XII. *& ſuiv. Sur la néceſſité des Conciles Généraux*. Et *Catech. Hiſtorique, & Dogmatique ſur les Conteſtations qui diviſent maintenant l' Egliſe tom* II. *artic.* IV. *pag.* 270. *edit. Hagenſis an.* 1719 quo loco, poſteaquam homo de Appellantium quidem grege conſtituit, ut de Queſnelli doctrina cognoſci queat, opus eſſe œcumenicæ Synodi auctoritate „ ce, *inquit*, que au reſte ne regardant, que ces ſortes de diſputes, où la verité a beſoin d' être manifeſtée, NE PRESCRIT „ PAS LA NECESSITÉ DES CONCILES POUR DECIDER DES POINTS „ ABSOLUMENT CLAIRS, ET DONT LA VERITE EST MANIFESTE „. Mitto cetera generis ejuſdem Scriptorum loca, quorum ſane mihi ſunt permulta in promtu, quod nolim eſſe in re teſtata, nec vero neceſſaria nimius Age vero manifeſtæ eſſe qui poſſunt res fidei, quæ certe obſcuræ per ſeſe ſunt, niſi conſenſione omnium ubique orthodoxorum?

2 *Cap.* XXIX. *pag.* 189. *tom.* VI. *opp. edit. ejuſd.*

Digitized by Google

credunt, inaniter facere? Eccleſiam vero ubique per *orbem terrarum* eſſe diffuſam, quo demum judicio Eccleſiæ definitum erat? Quod ſi non erat, proindeque ad fidem non pertinebat, cur in eos, qui id negabant, tam acriter Auguſtinus eſt invectus, ut non modo eorum linguam *ſuperbam*, atque *nefariam* diceret; ſed accuſaret etiam, quod ſiniſtrum humanæ inflationis errorem probarent, impietateque adverſus Chriſti gloriam raperentur? An hæc dici in eos jure ab Auguſtino poterant, a quibus Auguſtinus nihil quidquam, quod doctrinam fidei læderet, dici arbitraretur? Quid autem eſt, niſi hoc alienum, ac perabſurdum eſt? Dici igitur quidpiam, Auguſtinus credebat, ab iis, quod fidei doctrinam læderet; etſi de ea doctrina nihil adhuc Eccleſiæ judicio definitum eſſet. Pertinere ergo aliquid ad doctrinam poteſt fidei, quod Eccleſiæ judicio definitum non fuerit. Quare, Auguſtini ſententia, falſum, alienumque a dogmate orthodoxo eſt, quod ſcripſiſti, *quod judicio Eccleſiæ definitum non ſit, ad fidem non pertinere*. Rurſum ubinam, & quo tempore definitum fuerat, id quod merito Auguſtinus in 1. de Peccatorum meritis, & remiſſione libro [1], aliiſque propemodum infinitis locis in dogmatibus Orthodoxæ religionis numerat, *gratiam Chriſti operatam fuiſſe in antiquis ſanctis, adeoque eos, antequam Chriſtus in carne veniret, ad ejus adjuvantem gratiam, non ad legis litteram, quæ jubere tantum, non adjuvare poterat, pertinuiſſe*?

Deinde a qua Synodo œcumenica definitum, aut etiam (ſi te auctoritas Apoſtolicæ Sedis movet) a quo Pontifice declaratum inſtituto judicio fuerat, *Pſal.* XV. *v.* 10. *non derelinques animam meam in inferno*, verſumque 2. *Capitis* XXIV. Actuum Apoſtolicorum: *ſolutis doloribus inferni, in quibus impoſſibile erat eum teneri*, intelligi de Chriſti deſcenſu ad inferos oportere, ut Auguſtino in ea,

1 *Cap.* IX. *pag.*6. *tom.* X. *opp.*

-in ea, qua maxime confidis, Epiſtola ad Evodium ſcribere licuerit, *neminem, niſi infidelem, negare poſſe, fuiſſe apud inferos Chriſtum*[1]? Sed prætermitto cetera Auguſtini loca, quæ tam multa ſunt, ut, ſi omnia perſequi numerando ſtatuerem, mea certe exitum reperire non poſſet oratio. Quod ſi quis plura volet, is conſulat Franciſcum Fevardentium in Adnotationibus ad III. ſancti Irenæi *Adverſus Hæreſes* librum[2].

Quid tu modo ad hæc tam multa adhibere reſponſi poteris? Ea ne ſolum, quæ ſemper Eccleſiam credidiſſe conſtet, ad fidem pertinere, iiſque eſſe tantummodo ſtandum dices; his autem, quæ nunc eadem ubique credat, ac doceat, non item? Cenſen' igitur fieri ullo modo poſſe, ut novi dogmatis quidquam nunc Eccleſia fingere, idque credere univerſa, ac docere queat, quod aut Scripturis, aut divinis traditionibus non contineatur? Quid autem eſt, niſi iſte error Donatianorum, novorumque Proteſtantium eſt? Nam ſi fingit Eccleſia dogma quodpiam, ſeu non dogma fidei dogmatis fidei habet loco; proponitve aliquid ad credendum ut dogma fidei, quod credendum ut fidei dogma non ſit, jam in re fidei erret neceſſe eſt. Errare autem in re fidei quî demum poterit, niſi una ſimul ipſa deficiat, pereatque? Defeciſſe vero, defecereve Eccleſiam poſſe, ecquis umquam ab hæreſi intactus dixit[3]?

Si igitur Eccleſia non modo perire, ſed intermitti etiam non poteſt (intermiſſa namque periret, ut ſapienter eſt ab Auguſtino[4], vereque animadverſum) intermitteretur autem, ac funditus periret, ſi non dogma fidei pro fidei dogmate aut credens ipſa, aut ſuis ad credendum proponens deciperetur, aut falleret; fit ſane ita, ut ea credere fálſi quidquam, ſeu non dogma fidei loco dogmatis fidei habere, adeoque ab Ec-

1 *Epiſt.* CXLIV. *al.* XCIX. *cap.* II. *pag.* 436. *tom.* II. *opp.*
2 *Cap.* III. *pag.* 261. *tom.* II, *opp. Iren. edit. Veneta an:* 1734.
3 Vide quæ ſcripſi *ſupra pag.* 151. *ſeq. not.* 2.
4 *Lib.* III. *contra Don. cap.* II, *pag.* 73. *tom.* IX.

cleſiæ temporum ſuperiorum doctrina, Apoſtolorumque traditione recedere non queat. Quare quidquid nunc univerſa ubique credit, docetque, id certe non eſſe recens ab aliquo excogitatum, ſed ex doctrina majorum, Apoſtolorumque traditionibus manaſſe confitendum eſt. Itaque Auguſtinus *epiſt.* LIV. *ad Januarium*, *al.* CXIII. *cap.* I. [1] illa, *quæ toto terrarum orbe ſervantur*, inquit, *dantur intelligi, vel ab ipſis Apoſtolis, vel plenariis Conciliis, quorum eſt in Eccleſia ſaluberrima auctoritas, commendata, atque ſtatuta retineri.* Quod ſi eſt ita de conſuetudinibus, diſciplinaque Eccleſiæ ſtatuendum, quanto eſt ſtatuendum magis, quod ubique Eccleſia ipſa credit, id ad nos ex Apoſtolis, qui a Chriſto inſtituti doctrina fuerant, permanaſſe? Nova enim dogmata condere nequit Eccleſia. Non enim proponere quidquam ad credendum poteſt, quod revelatum divinitus non ſit. Revelationes autem poſt Apoſtolos ei expectare de dogmate ullas novas non licet: quare quidquid novi de religione quiſquam proferat, id eſt in erroribus numerandum. Si ergo Eccleſia novi quidquam (hoc eſt non hauſti ex traditione, quam Apoſtoli a Chriſto acceperint) ad credendum proponeret, erraret. Errare autem, ut eſt demonſtratum, non poteſt. Quare quidquid ea credit, credendumque aliis proponit, ex traditione, quam Apoſtoli a Chriſto acceperunt, hauſerit neceſſe eſt. Atque Auguſtinus idem in *altero adverſus Creſconium Donatiſtam libro cap.* XXXIII. *pag.* 277. *tom.* IX. *opp.* de Eccleſiæ ipſius falli neſcia auctoritate agens: *Quamvis*, inquit, *hujus rei* (quæ eſt de hæreticorum Baptiſmo [2]) *certe de Scripturis canonicis non proferatur exemplum, earumdem tamen Scripturarum etiam in hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod univerſæ jam placuit Eccleſiæ,* quam

1 *Pag.* 93. *tom.* II. *opp.* Vide & *lib.* IV. *contra Donat. cap.* XXIV. *pag.* 94. *to.* IX. & *pag.* 176. *huj. vol.*
2 Vide quæ ſcripſi ſupra *pag.* 52. *ſeq. in not.*

Digitized by Google

quam ipſarum Scripturarum commendat auctoritas; ut quoniam ſancta Scriptura fallere non poteſt, quiſquis falli metuit hujus obſcuritate quaſtionis, eamdem Eccleſiam de illa conſulat, quam ſine ulla ambiguitate ſancta Scriptura demonſtrat. Scilicet hoc reſtat, ut nobis adverſarii Eccleſiam non quidem credentem, neque docentem, ſed ſolum definientem a s. Scripturis demonſtrari reſpondeant. Plura de Auguſtini hoc eodem in genere ſententia dicerem, niſi tam copioſe Wallemburgici fratres Præſules ſapientiſſimi, tam graviter, tamque vere adverſus Proteſtantes dixiſſent, ut cuique deinceps videantur præcluſiſſe diligentius dicendi viam [1].

Non minus perſpicua eadem de re ſunt Vincentii Lirinenſis in *Commonitorio*, nec ad inſtitutum noſtrum minus apte, minuſve accommodate comparata loca. Sed quoniam ab omnibus vulgo Theologis uſu fere quotidiano teri conſueverunt, prætermittenda ſunt nobis, ne actum agere velle videamur [2].

II. Ac de Patribus quidem hactenus. Nunc de Conſtitutionibus, Decretiſque Eccleſiæ dicam, quam breviſſime potero. Atque in his numerare ſymbola Synodorum Nicænæ, atque Conſtantinopolitanæ poſſem, in quibus ſit auctoritatis falli neſciæ Eccleſiæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ mentio. Nam ſymboli Nicæni hæc eſt omnino extrema ſententia: *Eos autem*,

1 *Tract.* II. *inſcripto: Methodus Auguſtiniana tom.* I. *opp. pag.* 15. *ſeqq. edit. Colon. ann.* 1670. *& tractat.* VI. *De Traditionib. ibid. pag.* 811. *ſeqq. & pag.* 815. *& pag.* 833.

2 Is poſteaquam *cap.* III. *pag.* 250. *tom.* VII. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. dixit: *Quid nunc faciet Chriſtianus catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſiæ particula ab Univerſalis fidei communione præciderit? Quid utique, niſi ut peſtifero, corruptoque membro ſanitatem univerſi corporis anteponat:* tum *cap.* II. rem exemplo confirmaturus: *Tempore Donati*, inquit, *a quo Donatiſtæ, cum ſeſe multa pars Africæ in erroris ſui furias præcipitaret, cumque immemor nominis, religionis, profeſſionis, unius hominis ſacrilegam temeritatem Eccleſiæ Chriſti præponeret, tunc quicumque per Africam conſtituti profano ſchiſmate deteſtata*, UNIVERSIS MUNDI ECCLESIIS ADSOCIATI SUNT, SOLI EX ILLIS OMNIBUS INTRA SACRARIA CATHOLICÆ FIDEI SALVI ESSE POTUERUNT: *egregiam profecto relinquentes poſteris formam, quemadmodum ſcilicet deinceps bono more*, UNIUS, AUT CERTE PAUCORUM VESANIÆ UNIVERSORUM SANITAS ANTEFERRETUR. Mitto cetera, quæ ſane eodem revolvuntur; ne longior ſim, quam initio conſtituerim.

Digitized by Google

tem, qui dicunt;erat tempus,quando Filius Dei *non erat &c. hos anathematizat Catholica , & Apoſtolica Eccleſia*. Quemadmodum enim id Patres ſymbolo adtexendum putaſſent , niſi Eccleſiæ *Catholicæ* , hoc eſt *Univerſæ* falli neſciam in re doctrinæ auctoritatem divinitus datam putaſſent ? Conſtantinopolitano vero ille idem, qui de Eccleſia in Apoſtolico ſymbolo eſt, articulus comprehenditur: *credo .... unam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam*. Qui ſane articulus , ut Patres, Theologique univerſi ſtatuunt, Eccleſiæ non modo unitatem , ſed etiam ubique gentium diffuſæ in credenda, proponendaque fidei doctrina *inerrantiam* , *infallibilitatemque* demonſtat . Adire cuique licebit ex veteribus, ut ceteros prætermittam, Alexandrum Alexandrinum [1] , & Cyrillum Hieroſolymitanum [2] Antiſtites, & e recentioribus Jacobum Benignum Boſſuetium Meldenſium Epiſcopum in eo, quem adverſus Proteſtantes de Expoſitione Doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ [3] publicavit, libro.

Videant

1 Confer quæ ſcripſi ſupra *pag.* 146. *not.* 5.

2 *Cathec.* XVIII. *num.* XXVI. *pag.* 297. *edit. Pariſ. an.* 1720. Vide etiam s. Auguſtinum ſerm. 1. de Symbolo ad Catechumenos *cap.* VI. *pag.* 404. *tom.* VI. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

3 *Expoſit. de la Doctrine de l' Egliſe Catholique num.* XIX. *tom.* I. *opp. edit. Veneta an.* 1730. quo loco » C' eſt, *inquit*, a cauſe de cette creance, qu' après » avoit dit dans le ſymbole, *je croit au ſaint Eſprit*, nous ajoutons inconn» tinent après, *la ſainte Egliſe Catholique* : par où nous nous obligeons à » reconnoître une VERITÈ INFAILLIBLE , ET PERPETUELLE DANS » L'EGLISE UNIVERSELLE, puiſque cette même Egliſe, que nous croions » dans tous les tems, CESSEROIT D' ETRE EGLISE, SI ELLE CESSOIT » D' ENSEIGNER LA VERITÈ REVELÈE DE DIEU . AINSI CEUX QUI » APPREHENDENT, QU' ELLE N' ABUSE DE SON POUVOIR POUR » ÈTABLIR LE MENSONGE , N' ONT PAS DE FOI EN CELUI PAR » QUI ELLE EST GOUVERNÈE ». Vide, quæ idem ſcribit in *Introduct. a la Conference avec Monſ. Claude ſur la matiere de l' Egliſe pag.* 139. *tom. eod.* Et *lib.* VII. *Hiſtoria Variat. num.* LXX. *pag.* 326. quo loco ſic ſtatuit : » Declarari poteſt non conciliorum œcumenicorum auctoritate ſolum, ſed aliis » etiam modis Eccleſiarum conſenſio . Teſtis hujuſce rei apud Cyprianum » eſt damnatio Novatiani ; teſtis ea, qua Paulus Samoſatenus pulſus e cœtu or» thodoxorum eſt, de quo ſcriptum (apud Alexandrum Alexandrinum Anti» ſtitem Epiſt. ad Alexandrum Conſtantinopolitanum) legimus : fuiſſe *Conci» lio, & judicio omnium Epiſcoporum mundi* damnatum, propterea quod om» nes Synodo habitæ Antiochiæ conſenſerant ; teſtes denique Pelagiani, toti» que aliæ ſectæ hæreticorum , quæ ſine œcumenica Synodo condemnatæ » fuerant auctoritate Papæ, omniumque Epiſcoporum conſenſu ».

Videant modo ſtudioſi partium Cadonicianarum, ſit ne eorum conſona propoſitioni Lutheri ab Leone X. damnatæ ſententia. Eſt autem hujuſmodi viceſima tertia Lutheri propoſitio: „ Si Papa cum ma„ gna parte Eccleſiæ ſic, vel ſic ſentiret, nec etiam „ erraret, adhuc non eſt peccatum, aut hæreſis con„ trarium ſentire, præſertim in re non neceſſaria ad „ ſalutem, donec fuerit per Concilium univerſale al„ terum reprobatum, alterum approbatum [1] „. Quid vero eſſe hoc poteſt Cadonicianæ opinioni ſimilius? Nam ſi, Cadonico auctore, tueri cuiquam eam ſententiam licet, quæ Synodi alicujus oecumenicæ auctoritate definita non ſit; eidem quis neget opinionem defendere licere, quæ etſi a Pontifice cum magna Eccleſiæ parte teneatur, non ſit tamen finita Decreto Oecumenicæ Synodi? Immo vero cum latius Cadonici opinio errore Lutheri pateat, non equidem intelligo, cur non pejor eodem errore judicanda ſit. Etenim quæ latiſſime patet, ea arctioribus finibus comprehenſam, minuſque late patentem continet, circumplectiturque ſententiam. Latius autem patet ejus ſententia qui (non æque curans repugnetne id, quod defendere inſtituerit, ſententiæ illi, quam Pontifex cum *magna Eccleſiæ parte teneat, an cum majore, an cum maxima, an cum tota*) generatim ſtatuat, fas ſibi eſſe tueri, quod ab Synodo oecumenica definitum non ſit; hujus inquam latius patet opinio, quam pateat ejus, qui *hæreſim* neget eſſe, aut *peccatum lethale contrarium* ei ſententiæ *tenere, de qua Pontifex cum magna parte Eccleſiæ ſic, & ſic ſentiat*. Eſt autem hic poſterior damnatus ab Leone Pontifice Lutheri error: prior vero, eaque latius, ut dixi, patens opinio, eodem atque opinio Cadonici, ut eſt ſupra demonſtratum, revolvitur. Ac de Cadonico quidem alias. De Feltrio autem, quid dicam, qui quod

1 *Tom. IX. Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *pag.* 1894.

quod *nullo judicio Eccleſiæ definitum ſit*, *ad fidem pertinere* negat? Nam ſi huic ſic ſtatuere licuit, cur non item licuit Luthero dicere, *non eſſe hæreſim contrarium tenere* ei rei, *de qua ſic*, *& ſic Pontifex cum magna Eccleſiæ parte ſentiat*? Non enim de rebus *Eccleſiæ judicio definitis* ea propoſitione Lutherus egit; cum de iis aperte loquutus ſit, de quibus Eccleſia quidquam, inſtituto judicio, non definierit; ſed de quibus ſolum Pontifex *ſic*, *& ſic* cum parte Eccleſiæ magna, non *majore*, non *maxima*, non *tota*, *ſentiat*. Contra Feltrius generatim, quod *Eccleſiæ judicio definitum non ſit*, *ad fidem pertinere* inficiatur, quæ ſane tam late patens ſententia ex rerum ad fidem pertinentium numero excludit quidquid judicio Eccleſiæ finitum non ſit, ideoque quidquid non a Pontifice modo, ſed etiam a magna, a majore, a maxima, a tota Eccleſia teneatur. Nam hoc quidquid eſt, modo *definitum Eccleſiæ judicio non ſit*, Feltrio teſte, *ad fidem non pertinebit*. Non licuit autem Luthero propoſitionem illam tueri. Multo igitur minus hanc poſtremam licebit tueri Feltrio. Longe etiam gravius lapſus mihi videtur is, ſi Deo placet, Theologus, de quo ſupra demonſtratum eſt [1]: qui, niſi quod determinate, diſtincte, clare ab Eccleſia tota definitum ſit, ad hodiernam Eccleſiæ doctrinam ſpectare pernegat. Quare ſi quid Eccleſia doceat non eo definitum pacto, id tam ad fidem non pertinere dicit, ut non modo a privatis quibuſque diſcuti debeat (ſi dignoſcere verum ne ſit, an falſum velint) ſed etiam ſine erroris nota negari, ac refelli queat. Niſi enim hoc pejus propoſitione illa Lutheri ſit, quid ſit, ne ſuſpicari quidem poſſum.

III. Jam dubium nullum eſt, quin Theologorum adverſus hæreticos diſputantium commune id dogma ſemper fuerit, ut Eccleſiam aliquid ubique terrarum de religione docentem, ſenſumque articulorum ſymboli

1 *Pag.* 115. *ſeqq.*

boli determinantem, ſeu interpretantem falli, ac fallere nequire ſtatuerent. Longum eſt omnes commemorare. Iis modo contentus ero, qui ſeculo Eccleſiæ XI. deincepſque ſingulari doctrinæ laude floruerunt. Atque ab iis quidem, qui Berengario, adeſſe in Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum neganti, reſtiterunt, eo maxime nomine hæreſeos eſt inuſta ei novatori nota, quod contra ſententiam agere fuiſſet auſus, quæ Eccleſiarum conſenſione conſtaret. Hugo Lingonum in Gallia Epiſcopus adverſus Berengarium ſcribens: *Univerſalem*, inquit, *Eccleſiam ſcandalizas* [1]. Durandus Abbas Troarnenſis Berengarium ipſum refellens, accuſanſque hæreſeos in eo, quem de corpore, & ſanguine *Domini* edidit, libro [2]: „ Abſit, *inquit*, ut tam „ perverſis, & a veritate ipſa tantum averſis pari „ jungamur perfidia, atque ..... minus aliquid fa-„ teamur, QUAM CATHOLICA PER UNIVERSUM ORBEM „ PRÆDICAT ECCLESIA „. Quo etiam pertinent, quæ Adelmanus Epiſcopus Brixienſis ad eumdem Berengarium nondum a Synodis quibuſdam damnatum ſcribit [3]. Atque Synodi quidem illæ, quæ habitæ poſt fuerunt, non Oecumenicæ, ſed aut *Provinciales*, aut ſummum *Regionales* fuerunt. Guitmundus autem is, qui ſeculo eodem XI. Averſanæ Eccleſiæ Epiſcopatum geſſit, & in Cardinalium S. R. E. collegium a Gregorio VII. Pont. Max. cooptatus eſt, *in* III. *de Euchariſtiæ Veritate libro* [4]: „ Hactenus, *inquit*, oratio „ ea, quibus adverſarius, & ſecundum rationes, & „ ſe-

1 *Tractat. de Corp. & Sang. Chriſti adverſus Berengarium tam.* XVIII. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 417. Idem *pag.* 418. errorem a Berengario contra fidem pugnante defendi, ait.

2 *Parte* II. *ejus lib. to.* XVIII. *Bibl. PP. edit. ejuſd. pag.* 421. *& P.* IX. *pag.* 417.

3 *Tom. eod. pag* 438. » Avertat Dominus, *inquit*, a te ſancte Frater ſemitas » tales, & convertat pedes tuos in teſtimonia ſua, & men'aces oſtendat, » qui famam tuam tam fœda labe maculare nituntur, ſpargentes uſquequa- » que, ut non ſolum latinas, verum etiam Teutonicas aures, inter quas » diu peregrinor, repleverint, quaſi te ab unitate s. Matris Eccleſiæ diveſ- » lens, & de corpore, & ſanguine Domini... aliter quam fides catholica » ſentire videaris ».

4 *Tom. eod. pag.* 458.

„ ſecundum Scripturas, contra Eccleſiam nitebatur, „ argumenta diſſolvit. Quocirca hoſtium machinis, „ Deo auxiliante, copioſe fruſtratis, etiamſi nihil „ amplius adderemus, ſola tibi catholicæ fidei ſuffi- „ cere generalis conſuetudo deberet „. Idem non multo poſt, quam dixit: *Berengarianam plebeculam non quatuor principalia regna, ſed nec unum ſolum regnum aliquo umquam tempore obtinuiſſe*, tum [1] „ ſi vobis, *inquit*, *Berengariani*, Beatus Auguſtinus, ita ut ſolet, clariſſimus eſt, judicium ejus ſequimini. Credite de corpore, & ſanguine Domini, QUOD MUNDUS CREDIT, & ſic credite, ſicut mundus credidit. Si enim aliud, aut idipſum aliter creditis, dicit vobis Auguſtinus veſter (immo *noſter*) quod gravem Deo injuriam facitis, quia creditis de Chriſto „ aliter, quam ſicut mundus credidit, quem crediturum eſſe Deus prædixit, laudavit, promiſit, oſtendit. Quod ſi fidem mundi Deus laudavit, veſtra utique figmenta reprobavit. Non enim eſt, „ niſi una fides laudabilis apud Deum: unde & vobis jure obveniet, quod idem s. Auguſtinus in ultimo de Civitate Dei dicit his verbis: *ſi rem credibilem crediderunt, videmus quam ſint ſtolidi, qui non credunt: ſi autem res incredibilis eſt, unde toto terrarum orbe jam credita eſt?* Quocirca B. Auguſtini „ judicio vos ſtolidi eſtis, qui de corpore Chriſti, „ quod in toto terrarum orbe creditur, credere recuſatis. Item B. Auguſtinus in IV. libro de Baptiſmo contra Donatiſtas (*cap.* 24.) *Quod univerſa*, inquit, *tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſſime creditur*. Item in VII. ejuſdem libro: „ *Id autem*, ait, *fiducia ſecura vocis poſſumus aſſerere, quod in gubernatione Domini Dei noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti Univerſalis Eccleſiæ conſenſione roboratum*

1 *Ibid. pag.* 461. *ſeqq.*

„ *ratum eſt* . Quapropter fides , quam de corpore , „ & ſanguine Domini Eccleſia univerſa tenuit , mul- „ tis inſuper Conciliis generalibus (*generalia vocat* , „ *etſi non erant Oecumenica*) roboravit , ex Apoſtolica „ auctoritate tradita rectiſſime creditur . Nam ſi il- „ lud , quod ſemper Eccleſia tenuit , NULLIS MU- „ NITUM CONCILIIS , APOSTOLICUM EST ; quanto magis „ illud , quod & ſemper tenuit , & multis eſt , ut „ dixi , Conciliis generalibus confirmatum , ex Apo- „ ſtolica auctoritate traditum eſſe credendum eſt ? . . „ Non ſunt (Berengariani) defenſores veræ fidei , nec „ filii , ſed adverſarii Chriſti Eccleſiæ . Porro autem „ ſi iſti ſunt Eccleſia Chriſti , aut a Chriſto Eccleſia „ non cœpit , aut aliquo poſt tempore eſſe deſiit . „ Notiſſimum namque eſt hoc tempore , priuſquam „ Berengarius inſaniſſet , hujuſmodi veſanias num- „ quam fuiſſe , Sed ex tempore Chriſti , Eccleſia in „ Apoſtolis , & Apoſtolorum diſcipulis fuit , ſed ne- „ que poſtea umquam defuit . . . Cedant univerſa ec- „ cleſiaſticæ fidei . Illa enim non eſt recens , illa non „ eſt hujus , aut illius hominis , ſed totius orbis . Illa „ ſola rationabilis , ſola vera , ſola rata , uſquequa- „ que munita „ . Eodemque recidunt , quæ ſcribunt Lanfrancus Cantuarienſis [1], & Anonymus Scriptor Opu-

ſculi

[1] In *cap.* 2. *libri adverſus Berengarium tom. eod. Biblioth. PP. pag.* 763. Berengarium ipſum alloquens : » Cooperante , *inquit* , Spiritu , qui ubi vult ſpi- » rat , evenire e duobus alterutrum (oportet) videlicet , ut tu ipſe depoſito » ſuperbiæ faſtu , quo plenus contra orbem terrarum ſentire cœpiſti , aucto- » ritati totius Eccleſiæ , rectiſque ſanctarum Scripturarum Expoſitionibus ac- » quieſceres &c. » Et *pag.* 764. » Contra catholicam veritatem , contra om- » nium Eccleſiarum opinionem ſcriptum poſtea condidiſti » . Idem Lanfran- cus *cap.* IV *pag.* 765. demonſtrat , ante etiam , quam Leo IX. Pont. Max. quid- quam hac de re definiſſet , ab Orthodoxis habitam fuiſſe Berengarii ſenten- tiam ut religioni Catholicæ repugnantem , propterea quod *uſitatiſſima Eccle- ſiæ fidei* adverſaretur : *pag.* 765. » Tempore s Leonis Papæ , *inquit* , delata eſt » hæreſis tua (*Berengari*) ad Apoſtolicam Sedem . Qui cum Synodo præſide- » ret , ac reſideret ſecum non parva multitudo Epiſcoporum , Abbatum &c. » juſſum eſt in omnium audientia recitari , quas mihi . . . litteras tranſmiſi- » ſti . Portitor quippe earum legatus tuus , me in Normannia non reperto , » tradidit EAS QUIBUSDAM CLERICIS , QUAS CUM LEGISSENT , ET » CONTRA USITATISSIMAM ECCLESIÆ FIDEM ANIMADVERTISSENT , » ZELO

ſculi de *Damnatione multiplici Beringerii Hæreſiarchæ*, qui eodem, quo Berengarius vexavit Eccleſiam, ſeculo Chriſtiani nominis XI. claruit [1]. Neque vero hi ſolum, ceterique omnes, qui ſeculo ipſo XI. adverſus Berengarium, ejuſque diſcipulos, ac ſectatores ſcripſerunt, ſed qui etiam deinceps floruerunt, quique hoc tempore florent Theologi, tantum conſenſioni Eccleſiæ in religionis, ac morum cauſſa, in primiſque in Articulorum ſymboli ſenſu determinando, interpretandove tribuerunt, ac tribuunt, ut contra ſentire, ſine ſum-

» ZELO DEI ACCENSI. QUIBUSDAM AD LEGENDUM EAS PORREXE-
» RUNT, PLURIMIS EARUM SENTENTIAS VERBIS EXPOSUERUNT.
» Itaque factum eſt, ut NON DETERIOR DE TE, QUAM DE ME FUE-
» RIT ORTA SUSPICIO, ad quem videlicet tales litteras deſtinaveris, pu-
» tantibus multis me fovere, ac favere, quæ a te dicerentur vel gratia,
» qua te diligerem; vel fide, qua revera ita eſſe non dubitanter tenerem
» .... Cum catholica Eccleſia dividatur in clericalem ordinem, atque laica-
» lem: clericalis vero ordo conſiſtat in Epiſcopis, ac reliquis Chriſti ſacer-
» dotibus, aliiſque diverſarum dignitatum Eccleſiaſticis perſonis, hos autem
» OMNES, PRÆTER PAUCISSIMOS ſchiſmaticos, HANC FIDEM TENE-
» RE MANIFESTISSIMUM SIT, rectius dixiſſes, erat Burgundus (Hum-
» bertus) IN SENTENTIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ, ſed non in mea (Be-
» rengariana) meorumque ſequacium, qui maluimus nos ab ea ſuperbe ſe-
» parare, ET CONTRA EAM ad noſtram perniciem ſchiſma facere, quam
» humiliter ... cum ea COMMUNEM FIDEM SALUBRITER RETINERE.
» Hoc revera dixiſſes, ſi amator veritatis, & ſervator juſtitiæ extitiſſes, ſi
„ abjecto inanis gloriæ appetitu peccata tua confiteri, quam tueri, maluiſ-
„ ſes „. Et *cap.* VIII. *pag.* 767. „ Membrum Eccleſiæ ab Eccleſia diſcrepare non
„ debuit. Confitetur Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa, panem, & vinum
„ ad ſacrandum proponi in altari &c. „ Et *cap.* XXII. *pag.* 776. „ Interroga
„ univerſos, qui latinæ linguæ, noſtrarumve litterarum notitiam percepe-
„ runt. Interroga Græcos, Armenos, ſeu cujuslibet nationis quoſcumque
„ Chriſtianos homines: uno ore hanc fidem ſe teſtantur habere. Porro ſi
„ univerſalis Eccleſiæ falſa exiſtit, aut numquam fuit catholica Eccleſia, aut
„ periit. Nihil namque efficacius ad interitum animarum, quam pernicio-
„ ſus error. Sed non fuiſſe, aut periiſſe Eccleſiam, Catholicus nemo con-
„ ſenſerit „. Et *cap.* XXIII. *pag.* 776. adlatis inde locis quibuſdam ſacrorum
Bibliorum demonſtrantibus Eccleſiæ veritatem: „ Adverſus tam clara, *inquit*,
„ ipſius Domini, & ſancti Spiritus ejus de Eccleſia, & de ſtatu Eccleſiæ te-
„ ſtimonia, objicis tu, & objiciunt, qui a te decepti alios decipere moliun-
„ tur. Itaque dicitis, prædicatum eſt Evangelium in omnibus gentibus, facta
„ eſt Eccleſia, crevit, fructificavit, ſed imperitia male intelligentium poſtea
„ erravit... Hanc ſacrilegam vanitatem evertit Evangelica veritas „.

[1] Anonymus *tomo eod. Biblioth. Patrum pag.* 816. ſcribit hoc modo: » Au-
„ guſtinus: *Id autem*, inquit, *ſententia vocis aſſerere ſecurum eſt*, *quod in*
„ *gubernatione Domini Dei noſtri*, *& Salvatoris Jeſu Chriſti univerſalis Ec-*
„ *cleſiæ conſenſione roboratum eſt*. Hoc utique quilibet ſimpliciter ſapiens, &
„ ſapienter ſimplex, dum fideliter attendit, cavillationes hæreticorum, quo-
„ rum ſermo ut cancer ſerpit, etiam audire contemnit, dum tantum ipſe
„ ſit ſecurus quid credere debeat, juxta ſanctorum Patrum atteſtationem,
„ ET UNIVERSALEM ECCLESIÆ CONSENSIONEM „.

Digitized by Google

ſummo ſcelere, erroriſque inſigni nota licere, ſtatuant, omnino nemini. Qua de re Scriptores nominare illuſtres poſſem prope innumerabiles, qui adverſus Catharos, & Waldenſes XII.[1] ſeculo, conſequentibuſque temporibus contra ſectas quaſque novas hæreticorum commentarios ediderunt.

Horum eſt princeps s. Thomas Aquinas ſec. XIII. Theologus ſane maximus, cujus doctrina ſummis omnium gentium Chriſtianarum, atque ordinum, Synodorum etiam, Sediſque Apoſtolicæ præconiis celebrata eſt[2]. Prætereo autem ceteros, qui aut eodem, aut inſequentibus ſeculis claruerunt, qui certe ſunt prope innumerabiles, quorumque tam fuit hac de re conſtans, tamque nota, & manifeſta ſententia, ut ſi eorum non dicam loca deſcribere, ſed nomina indicare vellem, nimium equidem multus eſſem. Quod ſi cavendum cuique eſt, ut ne quid umquam aut ſcribat, aut dicat nimis; quanto ei cavendum eſt magis, ne ſit inutiliter nimius? Itaque modum faciam, Epiſcoporumque ſolum judicia quædam, excellentiumque aliquot Scriptorum, quorum cum hæreticis noſtrorum temporum illuſtria fuere certamina, teſtimonia proferam, ex quibus quiſque intelliget, hanc eſſe orthodoxis quibuſque penitus inſitam religionem, & fidem, ut in re doctrinæ, quod conſenſu omnium catholicarum Eccleſiarum probatum, firmatumque ſit, id longe non ab errore ſolum, ſed a ſuſpicione etiam erroris diſtare, verumque omnino eſſe, exque traditione profectum, credant.

Synodus Provincialis Trevirenſis ann. 1549. habita[3]: „In Domino, *inquit*, obteſtamur omnes, & ſin„gulos clericos, & laicos nobis metropolitico jure „ſub-

1 Confer Monetam *lib.* V. *adv. Catharos*, *&* *Waldenſes cap.* III. *pag.* 412. *ſeqq. edit. Romana* Thomæ Auguſtini Ricchini S. P. Apoſtolici Magiſtri, ann. 1743.

2 Confer etiam s. Thomam 2. 2. *quæſt.* X. *art.* XII. *in c.* Et *Quodlibet.* II. *artic.* VII. *in c. &* *Quolib.* IX. *Art.* XVI.

3 *Num.* 1. *tom.* IX. *Concilior. edit. Hard. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 2141.

„ ſubjectos , ut tenaciter , & indivulſe adhæreant „ non ſolum his, quæ in divinorum eloquiorum canone expreſſa ſunt, verum etiam his, quæ Eccleſia ſancta Catholica habet , ET QUÆ OMNIUM ORTHODOXORUM CONSENSU PROBATA, ET RECEPTA SUNT, NEQUE ULLA RATIONE AUT PERSUASIONE A VERITATE FIDEI ECCLESIÆ , ET EVANGELII , QUOD ACCEPERUNT , ET IN QUO STANT , ET SALVANTUR OMNES GENTES, AVELLI SE PATIANTUR „.

Nam ut ſummi viri Marinius Ord. Præd. Archiepiſcopus Lancianenſis, Calinius Archiepiſcopus Jaderenſis, Foſcherarius Ord. Præd. Epiſcopus Mutinenſis, & Forerius Theologus Ord. Præd., qui in Tridentina Synodo, quantum doctrina, virtuteque valerent, oſtenderant, & quibus Catechiſmi Romani perſcribendi fuerat a Pio IV. P. M. rogatu Synodi Tridentinæ mandata cura, ut hi, inquam, ſummi Theologi animadverterunt [1]: „ Ex origine, quam (Eccleſia „ hoc eſt cœtus omnium fidelium [2]) revelata gratia „ ab Apoſtolis ducit, Eccleſiæ ipſius veritatem agnoſcimus. Siquidem ejus doctrina veritas eſt, non recens, neque nunc primum orta, ſed ab Apoſtolis „ jam olim tradita, & in omnem orbem terrarum „ diſſeminata. Ex quo fit, ut nemo dubitare poſſit, „ impias hæreticorum voces longe a veræ Eccleſiæ „ fide abeſſe, cum doctrinæ Eccleſiæ, quæ ab Apoſtolis ad hanc diem prædicata eſt, adverſentur. „ Quare ut omnes intelligerent, quænam eſſet Eccleſia catholica, Patres in ſymbolo illud divinitus „ addiderunt, *Apoſtolicam*. Etenim Spiritus ſanctus, „ qui Eccleſiæ præſidet, eam non per aliud genus „ miniſtrorum, quam per Apoſtolicum, gubernat. „ Qui Spiritus primum quidem Apoſtolis tributus eſt, „ deinde vero ſumma Dei benignitate in Eccleſia man„ſit.

1 *P.* 1. *Catech. Rom. cap.* x. *de* IX. *fidei art.* §. 17. *pag.* 137. *edit. Rom. an.* 1716.
2 *Ibid.* §. 5. *pag.* 127.

„ ſit . Sed quemadmodum hæc una Eccleſia errare „ non poteſt in fidei , ac morum diſciplina tradenda , cum a Spiritu ſancto gubernetur ; ita ceteras „ omnes , quæ ſibi Eccleſiæ nomen arrogant , ut quæ „ diaboli ſpiritu ducantur , in doctrinæ , & morum „ pernicioſiſſimis erroribus verſari neceſſe eſt „ .

Qua quidem ex re plane eſt conſequens , illud , quod conſenſione orthodoxorum receptum , probatumque ſit, ex Apoſtolorum (qui a Chriſto doctrinam acceperant) traditione manare , eſſeque ei propterea indivulſe , ac firmiter *adhærendum* . Eſt enim cœtus orthodoxorum Eccleſia . Eccleſiæ vero Spiritus ſanctus præſidet , efficitque , ne in doctrina religionis , morumque diſciplina retinenda , tradendaque erret . Erraret autem ſi ab Apoſtolorum doctrina deficeret . Spiritu igitur ſancto regitur , ut ne ab inſtitutione deſciſcat , doctrinaque Apoſtolorum . Quare quod conſenſione orthodoxorum omnium probatum eſt, idem eſt ex Apoſtolorum inſtitutione , doctrinaque profectum . Eſt vero doctrinæ Apoſtolorum indivulſe , ac firmiter adhærendum . Indivulſe igitur , ac firmiter iis , quæ conſenſione orthodoxorum omnium probantur , adhærendum eſt. Niſi vero ea doctrina , atque inſtitutio ab Eccleſia traderetur , exiſtere numquam potuiſſet omnium orthodoxorum gentium variarum , morumque diſſimilium in re eadem tanta conſenſio . At quod ab Eccleſia in re fidei , morumque traditur , ex Apoſtolorum doctrina manavit , eſtque proinde ab erroris cujuſque labe immune , ac liberum . Non ergo ab eo vel latum , ut ajunt , unguem , recedere cuiquam licet . Itaque ne ab eo quidem , quod conſenſione omnium orthodoxorum firmatum ſit . Quapropter ſapienter eſt a Patribus Trevirenſis Provincialis concilii conſtitutum, eſſe cuique doctrinæ, quæ conſenſu orthodoxorum omnium probata ſit, indivulſe, ac firmiter adhærendum.

dum. Quid vero illud eſt, ab Eccleſia de doctrina fidei quidpiam, deque morum diſciplina tradi? An *definiri*? Non ergo tradet quidquam docendo Eccleſia? Quæ igitur Apoſtoli, quæ majores noſtri ab Apoſtolis accepta docuerunt Chriſtianam plebem, ea quidem certe excludentur e numero ab Eccleſia *traditarum* rerum. Quo quid fingi poteſt obtuſius, quidque alienius a communi ſenſu?

In conventu Thorunienſi anno 1645. [1] componendorum diſſidiorum de religione cauſſa, celebrato, ſeſſ. x. ad ſecundum Johannis Hulſemanni, reliquorumque Auguſtanæ ſectæ Proteſtantium dubium Catholici Epiſcopi, doctoreſque ceteri orthodoxi ſic eſſe omnino reſpondendum judicarunt: „Immerito di-
„ cunt Domini Auguſtani, ſe acceptare id, quod a
„ nobis oblatum non eſt..... Quod ſi jam petunt,
„ quænam ſint illa dogmata, quæ quamvis in Con-
„ ciliis definita non ſint, admittuntur tamen a Ca-
„ tholicis tamquam dogmata fidei? Reſpondemus, ei
„ nos difficultati occurrere voluiſſe, cum alterum li-
„ quidationis medium porrigeremus, NEMPE CONSEN-
„ SUM ECCLESIÆ PRÆSENTIS: ID EST CONSENSUM OM-
„ NIUM PASTORUM, ET DOCTORUM EXISTENTIUM IN
„ ECCLESIA „. Et *ſeſſ.* XV. *ad §. ultimum*. „Totus hic
„ *§. Auguſtanorum*, inquiunt, verſatur in impugnando
„ principio, quod obtuleramus, ſumto ex conſenſu
„ omnium Paſtorum, & Doctorum. Conantur enim
„ oſtendere Domini Collocutores (Auguſtani) incer-
„ tum eſſe, & inutile ad dogmata vere Catholica in-
„ daganda „. Videant adverſarii, idem ne modo ipſi conentur, atque tunc conabantur Auguſtani. Pergunt Thorunienſes Catholici; eumque conſenſum ſatis eſſe ad dog-

1 Vide *Acta Conventus Thorunienſis celebrati ann. 1645. menſe Septembri, Octobri, Novembri pro ineunda ratione componendorum diſſidiorum in religione per Regnum Poloniæ, impreſſa auctoritate, & mandato ſacræ Regiæ Majeſtatis ad exemplum, & fidem Regii Protocolli. Cum gratia, & privilegio ejuſdem S. R. M. ſpeciali Varſaviæ in officina Petri Elert S. R. M. Typographi an. 1646.*

ad dogmata religionis dignoſcenda, demonſtrant [1]. Nec vero ſecus Synodi ſive *Provinciales*, ſive *Diœceſanæ* ſtatuunt, a quibus eſt de Eccleſia inſtitutus ſermo [2]. Quo etiam ſpectant, quæ Canus Theologus gravis in primis, atque elegans, diſputat in IV. inſignis operis de Locis Theologicis libro [3]. Transferre huc equidem poſſem

1 *Ad conſenſum Catholicum*, inquiunt, *non opus eſt, ut conſentiant omnes mathematice, ſeu numerice, ſed ſufficit, quod conſentiant omnes moraliter: quod non noſtri tantum, ſed Auguſtani quoque Scriptores docent, & inter ſuos non infimi nominis Hornes de ſufficientia Scripturæ pag. 249. ubi approbat ſententiam Valentiæ his ipſi verbis* „ Per concordem, *inquit*, ſententiam Patrum non intelliguntur omnes mathematice, id eſt nullo excepto, ſed moraliter, ut omnes ii cenſeantur, quorum auctoritatis pondus tantum eſt, circumſtantiis omnibus conſideratis, pietatis, multitudinis &c. ut a prudentibus eorum ſolum ratio haberi debeat, neglectis ceteris, quaſi nihil ſint, ſi cum illis conferantur „. Et paulo poſt: *Vix fieri poteſt*, ajunt, *ut aliquis credens hanc determinatam Eccleſiam eſſe veram Chriſti Eccleſiam, velit diſſentire ab eadem Eccleſia. Poſito tamen caſu, ille formaliſſime eſſet hæreticus &c.* Confer *Idea colloquii caritativi cum Diſſidentibus Thorunii an 1645. indicti: cum Animadverſionibus in Johannem Hulſemannum Miniſtrum Vitembergenſem, & Defenſione ſatisfactionis ab illo in eodem colloquio caritativo requiſita, & ibidem exhibita: Auctore R. P. F. Hieronymo a s. Hyacintho Definitore Carmelitarum Diſcalceatorum Provinciæ Poloniæ, ac Concionatore Ordinario Eccleſiæ Cathedralis Cracovienſis: Cracoviæ an. 1646. controv. II. actione II. concl. 1. pag. 235. ſeqq. & 141. ſeqq.*

2 Confer, quæ dicam *num.* V. *hujuſce Paragraphi*.

3 *Lib.* IV. *locor. Theologicorum cap.* IV. *pag.* 119. *edit. Baſſan. ann.* 1746. & *concl.* 2. *pag.* 122. & *concl.* IV. *ibid.* quo loco „ Non ſolum, *inquit*, Eccleſia Univerſalis, ideſt collectio omnium fidelium hunc veritatis ſpiritum ſempiternum habet, ſed eumdem habent etiam Eccleſiæ princeps, ac paſtores. Diximus enim Eccleſiæ vocem, & pro populo fidei, & pro Eccleſiæ paſtoribus uſurpari. Priores itaque concluſiones illud adſtruebant, QUIDQUID ECCLESIA, HOC EST OMNIUM FIDELIUM CONCIO TENERET, ID VERUM ESSE: hæc autem illud affirmat: PASTORES ECCLESIÆ, ET DOCTORES IN FIDE ERRARE NON POSSE, SED QUIDQUID FIDELEM POPULUM DOCENT, QUOD AD CHRISTI FIDEM ATTINEAT, ESSE VERISSIMUM. Hanc concluſionem mox oſtendam, SI PRIUS ADMONUERO, PASTORIS UNIUS, ET ALTERIUS ITEM ERROREM, PASTORUM OMNIUM FIDEI NON DEROGARE, SICUT NEC PAUCORUM QUIDEM FIDELIUM ERROR FIDEI DEROGAT POPULI CHRISTIANI „. Ac de Paſtorum quidem univerſitate falli neſcia poſt idem Canus ſcribit hoc modo *pag.* 124. „ In Epiſtola Epheſini Concilii ad Neſtorium id a Neſtorio, ſi facere ſatis Eccleſiæ velit, exigitur, ut jurejurando fateatur, ſentire ſe, & docere, quæ univerſi per Orientem, & Occidentem Epiſcopi, præſideſque Populorum crederent, ac docerent. Quæ eadem Epiſtola comprobata etiam eſt a ſexta Synodo *Act.* XI. In Concilio item Tridentino *ſeſs.* III. definitum eſt: Eccleſiæ eſſe judicare de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum. At totam fidelium Congregationem de re ejuſmodi velle judicium ferre, inſanum eſſet. Paſtores igitur Eccleſiæ, ac doctores illi ſunt, ad quos id genus judicia pertinent „. Deſcribit porro Euſebii, Irenæi, Cypriani, Auguſtini loca, quibus efficitur: Paſtores omnes, qui regunt, moderanturque Chriſtianam plebem, in re fidei, ac morum falli, aut fallere omnino non poſſe. Conſule quæ idem perſequitur *cap.* V. *pag.* 124. *ſeqq.* & *cap.* VI. *pag.* 130. *ſeqq.* & *pag.* 141. *ad* 12. *Argumentum*.

Digitized by Google

poſſem Bellarmini, Sanderi, Stapletoni, Valentiæ, Hoſii, Coccii, Pighii, Echii, Prieratis, Boſſuetii, aliorumque teſtimonia, quos omnes numerando recenſeri longum eſſet. Illud nunc mihi contra ſtudioſos partium Cadonicianarum uſurpare liceat, quod eſt ab Auguſtino ſcriptum in 1. adverſus Julianum libro *cap.* III. „ Quos, & quales viros, & quantos fidei catholicæ „ defenſores . . . appetere *audeatis*, *ſi evigilatis*, *intue-* „ *mini*. Non quidem omnium de hac re ſententias, „ nec omnes eorum, quos commemorabo, me con- „ gregaturum eſſe polliceor, quia nimis longum eſt, „ & neceſſe eſſe non arbitror, ſed ponam paucorum, „ quibus tamen noſtri contradictores cogantur erube- „ ſcere, & cedere, ſi ullus in eis vel Dei timor, vel „ hominum pudor tantum malum ſuperaverit „. Satis multa de Theologis [1].

V. Sequitur, ut de orthodoxorum quorumque ceterorum

1 Confer s. Thomam *Quadlib.* IX. *Artic.* XVI. Paulum Gryſaldum Peruſinum Ord. Præd. *Deciſ. fid. cathalica ad v. Eccleſia pag.* 144. *ſeq. edit. Veneta an.* 1587. Rodulphum Cuperſium *Tractat. de Sacroſancta Univerſali Eccleſia Diſt.* LXXXIX. *Art.* I. *num.* 14. *pag.* 174. *edit. Veneta an.* 1588. Johannem Paulum Windeck *Prognaſt. futuri ſtatus Eccl. &c. Tractat.* II. *remed.* II. *ſeq. pag.* 165. *ſeqq. edit. Colon. an.* 1603. Gregorium Nunnium Coronellum Erem. Auguſtinian. *De Vera Chriſti Eccleſia lib.* IV. *pag.* 81. *ſeqq. & lib.* VII. *pag.* 147. *ſeqq. & lib.* X. *pag.* 461. *ſeqq. &* 525. *ſeqq. edit. Raman.* 1594. Thomam Bozium Congregationis Oratorii Presbyterum *de Signis Eccleſia lib.* III *ſigna* II. *ſeqq. pag.* 97. *ſeqq. edit. Rom. an.* 1591. Cardinalem Richelium *Dans les Principaux Poincts de la Fai cathalique defendus contre l' Eſcrit addreſsé au Roy par les quatre Miniſtres de Charenton cap.* III. *ſect.* II. & III. *pag.* 15. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1642. Franciſcum Haelæum Archiepiſcopum Rotomagenſem *Apolag. Evangel. lib.* III. 878. *edit. Pariſ. an.* 1615. Bernardum Rabaudium Ord. Præd. *Exercit. Theologicar. de Eccleſ. Exercit.* III. *ſect.* V. *pag.* 100. *ſeqq. vol.* 2. *edit. Tholaſana ann.* 1714. Benedictum Bacchinium *Lettere Palemiche contrò il Sig. Giacomo Picenino lett.* III. §. V. *ſeqq. pag.* 149. *ſeqq. &* §. XIII. *pag.* 175. *ſeqq. &* §. XVI. *pag.* 183. *ſeqq. &* §. XXIV. *pag.* 207. quo loco: „ Dovrete, *inquit*, eſſere meco di accordo, che l' autorità di giudice, che riſiede ne' Sinodi, ſia autorità della Chieſa, che rappreſentano, perchè altrimenti la Scrittura, in cui vi appoggiate, ſervirebbe a nulla, eſſendo le promeſſe fatte alla Chieſa, e colla Chieſa a' Sinodi legittimi. QUINDI SE SIA PALESE ANCO SENZA SINODO IL CONSENSO COSTANTE, E UNIVERSALE IN UN QUALCHE DOGMA DE FEDELI, SARA' CONSENSO ATTISSIMO A DEFINIRE IN MATERIA DI DOGMA, COM' ERA APPUNTO L' ASSENSO DE FEDELI PE' LIBRI CANONICI PRIMA DE DECRETI SINODALI CONFESSATO DA SAMUELE BASNAGIO „. *Edit. Altorfiana ann.* 1718. Sed difficile eſt omnes commemorare. Itaque nunc omittantur. Quod ſi eos item quiſquam nominari volet; modo veri-

Digitized by Google

rum conſenſu agam. Nam erat id eorum, quæ me hoc priore paragrapho demonſtraturum promiſeram, extremum. Nemo autem erit, opinor, qui non ex prima diſciplina, ſeu ex rudimentis religionis, quibus catholici quique inſtituti ſint, intelligi fateatur poſſe, quæ ſit eorum omnium in dogmate retinendo conſenſio. Ac rudimenta quidem orthodoxiæ catechiſmis comprehendi, quis neget, qui tradendi, explicandique proponuntur Chriſtianæ plebi? Catechiſmis ergo, qui a Paſtoribus Chriſtianæ plebi explicandi propoſiti ſint, noſtra hæc omnis de conſenſu quorumque orthodoxorum expediri poterit quæſtio.

Jam de Romano ſatis dictum eſt. Accedit Bellarminianus, quem item dicere Romanum, adeoque orthodoxorum omnium communem poſſumus. Qua de re alio loco opportune, ac diligentius diſſeram. Huic conſonant Italici ceteri, ut Neapolitanus, ut Bononienſis, ut Mediolanenſis, ut alii prope innumerabiles ad Articulum IX. Apoſtolici ſymboli. De Gallico Boſſuetii vidimus [1]. Non diſcrepat Catalaunenſis inſtituendorum in vera religione novorum Catholicorum gratia anno *1686.* Pariſiis editus [2], Lucionenſis Cardinalis Richelii [3], ſexcentique alii, quos commemorare longum eſſet. Hiſpanicorum Catechiſmorum plures numerare poſſem, inprimiſque Metropoleon, ut Tarraconenſis, ut Valentinæ, ut Cæſarauguſtanæ, ut Burgenſis, ut Toletanæ, ut Compoſtellanæ, ſed non eſt opus. Eſt enim omnium in eo concors ſententia, ut regi a Spiritu ſancto perpetuo,

a a pro-

veritati ſe aſſenſurum polliceatur, longum eorum catalogum texam, ne Arnaldis quidem, Nicoliis, Duguetiis prætermiſſis, quorum auctoritate movebitur fortaſſe magis, quam Patrum.

1 Vide ſupra *pag. 172. hujus vol. not. 1.*

2 *Inſtructions pour les Nouveaux Catholiques, où tous les points principaux de la religion ſont familierement expliquez par l' Ecriture, les Conciles, & les Peres. Par Monſieur l' Evêque, & Comte de Châlon ſur Saone. cap. 1. pag. 6 ſeqq*

3 *Catech. ovvero Iſtruzione pel Chriſtiano, opera del Veſcovo di Luſſone: Rom. an. 1649. lect. VIII. pag. 119. ſeqq.*

proptereaque labi errore catholicos quoſque ſimul, ſeu Eccleſiam non poſſe, doceant [1]. Eodem revolvuntur, quæ continent Germanici, ut Colonienſis [2], ut Moguntinus [3], ut propoſiti a Salisburgenſi Provinciali Synodo [4], ut ceteri, quorum a nobis alia de re poſt demonſtraturis fiet opportunius mentio. Nec alio ſpectant, quæ extant in Confeſſione *Catholicæ Fidei Chriſtianæ, vel potius Explicatione confeſſionis a Patribus* (ſeu ab Epiſcopis Poloniæ) *factæ in Synodo Provinciali habita Petricoviæ anno* 1551. [5] congregatis. Quod ſi ex Græcis, Syris, Armeniis, Chaldæis, Coptis, Æthiopibus Chriſtianis quæras, quid hoc de dogmate ſentiant, omnes, mihi crede, ad unum (quæ certe ſumma traditionis ex Apoſtolis profectæ vis eſt) numquam id ſibi portenti, flagitiique genus in mentem veniſſe dicent, ut quam Spiritus ſanctus perpetuo regit, ac moderatur, quæque veritatis columna, atque firmamentum ſit, eamdem ſuſpicarentur in determinando ſenſu articulorum fidei, dogmateque interpretando,

1 In Catech. Cæſarauguſt. inſerto Synodo ann 1656. habitæ: *pag* 3. *verſa edit. ejuſd. anni*, docetur: Eccleſiam dici catholicam, *porqué ſigue la doctrina de los Apoſtoles .... a quien aſſiſte, govierna, y vivifica el Eſpiritu ſancto principalmente en coſas de fe*.

2 Extat in Actis Concilii Provincialis Colonienſis celebrati *an.* 1536. *edit. an.* 1538. *pag.* 70. *ſeq.* quo loco hujus rei efficiendæ cauſſa, iiſdem omnino teſtimoniis Irenæi nititur, quibus nos uſi contra adverſarios noſtros ſumus, quorum quidem adverſariorum ſententia videtur eſſe in iiſdem erratis fere, in quibus eſt ea, quam Colonienſes Patres in Novatoribus reprehendendam, notandamque duxerunt.

3 Extat is Catechiſmus in Actis Synodi Provincialis Moguntinæ *an.* 1549. in eoque *pag.* 50. & 51. *edit. ejuſd. anni* ſic legitur: „ Hæreticorum impudentiam deprehendes, ſi memineris, veram Eccleſiam eſſe catholicam, quæ omni tempore, ET LOCIS OMNIBUS IN EADEM FIDE, & eodem ſacramentorum uſu perduret. Contra vero hæreticorum doctrinæ traducem ſuum ab initio per Apoſtolos, & paſſim EX OMNIUM FIDELIUM LOCIS DEDUCERE NEQUAQUAM VALENT. NEQUAQUAM ENIM DEMONSTRARE POSSUNT quod ſic ab initio docuerit, & crediderit Chriſti Eccleſia, QUOD PASSIM PER ORBEM ITA CHRISTIANI SENSERINT, ET TENUERINT: ideoque nec temporum, NEC LOCORUM ratione univerſales ſunt hæreticorum Eccleſiæ, quod Eccleſiæ Chriſti peculiare attributum eſt „.

4 Sic enim habent Catechiſtici libri Caniſii, Soti, Gropperi, Dietembergii, Romanus; quos Synodus Provincialis Salisburgenſis an. 1569. rudibus ad diſcendum proponit *pag.* 302. *edit. Diling. an.* 1574. *Conſt* LIX. *cap.* VIII.

5 *Edit. Pariſ. an.* 1560. *cap.* XIV. XV. XVIII. XXI. *ſeq. pag.* 26. *ſeq.*

Digitized by Google

do, inque diſciplina morum tradenda, aut decipi ipſam, aut decipere quemquam poſſe. Atque ut omittam de ceteris dicere, Græcorum ſane hæc eſt non modo Actis Synodorum Conſtantinopolitanæ an. 1642.[1] & Bethlehemiticæ ann. 1674.[2] habitarum; ſed etiam

1 Anno 1642. ſub Parthenio Patriarcha Photiano habita, *num.* XII. *tom.* XI. *Concilior edit. Harduin. Pariſ. ann.* 1714. » Quod vero (*Calviniani dicunt*) *δυνατὸν εἶναι ἁμαρτάνειν τὴν ἐκκλησίαν*, *poſſe fieri, ut erret Eccleſia*, idque cum & doctorem ſpiritum, & Chriſtum caput habeat, quam neque maculam habere, neque rugam, ſed totam, dictum eſt, pulchram eſſe, & perfectam, *ὡς δυσσεβὲς ἀποκηρύττεται*, *ut impium eſt damnatum*.

2 *Synodus Bethlehemitica adverſus Calviniſtas hæreticos Orientalem Eccleſiam de Deo, rebuſque divinis hæretice cum ipſis ſentire mentientes, anno* 1672. *ſub Patriarcha Hieroſolymarum Doſitheo celebrata edit. Pariſ. ann.* 1676. *In Epiſt. Synod. pag.* 15. » Fidem, quam prædicantibus Apoſtolis Eccleſia catholica ſuſcepit, *ϗ φρονεῖ & ſervat*, & in finem ſeculi, ſcilicet quoadusque veniat Dominus, ipſo Deo Salvatore duce, ſervabit ». Et *pag.* 16. » Catholicam Eccleſiæ fidem (*Calvinianos agnoſcere potuiſſe*) primum ex ſacris Scripturis, *& e ſanctis Catholicæ Eccleſiæ Theologis* ». Et *pag.* 20. » Traditiones, quas ſive per ſermonem, ſive per Scripturam Catholica didicit Eccleſia, *quam errare impoſſibile omnino eſt*, ut quæ ſit a ſancto Spiritu erudita, illibatas conſervamus ». Et *cap.* V. *pag.* 160. *ſeqq.* » Cyrillo Lucari dogmatizanti, & credenti Sanctam Chriſti Eccleſiam errare poſſe: ait enim ... in 12. Capitulo: *verum, & certum eſt, poſſe in viis ſuis Eccleſiam errare, & pro veritate mendacium eligere*. His vero ex nugis (rectius ex hac manifeſta inſania dixeris) & Deum hominem mentiri poſſe neceſſario colligens, ac nobiſcum, aut cum Eccleſia aduſque conſummationem ſeculi, uti ſpopondit, minime permanere, neque in ipſa loqui Spiritum ſanctum, ac portas inferi (impiorum videlicet hæreſes) adverſus eam prævalere ... *Decipere enim Eccleſia poteſt, & decipi*, inquit ille, *ac pro veritate mendacium eligere*: peſſimo, inquimus, hujuſmodi hæretico anathema ». Et in fidei Profeſſione *pag.* 229. *ſeq.* » Credimus ſacras Scripturas a Deo fuiſſe revelatas, eiſque propterea, non quidem ut libuerit, ſed SECUNDUM ECCLESIÆ CATHOLICÆ TRADITIONEM ADHIBENDAM ESSE FIDEM OMNI DUBITATIONE MAJOREM. Has quidem hæretici recipiunt, at ... confundunt ... quippe alteri, atque alteri diebus ſingulis novus probatur Scripturæ ſenſus: QUASI VERO EADEM IPSA PER GRATIAM CHRISTI HACTENUS CATHOLICA NON PRÆSTITISSET ECCLESIA, UNAM SENTENTIAM HABENS DE FIDE, ET SEMPER EODEM MODO, ET IMMOBILITER CREDENS ... & quaſi veritatis columna, & fundamentum non eſſet ſancta Eccleſia, immaculata utique exiſtens, & ſine ruga ... Eamdem eſſe Eccleſiæ catholicæ auctoritatem credimus, quam ſacræ Scripturæ. Nam utriuſque auctor cum ſit Spiritus Sanctus, perinde eſt ſi catholicam Eccleſiam audieris, ac ſacram Scripturam. Deinde loquentem a ſe ipſo hominem ſæpius contingit errare, aut decipi, quin & decipere: Catholicam vero Eccleſiam, utpote a ſe ipſa NUMQUAM, ſed SPIRITUS SANCTI, CUJUS MAGISTERIO ADUSQUE SECULI CONSUMMATIONEM SINE INTERMISSIONE ERUDITUR, illuſtratione aut loquutam, aut loquentem errare, aut decipi, contingere nequaquam poteſt, ac multo minus decipere: ſed perpetuam, & inconcuſſam habet cum ſacra Scriptura firmitatem ». Confer etiam ejuſdem *Profeſſionis caput* XII. *pag.* 263.

Digitized by Google

Catechiſmo Patriarchis quatuor probato comprehenſa ſententia [1].

Atque hæc quidem priore hujuſce capitis paragrapho diſputata ſint, ex quibus intelligi plane poteſt, ad doctrinam Religionis pertinere, quidquid Eccleſia articulorum in primis fidei ſenſum aut determinans, aut interpretans doceat, idque auctoritate ſacrorum Bibliorum, teſtimoniis Patrum, Decretis ejuſdem Eccleſiæ, Theologorum adverſus hæreticos pro religione agentium theſibus, orthodoxorumque omnium conſenſione conſtare. Quod igitur hujus de Eccleſia ubique gentium diffuſa, fallique neſcia quæſtionis fundamentum eſt, id quiſque tot, ac tantis monumentis præclare jactum, firmiterque conſtitutum videt. Quod ſi quis illud concutere conetur, næ is incredibili damno ſuo plura dogmatum fidei numero habenda neget, neceſſe eſt; quæ in dogmatibus eſſe fidei numeranda, niſi impio, vel hæretico, negare licet omnino nemini. Quod item

1 Hujus fit in actis ejuſdem Bethlehemiticæ Synodi mentio: *Epiſt. Synod. pag.* 17. his verbis: » Ab ſanctiſſimo quidem illo Kiaebe (Kioviæ) Archiepi- » ſcopo Petro (Mogila) exaratus eſt liber, cui titulus: *Confeſſio orthodoxa* » *Orientalis Eccleſiæ*; at ob nonnulla obſcura, & emendatione digna, quæ » habebat, a Meletio Cretenſi magnæ Eccleſiæ, quæ eſt Conſtantinopoli » Doctore, ac Protoſyncello, juſſu Synodi apud Jaſium celebratæ explicatus, » & emendatus. Hunc omnino excepit, & modo excipit Eccleſia Orientalis: » ac optimus, illuſtriſſimus, nec non & ſapientiſſimus Princeps Dominus Pa- „ nagiotti, utriuſque Imperii Orientalis nimirum, & Occidentalis lingua- „ rum Interpres peritiſſimus, ac pietatis zelantiſſimus ad unum autographi „ apicem typis mandavit „. Edita hæc *Confeſſio Fidei &c.* Jaſi in Moldavia, deincepſque apud Batavos an. 1662. fuit. Nos Lipſienſi utimur an. 1695. Confer *Partis* 1. *Quæſtionem* IV. *pag.* 18 quo loco *ex verbis* Apoſtoli 1. *ad Corinth. cap.* XII. *manifeſtum eſſe* dicitur, *articulos fidei auctoritatem, adprobationemque habere partim a ſacra Scriptura, partim a traditione Eccleſiaſtica, & a doctrina Conciliorum, & ſanctorum Patrum Quam rem manifeſtans ſanctus Dionyſius Hierarch. Eccl. cap.* 1. *ſic ait: Ejus, quæ apud nos eſt, eſſentia Hierarchiæ ſunt divinitus tradita verba. Verba autem venerabilia dicimus, quotquot a divinis doctoribus noſtris in ſacris ſcriptis, theologicisque codicibus donata nobis ſunt; itemque illa, in quibus a ſanctiſſimis iis hominibus immateriali quadam initiatione, & cælesti Hierarchiæ jam quodammodo vicina de mente in mentem facta, ope quidem corporea ſermocinationis, ſed minus tamen materiata, nec ullis litteris prodita, præceptores ac duces noſtri initiati, inſtitutique fuere.* Et *quæſt.* LXXXVI. *pag.* 140. *Eſt enim Eccleſia columna. & fundamentum veritatis ſecundum Apoſtolum dicentem* 1. *Tim.* III. 15. *ut ſcias quomodo verſari oporteat in domo Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viventis, columna, & firmamentum veritatis.*

item facere cogentur ii, qui cum comprehenſum animo teneant, ſuam de Patribus Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem beatis aſpectu Dei ſententiam componi cum communi Eccleſiarum omnium dogmate nequire; & effugere tamen reprehenſionem, ac cenſuram velint; in eam ſe latebram imprudentes conjiciunt, ut quod definitum inſtituto judicio non ſit ab Eccleſia, id ad fidem pertinere confidenter negent. Itaque fit, ut plagam accipiant graviorem, dum curant leviorem repellere. Contra quos & dictum a nobis copioſe hactenus eſt, & dicetur etiam deinceps, ſed breviter; ne ſi his refellendis diu, multumque immoremur, illuſtrandi, confirmandique illius dogmatis obliti videamur eſſe, cujus cauſſa hæc eſt a nobis inſtituta de vi orthodoxorum conſenſionis in re fidei diſputatio.

§. II.

Qui, præter dogmata ab Eccleſia, inſtituto judicio, definita, nihil quidquam ad fidem pertinere cenſet, hujus eſt magnis in erratis ſententia.

Qui igitur homo, quod *definitum judicio Eccleſia non ſit, ad fidem* pertinere negat, is *nihil* ad fidem cenſet pertinere, quod non ſit Eccleſiæ judicio definitum. Quamobrem etſi quidquam conſenſione omnium Eccleſiarum dogmatis fidei habeatur loco, proponaturque ad credendum Chriſtianæ plebi; id tamen modo inſtituto ab Eccleſia judicio definitum non ſit, ad fidem non pertinebit. Nam ejus hominis cum tam ſit late patens ſententia, excludat oportet, quidquid definitum non ſit, e rerum ad fidem pertinentium numero, ſive ſit illud habitum, propoſitumque loco dogmatis fidei, ſive contra. Id vero quam ſit alienum a catholico dogmate, demonſtratum eſt [1].

Rur-

1 *Supra pag.* 123. *ſeqq.*

Rurſum quæ dogmata ab [1] Irenæo, ac Tertulliano propoſita ſunt, etſi conſenſione conſtabant Eccleſiarum, nullo tamen Eccleſiæ judicio definita tunc erant, cum veteres illi Doctores duo adverſus primi, ſecundique ſeculi hæreticos ſcriberent. Quid? ſi ne hæretici quidem illi judicio erant Eccleſiæ damnati ullo? Age vero ſymbolum ipſum, quod a duobus iiſdem Scriptoribus propoſitum orthodoxis, objectumque religionis catholicæ inimicis fuit, quo tunc demum Eccleſiæ judicio definitum fuerat, habendum eſſe regulam comprehendentem præcipua dogmata fidei? Quin etiam dogmata eodem ſymbolo comprehenſa, ante eam ætatem a qua Synodo œcumenica (cum de his rebus nulla adhuc celebrata fuiſſet) aut quo judicio Eccleſiæ finita fuerant? Erravit ergo, te judice, Irenæus, erravit Tertullianus, erravit ea ætate Eccleſia univerſa, quæ ſententias illas habuerat loco dogmatum Chriſtianæ religionis. Abſolventur præterea, ſententia tua, Simon, Cerinthus, Menander, Carpocrates, Valentinus, quibus putes interdictum per calumniam fuiſſe ſacris, rei ad fidem minime pertinentis, adeoque adiaphoræ cauſſa, propterea quod nec definita res ipſa eſſet, nec ullum Eccleſiæ judicium præceſſiſſet. Non tantam tunc habendam fuiſſe ſymboli rationem dices, neque vim ullam dogmatibus eodem ſymbolo comprehenſis ineſſe potuiſſe, ut quæ nuſquam ante ab Synodo quapiam œcumenica, Eccleſiæque judicio conſtituta, atque finita fuiſſent. Niſi autem hoc eſt, quid eſt, quod horrendum dictu eſſe videatur?

Quid enim tam infandum, tam impium, tam deteſtabile eſt, quam Eccleſiam Chriſtianam catholicam tribus ipſis ſeculis conſtitiſſe ſine ullo dogmate, de Trinitate, de Incarnatione Divini Verbi, de Sacramentis, de Eccleſia, de Reſurrectione mortuorum, de re denique ulla, præterquam de legalibus, deque vitan-

[1] Vide ſupra *num.* 1. *pag.* 114. *ſeqq.*

Digitized by Google

vitanda fornicatione , ſine ullo, inquam, dogmate, quod ad fidem ſpectaret? Sine fide namque Trinitatis, & Incarnationis Eccleſiam tribus ipſis ſeculis conſtitiſſe quotus demum quiſque eſt, qui dici, non indigne ferat? Fides vero quæ tunc de iiſdem myſteriis eſſe poterat, ſi nullum erat iiſdem ipſis de rebus dogma, quod ipſa tractaret fides, & in quo verſaretur? Nam in *adiaphoris*, hoc eſt in *rebus ad fidem minime pertinentibus*, quis putet verſari cujuſquam potuiſſe fidem? At cum nullæ adhuc habitæ fuiſſent oecumenicæ Synodi definiendorum dogmatum ejuſmodi cauſſa, cum definitivum nullum judicium iiſdem de rebus ab Eccleſia fuiſſet latum, te certe auctore, qui quod *nullo judicio Eccleſiæ definitum ſit, ad fidem pertinere* negas, res ipſe adiaphoræ, hoc eſt ad fidem minime pertinentes fuerint, neceſſe eſt. Quare habendæ tunc non fuerant dogmatum fidei numero. Itaque nihil erat præcipui fidei dogmatis, in quo fides orthodoxorum eo tempore verſaretur.

Ne puta implicare te tua dicta poſſe, ſi ad Provinciales [1], Nationaleſve Synodos confugeris. Satis enim oſtendiſti, quam his parum tribuas auctoritatis. Quamobrem harum judicium non eſt, te recte quidem fatente, habendum loco judicii definientis Eccleſiæ. Neque vero eſt, cur ad Apoſtolicæ Sedis definitiones te conferas. Nam in Cadoniciaborum ſcriptis nulla eſt uſquam infallibilis auctoritatis Sedis Apoſtolicæ de fidei rebus definientis facta mentio. Verum meminerint hujus Cadoniciani. Patiar. Quid? An ante eam Sedis Apoſtolicæ definitionem, ſi qua edita ſeculo ſecundo, tertiove fuit, Trinitatis, Incarnationiſque divini Verbi myſteria non pertinebant ad fidem? Fuiſſent ne illi Chriſtiani Catholici, qui aut tres eſſe putaſſent, pluresve ponendos Deos; aut Filium, Spiritumque Sanctum res eſſe creatas, Patreque infinitum minores dixiſſent; aut

1 Vide ſupra *pag.* 159. *not.* 2.

aut Chriſtum vel merum eſſe hominem, vel Perſonis duabus ſubſiſtere, vel viſum quidem fuiſſe, revera autem hominem non fuiſſe, vel una natura, quæ eſſet ex humana, divinaque conflata, conſtare exiſtimaſſent? Tu ne eos, qui in tanta perverſitate, impietateque ſententiarum priore, alterove Eccleſiæ ſeculo verſati fuiſſent, non ægre ferente, non horreſcente, tacito quovis orthodoxo, nomine catholicorum dignabere? Accuſa igitur catholicos eorum temporum, propterea quod, etſi nihil adhuc eſſet iiſdem de rebus Eccleſiæ judicio definitum, tamen ubi primum orta eſſe ea opiniorum portenta, diſſeminarive cœpiſſe intellexerunt, in eorum auctores invecti acriter ſunt, quos nomine, non re Chriſtianos, & hæreticos, & ſatanæ primogenitos [1] appellarunt. At eos ſi accuſes, myſteriaque ab hæreticis primi, ſecundique ſeculi oppugnata neges fuiſſe tunc numeranda in dogmatibus fidei, quod definita adhuc Eccleſiæ judicio non fuiſſent; offenſionem in te, mihi crede, concitabis gravem bonorum omnium, quibus ſit religio orthodoxa cordi; horumque reperies neminem, quin Polycarpum [2] imitatus, *καὶ ἐφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ*, *ſuaſque aures obturans* exclamet, *Ω καλὲ Θεὲ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι*, *O bone Deus, in quæ me tempora reſervaſti, ut hæc ſuſtinerem!* Verum ea tam abſurda quamvis explicate non dixeris, ſi tamen tuam illam de re quavis, quæ definita judicio Eccleſiæ non ſit, ad fidem non pertinente ſententiam perſtes defendere, verſes te demum, quo voles, ea, inquam, tam abſurda, tamque falſa fateare neceſſe eſt. Etenim niſi huc te ducat, quo te iſta tua ſententia

1 S. Irenæus *lib.* III. *contra hereſes cap.* III. *pag.* 177. *edit. Veneta an.* 1734. *tom.* I. » Polycarpus, *inquit*, Marcioni aliquando occurrenti ſibi, & dicenti » *cognoſcis nos?* reſpondit *cognoſco primogenitum ſatanæ*. Tantum Apoſtoli » & eorum diſcipuli habuerunt timorem, ut ne verbo tenus communicarent » alicui eorum, qui adulteraverant veritatem ».

2 *Apud Iren. Epiſt. ad Florinum.*

tia ducere poſſit, ne tu quidem videre poteris. Et tueri tamen iſtuc ſententiæ genus perges, quod non ſolum ipſum per ſe ferendum non ſit, ſed fons ſit etiam, & origo tot paradoxorum, totque monſtroſarum opinionum?

Deinde a quo Pontifice ante quartum ſeculum, inſtituto judicio, definita ſunt de Trinitate Perſonarum in una eademque natura Dei, deque ſuſcepta humana natura a Verbo divino *ὁμοουσίῳ conſubſtantiali* Patri dogmata? Victus ſum, ſi ullum Pontificum ante id tempus oſtenderis, de iiſdem dogmatibus, inſtituto judicio, quidquam definiſſe. At reperies certe nullum. Docuerant quidem ea Pontifices Maximi, propoſuerant Chriſtianis omnibus, eoſque, qui contra quidvis ſtatuiſſent, congreſſu orthodoxorum, adituque Eccleſiæ prohibuerant; ſed nihil opus eſſe definitione putarant: cum ea jam eſſent Eccleſiæ Interpretis Scripturarum falli neſciæ firma conſenſu, qui conſenſus index eſt divinæ traditionis certiſſimus. Itaque ut Irenæo adverſus Florinum, ita illis ad dogmatum catholicorum oppugnatores e gradu, ſi quem forte occupaſſent, dejiciendos, pellendoſque e cœtu orthodoxorum, ſatis fuerat noſſe, quid ſana, atque orthodoxa doctrina ferret, novaque commenta eſſe *ἀσύμφωνα τῇ ἐκκλησίᾳ haud conſona Eccleſiæ, καὶ εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλλοντα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς & in maximam impietatem conjicientia eos, qui ipſis aſſentiuntur* [1]. Sed age: de libertate, quam integram tibi eſſe dicis, defendendi, quod ab Synodo oecumenica nulla definitum ſit, paullo agamus diligentius. Igitur attende, quo ſerpat: demtis iis, quæ de legalibus, deque abſtinendo a fornicatione, in Hieroſolymitana Synodo ab Apoſtolis decreta fuerant; dogma tu quidem dicas, neceſſe eſt, fuiſſe agnitum omnino nullum ad fidem pertinens, adeoque non *ἀδιάφορον*, quod propterea liberum cuique tribus primis

1 Vide s. Irenæi Epiſtolam ad Florinum *tomo eod. Operum pag.* 339.

Eccleſiæ ſeculis fuiſſet, ſi quidem voluiſſet, refellere. Itaque præter ea decreta de legalibus, deque abſtinendo a fornicatione, nihil habebat non *indifferentis* ante an. 325. in quo verſaretur fides verorum Chriſtianorum. Quid ita? inquies. Quia, inquam, ante an. 325. habita Synodus œcumenica nulla fuerat definiendorum de religione dogmatum cauſſa. Demtis igitur iis, quæ de abſtinendo a fornicatione, deque legalibus decreta in Concilio Hieroſolymitano ab Apoſtolis fuerant, nihil apud Chriſtianos fuiſſe fatebere, quod non eſſet ἀδιάφορον [1], quodque integrum cuique non eſſet, ut libuiſſet, aut tueri, aut refutare. Anno demum 325. ab Synodo œcumenica Nicæna declaratum adverſus Arianos fuit, Filium eſſe conſubſtantialem Patri. Itaque tunc primum id credi cœpiſſe ut fidei dogma, concedes. Nam erat id ante (vi axiomatis illius tui de re ad fidem non pertinente, niſi ab Synodo œcumenica ſit definita) *indifferens*. Anno igitur ſeculi quarti quinto atque viceſimo partem dogmatis de Trinitate credi cœpiſſe ſtatues, partem contra non item. Nam quod ad Spiritus ſancti divinitatem attinet, cum adhuc Synodi ullius œcumenicæ decreto definitum quidquam non eſſet, nihil, te judice, Chriſtiani habebant non *indifferentis*, nihil certi, quod crederent. Scilicet ſex ipſi, & quinquaginta (nam totidem ab Nicæna Synodo ad Conſtantinopolitanam priorem an. 381. habitam fluxerunt) anni expectandi fuerunt, te judice, orthodoxis, ut Spiritum ſanctum *ὁμοούσιον, conſubſtantialem* Patri, Filioque, propterea que Deum eſſe confiterentur. Quamquam ſi tuo iſti axiomati vis ineſt ulla, illud item erit omnino conſequens, ne a Conſtantinopolitana quidem Synodo fuiſſe finitum de Spiritu ſancto Deo Patri, Filioque

1 Quam id non fuerit ἀδιάφορον vel ipſe Georgius Bullus Britannus homo de numero Proteſtantium demonſtravit eo libro, quem inſcripſit: » Judicium Ec- » cleſiæ Catholicæ trium primorum ſeculorum, de neceſſitate credendi, quod » D. N. Jeſus Chriſtus ſit verus Deus, aſſertum contra M. Simonem Epiſco- » pium, alioſque *pag. 5. ſeqq. edit. Lond. an.* 1703.

que *conſubſtantiali* dogma. Nam Spiritum ſanctum *κύριον σὺν πατρὶ, καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον Dominum cum Patre, & Filio coadorandum, & conglorificandum* eſſe, definitum explicate in ejus Synodi ſymbolo legimus; Deum autem eſſe, diſtincte non legimus. Hoc reſtat, ut concludendum hinc eſſe putes, ſatisfactum iis ab Synodo fuiſſe, qui Spiritum ipſum ſanctum *Dominum, coadorandum quidem, & conglorificandum cum Patre, & Filio* ajebant; Deum autem appellandum non arbitrabantur [1]. At dicas licet, definitum fuiſſe (ut definitum reipſa ab Synodo eadem Conſtantinopolitana fuit), Spiritum S. eſſe Deum; tamen, te, judice, tunc primum fuiſſet dogma de Trinitate univerſum in tuto. Verumtamen nimis diu (ſcilicet ad annum uſque 381.) expectandum fuit, ut in tuto eſſet. Quid? de Incarnatione Verbi ullum ne erat quarto ſeculo definitum, certumque, ſeu non *indifferens*, propoſitumque Chriſtianis ad credendum dogma?

Ohe, inquies, dubium ne eſt? In ſymbolis enim Nicæno & Conſtantinopolitano Incarnationis Verbi fit mentio [2]. Ain vero? Tam ne cito illius te regulæ cepit oblivio, quam conſtituit Feltrius, ſive quiſquis ſit ille adſertor, ac vindex opinionis tuæ, cum de *Fidei Profeſſione* ab Synodo Toletana IV. propoſita ſcriberet? Atque is *Epiſtola* earum, quas Italice edidit, *ſexta* [3] cum in ea profeſſione legiſſet, *deſcendiſſe Chriſtum ad inferos, ut ſanctos, qui ibidem tenebantur, erueret*: propoſitionem, *quæ eſt de liberatione eorumdem Sanctorum, incidentem* affirmat eſſe; canoneque illo generatim

bb 2

1 Confer *Præfat. Monachor. Congreg. s. Mauri ad tom.* III. *opp. s. Baſilii* §. III. *pag.* XIII. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1730.

2 Habet enim Nicænum hoc modo: » Et in unum Dominum Jeſum Chri» ſtum Filium Deum natum ex Patre Unigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia Pa» tris. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & » INCARNATUS EST, & homo factus eſt ». Conſtantinopolitanum vero: » Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis: » Et Incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt ».

3 *Pag.* 46. *edit. edit. Veneta an.* 1763.

ratim abutitur Melchioris Cani *e lib.* v. *cap.* v. *qu.* IV. [1] „ Quæ in Conciliorum , vel Pontificum Decretis vel „ explicandi gratia inducuntur , vel ut objectioni reſ- „ ſpondeatur , vel etiam obiter , & in tranſcurſu præ- „ ter inſtitutum præcipuum , de quo erat potiſſimum „ controverſia , ea non pertinent ad fidem , hoc eſt „ non ſunt catholicæ fidei judicia „ . Sint igitur hæc, ut Scriptor ille ſex Epiſtolarum putat , generatim vera ; quid obſtat , quin unus aliquis pugnet , totum illud , quod eſt ab Synodis œcumenicis prima , & ſecunda in ſymbolis dictum , eſſe *incidens* ? Non enim aliud quidpiam *inſtitutum* Synodi Nicænæ præcipuum ferebat , quam quod erat adverſus Arium de Filio *Deo conſubſtantiali* Patri . Rurſum Synodi Conſtantinopolitanæ *præcipuum inſtitutum* , *de quo erat potiſſimum controverſia* , de Spiritu Sancto Deo erat cum *Patre ac Filio adoranda* , *& conglorificando* . Reliqua igitur , tuo quidem judicio , *incidentia* erant , non erant *propoſitiones principales* , quamobrem non modo ut *fidei* dogmata retinenda non erant , ſed etiam (uti nunc tibi licere arbitrare , dum de liberatis a Chriſto Patribus Vet. Teſtamenti agis) refelli libere poterant . Verum hæc mittam . Fac exiſtat aliquis , qui tuo iſto axiomate fretus , meminiſſe quidem utramque Synodum Incarnationis; ſed unionis naturarum in perſona Verbi factæ nuſquam meminiſſe dicat, adeoque dogma adverſus Neſtorium de una in Chriſto Perſona non fuiſſe ab Synodis iiſdem definitum , propterea que ad fidem non pertinuiſſe defendat ; hunc tu revincere quibuſnam demum definitionibus poteris? Eo certe deducare neceſſe eſt , ut dogma de Incarnatione, quale ab orthodoxis omnibus creditur , non ante *indifferens* eſſe deſiiſſe confiteare , quam illud Epheſina Synodus definiſſet . Ad annum igitur 431. æræ Chriſtianæ majores noſtros rejectos fuiſſe ſtatues, ut tum primum quid ſit de Incarnationis myſterio credendum diſcerent . Quamquam

1 *Pag.* 166.

quam ſi axioma iſtud tuum valeret, ne id quidem dogma potuerunt noſſe integrum. Anni namque excurrere omnino viginti debebant, ut illi, duæ ne ſint Naturæ in Chriſto, certo ſcirent. Non enim id definitum ab Synodo ulla œcumenica fuerat ante Chalcedonenſem adverſus Eutychem celebratam anno 451. Quid? ſi Perſona in Chriſto una, duabuſque Naturis multo demum ſeculo quinto cognitis (cum ante totum id dogma, ſi tuum axioma confectemur, ἀδιάφορον fuiſſet) illud adhuc ſciendum, confitendumque cuique ſuperfuiſſet, voluntates ne duæ, duæque operationes ſint, an una in eodem Servatore Chriſto? Definitum enim id fuit anno 680. ab œcumenica VI. Synodo. Næ tu majores noſtros multum, diuque fuiſſe in tanti myſterii ignoratione verſatos ſtatues, cum ſexcenteſimus ipſis, atque octogeſimus æræ Chriſtianæ annus expectandus fuerit, ut certo aſſequerentur, quidquamne voluerit, operatuſque ſit, qua homo eſt, Chriſtus; aut velle ne quidquam, operarique, ut homo, potuerit; liberamque fuiſſe cuique poteſtatem dicas neceſſe eſt, defendendi, voluntatem in eo, vimque agendi humanam omnem fuiſſe inertem. Prætereo dogmata cetera, quæ, adverſus hæreticos, Synodorum œcumenicarum finita ſunt auctoritate. Atenim tanta tam longo tempore Chriſtianos tot præcipuorum myſteriorum religionis inſcientia laboraſſe, cuinam unquam orthodoxorum, cui ſanum fuerit caput, in mentem venit? Verum ni tuam illam ſententiam de re quavis ad fidem non pertinente, diſceptandave in utramque, ſi voles, partem, niſi ſit Eccleſiæ totius, ſeu œcumenicæ Synodi judicio definita; ni, inquam, tuam illam ſententiam rejeceris, licet ingratiis, atque invitus, eo tamen labere, ut concedas, nihil diu de Trinitate, nihil de Incarnatione, nihil de peccato originali, nihil de gratia Dei, nihil de vita æterna, nihil de ce-

de ceteris dogmatibus religionis Chriſtianos certo cognoſſe: fuiſſeque multis ſeculis Chriſtianos nomine, re autem vera non fuiſſe, cum Chriſtiani dicerentur, nec tamen de Chriſto (de quo nihil fuiſſet ab œcumenicis Synodis definitum) quidquam ſibi eſſe credendum judicarent.

At nihil, dices, ſtatuiſſe te novi; meque appellans, an tu, inquies, mihi id dabis vitio, qui ſupra deſcripſeris [1] Petavii e tertio tomo Dogmatum Theologicorum locum negantis, ſine errore defendi poſt Synodum Florentinam poſſe, damnatorum animas ad diem judicii pœna ſenſus vacuas futuras? Niſi enim his ille ſententiis plane indicet, videri ſibi, liberum cuique eſſe tueri, quod non ſit definitum ab œcumenica Synodo; quibus demum aliis indicare quiverit, ſi voluiſſet, ne ſuſpicari quidem poſſumus.

Quid? quum de Johanne XXII. P. M. in altera tomi v. [2] Antiquitatum Chriſtianarum Parte tute ageres, nonne fas minime tum fuiſſe, animadvertiſti, anathema dicere, inurereque hæreſeos notam iis, qui viſionem beatificam differendam ſanctis putaſſent ad judicii poſtremum diem; propterea quod nondum res ea ætate finita ab Eccleſia fuiſſet? Quæ nunc igitur cauſſa eſt, quamobrem eos eſſe accuſandos putes, qui quod definitum Eccleſiæ judicio non ſit, ad fidem pugnent non pertinere?

Sed nihil agit is, qui ſocios quæritat, ne videatur peccaſſe ſolus. De Petavio, quod opponitur, non eſt ſimile. Principio Petavius Apoſtolicam Sedem in dijudicandis controverſiis de religione nec falli poſſe fatetur [3], nec fallere. Contra ab Cadonicianis, etſi moneat plerumque tempus, ut auctoritatis meminerint Pontificum Maximorum, hujus tamen mentio prætermittitur, ne quis forte fieri eam ab ipſis tam magni

1 Vide *ſupra pag. 95. in not.*
2 *Tom. v. P. II. Antiquit. pag. 167.*
3 *Tom. I. Theol. Dogm. Proleg. cap. II. num. I.*

Digitized by Google

gni putet. Deinde quæ apud Petavium plurimum in re fidei conſtabilienda valet; ea (niſi definitio Eccleſiæ, ſive Synodi œcumenicæ accedat) apud Cadonicum, ſocioſque, ſententiam illam tam late patentem de re quaque, ſi definita non ſit, ad fidem non pertinente ſequutos, nihil certe valet Chriſtianæ plebis omniumque Paſtorum conſenſio [1]. Quod ſi Petavius in III. de Angelis libro Synodi Florentinæ meminit, cum meminiſſe etiam Conſtitutionis Benedicti XII. potuiſſet, quæ edita multo ante ejus Synodi tempora fuerat, non eo fecit, quod ejus Conſtitutionis rationem habendam non putaret; ſed quod aut ad eam non adverterit animum, aut eos, qui ſimiles Cadonici eſſent, vellet refellere, qui non Pontificum Maximorum, non omnium orthodoxorum, adeoque omnium Eccleſiarum conſenſione; ſed una ſe modo Synodorum œcumenicarum auctoritate moveri affirmarent. Quamquam ſi contra Cadonicum agere potuiſſet, fruſtra is omnis ab eo fuiſſet ſuſceptus labor. Nam Cadonicus cum maxime ad Synodum Florentinam provocat, tum minime ejus auctoritate movetur, ut qui, contra ejus decreta, ſenſus pœnam damnatis differendam arbitretur eſſe ad judicii extremi diem [2].

De

1 *Id. ibid. num.* VI. ſic habet: » Beza *in Opuſculo quodam* de Unitate eſ- » ſentiæ (*pag.* 649. *Opuſculorum*) dicit ea, quibus ſuam, hoc eſt Calvini » cauſſam labefactat, & catholicam mirum in modum confirmat. Cum enim » Auguſtini verbis verum Eccleſiæ dogma comprobaſſet, *quis ſane*, inquit, » *homini perſuaſeris, aliter docuiſſe Auguſtinum de Trinitate, quam Africanas* » *Eccleſias; & iſtas rurſus aliter, quam* CATHOLICUS CONSENSUS FER- » RET, *ſenſiſſe*? Præclare hoc quidem, ac veriſſime, ſed quo ſemel conſti- » tuto, tota iſtorum ruit hæreſis, quæ adverſus Romanæ Profeſſionis anti- » quam TESTATAMQUE FIDEM ſola ſe ſcripti verbi futili cavillatione » defendit ».

2 Atque id Synodum Florentinam adverſus Photianorum perplurium errorem conſtituiſſe (quod Benedictus XII definierat de pœnis damnatorum haud differendis ad judicii diem, ſed ſtatim atque ii ex hac vita exceſſerint, infligendis) teſtis eſt Johannes Cardinalis a Turrecremata, qui in Synodo eadem adverſus Photianos ipſos diſputarat, cuique profecto Synodi ſententia ſatis comperta, atque explorata erat. Is in eo libro, qui inſcribitur: *Apparatus ſuper Decreto Unionis Græcorum in ſacroſancto Œcumenico Concilio Florentiæ celebrato, ab Eugenio PP. IV. promulgato*, quique ab ipſo Auctore dicatus Eugenio eidem IV. P. M. fuit, *pag* 32. *verſa ſeq. edit. Veneta ann.* 1560. ad ea verba Synodi: *Illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel ſolo origi-*

De me ſic habeat. Quod Pontifex Maximus definierit, definiat, id me in ſerie definitarum ab Eccleſia rerum poſuiſſe, ac ponere [1]. Nam cum caput viſibile univerſæ Eccleſiæ ſit, quidquid ut Pontifex, ſeu ut Eccleſiæ caput viſibile ſtatuit, ab Eccleſia ſtatutum cenſendum eſt. Jam vero fas non eſſe cuiquam privato, dixi, ante definitionem Eccleſiæ, anathema dicere [2], hæreſeoſque notam inurere iis, qui ſecus ſtatuant, ac privato ipſi videatur fides poſcere; nullaque eſt cauſſa, quamobrem eſſe rurſum dicendum putem. Nam anathemate ferire quemquam, rejicereque in numerum hæreticorum, graviſſimæ notæ genus eſt, in errore obſtinate perſtantibus inurendum. Quare inurendum iiſdem non eſt, niſi habita quæſtione, inſtitutoque judicio, ut ſcientes ne illi, obfirmatique in prava opinione

originali decedunt, mox in infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendos: » Hic ponitur, *inquit*, declaratio, & definitio VII. articuli controver» ſiæ Græcorum, & Latinorum circa perditorum pœnas. LATINI DICE» BANT, SICUT ET DICUNT, ILLORUM ANIMAS STATIM CUM A » corporibus abſolvuntur, ad infernum deſcendere, ET SEMPITERNIS I» GNIBUS SUBDI; Græci vero aſſerebant, illos ante corporum reſumtio» nem, & per conſequens ante diem judicii NULLA HUJUSMODI SEN» SIBILIA PATI TORMENTA, SED SOLO FUTURORUM TIMORE TOR» QUERI. Super quo habita matura, & gravi diſcuſſione, tandem Omni» potentis Dei benedictione unanimi omnium tam GRÆCORUM, QUAM » LATINORUM VOLUNTATE, ET ASSENSU DEFINITUM EST, ANI» MAS ILLORUM, QUI IN ACTUALI MORTALI, aut ſolo originali de» cedunt, mox in infernum deſcendere pœnis tamen diſparibus puniendas. » Veritas tamen hujus definitionis, licet ex prædictis reddatur clariſſima, » nihilominus oſtenditur ex eo, quod . . . in animabus eſt meritum, vel de» meritum, quibus perveniunt animæ ad præmium, vel ad pœnam, quæ » ſunt finis actionum ipſarum; unde ſicut corpora per gravitatem ſtatim fe» runtur in locum ſuum, niſi prohibentur, ita animæ ſtatim ſolutæ vinculo » carnis, per quod in ſtatu viæ detinebantur, ſtatim præmium conſequun» tur, vel pœnam, niſi aliquid impediat, ſicut interdum impedit conſequu» tionem præmii aut veniale peccatum, aut reatus pœnæ, quæ prius in Pur» gatorio purgari neceſſe eſt ». Viden' ut is, qui Synodi pars magna fuit, ad Pontificem M. qui Synodo præſedit, eamque confirmavit, ſcribens, rem definitam fuiſſe demonſtret ita, ut Latini *dicebant*, & *dicunt*, definitionemque hoc ferre affirmet, ut ſtatim poſt mortem pœna merita plectantur damnati? Quid? an ignoraſſe Turrecrematam, ignoraſſe etiam Pontificem, ſe vero unum noſſe, quæ Synodus definierat, Cadonicus dicet? Ita ille quidem dicat neceſſe eſt, ſi in ſententia definitioni, ut Turrecremata teſtatur, oppoſita perſtare obfirmate perget. Confer quæ ſcripſi ſupra *pag. 93. ſeqq.* De pœna non ſenſus, ſed damni, quam infantes ſine baptiſmo decedentes, ferunt, agit Turrecremata *ibid. pag* 34.

1 *Lib.* IV. *Antiquit. P.* II. *cap.* VI. §. IV. *ſeqq. pag.* 67. *ſeqq. tom.* V. *P.* II.

2 *Ibid. cap.* VII. *num.* VI. *pag.* 169. *ſeqq.* & *pag.* 195. *ſeqq.*

nione veritati reſiſtant, intelligi, ſtatuique poſſit. Quæſtionem vero ea de re habere, judiciumque inſtituere, non privatis auctoritate carentibus, ſed Paſtoribus, Pontificique in primis Maximo jus eſt, quibus eſt divinitus data eadem de re dijudicandi, ſtatuendique poteſtas. Deinde de dogmate tunc agebam, quod quoque tempore jam inde a ſecundo ſeculo ad quartum decimum fuiſſe in Eccleſia a non paucis ſcriptoribus in dubium revocatum ſcimus, & de quo præcipuorum haud ſane perpaucorum Patrum tam involutæ obſcuritate, tamque implicatæ videbantur ſententiæ, ut difficile eſſet, quas ſuſtinuiſſent partes, cognoſcere [1]. Quin etiam nationes quædam, quæ jamdiu aut ſchiſma conflaſſent, aut in Monophyſitarum hæreſim incidiſſent, ita erant affectæ, ut earum pleræque omnes differendam eſſe viſionem Dei ad judicii diem defenderent. Itaque inſtituendum judicium, evolvendæ, expendendæque Scripturæ, conſideranda traditio, definiendum denique fuit, quid ea de re Scriptura, atque traditio ipſa ferret. Nam ubi res quæpiam in Eccleſia jam inde a multis ſeculis diſputata a pluribus in utramque partem fuit, nec fuit proinde clare ad credendum propoſita; ea, ut nota omnibus, propoſitaque ſit, expendenda demum ſive a Pont. Max., ſive ab œcumenicis Synodis, quas Pontifex idem confirmet, definiendaque eſt [2]. At non eſt ejuſmodi definitione opus, ſi rem eamdem ad credendum proponat omnium Eccleſiarum Chriſtiani orbis conſenſio. Cum enim res ipſa ejuſmodi conſenſione ſatis [3], ſeu *ſufficienter*

1 Vide Raynaldum *ad ann.* 1333. *ſeqq.* & Franciſcum Pegnam. S. R. R. *Auditor. Commentar. ad Conſtit. Bened. XII. p.* 128. II. *part. Direct. Inquiſitor. edit. Rom an.* 1587.

2 Confer Fratrum Walemburgicorum Antiſtitum doctiſſimorum *Examen Catholici Principii III.* §. VII. *n.* 10. *pag.* 10. *edit. opp. Colon. an.* 1670. *tom.* I.

3 Vide ſupra *pag* 121. *ſeqq.* Martinus Steyaertius *in Additionibus, ſeu Reflexionibus Pacificis ad ſcriptum cui titulus: Notæ Breves, ac Modeſtæ in Propoſitiones* XXXI. *edit. Lovanienſis an* 1691 » Eccleſia, *inquit*, eſt plebs *paſtori adunata.* » Viſibilis eſt, in hominibus ſubſiſtit. Ubinam illa eſt, dum in negotio publi- » co religionis, nemo eſt qui aliter faciat? An ſolis Decretis ſuis oſtendit Ec- » cleſia quid ſentiat, aut velit? An quando Auguſtinus dixit, dementiſſimæ » inſa-

ſicienter, ut ajunt, propoſita ſit, ut ad fidem pertinere intelligatur, non eſt neceſſaria definitio. Quod quidem cum majorum auctoritate, Conventuum Epiſcopalium ſtatutis, illuſtriumque orthodoxorum Scriptorum teſtificatione effectum hactenus a me fuerit; nova certe oratione non eget. Quod ſi Concilia œcumenica Nicænum primum, Conſtantinopolitan. I., Epheſinum, Chalcedonenſe quæ ſunt de Trinitate, deque Incarnatione dogmata, fidei eſſe dogmata confirmarunt; non eo id fecerunt, quo de his dubitare fas olim fuiſſe Chriſtianis judicaſſent (norant enim, quam ea fuiſſent omnino cuique tenenda, atque credenda, qui conſulere vellet ſaluti ſuæ [1]) ſed quo etiam, atque etiam errantes Arianos, Macedonianos, Neſtorianos, Eutychianos, ceteraſque peſtes generis ejuſdem comprimerent [2], orthodoxoſque hæreticorum damnatione munirent, iiſque (uti jam multo ante animadverſum a Tertulliano fuerat [3]) calumniandi viam præcluderent, qui dicere fuiſſent auſi, videri ſibi, hæreſes ab Eccleſia *non examinatas, ſed præjudicatas damnari*.

§. III.

» inſaniæ eſſe, vel in dubium revocare, quod univerſa frequentat Eccleſia,
» ad edicta Eccleſiæ Univerſalis reſpexit, quæ tunc erant paucula admodum,
» & pro rebus pauciſſimis? An quando s. Stephanus Papa contra s. Cypria-
» num Baptiſmum hæreticorum ex Eccleſiæ conſuetudine defendit, decretis
» quibuſdam Conciliorum Generalium innixus eſt, quæ tunc adhuc erant nul-
» la? Hoc eſt ergo, in quo cum quibuſdam vereor, ut unquam pax eſſe
» poſſit. In principiis ipſis, lociſque adeo Theologicis a nobis diſſident ».
Paulo ante dixerat: *Non moror diſtinctionem, quam quidam hic, & alibi adhibent, quaſi non Eccleſia ſit, quæ iſta frequentat, ſed homines in Eccleſia. Quos mihi dicere velim, cur Eccleſia non ſit, dum omnes boni, & mali Paſtores, & Populi iſta palam in templis frequentant, & quidem tamquam aliquam religionis partem, nemoque eſt, qui contra dicat, aut agat?* Hæc quam apte in rem noſtram cadant, nemo eſt, quin plane intelligat.

1 Id s. Alexan. Epiſcopus Alexandrinus *vide ſupra pag.* 146. *not.* 5. s. Leo Magnus *ibid. pag.* 147. id Patres ceteri, id Theologi noſtri, id Bullus etiam ipſe profitetur, etſi homo de Epiſcopalium Britannorum ſecta, in eo, quod adverſus Epiſcopium hæreticum Remonſtrantem perſcripſit, *Judicio Eccleſiæ catholicæ trium priorum ſeculorum: de neceſſitate credendi, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſit verus Deus. Edit. Londin. an.* 1705.

2 S. Auguſtinus lib. 11. *Operis imperfecti adv. Julian. cap.* CLXIV. *pag.* 710. *tom.* X. „ In qua Eccleſia iſta didicerunt (Hilarius, Cyprianus &c.) non erat
„ Manichæa, & quia Catholica erat, atque Catholica perſeverat, ideo vos
„ contra iſta ſentientes, & contradicentes ferre non potuit, & ut Catholica
„ permaneret, infirmitatem parvulorum ſuorum veſtra damnatione mu-
„ nivit „.

3 Vide ſupra *pag.* 166. *in not.*

§. III.

Labuntur, qui liberam ſibi poteſtatem eſſe quidvis defendendi putant, quod ab Synodo quapiam œcumenica hæreſeos damnatum non fuerit: quaſi inter hæreticam reprobatam Synodi œcumenicæ auctoritate, probabilemque opinionem media nulla ſit cenſura digna ſententia.

Atque in eos, qui, præter dogmata ab Eccleſia inſtituto judicio definita, nihil quidquam ad fidem pertinere cenſent, ſatis dictum eſt. Quamobrem ad ea, quæ reſtant, pergamus. Ac tertium quidem hujuſce capitis paragraphum dixeram in eos fore, qui integrum ſibi eſſe tueri, judicarent, quidquid hæreſeos damnatum non eſſet auctoritate œcumenicæ Synodi. Quorum eſt certe erratum duplex. Non enim ſolum conſenſionis Eccleſiarum, decretorumque Sedis Apoſtolicæ, etiam eorum, quibus Eccleſiæ univerſi orbis conſenſerint, rationem habendam eſſe arbitrantur nullam (de quo pravo dogmate, cum dictum ſuperioribus paragraphis ſit, non eſt cur mihi eſſe rurſum differendum exiſtimem) ſed etiam nihil medii ponere videntur inter hæreſim, probabilemque ſententiam.

Quod longe ab Eccleſiæ catholicæ communi ſenſu, decretiſque diſtare, nemo tam eſt imperitus rerum, aut tam inſigniter impudens, qui aut neſciat, aut neget.

Atque certa quidem illa, firma, inſitaque orthodoxorum omnium animis perſuaſio eſt, ut inter ſententiam probabilem, atque hæreſim gradus quoſdam eſſe opinionum aliarum aliis pejorum credant. Itaque non ſtatim quod probabile non ſit, idem eſſe putant hæreticum; ſed eorum, quæ infra probabile, ſint, alia opinandi perverſa genera aliis eſſe pejora ſtatuunt, cenſuraque digna graviore. Quare falſarum opinionum, quæ non tam recta cum

divinitus tradita doctrina, neque tam e diametro, ut ajunt, pugnent, quaſdam aliis propius, quaſi gradibus, ut dixi, ad hæreſim accedere, adeo ut aliæ *falſæ* peculiari ratione ſint, aliæ *captioſæ*, aliæ *male ſonantes*, aliæ *offenſivæ piarum aurium*, aliæ *ſcandaloſæ*, aliæ *temerariæ*, aliæ *injurioſæ Eccleſiæ*, aliæ *pernicioſæ*, aliæ *erroneæ*, aliæ *ſuſpectæ hæreſeos*, aliæ *faventes hæreſi*, aliæ *hæreſi proximæ*, vel *hæreſim ſapientes*.

Ac rerum profecto omnium imperitum, omninoque rudem eum eſſe oportet, qui ignoret, non modo a Pontificibus Maximis, ſed ab Synodis etiam œcumenicis propoſitionibus ſane multis inuſtas jamdiu fuiſſe ejuſmodi cenſurarum notas. Non enim id Clemens XI. ſolum fecit, neque ſolum Innocentius XII. Alexander VIII. Innocentius XI. Alexander VII. Innocentius X. Pius V. Leo X. quorum conſtitutiones de re doctrinæ, ac morum manibus omnium fere orthodoxorum teri conſueverunt; ſed Synodus etiam Conſtantienſis, cujus paullo poſt indicabo locum. Jam ante hujus Synodi tempora edita fuerat ab Joh. XXII. [1] adverſus Magiſtri Ekardi octo atque viginti Articulos Conſtitutio, in qua ſic erat: „ Quindecim primos articulos, & duos alios ultimos tamquam hæreticos; & alios undecim tamquam *male ſonantes, temerarios, & ſuſpectos de hæreſi... damnamus*, & reprobamus „. Neque tum primum cœpta eſt adhiberi hæc proſcribendarum propoſitionum ratio. Nam ſec. XIII. uſus quadantenus ea Alexand. IV. Pont. Max. adverſus Guillelmi a s. Amore articulos quoſdam fuerat [2]. Id quod ab aliis ante fuiſſe factum credendum eſt, quorum fuerit exemplum is Pontifex imitatus. Quid? ſi in Auguſtini etiam libris ejuſmodi notarum veſtigia quædam extent [3]? Ita fit, ut ne ii qui-

1 *Apud Raynaldum in Annalib. ad ann.* 1329. *n.* 70. *& ſeqq.*
2 Apud eumd. *ad. an.* 1256. *n.* XXIII.
3 Lib. I. *contra Julianum cap.* VIII. *n.* 40. *& cap.* IX. *n.* 42. *pag.* 144. *tom.* X. *opp.* quibus in locis *propoſitionum faventium hæreſi*: *Lib.* IV. *c.* III. *nu.* 30. *p.* 396. ubi

quidem, qui Conſtitutioni *Unigenitus* improbe, contumaciterque reſiſtunt, diffiteantur eam, quæ jamdiu invecta in Eccleſiam eſt, diſtinguendorum variorum graduum cenſurarum, quibus pravæ propoſitiones configi, damnarique conſueverunt, rationem nihil aut inſtitutionis, aut ſpiritus Eccleſiæ immutaſſe [1]. Qua de re illuſtris eſt Paſchaſii Queſnelli ad Epiſcopos Pariſiis congregatos ſcribentis locus. Quamquam inſcienter is etiam ab Synodo œcumenica Conſtantienſi invectam eam primum in Eccleſiam rationem fuiſſe putat. Nam eſt ea, ut vidimus, multo vetuſtior. Sed hoc videntur ii, adverſus quos ſcribimus, Queſnello deteriores, quod ille, etſi non tam vete-

ubi *impiarum*, & *lib.* III. *Operis imperf. contr. Julian. p* 816. & l. IV. n. CLXXXVIII. *pag* 873. ubi *blaſphemarum*, & *lib.* 1. *contra Duas Epiſtolas Pelagianorum cap.* XV. *num.* 30. *pag.* 281. ubi *falſarum*, & *lib.* XVII. *de Civit. Dei cap.* LII. *pag.* 405. *to.* VII. & alibi, ubi *temerariarum* fit mentio. Rationes notarum, quibus falſæ propoſitiones, quæ lædere aliquo modo doctrinæ Eccleſiæ puritatem poſſint, configuntur, afferre conſuerunt Theologi. Unum hic nominabo Melchiorem Canum. Is hac de re diſputat *in* XII. *Locorum Theologicorum libro cap.* X. *pag* 387. *& ſeqq. edit. Baſſan. ann.* 1746. quem Lector, ſi placet, conſulat. Omnes autem Sedis Apoſtolicæ, Synodorumve œcumenicarum auctoritate, conſenſioneve Eccleſiarum cenſuris ejuſmodi notatas opiniones falſas eſſe oſtendit Steyaertius *Diſquiſit. Brevi*: *An Propoſitiones a Summis Pontificibus damnatæ in Luthero*, *Bajo*, item *Michaele Molinos*, *aliiſque ut reſpective hæreticæ*, *ſuſpectæ*, *erroneæ*, *ſcandaloſæ &c. poſſint*, *non obſtante hac damnatione adhuc eſſe vera pag.* 42. *ſqq. edit. an.* 1714. *Pag. autem* 44. *cum ſibi objeciſſet:* inuri etiam pleriſque propoſitionibus falſitatis notam, adeoque non omnes eſſe falſas, reſpondit: » Quid cum ad unam tantum ex Janſenianis ponatur illud *falſum*: » ergo reliquæ falſæ non erunt, cum tamen declarentur hæreticæ? . . Itaque notandum rariſſime inter ſententiarum cenſuras Theologicas poni illud *falſa*; » ſed potius idem ſupponi in omnibus ceteris, ita ut, quæ cenſuratur ut » ſcandaloſa, judicetur falſa quidem, ſed inſuper falſitate ſua ſcandaloſa: quæ » ſuſpecta, cenſuratur non ſolum falſa, ſed etiam de graviore falſitate ſuſpecta, & ita de reliquis. Nonnumquam vero etiam illud *falſa* additur, » ut in una Janſeniana, & inter reliquas cenſuras propoſitionum Lutheri, » nempe quia aſſertio aliqua poteſt aliquando ſola pene falſitate peccare, ſed » graviter, ubi proinde falſitas illa cenſuram meretur ». Confer Dupinium *lib.* 1. *de Doctrina Chriſtiana cap.* XXII. Idem fatetur Queſnellus in Libello inſcripto: *Memoire pour les Eveques aſſemblées au ſoujet de la Conſtitution du* 8. *Septembre* 1713. *ou l' on examine*, *s' il eſt permis de condamner des propoſitions veritables*, *&* *orthodoxes*, *cauſe de l' abus*. *Edit. ann.* 1714. *cap.* V. *pag.* 40. *ſeqq.*

1 *Queſnel. ibid. pag.* 22. » La pratique qu' on a ſuivie dans ces derniers » tems, de diſtinguer divers degres de qualifications, & de les appliquer » aux propoſitions ſelon, qu' elles le méritent, cette pratique, dis je, n' a » rien changé ni dans l' eſprit, ni dans la conduire de l' Egliſe. Ce fut dans » le Concile General de Conſtance, que cette pratique commença a s' in» troduire &c. »

veterem eam conſuetudinem eſſe ſtatuat, tamen utpote ab Synodo Conſtantienſi uſurpatam probet; hi contra, qui nonniſi Synodis œcumenicis parere ſe dicant, Synodo tamen Conſtantienſi [1] inter hæreſim, & opinionem probabilem gradus falſarum propoſitionum medios numeranti aſſentiri nolle videantur. Sed ut ut ſunt facturi, numquam impetrabunt tamen, ut ipſorum, ſimul atque eſt orta, non extabeſcat, nec pereat funditus tam inanis opinio: maneatque contra, perpetuo ſtabilis ratio, quam vetuſtate, univerſitate, conſenſione firmatam & uſurparit aliquando in œcumenicis Synodis, & ab Romanis Pontificibus ſæpe, uſurpatam, ubique terrarum Eccleſia catholica aſſentiendo probarit, probareque continenter pergat.

CAPUT III.

Conſenſione Eccleſiæ Univerſæ quinti Articuli Symboli Apoſt. ſenſum aut interpretantis, aut determinantis efficitur, doctrinam eſſe fidei Chriſtianæ: Sanctorum Veteris Teſtamenti animas, ante Chriſti mortem, expertes fuiſſe beatificæ viſionis Dei.

Quam adverſarii, cauſſa libere tuendæ opinionis novæ ſuæ, muniviſſe ſibi putaverant, ea eſt a nobis capite hujuſce libri ſuperiore intercluſa via. Etſi namque non fuerit eadem eorum ab Synodis œcumenicis exploſa ut hæreſis, ac reprobata opinio; non eſſe hinc tamen, oſtendi, conſequens, defendi eam impune, libereque poſſe. Eſt enim a me adverſus Cadonicum, ejuſque aſſeclas demonſtratum, non eſſe in adiaphoris numerandas ſententias omnes, quæ *expreſſe*, ut ajunt, explicateque Synodorum actoritate damnatæ non fuerint;

1 *Seſſ.* VIII. *pag.* 299. *ſeqq tom.* XIII. *Concil. edit. Pariſ. Hard an* 1714. & *ſeſſ.* XV. *pag.* 410. *ſeqq.* & *ſeſſ.* XIX. *pag.* 454. *ſeqq.* Confer etiam Martini V. *Conſtitutionem ibid. pag.* 906. *ſeqq.*

rint; cum multas œcumenicæ Synodi; Synodi autem? immo vero Pontifices etiam Max. cenſura minime notarint, quæ tamen ſine hæreſi, magnoque ſcelere concedi nullo modo poſſe videantur. Quod ſi hæreticæ, quales earum aliquas eſſe revera, animadverti, ſi hæreticæ, inquam, non eſſent, non tamen propterea, ut Cadonico videtur, eſſent probabiles; neque fas cuiquam eſſet de earum pravitate dubitare, aut earum patrocinium, defenſionemque ſuſcipere. Pugnat enim cum Romanorum Pontificum, ut extremo capite ſuperiore demonſtratum eſt, cumque Synodorum œcumenicarum decretis, ut quod hæreticum non ſit, id continuo probabile habeatur. Eſſe namque *proximum hæreſi*, aut *erroneum*, aut *piarum aurium offenſivum*, aut *temerarium*, aut *ſcandaloſum* poteſt, cujuſmodi certe ſi eſt; probare quidem illud, dubiove in eo verſari licebit omnino nemini.

Verum rectane catholico dogmati adverſetur ſententia Cadonici de animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti, ante Chriſtum, beatis viſione Dei, ita ut ſententia eadem hæretica ſit; an oblique idem Catholicum dogma petat, ut vel *temeraria* ſit ſolum, vel *ſcandaloſa*, vel *offenſiva piarum aurium &c.* etſi ipſe non quæram, ſi quis tamen documenta, quibus deinceps utar, expenderit, is quidem certe facile dijudicabit.

Quod ad me attinet, hoc mihi poſthac unum aſſumam, atque ad hoc unum fere demonſtrandum quidquid potero ſtudii, diligentiæ, laboris conferam: *doctrinam eſſe Chriſtianæ fidei, animas Sanctorum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti Servatoris mortem, expertes fuiſſe beatificæ viſionis Dei*.

§. I.

Digitized by Google

§ I.

Eccleſia Catholica, Apoſtolica, Romana, *ſententiam verbis*: deſcendit ad inferos: *art* v. *Symboli Apoſt. comprehenſis ſubjectam interpretans, ſeu determinans ubique terrarum docendo proponit; animas Sanctorum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, expertes fuiſſe beatificæ viſionis Dei. Quod autem ſic proponit Eccleſia, id eſt doctrina Chriſtianæ fidei.*

1 Hegeſippi illuſtris ſeculi Eccleſiæ ſecundi Scriptoris diligens in primis fuit veritatis catholicæ religionis inveſtigatio. Is confirmandi ſui, tuendæque ſtrenue adverſus impios veræ fidei cauſſa, Romam, ubi Pontifex unitatis centrum, caputque Eccleſiæ aſpectabile agebat, iter inſtituit. Quo in itinere cum ad cœtus orthodoxorum in locis ſingulis conſtitutos divertiſſet; exque eorum Antiſtitibus quid quaque de re ſentirent, quæſiſſet; atque unam omnium, eamdemque doctrinam eſſe [1] comperiſſet: intellexit, eam quemque ſequi oportere, qui catholicus haberi, & eſſe vellet. Age modo Hegeſippi exemplum imitati iter Eccleſiarum univerſi orbis aggrediamur. Quod quidem iter, ſi mihi navibus, pedibuſve non licet, licebit certe monumenta earumdem Eccleſiarum percurrendo conficere. Quo etiam nomine multo me arbitror futurum Hegeſippo in adverſariis refellendis feliciorem. Non enim, ut ille, teſtificatione ſola mea, quam adverſarii ipſi ſi minus evertere, at elevare ſaltem apud imperitum vulgus, extenuareque negando queant; ſed publicis eos revincam tabu-

1 Confer Euſebium *lib.* IV. *H. E. cap.* XXII. *pag.* 155. *edit. Taurin ann.* 1746. & Melchiorem Canum *locor. Theologicor. lib.* IV. *cap.* IV. *pag.* 124. *edit. Baſſan. an.* 1746.

tabulis Eccleſiarum, quibus difficile ſit, quocumque demum ſe vertant, quidquam auctoritatis, ponderiſque detrahere. Eſt autem nobis hujuſce itineris ſuſcipiendi a Tertulliano propoſita ratio in eo, quem de *Præſcriptionibus adverſus Hæreſes* publicavit, libro. Capite namque ejus libri ſexto atque triceſimo [1] *ſi Italiæ*, inquit, *adjaces*, habes *Romam*, *unde nobis quoque auctoritas præſto eſt. Iſta quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt*. Nos Romæ agimus. Hinc igitur exorſi inveſtigabimus, quid hac de re Eccleſia Romana, ut Tertullianus ipſe ibidem ſcribit, *didicerit*, *quid docuerit*, *cum* Italicis quibuſque Eccleſiis *conteſſerarit*. Inde cogitatione profecti ceteras primum Europæ, poſt Aſiæ, deinde Africæ, poſtremoque Americæ Eccleſias animo luſtrabimus, diligenterque inquiremus, quid earum publica doctrinæ monumenta ferant.

II. Publicorum autem monumentorum, ex quibus dignoſci poſſit, quid quæque Eccleſia ad fidei doctrinam pertinere credat, genera eſſe video in primis duo. Horum alterum Conſtitutionibus, Decretiſque ejuſdem Eccleſiæ, alterum libellis rudimentorum doctrinæ Chriſtianæ continetur. Ac doctrina quidem Conſtitutionibus, Decretiſve comprehenſa, quin fidem ejus Eccleſiæ demonſtret, ex qua Conſtitutiones ipſæ, ſeu Decreta manaverint, nemo eſt profecto, qui dubitet. Jam vero *libellis Catechiſmorum*, ſeu *Rudimentorum doctrinæ Chriſtianæ* hoc ineſt proprium, ut in conſtituendo, explicandoque ſenſu articulorum Symboli, non quidvis, quod ad fidei rationem ſpectet, ſed id contineant, quod Eccleſiæ præcipue in Symboli capitibus explicandis proponendum, ſcituque tam neceſſarium eſſe credant, ut ne patiantur quidem, vim ut fugiat, notionemque puſillorum, ac rudium. Quamobrem recte, ut alias, ab Auguſtino in conſtituendo vero de peccato

 ori-

[1] *Pag.* 215. *edit. Ven. an.* 1744.

originis dogmate, inque refellendis hæreticis Pelagianis maxima fuit ejuſmodi rudimentorum habita ratio [1]. Quin etiam Hadrianus, ac Petrus Wallemburgici Fratres, iidemque Epiſcopi Tractat. 1. *Exam. Catholici principii* [2]: „ Articulus fidei Catholicæ, *inquiunt* innoteſcit „ per praxim univerſalis Eccleſiæ. Ratio eſt, quia uni„ verſalis Eccleſia habet promiſſionem non errandi. „ Nulla praxis eſt definitiva, niſi ſufficienter conſtet de „ illa praxi. Ratio eſt, quia alioqui non haberetur „ ut ſufficienter proponens. Ubi ergo non plane con„ ſtat de ea praxi, pacis ſtudium obſervandum eſt, ex„ pectandaque vel generalis Concilii definitio, vel de„ cretum ſummi Pontificis „. *Praxim* autem Eccleſiæ ex *Catechiſmis ordinariis* conſtare ajunt [3], ſcribuntque hoc modo: „ Ex fide Catholica certum eſt, omnibus, „ & ſingulis fidelibus proponi in Eccleſia Catholica „ quidquid eſt neceſſarium ad ſalutem. *Patet ex praxi* „ univerſalis Eccleſiæ, dum ſimplicibus proponit Cate„ chiſmos ordinarios, & ſemper tenuit, iis compre„ hendi omnem doctrinam ad ſalutem neceſſariam, licet „ pro varietate locorum ii Catechiſmi plus minuſve „ contineant „. Jam poſt ubi in Methodo Auguſtiniana [4] conſtituerunt, *principium Catholicum* eſſe *unicum*, idque eſſe *verbum Dei propoſitum* ab Eccleſia, nobiſque *innoteſcere per Eccleſiæ propoſitionem*, id eſt *vel per praxim uni-*

1 Vide locum ſupra *pag.* 164. hujuſce operis *in not.* quo loco Julianum eumdem redarguens: *Qua confidentia*, inquit, *id audebis dicere* (non eſſe originale peccatum) *quod* (eſſe) *iſti* (Cyprianus, Ambroſius &c.) *confeſſi, atque profeſſi ſunt, quod IN CHRISTI ECCLESIA SUORUM rudimentorum temporibus didicerunt?* Jam ne vides, quanta vis, auctoritaſque inſit, Auguſtino prædicatore, ac teſte, iis, quæ in Eccleſia Chriſtiani tempore ſuorum rudimentorum didicerint, nempe tum, cum eos Inſtitutores ipſorum Catechiſmum docerent?

2 *Exam.* III. §. VII. *n.* IX. *Prop.* VI. *ſeq. pag.* 10. *tom.* I. *Opp. Edit. Colon. an.* 1670.

3 *Ibid.* §. XI. *n.* 3. *Prop.* 3. *pag.* 12.

4 Eodem recidunt, quæ iidem *Tractatu de Methodo Auguſtiniana P.* I. §. VII. *pag.* 16. ſtatuunt. Nam: „ Principium, *iniquiunt*, Catholicum eſt unicum: „ *Verbum Dei ab Eccleſia propoſitum*. Et ſicut ratio Verbi Dei abſtrahit a Scri„ pto, & non Scripto; ita pariter utrumque comprehendit: nobis vero INNO„ TESCIT per Eccleſiæ propoſitionem, id eſt vel per praxim univerſalis Ec„ cleſiæ, vel per definitionem Concilii Generalis „.

univerſæ Eccleſiæ, vel per definitionem Synodi Generalis; tum Tractatu de *Articulis* [1] *neceſſariis* tertio, animadvertunt, praxim hanc ex eo liquere, quod Eccleſia *proponat ſimplicibus Catechiſmos, quibus ſemper tenuit comprehendi omnem doctrinam neceſſariam ad ſalutem. Atque* [2] *iſtam quidem notitiam* Catechiſmo comprehenſam *Catholicis ſufficere*; ab iiſque item teneri, *non tantum in iis, quæ omnibus, & ſingulis neceſſaria ſunt, ſed in omnibus omnino Articulis acquieſcendum eſſe verbo Dei per Eccleſiam propoſito*. Igitur ſi ex Catechiſmis *ordinariis* nobis Eccleſiæ *praxis innoteſcit*, exque iis intelligimus, ecquid ſaluti neceſſarium ſuis illa ad credendum proponat; ſane quod in Catechiſmis quibuſque de ſententia Articulorum Symboli ſimplicibus proponitur, id ab Eccleſia ut ſaluti neceſſarium proponi ſtatuendum eſt; his ſi modo auſcultemus doctiſſimis, fortiſſimiſque vindicibus orthodoxæ religionis, quorum præclaris, nobilibus, ſalutaribuſque pugnis ſæpe fuiſſe heterodoxos ſuperatos conſtat. Atque ipſa quidem per ſeſe ſuadet ratio, quod ab omnibus Eccleſiis in Catechiſmis proponitur ad credendum orthodoxæ plebi, id non modo Eccleſiarum omnium conſenſione ad religionis dogma ſpectare; ſed etiam e præcipuis eſſe religionis ejuſdem capitibus, quæ ne a Chriſtiana quidem plebe ignorari ferendum ſit. Ac de vi, auctoritateque Catechiſmorum ſatis eſt generatim dictum.

III. Nunc ab Eccleſia Romana, ita ut paulo ante promiſeram, de Animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti, quo ſtatu ante Chriſti Servatoris mortem fuerint, initium inquirendi ducam. Cumque genera eſſe dixerim monumentorum duo, ex quibus intelligi plane

 poſſit,

1 *Sectione* XVII. *n.* I. *ſeq. pag.* 10. ſi ſtatuunt: „ Ex fide Catholica certum „ eſt, omnibus, & ſingulis fidelibus proponi ab Eccleſia Catholica quidquid „ eſt neceſſarium ad ſalutem. Patet ex praxi univerſalis Eccleſiæ. Nec enim „ aliunde conſtare poteſt. Eccleſia proponit ſimplicibus Catechiſmos ordina„ rios, & ſemper tenuit, iis comprehendi omnem doctrinam ad ſalutem ne„ ceſſariam „.

2 *Ibid. ſect.* XVIII. *n.* I. *pag. ead.*

poſſit, quæ cujuſque Eccleſiæ ſit de re quacumque ſententia, quorumque alterum Conſtitutionibus, ac Decretis, alterum Catechiſmis contineatur; utrumque certe conſulam, atque conſecter neceſſe eſt.

Ac Decretis ceteris Romanæ Eccleſiæ prætermiſſis, quibus adverſarii tenebras, noctesque obducere cavillando fortaſſe poſſent; ea una utar dogmatica Conſtitutione, quæ a Benedicto XII. P. M. anno 1335. totius Catholici orbis aſſenſione, ac plauſu edita adverſus eorum errorem fuit, qui viſionem Dei beatificam juſtis etiam iis, quibus nihil pœnæ luendum ſupereſſet, differendam eſſe arbitrabantur ad judicii poſtremum diem.

Eſt autem in ea Conſtitutione decretum hoc modo: AUCTORITATE APOSTOLICA DEFINIMUS, *quod ſecundum communem Dei ordinationem animæ* SANCTORUM OMNIUM, *qui de hoc mundo* ANTE DOMINI NOTRI JESU CHRISTI PASSIONEM DECESSERUNT ... POST DOMINI JESU CHRISTI PASSIONEM, ET MORTEM *viderunt, & vident, & videbunt divinam eſſentiam viſione intuitiva, & etiam faciali* [1]. Jam

[1] Ita omnino in ea Conſtitutione legitur, quæ extat in *Regeſt. Epiſtolar. & Conſtitut. Bened. XII. Conſtit.* IV. „ Hac in perpetuum valitura Conſtitutione
„ auctoritate Apoſtolica definimus, quod ſecundum communem Dei ordinatio-
„ nem ANIMÆ SANCTORUM OMNIUM, QUI DE HOC MUNDO ANTE
„ DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI PASSIONEM DECESSERUNT, nec-
» non Sanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & alio-
» rum fidelium defunctorum, poſt Sacrum ab eis Chriſti baptiſma ſuſceptum,
» in quibus nihil purgabile fuit, quando deceſſerunt, nec erit quando decedent
» etiam in futurum, vel ſi tunc fuerit, aut erit aliquid purgabile in eiſdem, cum
» poſt mortem fuerint ſuam purgatæ, ac quod animæ puerorum eodem Chriſti
» baptiſmate renatorum, & baptizandorum cum fuerint baptizati, ante uſum
» liberi arbitrii decedentium, mox poſt mortem ſuam, & purgationem præ-
» fatam in illis, qui purgatione ejuſmodi indigebant, etiam ante reſumtionem
» ſuorum corporum, & judicium generale, POST ASCENSIONEM SALVA-
» TORIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI in cælum, fuerunt, ſunt, & erunt
» in cælo, cælorum Regno, & paradiſo Cæleſti cum Chriſto Sanctorum Angelo-
» rum collegio aggregatæ, AC POST DOMINI JESU CHRISTI PASSIONEM,
» ET MORTEM VIDERUNT, ET VIDENT, ET VIDEBUNT DIVINAM
» ESSENTIAM VISIONE INTUITIVA, ET ETIAM FACIALI, NULLA ME-
» DIANTE CREATURA IN RATIONE OBJECTI VISI SE HABENTE, ſed
» divina eſſentia immediate ſe, nude, clare, & aperte eis oſtendente, quodque
» ſic videntes eadem divina eſſentia perfruuntur „. Hujuſce Conſtitutionis meminerunt vetus auctor vitæ Benedicti XII. pag. 198. tom. 1, *Vitar. Paparum Avenionen-*

Digitized by Google

Jam hoc perſpicis quale ſit . Expecto , quid reſpondeas . An dices , definitum quidem a Benedicto fuiſſe, *ſanctos omnes , qui ante Chriſti paſſionem deceſſerant , poſt Chriſti paſſionem ac mortem vidiſſe Deum* ; ſed abs te contra ſtatui , eos Deum vidiſſe ante , quam paſſus Chriſtus , mortuuſque fuiſſet ? Quamvis tantum tibi doctrinæ , auctoritatiſque tribuas , ut omnes tibi ipſi aſſentiri putes oportere ; numquam tamen committes , ut Conſtitutionibus præſertim Dogmaticis Sedis Apoſtolicæ præferas inventa , opinioneſque [1] tuas . Niſi enim pietas, reli-

nionenſium edit. Pariſ. Balutii ann. 1693. In tertia *Vita* item vetuſta , quam perinde edidit Balutius *ibid. pag.* 221. & *p.* 224. & *p.* 227. ejuſdem Conſtitutionis fic mentio ; ut etiam in quinta a Petro de Herentals Priore Floreffienſi *ibid. p.* 237. *ſeqq.* Eaſdem vitas ex Balutio deſcripſit Muratorius , tranſtulitque in *Tomi* III. *Scriptor. Rerum Italicar. Partem alteram pag.* 527. *ſeqq. edit. Mediol. an.* 1734. Conſtitutionem ipſam Benedicti , quæ in Bullariis etiam communibus extat , affert XIV. Seculi Scriptor Nicolaus Eymericus Ord. Prædic. *Director. Inquiſitor. P.* II. *cap.* II *pag.* 127. *ſeq. edit. Rom. an.* 1587. Hiſtoriæ , Annaliumque Eccleſiaſticorum Scriptores , Theologique fere omnes (qui XIV. ſequentibuſque ſeculis claruerunt , quorum vel nomina deſcribere longum eſſet) cum aut de rebus anno 1335. vel 1336. geſtis , aut de viſo a Sanctis Deo agerent , Conſtitutionis ejuſdem uti dogmaticæ , maximæque in Eccleſia auctoritatis cum laude meminerunt .

Jam in hoc ῥητῷ Conſtitutionis non Sanctorum omnium Veteris Teſtamenti ſolum, ſed etiam omnium adultorum Novi , qui pie , integreque vixerunt , puerorumque poſt baptiſma ſuſceptum decedentium mentionem fieri palam eſt . De adultis autem , poſt inlatum novum Teſtamentum , deque infantibus , ſuſcepto baptiſmo , decedentibus , nihil erat cauſſæ , quamobrem diceretur , eos *poſt* paſſionem , mortemque Chriſti vidiſſe , viſuroſve eſſe Deum . Cui enim , niſi abſurdo ſit capite , ſecumque pugnet , venire in mentem poterit , eos qui poſt Chriſti paſſionem mortui ſint , ante Chriſti paſſionem vidiſſe Deum ? Itaque quod eſt de Sanctis , qui poſt *paſſionem , & mortem Chriſti viderunt* , & *vident Deum*, id eſt de SS. Veteris Teſtamenti intelligendum , qui etſi ante Chriſti paſſionem, mortemque deceſſiſſent , non ante tamen viderunt Deum , quam idem Chriſtus paſſus , mortuuſque eſſet .

1 Mirare lector , quam de ſuis inventis Cadonicus præclare , magnificeque ſentiat . In *Epiſt. Dedicat. Vindiciis Auguſtinianis præfixa* . „ Hæc neceſſario » protuli , *inquit* , ut quomodo Auguſtinus explicandus ſit in aliquibus obſcuris » locis » (*obſcura* Auguſtini loca memorat is , qui alibi affirmat , Auguſtini quæque ſcripta eſſe *clara* . Ita hic ſecum luctari perſæpe ſolet) » qui ipſi hic objiciuntur , ii , qui indigent , intelligant , cum DUBIUM NULLI ESSE POS» SIT , ſatius longe eſſe has opiniones ſuas dicere , dum per hanc conceſſionem » ab errore purgatur , qui fidem in ipſo deſtruit Catholicam . Fortaſſe fiet , » ut occaſione data , profundius eorumdem examen Scholæ ſuſcipiant , & mo» menta penſantes , quibus nituntur , amiciorem animum in illas intendant , » Hoc magnum S. Patris nomen ab ipſis poſtulat , & , ni mea me fallit opi» nio , ejuſdem allatæ auctoritates oſtendunt , ipſum de his articulis non obi» ter , ſed poſt maturam conſiderationem verba feciſſe : quod evidentius mani» feſtaretur , ſi omnia , quæ apud ipſum inde colligi poſſunt , ratio præſen» tis operis congerere permiſiſſet „ . Confer quæ idem ſcribit *in ejuſd. operis Præf. pag.* 3. *ſeq.* & *pag.* 5. & 7. Theologos enim per ſummam injuriam accuſans,

religio, pollicitatioque Chriſti; at pudor quidem certe, timorque te, ne quid tale audeas, deterrebit.

Quid igitur? An quod Pontifex de Sanctis omnibus ante Chriſti paſſionem mortuis ſcripſit, id tu dices, fuiſſe *incidens, obiterque, atque in tranſcurſu, præter inſtitutum præcipuum, de quo erat potiſſimum controverſia, aut explicandi gratia* ſcriptum; *proptereaque non pertinere ad doctrinam religionis*? Ita tu quidem fortaſſe dices, ne qua in re a tuis Symmyſtis [1] paria de Synodi Toletanæ teſtimonio affirmantibus diſcrepes. Sed cave primum, ne ab Auguſtino, quo te uno uti auctore jactas, diſſidere maxime videare.

Nam cum is adverſus Pelagianos ageret, Synodi Carthaginienſis, ſub Cypriano habitæ uſus eſt auctoritate: a qua, cum eſſet quæſitum, eſſet ne infantibus ante octavum ab ortu eorum diem baptiſmus dandus, reſpon-

ſans, quaſi S. Auguſtinum vel in iis, quæ in facie Eccleſiæ docuerit, deferendum putent: „ Hinc, *inquit*, & aliud ex effectibus ſatis grande malum exoriri arbitratus ſum, ut ſcilicet Sancti Patris ſententiæ in pleriſque aliis haud ſequendæ Theologis videantur, QUIA IN HAC JAM PRÆCONCEPTA VANITATE, quod ille ſcilicet, etiam Catholicus, immo ſaltem & preſbyter magnis obnoxius in fide erroribus fuerit; modo hæc, modo illa docentem Auguſtinum, ſecluſo rerum profundiore examine, deferant, quaſi ipſe non ſoliditate fidei, & rationis, ſed ſubtilitate tantum ingenii aliqua in facie Eccleſiæ docenda putaverit, quæ nunc veluti vana, & fundamentis destituta eſſent reſpuenda. Hujuſmodi eſt quæſtio, de qua ſupra aliquid tetigi (*nempe de Sanctis Patriarchis Veteris Teſtamenti, ante paſſionem Chriſti, beatis viſione Dei*) quam tamen Sanctus Pater CONTRA HÆRETICOS, ET PRÆCIPUE PELAGIANOS expreſſe prædicavit, & quæ ubi ad trutinam reducatur, maximam ædificationem noſtris, maximamque doctrinam hæreticis ſuppeditabit, atque Schiſmaticis, ut vel in pluribus, & magnis rebus abſque effugio convincantur, vel ultro a ſuis erroribus, Deo adjuvante, reſipiſcant„. Viden' ut primo injuſte accuſet Theologos, quaſi ſententias, quas in facie Eccleſiæ Auguſtinum defendiſſe norint, reſpuendas putent? Secundo, ut oſtenſum ab ſe fuiſſe indicet, Sanctum Doctorem *adverſus hæreticos in facie Eccleſiæ* novam illam Cadonicianam opinionem adſeruiſſe? Tertio, tanti eſſe ponderis ſuum illud inventum, thraſonicum in modum jactet, ut ſtatuat, *maximam illud ædificationem noſtris, maximamque doctrinam hæreticis*, atque *ſchiſmaticis ſuppeditaturum eſſe, ut vel in magnis rebus vel convincantur, vel ultro a ſuis erroribus reſipiſcant*? Quaſi vero Eccleſia jam uſque a tot ſeculis ea luce, iiſque præſidiis caruerit, quibus illuſtrare veritatem, convincereque hæreticos, & ſchiſmaticos poſſet; eumque Pelagianis, aliiſque hæreticis diu ſenſerit, qui Patres eos viſione Dei ad Chriſti paſſionem non fuiſſe potitos dixiſſent, propterea quod idipſum ea paſſim, ut oſtendere pergam, docuerit. Vide *etiam pag.* 257. *ſeq.* (ut ejus dicta cetera, ne longior ſim, prætermittam) quo loco ſimilia conſectatur.

1 Vide ſupra *pag.* 197. *ſeq.* quo loco ſenteutiam Feltrii, ſeu potius Anonymi ſex Epiſtolarum italice editarum Auctoris hac de re ſententiam deſcripſi.

Digitized by Google

ponſum fuerat : *nulli hominum nato miſericordiam Dei eſſe , & gratiam denegandam* . Quamobrem *non debere* (baptiſmo) *prohiberi infantem , qui . . . nihil peccavit , niſi quod ſecundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit* [1] . Cumque hunc Auguſtinus idem ex litteris Cypriani ad Fidum Synodi attuliſſet locum , tum nihil hæſitans ſtatuit , tam inde certo [2] conſtare de originis peccato dogma , ut ſine graviſſimi in fide [3] erroris nota , audaciaque ſumma rei incertæ loco haberi nullo modo poſſet . At ſi Feltrianus [4] ille canon de re , quæ , ſi *explicandi gratia , vel incidenter , obiterque , atque in tranſcurſu præter inſtitutum præcipuum , de quo ſit potiſſimum controverſia , inducatur , ad fidem non ſpectet* , ſi Feltrianus, inquam , ille canon univerſe , ac generatim valuiſſet , facile quidem certe eum Synodi Carthaginienſis locum Cæleſtius , Pelagianique ceteri eluſiſſent . Dixiſſent enim, quidquid in ea ſententia Synodi de peccato originis eſt , *incidenter* , vel etiam *obiter* , & *in tranſcurſu* , *præter inſtitutum præcipuum* , *de quo erat potiſſimum controverſia* , *fuiſſe inductum* . Quare quidquid in ea de eodem originis peccato eſt , id ſane cujus tandem cumque modi ſit , *ad fidem non pertinuiſſe* . *Inſtitutum* enim Synodi *præcipuum* , illudque ipſum , de quo erat *potiſſimum* *contro-*

1 Confer *lib.* III. *de Peccator. Meritis , & Remiſſ. cap.* V. *n.* 10. *ſeq. pag.* 50. *ſeq. tom.* X. *opp. Auguſt.* & *lib.* IV. *Contra duas Epiſtolas Pelagianorum cap.* VIII. *n.* 23. *pag.* 317. & *lib.* I. *Contra Julianum cap.* III. *n.* 6. *pag.* 319.

2 Vide *lib.* III. *de Peccator. Meritis , & Remiſſ. cap.* V. *n.* 11. *pag.* 51. & *lib.* IV. *Contra duas Epiſtolas Pelagianor. cap. indicato notatione ſuperiore* , ubi S. Doctor ſic diſſerit : „ In Epiſtola , quam *Cyprianus* ſcripſit ad Epiſcopum Fidum » cum ſexaginta ſex Epiſcopis ſuis , a quo fuerat conſultus propter circumciſionis legem , utrum ante octavum diem baptizari liceret infantem , hæc cauſſa » ſic agitur , tamquam proviſione divina tam longe futuros hæreticos Pelagianos JAM CATHOLICA CONFUTARET ECCLESIA . Neque enim qui conſuluerat , INDE DUBITABAT , utrum naſcentes traherent originale peccatum , quod renaſcendo diluerent . ABSIT ENIM , UT HINC ALIQUANDO FIDES CHRISTIANA DUBITAVERIT , ſed ille dubitabat , utrum regenerationis lavacrum , QUO NON DUBITABAT SOLVENDUM ORIGINALE PECCATUM , ante diem tradi deberet octavum . Ad quam conſultationem reſpondet beatiſſimus Cyprianus &c. »

3 Vide *notationem ſuperiorem* , & Auguſtini , quem mox e III. *libro de Peccatorum Meritis , & Remiſſione* deſcribam , locum .

4 Confer , quæ ſcripſi *pag.* 195. *ſeq. hujuſce operis* .

troverſia, non de originis peccato, ſed de infantibus baptiſmo ne ante octavum ab eorum ortu, an octavo ipſo die tingendis erat. At nihil is apud Auguſtinum tam late patens canon valuiſſet.

Immo vero tam longe ille ab eodem iſto canone univerſim probando abfuit, ut eo potius nomine (quod de re actum ab Synodo fuiſſet, de qua non erat controverſia, quæque etſi illuſtrandi *præcipui inſtituti* cauſſa, etſi *incidenter*, etſi *obiter, atque in tranſcurſu*, tamen & nulli dubia, & uti certa a Patribus afferebatur) rem ipſam ad *fidem* ſpectare defenderet. Sed heus tu, qui uno Auguſtino magiſtro, atque præceptore gloriare, attende quid ille ſcripſerit in tertio *de peccatorum meritis, & remiſſione libro* [1]. Cypriani namque loco de ſententia Synodi ex Epiſtola ad Fidum deſcripto: *Vides*, inquit, *quanta fiducia ex antiqua, & indubitata fidei regula vir tantus iſta loquatur* [2]? *qui hæc documenta CERTISSIMA* [3] *protulit, ut illud, quod erat incertum, unde conſuluerat ille, cui reſcribit, & unde Concilii decretum conſtitutum eſſe commemorat, ut ſcilicet ante octavum diem,*

1 *Cap. v. n.* 11. *pag.* 51.

2 Quid tu ad hæc dices Cadonice? An utere regula illa tua de *libera poteſtate defendendi quod ab Synodo* œcumenica definitum non fuerit; ſtatueſque id dogma tunc ad fidei regulam non pertinuiſſe, propterea quod illud Synodus œcumenica nulla conſtituiſſet? At id ſi ſtatueris, quid erit reliqui, quam ut te ipſum Auguſtini diſcipulum eſſe deſiiſſe, confiteare? Quid? *Obiter* ne atque *in tranſcurſu loquutum iſta* fuiſſe Cyprianum defendes, adeoque lapſum fuiſſe Auguſtinum, qui ea ut certa aſſumſerit, quæ ad inſtitutum *Cypriani præcipuum* non ſpectabant? Verum annon idem hoc erit, atque Auguſtini magiſtri, ut ſcribis, tui argumenta contra Pelagianos ponderis eſſe nullius contendere? Quid dices igitur? Scripta ne ea a Cypriano, Carthaginienſibuſque ceteris Patribus; at diſcuſſa, accurateque expenſa, atque *examinata* non fuiſſe? Sed, hæc ipſa interdum adverſus Auguſtinum, orthodoxoſque ceteros fuit Pelagianorum conqueſtio. Ab Auguſtini vero ſchola te ad Pelagianorum caſtra transfugiſſe, dici, qui tu feras, qui temet unice Auguſtinum auctorem ſequi vociferare? Age ergo, comminiſcere, quid ſis dicturus. Sententiamne, dices, Auguſtini adverſus Pelagianos quidem valuiſſe; contra te autem non valere? Verumtamen tranſegiſſe Auguſtinum tecum, oſtendere, quo demum, obſecro, pacto poteris, ut cum ejus ratio non minus Pelagianos, quam te refellat; tum ea contra Pelagianos ipſos valeat, contra te vero non valeat? Nugas tu quidem, mihi crede, ages, teque miſere implicabis, ni ab Auguſtino effugia quæque tua fuiſſe intercluſa; teque, ſi probare tuos iſtos canones perges, Auguſtini non diſcipulum, ſed adverſarium eſſe, fateare.

3 *Certiſſimum* eſt Auguſtino id, de quo Patres non dubitabant, idque, de quo non erat quæſtio; non tam certum contra videtur fuiſſe illud, quod Fidus quæſierat, quod Patres in examen revocarant, & de quo decreverant.

diem, ex quo die natus eſſet infans, eum, ſi afferretur, baptizare nemo dubitaret, per hæc firmamenta probaretur. Neque enim [1] hoc tunc quaſi novum, aut quaſi aliqua cujuſquam contradictione pulſatum concilio ſtatuebatur, ſeu firmabatur, quod obſtricti originali peccato tenerentur infantes; ſed cum illic alia conſultatio verſaretur [2], & diſceptaretur propter legem carnalis circumciſionis, utrum eos ante octavum diem baptizare, oporteret; ideo ei, qui hoc negabat, nemo conſenſit, quia jam non conſulendum, nec diſceptandum [3], SED FIRMUM, CERTUMQUE HABEBATUR, animam ſaluti æternæ perituram, ſi hanc vitam ſine illius Sacramenti conſecutione finiret, quamvis ab utero recentiſſimi parvuli ſolo reatu eſſent peccati originalis obſtricti: quare illis, etſi multo facilior, quod alienorum, ſed tamen eſſet neceſſaria remiſſio peccatorum. His certis illa incerta de octavo die quæſtio diſſoluta eſt, atque in concilio judicatum, homini nato, ne in æternum pereat, omni die debere ſuccurri, cum etiam de ipſa carnali circumciſione ratio redderetur, quod umbra eſſet futuri. Et nunc neſcio cujus nova diſputationis AUDACIA QUIDAM NOBIS FACERE CONANTUR INCERTUM, quod majores noſtri ad diſſolvenda quædam, quæ nonnullis videbantur incerta, tamquam certiſſimum proferebant. Quando enim hoc primitus diſputari cœperit, neſcio. Illud tamen ſcio, quod etiam Sanctus Hieronymus, qui in litteris Eccleſiaſticis tam excellentis doctrinæ fama, ac labore verſatur, ad quaſdam ſolvendas in ſuis Libris quæſtiones, etiam hoc certiſſimum adhibet ſine ulla diſceptatione documentum.

e e Vide

1 Audin' tu, id eſſe *certiſſimum*, quod affertur a Synodo non *quaſi aliqua cujuſquam contradictione pulſatum*, neque quaſi tale, quod firmandum, ſtatuendumque a concilio ſit?

2 Conſideret hæc diligenter Feltrius, videatque, quam contra ipſius canonem vehementer pugnent.

3 Non ergo ea, de quibus conſulitur, diſceptaturque, ſeu de quibus eſt in Synodis controverſia, certiora ſemper ſunt iis, quæ ab Synodis iiſdem obiter afferuntur, nec de iis tamen dubitatur.

Vide nunc, accommodari ne hæc Auguſtini ſententia ad Benedicti XII. dogmaticam Conſtitutionem apte poſſit. Dices ne, in *examen* id genus quæſtionis, quod eſt de Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem beatitate, non fuiſſe a Benedicto vocatum? Hoc idem Pelagiani dicere poterant de non vocato in *examen* a Cypriano, ceteriſque Synodi Carthaginienſis Patribus dogmate de peccato originis. Verum cenſen', hæc probari potuiſſe Auguſtino? An non cernis, examen illum numquam ea de re fuiſſe poſtulaturum, de qua Scriptores, multoque magis Pontifices Maximi, quibus probata fuiſſet, numquam dubitaſſent, quamque uti certiſſimam protuliſſent? Jam Benedictus & tam hic affirmate ſcribit, quam ſcripſerint Carthaginienſes Patres; & in ſingulari opere, de quo poſtea videro, confirmat, eſſe certiſſimum; *poſt mortem Chriſti Sanctos, qui antea deceſſiſſent, vidiſſe Deum*. Nam illa Anonymi pronunciata, quæ latiſſime patent, quibuſque maxime gens veſtra delectatur, de re ad fidem non pertinente, ſi *obiter*, & *non ex inſtituto uſurpata ſit, neque ſit in controverſia poſita*, quid morer, cum ne Auguſtinus quidem moratus fuiſſet, ſi objecta ipſi a Pelagianis fuiſſent? Non enim *controverſia* ulla in Carthaginienſi Concilio Cypriani de originis peccato fuerat, neque id ad *præcipuum inſtitutum* ſpectabat ejus Synodi Epiſcoporum: immo de eo actum eſt *obiter, & in tranſcurſu illuſtranda* rei cauſſa, quam de baptizadis infantibus ante octavum ab eorum ortu die decreverunt. Et Auguſtinus tamen eo certius Patribus fuiſſe, quod *obiter* attulerant, ſtatuit, quo illud *non quaſi novum, aut quaſi aliqua cujuſquam contradictione pulſatum concilio ſtatuebatur*, & quod *non conſulendum, nec diſceptandum*, ſed *firmum, certumque habebatur, animam ſaluti æternæ perituram, ſi hanc vitam ſine* baptiſmi *conſequutione finiret*. Oſtendito nunc jam, cujus *contradictione pulſatum* fuerit, quod a Benedi-

nedicto adſertum eſt de Sanctorum Veteris Teſtamenti *animabus*, *poſt mortem Chriſti, beatis aſpectu Dei*. Effice, ſi potis quidem es, *conſulendum id*, *diſceptandumque* ab ullo, qui contra ſentiret, fuiſſe propoſitum; adeoque omnibus *firmum*, *certumque non fuiſſe*. Verte te demum quocumque voles, quidquam profecto tale efficere nunquam poteris. Itaque aut miſſa iſta reſponſionum genera facito, aut, ſi iis uti voles, Auguſtini te diſcipulum non fuiſſe, aut eſſe denique deſiiſſe, fatere [1].

Sed fac tanta vis pronunciato iſti veſtro inſit, ut univerſe, quod *obiter* ab Synodis, Pontificibuſque Maximis in Profeſſionibus fidei, Conſtitutionibuſve dogmaticis (totius etiam orbis Chriſtiani probatis, quod ajunt, firmatiſque conſenſu) enunciatum, adſertumque ſit, non ita ad religionis dogma ſpectet, ut qui illud aut neget, aut dubitet, hæreticus ſit habendus: quid? an

1 Scio, adverſarios abuti Melchioris Cani *e V. libro locorum Theologicorum quæſt.* IV. *pag.* 166. teſtimonio, quod ſupra deſcripſi *pag.* 196. *hujuſce operis*. Veruntamen Canus, quæ aliunde Eccleſia ut certa tuetur, ſuiſque proponit, ea ſine nota hæreſeos negari nequire, ſtatuit, non modo ſi *obiter* ab Synodis, Pontificibuſque, ac *præter inſtitutum*, ſed etiam ſi nullo modo uſurpentur. Qua de re vide quæ ſcripſi *pag.* 54. *in Adnotat. & pag.* 183. *Adnotat.* 3. Quid? ſi Melchior Canus lib. eodem V. cap. V. quæſtioneque eadem IV. pag. eadem 166. ſcribat: *Certitudinem fidei judicibus a Deo conſtitutis propter Eccleſiam Univerſalem eſſe conceſſam, qua* Eccleſia Univerſalis *errare non poteſt*? Quod ſi illud Cypriani de peccato originali ut indubium, certiſſimumque attulit Auguſtinus, quod *Eccleſia univerſa* probatum eſſet conſenſu, proindeque ad fidem pertineret; cur non item nos uti tale habeamus, quod in Conſtitutione dogmatica Benedicti XII. omnibus ut indubium, certiſſimumque aſſertur? Quin etiam animadvertit *ibidem* Canus » ſi quicquam expreſſe, & proprie fidelibus firmiter credendum, aut tamquam dogma fidei Catholicæ accipiendum dicatur » *a Conciliis* (adde & *Pontificibus Maximis*) vel aliis ſimilibus verbis, aliquid eſſe Evangelio, doctrinæve Apoſtolorum contrarium, *id eſſe conciliorum*, » (adde rurſum: *Pontificumque Maximorum*) de fide judicium. Jam vero in Conſtitutione Dogmatica ſi Pontifex, *definire* ſe dicat, *Sanctos, qui ante Chriſti paſſionem deceſſerant, poſt paſſionem, ac mortem Chriſti vidiſſe Deum*, quid dicet obſecro, niſi *firmiter* id eſſe *credendum*? Quod enim dogma *definit* Pontifex, id certe ad credendum Chriſtianis proponat, neceſſe eſt. Neque video cur ita non ſit, auctore Cano, ſentiendum, cum idem *lib.* III. *Locor. Theolog. cap.* VII. affirmet, id dogma ad fidem pertinere. Confer locum deſcriptum ſupra *pag.* 54. *in not.* Quemadmodum igitur, inquies, intelligenda ſunt Cani verba, de iis, quæ obiter in Synodis, & in tranſcurſu aſſeruntur? Nempe, ut ipſe *lib.* V. *c.* V. *quæſt. illa quarta pag. ipſa* 166. ait: ſi quod obiter dicitur, non ſolum in controverſia antea fuerit poſitum, ſed etiam poſt, etſi *falſo*, at a quibuſdam, ſine hæreſeos tamen nota, adſertum ſit,,.Si poſt decretalem, *inquit*, nonnulli & philoſophi, » & Theologi falſo quidem, ſed citra hæreſeos notam contrarium aſſeruerint ».

an idcirco is idem negans, aut dubitans liber erit a falſitatis, temeritatiſque nota? Melchior Canus (e cujus *quinto locorum Theologicorum libro* [1], eam vos de re *obiter*, *inque tranſcurſu*, *ac præter præcipuum inſtitutum inducta* hauſiſſe jactatis doctrinam [2]) *eodem in libro*, *&* *capite* [3] *temere* eum, qui hæſitet, negetve, ac *falſo*, *inconſiderateque* agere, teſtatur. Quid enim tam temerarium, tamque indignum hominis Chriſtiani gravitate, atque conſtantia; quam quod nihil hæſitans uti certum aut Synodus, aut Eccleſiæ Caput proponat, refellere, vel in dubiis eſſe conſtituendum judicare?

Verumtamen detur hoc tibi, quod *incidens* in fidei Profeſſione, Conſtitutioneque aliqua dogmatica ſit, non eſſe religionis Chriſtianæ dogma: quid? an ne *incidens* quidem illud Chriſtianæ religionis dogma eſſe, defendes, quod Pontifex Max., cui etiam nemo orthodoxus reſtiterit, Conſtitutione dogmatica ſua ab ſe proponi, palam teſtetur? Sis tu quidem, ut tibi lubet, in Sedem Apoſtolicam animatus, numquam commit-

1 *Cap.* v. *quæſt.* IV. *pag.* 166.

2 Quam vero injuria, demonſtratum a nobis eſt notatione ſuperiore.

3 *Quæſt.* IV. *pag. eadem* 166. Nam poſt ubi de iis, quæ *obiter*, inque *tranſcurſu* in Synodorum decretis enunciantur, egit; tum vera nihilominus ea ſic eſſe demonſtraturus, quod ſupra *Not.* 1. *pag.* 219. animadverti, ut falſus temerariuſque ſit, qui contra obniti audeat: *Quod*, inquit, *in cap.* firmiter de ſumma Trinitate *dicitur*, *Angelos eſſe incorporeos*, *id non fidei decretum eſt*, *cum poſt decretalem illam nonnulli*, *& Philoſophi*, *& Theologi*, FALSO QUIDEM, *ſed citra hæreſeos notam*, *contrarium aſſeruerint*. *At enim*, *ut explicaret Synodus*, *id quod fides catholica tenet*, *Deum eſſe Creatorem omnium viſibilium*, *& inviſibilium*, *adjecit corporalium*, *& incorporalium*. *Quas particulas exponendi*, *non definiendi gratia adjectas eſſe conſtat* (contra, in Conſtitutione Benedicti definitur, ſanctos qui ante paſſionem Chriſti deceſſerant, poſt paſſionem, mortemque Chriſti, vidiſſe Deum) *Ac quemadmodum concilium ſumſit* ID QUOD ET VERUM, *& longe*, *longeque plurimum probabile erat*, *Angelos ut inviſibiles*, *ita quoque incorporeos eſſe*, *ſic forte & illud accepit Angelos*, *& mundum ſimul eſſe congenitos*. (nempe quia Concilium ſumſit Angelos eſſe vacantes corpore, idcirco id *verum* eſſe Canus teſtatur; quia *vero* non ſatis conſtat, num verba Synodi: *utramque ſimul condidit creaturam*, intelligenda ſint ita, ut ſignificent, & ſpiritus, & corpora fuiſſe condita a Deo, quod quidem Cathari, quod ad corpora ſpectat, negabant; an vero ita, ut ſpiritus, & corpora congenita tempore fuerint, ideo Canus τὸ *forte &c.* adhibuit, moxque addidit) *Non enim eo tempore hoc agebatur* „ut Gre„gorii Nazianzeni, & aliorum hunc ſequentium ſententia damnaretur. Nec „ego tamen is ſum, qui opinationem hanc tueri in præſenti velim. Non „enim dubito eam hoc ſane tempore TEMERE, ET INCONSIDERATE, „NE QUID PRÆTEREA DICAM, DEFENDI„.

Digitized by Google

mittes tamen, ut propoſuiſſe neges Pontificem, quod ab ſe Pontifex ad credendum propoſitum dicat eſſe. En vero, ut Benedictus confirmet, incidentes item ab ſe adſertiones (nam idem *opinio* Benedicto, aliiſque ejus ætatis Scriptoribus eſt, atque *aſſertio*, ſeu *poſitio*, ſeu *theſis*) finitas, propoſitaſque ad credendum fuiſſe. Ad Ludovicum enim Regem Galliarum, cui ea res maxime curæ fuerat, ſcribens: „ Ut ad elucidandam, *inquit*, & de-
„ terminandam veritatem circa opinionem illam, an
„ ſcilicet animæ a corporibus exutæ, ac purgatæ di-
„ vinam eſſentiam ante diem univerſalis judicii viſio-
„ ne videant faciali „ (*hoc præcipuum Benedicti inſtitutum fuit*) „ ET QUASDAM ALIAS OPINIONES, & quæ-
„ ſtiones AB EA RESULTANTES, SEU CIRCA EAM EMER-
„ GENTES, noſtrum ... quod circa hæc habuimus, &
„ habemus deſiderium, ad laudem, & honorem Dei ..:
„ poſſit melius, & efficacius ... adimpleri, ET DETER-
„ MINATIO SUBSEQUI valeat Deo grata, ecce, fili di-
„ lectiſſime, quod nos cum nonnullis ſacræ Theolo-
„ giæ profeſſoribus dare intendentes circa hæc ope-
„ ram efficacem, a civitate Avenionenſi ..... ad Ca-
„ ſtrum noſtrum Pontiſſorgiæ ..... ubi nunc moram
„ trahimus, & intendimus trahere, maxime pro præ-
„ miſſis aliquo tempore duximus declinare [1] „. *Opiniones autem ex præcipua, de qua potiſſimum eſt controverſia, emergentes, ac reſultantes*, ecquæ demum, niſi *incidentes*, & haberi, & eſſe poſſunt? Opiniones igitur, quæſtioneſque *incidentes* Benedictus *determinarit*, ſeu finierit, neceſſe eſt.

Atenim non erat, inquies, hæc ex numero earum adſertio, de quibus ſe Pontifex decreviſſe ſcribit. Ita ne vero? Tibi ne homini novo de rebus ab ætate, memoriaque tua remotis, quas quarto ac decimo Eccleſiæ ſeculo Benedictus Pontifex geſſerit, ſine teſte, tuoque arbitratu iſta turbanti, atque miſcenti credam; Benedicto contra affirmanti, *definire ſe*, *ſancto-*

rum,

1 Datæ hæ litteræ ad Ludovicum fuerunt an. 1334. Confer Raynald. an. 1336. n. 1,

rum, qui ante Chriſti paſſionem deceſſerant, animas, ſecundum communem Dei ordinationem, poſt paſſionem, & mortem Chriſti, vidiſſe Deum, non credam?

Quod ſi dixeris, pati quidem te, ut ab eo Pontifice *definitum* putemus eſſe, *Sanctorum illorum animas poſt mortem Chriſti vidiſſe Deum*, adeo ut hæretici ſint habendi, qui ne *poſt* quidem ipſas *Deum vidiſſe*, arbitrentur: ſed *ante mortem Chriſti eas* beatas non fuiſſe viſione Dei, ſic a Benedicto definitum credi, ut ſine errore defendi huic dogmati oppoſita opinio nequeat, id vero te nullo modo pati; ſcito nihil eſse, quod expedire tam facile poſſim.

Principio namque, niſi Benedictus confirmare inſtituiſſet, *non ante*, ſed poſt mortem Chriſti *animas Sanctorum Veteris Teſtamenti beatas eſſe cœpiſſe viſione intuitiva natura Dei*; quid fuiſſet cauſsæ, quamobrem τὸ *poſt mortem Chriſti* uſurpandum exiſtimaſſet? An forte ne crederetur, ceterorum Sanctorum animas, ubi plene purgatæ fuerint, ſtatim intueri Deum; animabus vero Sanctorum Veteris Teſtamenti viſionem differri ad judicii uſque diem? Id ſi ita eſt, tu ipſe (qui, niſi Florentinæ Synodi, nullius ſtatuti, decretique auctoritate moveri videare) nihil fuiſſe definitum de animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti, intueantur ne, an non intueantur Deum, credas neceſſe eſt: propterea quod Synodus eadem Florentina τὸ *poſt mortem Chriſti* non uſurparit, quod ſcimus fuiſſe uſurpatum a Benedicto.

Rurſum ſi Benedictus proponendum non duxiſſet, animas ipſas Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem beatas minime fuiſse viſione Dei, quam ob cauſſam, obſecro, uſus hiſce verbis fuiſſet: *definimus, QUOD SECUNDUM COMMUNEM DEI ordinationem animæ Sanctorum omnium, qui de hoc mundo ante Domini Jeſu Chriſti paſſionem deceſſerunt; poſt Chriſti Jeſu paſſionem viderunt, & vident, & videbunt divinam eſſen-*

eſſentiam ? Quo demum τὸ *ſecundum communem Dei ordinationem* ſpectat ? An dices, ſecundum *peculiarem Dei ordinationem*, aliquorum Sanctorum plene purgatas animas non videre Deum, viſuras autem poſt judicii extremi diem ? Hoc quis umquam dixit ? aut quid fingi, excogitarique poteſt obtuſius ? Quo igitur τὸ *ſecundum communem Dei ordinationem* pertinet, niſi ad animas Sanctorum Veteris Teſtamenti, quarum aliquibus (ut viſum forte quibuſdam Theologis eſt) *ſingulari ordinatione Dei* concedi potuerit, ut (quemadmodum de Moſe, deque Paulo s. Thomas ſcribit [1]) non perpetuo quidem ac contiñenter, ſed ὡς ἐν παρόδῳ velut in *tranſitu* ac brevi divinam naturam intuerentur ? Quorum ſane Theologorum ſententiam Benedictus reprobare nolens, addidit, *ſecundum communem Dei ordinationem*, ut intelligeretur, nolle ſe de *extraordinaria, & peculiari ordinatione* agere; qua, non negabat, fieri potuiſſe, ut earum animarum aliquæ *Deum brevi*, atque, ut ajunt, *tranſitorie* viderent. Ac niſi huc verba eadem adhibita a Benedicto ſpectent; quo demum ſpectent, non modo non intelligere, ſed ne ſuſpicari quidem poſſumus. Alioqui ſententia nulla verbis iiſdem ſubjecta erit. Quare hoc quidquid eſt, verborum erit ſonitus inanis nulla ſubjecta ſententia; id quod dici de Pontificis Conſtitutione, niſi per ſummam injuriam, nullo modo poteſt.

Deinde Conſtitutionis ne Benedicti te uno maxime, an Benedicto ipſo uti nos jubes interprete ? Benedicto, dices, opinor. Nam ſi ſecus dixeris, vereris fortaſſe, ne, qui audient, clamoribus te, ac ſibilis conſectentur. Prudenter tu quidem. Jam quod das, accipimus. Erit igitur nobis Benedictus interpres Conſtitu-

1 Vide s. Thomam *quæſt* 2. *de Veritate artic* 11. *Quodlib.* 1. *Art.* 1. & *Primà Summæ Theologicæ Parte quæſt.* XII *artic.* 11. *ad* 2 : „ Deus, *inquit*, præter „ COMMUNEM ORDINEM mentes aliquorum in hac carne viventium, ſed „ non ſenſibus carnis utentium uſque ad viſionem ſuæ eſſentiæ elevavit, ut „ dicit Auguſtinus 12. *ſuper Geneſi ad Litteram*, & in libro *de Videndo* „ *Deum* de Moſe, qui fuit Magiſter Judæorum, & de Paulo, qui fuit Magiſter gentium „.

ſtitutionis ſuæ. Atque is in egregio opere, quod (uti ſeſe ad definiendum de viſione Dei non differenda ad judicii diem dogma pararet) in ſeceſſu Pontiſſorgienſi [1] perſcripſit, quodque poſt editam Conſtitutionem publicavit; id ſæpæ, ac multum monet, atque conſtituit: ſanctos Veteris Teſtamenti non ante paſſionem, mortemque Chriſti vidiſſe Deum. *Tractatus* enim *primi ejus operis capite* III. [2] cujus quidem capitis hæc eſt inſcriptio: *Quod in prima quæſtione* (de viſione Dei, differenda ne ſit, nec ne ad judicii diem) *ſunt aliqua certa, & indubitata communiter apud omnes, & aliqua, quæ apud aliquos vertuntur in dubium: & quæ ſunt illa, quæ ſunt per Scripturas Divinas, & per dicta Sanctorum?* Capite, inquam, *tertio*: *Deſcendendo ergo*, inquit, *ad iſtas quæſtiones, dico, quod in prima quæſtione quædam ſunt certa, & quæ communiter ab omnibus Catholicis tenentur, quæ ex Scriptura ſancta, & Sanctorum dictis clare habentur, & quædam apud aliquos ſunt dubia*. Mox certa perſequens, addit: *Et primo quidem certum eſt, animas Sanctorum Martyrum, & eadem ratione aliorum Sanctorum ante generale judicium eſſe in cælo, poſtquam Chriſtus in Cælum aſcendit*: adductoque Johannis ex cap. IV. Apocalypſis loco: *Vidi animas interfectorum &c.* continuo pergit hoc modo ſcribere: *Bernardus ſermone* IV. *de Omnibus Sanctis prædicta verba Johannis exponens dicit*: „ Quando [3] „ B. Johannes audivit voces Sanctorum ſub altare Dei, „ jam venerat tempus miſerendi, donec enim veniret „ deſideratus ille, qui ſanguine ſuo deleret chirogra- „ phum damnationis noſtræ, & flammeum attingens „ gladium aperiret credentibus regnum cælorum, NULLUS OMNINO CUIQUAM SANCTORUM ad ea patebat ac- „ ceſſus, ſed providerat eis Dominus in inferno ipſo „ locum quietis, & refrigerii, & hunc locum obſcu- „ rum,

1 Vide Raynaldum *ad ann.* 1336. *num.* VIII. *ſeqq.* & *Vitam Benedicti* XII. *apud Balutium tom.* 1. *Vitar. Papar. Avenion. pag.* 216. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1693.
2 *Cod. Vatic.* 4006. *pag.* 2. *num.* 17.
3 S. Bernard. *tom.* 1. *opp. pag.* 1035. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1690.

Digitized by Google

„ rum, ſed quietum ſinum Abrahæ Dominus vocat. „ In hunc ſinum Abrahæ Chriſtus deſcendens contrivit „ portas æreas, vectes ferreos confregit, eductoſque „ vinctos de domo carceris, ſedentes quidem, hoc eſt „ quieſcentes, ſed in tenebris, & umbra mortis, jam „ quidem tunc ſub altari Dei locavit. *Et infra*: JAM „ SICUBI præſens Sanctorum requies Abrahæ ſinus vo- „ catur, CERTUM EST, de Evangelio hanc inoleviſſe con- „ ſuetudinem, LICET NEMINEM OPORTEAT DUBITARE, „ LONGE ALIUM HUNC SINUM „ (*nempe præſentem requiem*) „ ESSE QUAM ILLUM „ (*requiei ante Chriſti mortem*) „ CUM ILLE IN TENEBRIS, HIC (*præſens*) IN LUCE „ MULTA; IN INFERNO ILLE FUERIT, ISTE IN CÆLO„ Pergit porro Benedictus, atque: *Amplius etiam*, inquit, *ad Epheſios IV. dicitur, quod Chriſtus aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, quod exponens Gloſſa dicit*: „ Chriſtus aſcendens in altum loco, & dignitate ca- „ ptivam duxit captivitatem, id eſt eos, quos dia- „ bolus captivaverat a paradiſo, & proprios mundi, „ & inferni fecerat, iterum captivos fecit Chriſtus dum „ ad cælum reducuntur „. Deſcribit inde Benedictus Gregorii Magni eadem de re illuſtrem locum, deindeque e libro Gennadii de Eccleſiaſticis dogmatibus hæc affert: *Et de Eccleſiaſticis dogmatibus*: „ Ante paſſionem „ Domini omnes Sanctorum animæ in inferno ſub debito prævaricationis Adæ tenebantur, donec au- „ ctoritate Domini per indebitam ejus mortem de „ ſervili conditione liberarentur „. Poſtremo altero Gennadii teſtimonio, quod eodem omnino pertinet, deſcripto, ſtatim hæc Benedictus adjungit, atque his tertio illi capiti imponit finem; *Multa etiam alia ad hoc induci poſſent tam de Scripturis divinis, quam de dictis Sanctorum; ſed quia Omnes Catholici Tractatores hoc tenent, non eſt circa hoc plus immorari*. Videſne, perſpicue nobis Benedictum Bernardi, aliorumque teſti-

Digitized by Google

monia probantem, affirmare, adeo *certum eſſe*, ut *dubitare liceat nemini, longe alium* poſt Chriſti mortem ſinum Abrahæ eſſe, quam fuerit ante paſſionem, mortemque Chriſti; atque ante paſſionem, mortemque Chriſti ſinum Abrahæ fuiſſe *in inferno, & tenebris*[1]; poſt paſſionem autem, mortemque ejuſdem Chriſti *in Cælo eſſe, & luce multa*; rurſumque hoc *teneri ab omnibus Catholicis Tractatoribus*? An Pontifici in opere, quod definiendæ ejus controverſiæ cauſſa conſcripſerat, ajenti, certa hæc eſſe, omnibuſque Catholicis probata, ita ut revocari a nemine poſſint in controverſiam, reſiſtes, ut novum iſthuc tuum opinionis portentum tueare; nec verebere, ne te orthodoxi omnes, ſi minus objurgent gravius, at temeritatis ſaltem condemnandum clament?

Quid? ſi *capite* ejuſdem operis *duodecimo*[2] idem argumentum Benedictus ex inſtituto ſit perſequutus? Sic autem id caput ab eo inſcriptum eſt: *Quod animæ Sanctorum Patrum, qui ante mortem Chriſti defuncti ſunt, poſt paſſionem, & ejus aſcenſionem in Cælum, ſunt in cælo, & habent vitam æternam, & Dei viſionem*. Jamne intelligis hanc capitis XII. inſcriptionem eodem omnino pertinere, atque id, quod Benedictus declaravit loco ſupra deſcripto Conſtitutionis ſuæ? Videamus nunc jam, quemadmodum eam inſcriptionem Benedictus idem intelligi oportere ſcribat. *Animæ*, inquit, *Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti*, QUÆ PER CHRISTUM AD INFEROS DESCENDENTEM EDUCTÆ SUNT DE INFERNO, *& poſtea eo aſcendente in cælum cum ipſo aſcenderunt, nunc*, ET EX TUNC *divinam eſſentiam viderunt, & vident, & videbunt. Quod animæ* SANCTORUM VETERIS TESTAMENTI, ET ALIORUM JUSTORUM, QUI MORTUI ERANT ANTE DOMINI PASSIONEM, SINT EDUCTÆ DE INFERNO,

[1] Quid hiſce verbis clarius afferri poſſit, non equidem video.
[2] Cod. eod. 4606.

FERNO, ET IN CÆLUM INDUCTÆ, *patet per Greg. lib. XII. Moralium*. Gregorii teſtimonio, moxque Bedæ quibuſdam locis accurate deſcriptis, ſtatim adjungit: *Ex quibus auctoritatibus clare habetur, quod Chriſtus educens* „ electos ſuos de inferno in cælum, ad amœna pa„ radiſi, & regnum cælorum duxit; *ex quibus verbis poteſt concludi, ut ex ſupradictis patet, quod ad viſionem Divinitatis eos perduxit*. Utitur inde auctoritate Gloſſæ, moxque ſic diſſerit: *Ex quibus dictis Gloſſa clare apparet, quod per Chriſti mortem data eſt gloria viſionis divinæ Sanctis, qui ante Chriſti mortem detinebantur in inferno*. Quin etiam *cap.* XVIII. cum multis hoc idem Scripturarum, Majorumque noſtrorum teſtimoniis confirmet; tum *In hoc*, inquit, *tabernaculo, in quo introibat Summus Pontifex cum ſanguine ſemel in anno, introivit Chriſtus Summus, & verus Sacerdos SEMEL IN ANNO BENIGNITATIS effuſo ſanguine in remiſſionem peccatorum, quando in interiora cæli introivit, JANUAM PARADISI, ANTE CLAUSAM, fidelibus patulam faciens*. Paulo autem poſt Eccleſiam Veteris Teſtamenti ſic inducit loquentem: *Omnia poma nova, & vetera, dilecte mi, ſervavi tibi, ac ſi aperte dicat, ſcio CERTISSIME, quia nemo, niſi per gratiam tuam poteſt ſalvari, nemo mortalium poteſt perfecte jam beatus fieri, priuſquam tu mortalis effectus iter veræ beatitudinis ad caleſtia pandas. Illi autem, qui intrant in cælum, & cæleſtis regni gaudia conſcendunt, & perfecte, & veræ beati ſunt, Dei eſſentiam vident*. Et cap. XXIII. deſcripto Gregorii Magni e XII. *Moralium* illuſtri loco: *Clare dicit Gregorius*, inquit, *quod poſt Domini paſſionem per ejus gratiam habemus, ut ſtatim cum a carnis inhabitatione ſubtrahimur per mortem, mox ad cæleſtia præmia ducamur, nec PERMITTIMUR DUCI ad clauſtra inferni, cujus contrarium contigit ante mortem Chriſti animabus electorum, qui tunc deceſſerunt. Ex quo etiam*

Digitized by Google

animæ Sanctorum Patrum in inferno poſitæ, licet ſupplicia non ſuſtinerent, tædium tamen grave habebant, quia nondum poterant videre ſpeciem Creatoris, ideſt Divinam Eſſentiam, nec præmia cæleſtia recipere, cujus contrarium nunc contingit animabus electorum perfectorum, quæ ſtatim ut de corpore educuntur, ad Dei viſionem, & ad cæleſtia præmia perducuntur [1].

Capite autem quarto atque viceſimo, quo loco oſtendit Benedictus, id quod Chriſtus extremo mortalis vitæ ſuæ tempore dixerat, ſecum eo die latronem in paradiſo fuiſſe futurum, intelligi nequire de inferni ſede, in quam anima ejuſdem Servatoris Chriſti Patres Veteris Teſtamenti in libertatem vindicatura deſcenderat; propterea quod carcer, qualis ea ſedes fuit, apte paradiſi appellari non poſſit nomine: *Oportet*, inquit, *quod intelligatur per paradiſum aliquid jucundum, & latum, quod conſequutus eſt illa die latro: propter quod non locus corporalis, in quem anima Chriſti deſcendit, eſt intelligendus ſignificari nomine paradiſi, ſed ſpiritualis. Iſte autem locus ſpiritualis Deus eſt, in quo Sanctorum animæ cum immenſa jucunditate lætantur, & cum eo, ut Chriſtus Deus eſt, anima latronis fuit, quia ſuam Deitatem Chriſtus latroni dicta die oſtendit. Non enim anima Chriſti eſt regnum Dei, in quo beati, ut in fine ſuo quieſcunt, & jucundantur; ſed Chriſti Deitas eſt tale regnum, quod regnum petierat latro, quod poteſt oſtendere cum vult, & quibus vult, in quocumque loco ſint*, UNDE ETIAM IN INFERNO PATRIBUS SUAM DEITATEM OSTENDIT [2]. Utitur mox Benedictus teſtimonio Sancti Thomæ Aquinatis *e Quæſt.* LII. *Tertiæ Partis Summæ Theologicæ Art.* V. cujus quidem Doctoris nemo eſt, qui ignoret, quam ſit, hac de re præſertim, perſpicua atque aperta ſententia. Prætermitto

1 Confer Raynaldum *ad an.* 1316. *num.* XIII.
2 *Raynald. ibid.*

mitto cetera Benedicti loca, quod eſſe nolim in re non neceſſaria nimius.

Nunc illud ex te quæro: cum Benedictus tam ſæpe, atque etiam interdum ex inſtituto, in eo libro, quem quæſtionis de Viſione Dei definiendæ cauſſa perſcripſerat (fretus Scripturæ, Patrum, Pontificumque ſuperiorum teſtimoniis) affirmarit, ab omnibus *Catholicis Tractatoribus teneri*, *eſſeque certum*, ita ut *dubitare liceat* omnino *nemini*, Sanctorum animas non ante vidiſſe naturam Dei, quam Chriſtus paſſus, mortuuſque fuiſſet: cum, inquam, Benedictus hoc affirmarit, eſſe certum, quo demum modo non ita intelligi voluerit locum illum Conſtitutionis ſuæ; ſed intellexiſſe credendus ſit eo *ſenſu*, qui tibi in mentem venit? An eum *ſenſum* ab illo rejectum, aut omiſſum putas, quem ille in ſuo opere certum eſſe affirmate docet; probatum autem e contrario ſenſum iſtum tuum, quem quidem tuum *ſenſum* non modo ex inſtituto non memorarit, ſed ne ſomniarit quidem? Ac ne in animum quidem cadit, ut quidquam ab aliquo, non ita, ut ſæpe, ac multum dixerit; ſed ſecus omnino, nempe ita ut numquam dixerit, conſtitutum ſit. Afferto autem, ſi potis es, locum e quovis libro, aut e quavis Epiſtola Benedicti ullum, ex quo, non dicam manifeſta demonſtratione, nam id ne fieri quidem poteſt, ſed conjectura concludere liceat, τὸ *poſt paſſionem*, *& mortem Chriſti*, quod ab eodem Pontifice in *Conſtitutione* uſurpatum eſt, intelligi non omnino debere, ſed utcumque, ea, qua fortaſſe arbitrabere, ratione poſſe, ita ſcilicet, ut ſignificet, certum, definitumque eſſe, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas, ſaltem poſt mortem Chriſti, beatas fuiſſe viſione Dei; beati ne autem eadem viſione antea fuerint, id vero nec definitum, nec certum eſſe, agitarique propterea poſſe libere in utramque partem. Afferto, inquam, Benedicti locum aliquem, ex quo

id (quibuſcumque voles machinis) extundi, elicive queat. Verum afferes profecto nullum; cum in ejus Epiſtolis, inque illo ipſius tam illuſtri opere nullus extet. Contra non unum ego, ſed plures attuli, qui ex invitis etiam, repugnantibuſque extorqueant, ut confiteantur, ſtatui a Benedicto, non opinione invaluiſſe, ſed certum ſic eſſe, ut in dubium revocari omnino nequeat, Sanctos eoſdem non ante fuiſſe aſpectu Dei beatos, quam Chriſtus paſſione, morteque ſua genus hominum vindicaſſet in libertatem. Confitere igitur, ſic plane a Benedicto propoſitum Chriſtianis omnibus ad credendum fuiſſe dogma de Sanctis Veteris Teſtamenti non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus paſſus, mortuuſque fuiſſet; ut propoſitum eſt illud de animabus juſtorum Teſtamenti Novi non ante futuris eodem aſpectu beatis, quam plene purgatæ ſint. Nam ut de animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti Benedictus XII. Pontifex Maximus in ſua Conſtitutione ſcribit, *poſt mortem* Chriſti fuiſſe eas aſpectu Dei beatas; ita de animabus Juſtorum Novi, qui non plene expiati, purgatique obierint, poſt *purgationem* futuris eadem viſione Dei beatis ſcribit. Quod ſi τὸ *poſt* hoc ſecundo loco indicat, haſce animas non *ante purgationem ipſam beatas fore*; cur non item priore loco indicabit, non ante fuiſſe beatas Sanctorum Veteris Teſtamenti animas viſione Dei, quam Chriſtus, ſalutis humani generis cauſſa, ſanguinem, vitamque profudiſſet? Sed de Benedicti Conſtitutione, quæ plane proponat Chriſtianis ad credendum, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas ante Chriſti mortem non fuiſſe beatas aſpectu Dei, ſatis dictum eſt. Cognoſce modo de Catechiſmis.

IV. Horum eſt prior is, qui *Romanus* inſcribitur [1], qui-

[1] Ita quidem inſcribitur cum in aliis permultis editionibus, tum in Romana *Sacra Congr. de Propaganda Fide an.* 1726. At in vetuſtioribus, ut in ea, *quæ in ædibus Populi Romani apud Paulum Manutium* anno 1566. curata eſt, inſcriptio

quique ex Decreto Synodi Tridentinæ [1] a viris maximis (qui eidem Synodo interfuerant, & quantum doctrina poſſent, oſtenderant [2]) perſcriptus, deinde Pii V. Pon-

ptio eſt hujuſmodi: *Cathechiſmus ex Decreto Concilii Tridentini ad Parochos Pii V. P. M. juſſu editus*: qua in inſeriprione τὸ *Romanus* non legitur: velut nec in poſtremis Romanis duabus, una latina, altera italica, quæ anno 1761. jubente Clemente XIII. P. M. perfectæ ſunt.

1 Synodus Tridentina *Continuatione Seſs.* xxv. *num.* III. *De Indice Libror. & Catechiſmo &c. pag.* 191. *tom.* x. *Concilior. Edit. an.* 1714. *Mandatum* ab ſe patribus quibuſdam fuiſſe dieir, ut Catechiſmum componerent. „ Saeroſancta Synodus in ſecunda Seſſione ſub Sanctiſſimo D. noſtro Pio IV. eelebrata delectis „ quibuſdam Patribus commiſit, ut de variis eenſuris, ae libris vel ſuſpectis, vel pernicioſis quid facto opus eſſet conſiderarent, atque ad ipſam „ Sanctam Synodum referrent; audiens nune huie ab eis extremam manum „ impoſitam eſſe, nec tamen ob librorum varietatem, & multitudinem diſtincte, & commode poſſit a Sancta Synodo dijudicari, præcipit, ut quidquid „ ab illis præſtitum eſt, Sanctiſſimo Pontifiei exhibeatur, ut ejus judieio, at- „ que auctoritate terminetur, & evulgetur. IDEMQUE DE CATECHISMO „ a Patribus, QUIBUS ILLUD MANDATUM FUERAT ... fieri mandat „. Confer etiam *ſeſſionem* XXIV. *cap.* VII. *pag.* 157.

2 Quinam hi fuerint, diximus *pag.* 180. hujuſce operis. Cujus autem *mandato* hune laborem ſuſeeperint, conſtat ex *notat. ſuperiore*. Quo vero tempore, quibus adjumenris, quaque diligentia perfuncti labore eodem fuerint, ex Antonini Reginaldi Ord. Præd. Theologi opere *De Mente Concilii Tridentini &c. P.* 1. *c.* III. *p.* 17. *ſeq. Edit. Bruxell. a.* 1706. intelligitur. Is a Chriſtophoro Sanctoriſio Eremita Auguſtiniano *Præfat. ad Theatr. Sanctor. Patrum*, ex Michaele Medina Theologo Ord. Minor. *Præfat. Opuſc. ad* IV. *Symboli Artic.* qui Synodo interfuerant, exque aliis, quæ narrat, accepit. Eſt autem hæc ejus narrationis ſumma. Anno 1563. petiiſſe ab Synodo Oratores Gallos, Regis Chriſtianiſſimi nomine, ut vernacula lingua doctrina de Sacramentis populo proponeretur. Edi propterea debuiſſe Catechiſmum auctoritate Concilii, quo in communem ſermonem verſo Parochi uti poſſent. Statutum id fuiſſe ab Synodo Seſſ. XXIV. cap. 7. die 4. Martii an. 1563. Legatos Synodi Patribus, qui aderant, partes tribuiſſe, ut eam, quæ ſibi obtigiſſet, quiſque illuſtraret. Seripandum Chriſtophoro Sanctoriſio tradidiſſe explicandum articulum Symboli: *Et unam Sanctam Eccleſiam Catholicam*. Michaeli Medinæ quartum articulum obtigiſſe. Julio Poggiano orationis dominicæ poſtremam partem. Petro Galeſinio neſcio quid ad Decalogum pertinens. Silvio Antoniano, aliiſque, quod viſum Legatis fuerat. Exereviſſe interea opus, contrahendumque Patres putaſſe. Datum id negotii iis fuiſſe, quorum eſt a nobis *pag.* 180. facta mentio; ſed abſolvi brevi non potuiſſe. Partem tamen, quæ abſoluta fuerat, fuiſſe a Patribus, & Legatis lectam. Interea ob gravem Pii IV. morbum impoſitum Synodo fuiſſe finem. Itaque juſſos fuiſſe viros illos doctos, qui ſibi Catechiſmi perficiendi laborem ſumſerant, ut cum Pontifiee ea de re agerent. Conceſſiſſe eos Romam. Sanctum Carolum eis auctorem fuiſſe, ut opus perficerent. Cum illi rei darent operam, deceſſiſſe Pium IV. Sueeeſſiſſe huie Pium V. Ab hoc Pontifice fuiſſe operi expendendo præfectum Cardinalem Sirletum. Hunc ita, ut juſſus fuerat, feciſſe conſilio uſum, auctoritateque hominum doctiſſimorum. Catechiſmum denique a Patribus Synodi fere omnibus adumbratum, a quatuor doctiſſimis viris, qui pars magna Synodi ejuſdem fuerant, in epitomen redactum, a Cardinali Sirleto, aliiſque doctrinæ fama excellentibus Theologis expenſum, atque probatum, Pium V. Pontificem publicari juſſiſſe, ita ut reipſa publicatus ann. 1566. typis Pauli Manutii fuit. Tenes jam lector a quibus, cujus

Pontificis Maximi juſſu [1] publicatus; poſtremoque a Clemente XIII. qui modo Pontifex vigili in primis cura rempublicam populi Chriſtiani gerit (perfectis editionibus [2] duabus novis, latina quidem una, altera vero

cujus mandato, quibuſque præſidiis, quaque diligentia compoſitus, perfectus, publicatuſque Catechiſmus Romanus fuerit, planeque perſpicis, quam jure dici Catechiſmus Concilii Tridentini, Sediſque Apoſtolicæ poſſit, & vero debeat.

1 Pius V. P. M. *In motu proprio* Editioni Catechiſmi *Rom. ann.* 1566. præfixo: „ Paſtorali, *inquit*, officio cupientes, quam diligentiſſime poſſumus, divi- „ na adjuvante gratia fungi, & ea, quæ Sacro Tridentino Concilio ſtatuta, „ & decreta fuerunt, exequi; curavimus ut a delectis aliquot Theologis in „ hac alma Urbe componeretur Catechiſmus, quo Chriſti fideles de eis rebus, „ quas eos NOSSE, PROFITERI, & SERVARE OPORTERET, parochorum „ ſuorum diligentia edocerentur. Qui liber, cum, Deo juvante, perfectus in „ lucem edendus ſit, providendum duximus, ut quamdiligentiſſime, & fide- „ liſſime imprimatur &c. Confer etiam Conſtitutiones ejuſdem Pontificis *De Reform. Ord. Ciſter. Idib. Martii an.* 1570. *De Reformat. Ord. Servor. B. M.* III. *Kal. Jul.* 1570. *editis*, & eam quam *prid. Idus Julii an.* 1570. publicavit, quæ ſic habet: *Cum inter alia ſacri Concilii decreta nobis ſtatuendum eſſet de ſacris libris Catechiſmo, Miſſali, & Breviario edendis..... edito jam Deo annuente ad populi eruditionem Catechiſmo &c.* Idem fuiſſe a Gregorio XIII. P. M. curatum, ex ejus Conſtitutionibus plane conſtat. Qua de re conſuli Reginaldus poterit *De mente Concil. Trid. P.* II. *cap.* IV. *pag.* 637. Mitto Pontifices ceteros, ne multus ſim. Quamquam eorum catalogum texere poſſem parochos ad Catechiſmum Romanum tradendum Chriſtianæ plebi non hortantium modo, ſed etiam impellentium.

2 Latinæ editionis titulus idem eſt, atque is, quem Manutianæ an. 1566. præfixum videmus. Id unum novæ eſt additum; hanc eſſe mandato Clementis XIII. P. M. perfectam. Sed Italicæ hæc eſt inſcriptio: *Catechiſmo, cioè iſtruzione ſecondo il decreto del Concilio di Trento a' Parochi, publicato la primu volta per comandamento del ſommo Pontefice Pio V. e tradotto poi per ordine del medeſimo in lingua volgare dal Rev. P. F. Aleſſio Figliucci dell' Ord. de Predicatori, ed ora riſtampato per ordine di N. S. Clemente XIII. In Roma* 1761. *nella ſtamperia della Camera Apoſtolica appreſſo il Bernabò, ed il Lazzarini. Pag.* autem *hujus edit.* 54. *ad* V. *Symb. Artic.* hæc leguntur: SI DEE ORA INSEGNARE, *che Criſto Signor noſtro diſceſe all' inferno, acciocchè tolte le ſpoglie de' demonj infernali*, LIBERATI TUTTI QUE' SANTI PADRI, *e gli altri giuſti uomini da sì oſcuro carcere ſeco al cielo li conduceſſe, il che finalmente fu operato con gran maraviglia, e con ſomma ſua gloria. Imperocchè ſubito il ſuo divino aſpetto apportò una luce chiariſſima a quelli, che ſtavano in prigione, e riempì gli animi loro di letizia, e di giocondità incredibile, a' quali inſieme comunicò, e donò la tanto deſiderata beatitudine, che ſolo conſiſte nel vedere la faccia di Dio. Il che avendo fatto, ſi provò eſſere ſtato vero quello, che al felice ladrone avea promeſſo con quelle parole:* hodie mecum eris in paradiſo: *oggi meco ſarai in paradiſo. E queſta tal* LIBERAZIONE *di queſti uomini giuſti molto tempo avanti avea predetto il profeta Oſea con queſte parole:* ero mors tua ò mors, morſus tuus ero inferne. *O morte io ſarò la tua morte: o inferno io ti morderò.* QUESTO *medeſimo ſignificò Zaccaria profeta, quando diſſe:* Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. *Tu ancora nel ſangue del tuo teſtamento tiraſti fuori i tuoi prigioni del lago, nel quale non è aqua. Il* MEDESIMO *finalmente eſpreſſe l'Apoſtolo con quelle parole:* Expolians principatus &c. *Spogliando i principati, e le poteſtà, con gran fiducia le anime conduſſe ſeco, apertamente de ſuoi*

vero italica) propoſitus rurſum Paſtoribus orthodoxis [1]. eſt & ad diſcendum , & ad explicandum : Quo in Catechiſmo incredibili Eccleſiarum omnium conſenſione , ac voluntate [2] excepto , ad *Articulum Symboli* *Apo-*

g g

ſuoi nemici trionfando in ſe ſteſſo . Ma acciocchè intendiamo meglio la forza di QUESTO MISTERIO , *ſpeſſo dobbiamo ridurci a memoria , che tutti quei giuſti , che non ſolo erano nati dopo l' avvenimento di Criſto , ma che dopo Adamo a quelli erano preceduti , o che ſino al ſine del Mondo avranno a naſcere , hanno acquiſtata la loro ſalute per beneſizio della ſua paſſione .* IL PERCHÈ PRIMA , CH' EGLI MORISSE , *e poi reſuſcitaſſe* , LE PORTE DEL CIELO NON ERANO MAI AD ALCUNO STATE APERTE , MA LE ANIME DEGLI UOMINI GIUSTI DOPO , CH' ERANO PARTITE DI VITA, O ERANO TRASPORTATE NEL SENO D' ABRAMO , *o erano purgate col fuoco del purgatorio .*

1 Clemens XIII. P. M. *in Encyclicis litteris ad Patriarchas , Primates , Archiepiſcopos , & Epiſcopos* xiv. *Junii an.* 1761. *datis* , præfixiſque editioni utrique poſtremæ Romanæ Catechiſmi : *Prædeceſſores* , inquit , *noſtri . . . ex ſacri Concilii Trident. mente .... opus confici voluerunt, quod omnem doctrinam complecteretur* , QUA FIDELES INFORMARI OPORTERET, ET QUÆ AB OMNI ERRORE QUAM LONGISSIME ABESSET . *Quem librum Catechiſmi Romani nomine typis impreſſum evulgarunt : in ea re laudandi . Nam & illuc eam doctrinam contulerunt , quæ communis eſt in Eccleſia* , ET PROCUL ABEST AB OMNI PERICULO ERRORIS . (At non abeſſet ab omni periculo erroris , immo error eſſet , *myſterium* , ſeu dogma Religionis divinitus revelatum dicere , quod *myſterium* , ſeu dogma divinitus manifeſtatum non ſit . Non eſſe autem myſterium , id quod de liberatis animabus PP. Veteris Teſtamenti Catechiſmus fert eſſe myſterium , Cadonicus , ejuſque defenſores pugnant) ET HANC PALAM POPULO TRADENDAM DISERTISSIMIS VERBIS PROPOSUERUNT . . . *Verum hunc librum non mediocri labore , & ſtudio compoſitum* , OMNIUM CONSENSIONE PROBATUM , *& ſummis laudibus exceptum his temporibus e Paſtorum manibus propemodum novitatis amor excuſſit , cum alios , atque alios catechiſmos extulerit , nullo modo cum Romano comparandos : unde duo mala extiterunt ; alterum quod illa fuerit in eadem docendi ratione prope ſublata conſenſio , oblatumque puſillis quoddam ſcandali genus , quibus ſibi ipſi jam non amplius eſſe videantur in terra labii unius , & ſermonum eorumdem : alterum , quod ex diverſis , variiſque tradendæ catholicæ veritatis rationibus orta ſint contentiones &c. . . . Itaque duplex hoc malum ut ab Eccleſia amoliremur , illud duximus redeundum , unde quidam parum prudenti conſilio , nonnulli etiam ſuperbia ducti , uti ſeſe in Eccleſia jactitent ſapientiores , jamdudum fidelem populum avocaverant , & eumdem Catechiſmum Romanum* PASTORIBUS ANIMARUM *iterum* PORRIGENDUM *exiſtimavimus ; ut qua ratione confirmata olim fuit catholica fides , & in doctrina Eccleſiæ , quæ eſt columna veritatis , fidelium mentes corroboratæ , eadem nunc* A NOVIS QUOQUE OPINIONIBUS , QUIBUS NEC CONSENSIO , NEC ANTIQUITAS SUFFRAGATUR , *quam longiſſime avertantur . . . . . Propterea hunc librum* , QUEM VELUTI CATHOLICÆ FIDEI , *& Chriſtianæ diſciplinæ* NORMAM , *ut etiam in tradenda doctrina ratione conſtaret omnium conſenſio* , ROMANI PONTIFICES PASTORIBUS PROPOSITUM *voluerunt , vobis , Venerabiles Fratres , nunc* MAXIME COMMENDAMUS , *voſque etiam enixe in Domino cohortamur* , UT JUBEATIS AB OMNIBUS , QUI ANIMARUM CURAM GERUNT , IN INFORMANDIS CATHOLICA VERITATE POPULIS ADHIBERI .

2 Vide notationem ſuperiorem. Atque conſenſu quidem omnium Eccleſiarum fuiſſe

Apoſtolici quintum ſic legitur [1]: *Docendum erit, propterea Chriſtum Dominum ad inferos deſcendiſſe* [2], *ut ereptis dæmonum ſpoliis*, SANCTOS ILLOS PATRES [3], CETEROSQUE PIOS E CARCERE LIBERATOS *ſecum adduceret in cælum, quod ab eo admirabiliter, ſummaque cum gloria perfectum eſt. Statim enim illius aſpectus clariſſimam lucem captivis attulit, eorumque animas immenſa læti-*

tia

fuiſſe probatum, non modo ex verſionibus Italica, Gallica, Hiſpanica, Germanica, Polonica, Græca, &c. intelligi plane poteſt; ſed etiam ex Synodis Provincialibus Mediolanenſibus Sancti Caroli Borromæi, ex Neapolitana Antonii Cardinalis Caraſæ, Beneventana Cardinalis Sabelli an. 1507. Sipontina Bartholomæi Galliæ, aliiſque Regnor. Neap. & Siciliæ, de quibus ſuo loco opportune agam; ex Ravennatenſi Julii Feltrii de Ruvere an. 1568. Aquilejenſi an. 1569. Burdigalenſi ann. 1576 & 1624. ex Conventu Cleri Gallicani Meloduni habito an. 1576. ex Synodo Rotomagenſi an. 1581. Burdigalenſi an. 1582. Turonenſi an. 1583. Aquenſi anni 1585. Toloſana anni 1590. Avenionenſi 1594. Narbonenſi anni 1610. ex Hiſpanica Tarraconenſi anni 1591. ex Germanica Saliſburgenſi an 1569. & Monaſterienſi an. 1609. ex Polonica Gneſnenſi Petricoviæ ann. 1589. & Wladiſlavienſi ſub Karncovio temporibus Pii Quinti, & Americana Limenſi ann. 1583. exque aliis prope innumerabilibus, de quibus poſt incidet opportune ſermo.

1 *De* v. *Symb. Artic. cap.* vi. §. *6. pag.* 82. *ſeq. Edit. Rom. an.* 1726. Confer etiam ceteras *Edit. ad* v. *Symboli Articulum*.

2 De quo loco inferorum Catechiſmus agat, cognoſce ex *c.* vi. *de* v. *Symboli Articulo* § 2. & 3. *p.* 80. *ejuſd. Edit Rom.* quo loco ſic habetur: „ Sed quoniam » articuli explanationi plurimum lucis afferre poteſt, ſi Parochus prius doceat, » quid hoc loco inferorum vocabulo intelligendum ſit .... Inferorum nomen ab» dita illa receptacula ſignificat, in quibus animæ detinentur, quæ cæleſtem bea» titudinem non ſunt conſecutæ ... Neque tamen ea receptacula unius, & » ejuſdem generis ſunt omnia. Eſt enim teterrimus, & obſcuriſſimus carcer, » ubi perpetuo, & inextinguibili igne damnatorum animæ ſimul cum immundis » ſpiritibus torquentur ... Præterea eſt purgatorius ignis, quo piorum animæ » ad definitum tempus cruciatæ expiantur, ut eis in æternam Patriam ingreſſus » patere poſſit ... Tertium poſtremo receptaculi genus eſt, in quo ANIMÆ » SANCTORUM ANTE CHRISTI DOMINI ADVENTUM EXCIPIEBAN» TUR, IBIQUE SINE ULLO DOLORIS SENSU BEATA REDEMTIONIS » SPE SUSTENTATI QUIETA HABITATIONE FRUEBANTUR. HORUM » IGITUR PIORUM ANIMAS, QUÆ IN SINU ABRAHÆ SALVATOREM » EXPECTABANT, CHRISTUS DOMINUS AD INFEROS DESCENDENS » LIBERAVIT. *Et* § v. *p.* 82. » *Cauſſas*, cur Chriſtus, & alii homines in ea » loca venerint, inter ſe conferamus. Ceteri enim omnes captivi deſcende» rant; ipſe vero inter mortuos liber, & victor ad profligandos dæmones, a » quibus illi ob noxam incluſi, & conſtricti tenebantur, deſcendit. Præterea alii » OMNES, qui deſcenderant, partim pœnis acerbiſſimis torquebantur; par» tim vero, ut alio doloris ſenſu carerent, TAMEN DEI ASPECTU PRIVATI, » ET SPE BEATÆ GLORIÆ, QUAM EXPECTABANT, SUSPENSI TOR» QUEBANTUR. At Chriſtus Dominus deſcendit, non ut aliquid pateretur; » verum ut SANCTOS, ET JUSTOS HOMINES EX MISERA ILLIUS CU» STODIÆ MOLESTIA LIBERARET, EISQUE PASSIONIS SUÆ FRU» CTUM IMPERTIRET. Quod igitur ad inferos deſcendit, nulla prorſus de » ſumma ejus dignitate, & poteſtate diminutio facta eſt. »

3 Vide *notat. ſuperiorem*.

tia, gaudioque implevit: quibus etiam optatiſſimam beatitudinem, QUÆ IN DEI VISIONE CONSISTIT, IMPERTIVIT: *quo facto id comprobatum eſt, quod latroni promiſerat illis verbis*: hodie mecum eris in paradiſo. HANC VERO PIORUM LIBERATIONEM OSEAS TANTO ANTE PRÆDIXERAT: ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne. Hoc ETIAM SIGNIFICAVIT ZACHARIAS PROPHETA *cum ait*: tu quoque in Sanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. IDIPSUM *denique* EXPRESSIT APOSTOLUS *illis verbis*: expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. *Verum* UT HUJUS MYSTERII *vim melius intelligamus, ſæpe illud memoria repetere debemus, pios homines, non ſolum qui poſt adventum Domini in lucem editi erant, ſed qui illum poſt Adam anteceſſerant, vel qui uſque ad finem ſeculi fururi ſunt, ejus paſſionis beneficio, ſalutem conſequutos eſſe. Quamobrem antequam ille moreretur, ac reſurgeret*, CÆLI PORTÆ NEMINI UMQUAM PATUERUNT, *ſed piorum animæ, cum e vivis exceſſiſſent, vel* IN SINUM ABRAHÆ [1] DEFEREBANTUR, *vel, quod etiam nunc iis contingit, quibus aliquid diluendum ac perſolvendum eſt, purgatorii igne expiabantur*. Jam hoc tenemus Cadonice: *in inferis Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti animas fuiſſe*, ex eoque *carcere liberatas* fuiſſe *deſcenſu Chriſti ad inferos, optatiſſimaque beatitudine potitas, quæ in Viſione conſiſtit Dei. Hanc* porro *liberationem animarum Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti a Prophetis prædictam, & ab Apoſtolo Paulo expreſſam, eſſe* MYSTERIUM *&c.* Age vero, clarius ne quidpiam deſiderare quiſquam poteſt, ut ad doctrinam fidei pertinere fateatur dogma, quod eſt de *liberatis deſcenſu Chriſti ad inferos animabus Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti, auctiſque beatitate, quæ con-*

 ſiſtit

1 *Sinum Abrahæ* vocat eum, in quo tunc Sanctorum animæ non beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei, SED SPE BEATA REDEMTIONIS *ſuſtentabantur*. Confer *notat. 2. pag. 234. hujuſce operis*.

ſiſtit in intuitiva viſione Dei ? Quod enim ex Catechiſmo Romano *Myſterium* Chriſtianæ religionis eſſe intelligitur, hoccine quiſquam orthodoxorum, quin Catechiſmo eidem refragetur, ad fidei doctrinam ſpectare neget? Ecquis vero tam eſt abſurdo ingenio, ut quod *probabile*, aut *probabilius*, aut *probabiliſſimum* ſolum, non autem firmum, non indubium, non certiſſimum ſit, id putet dici poſſe myſterium? Vera, certa, omnibuſque comperta loquor. Myſterii vocabulum ad caput aliquod doctrinæ accommodatum (quemadmodum ſenſus fert communis orthodoxorum) non quamvis ſententiam, ſed dogma divinitus revelatum, ſignificat, ſeu articulum Chriſtianæ fidei, quem negare nemini, ſine ſcelere, liceat. Eſt igitur, ſi Catechiſmo Romano aſſentiare [1], dogma revelatum divinitus,

1 Locum hunc Catechiſmi eludere Cadonicus conatur. In *Vindiciis*, quas vocat, *cap* XVI *p.* 264. poſt ubi de Sermone ad Sanctos Innocentes ſpectante, deque Hymnis quibuſdam Breviario Romano comprehenſis, quos non ut Eccleſiæ, ſed ut ipſi placet, ſuo arbitratu interpretatur, qua de re alio loco opportune videro; poſt, inquam, ubi his de rebus egit; *opinioni*, inquit, (quam idem ipſe Auguſtino falſo tribuit) *dum Scholaſtici ſuis placitis occurrunt, non idcirco affirmandum videtur vel Auguſtinum erraſſe, vel Breviarii correctores*, QUI NONNISI SCHOLASTICORUM SENTENTIIS IMBUTI HABERI POSSUNT, *plures hac diſſimulaſſe, ſed ad ſummum, quod, de hac re multis diverſa opinantibus maturum, & definitivum Eccleſiæ judicium ſit expectandum*; CUJUS IN UTRAMQUE PARTEM CONNIVENTIAM INTERIM COGNOSCERE POSSUMUS, *ſi pro communi contraria Catechiſmi Romani doctrina in quinto Symboli Articulo explicando ſtare attente verba legenti videretur*. Vide paucis verbis, quam multa turbet. 1. Sibi uti certum ſumit, Auguſtinum, Breviariique Correctores præſidio eſſe opinioni novæ ſuæ. Qua in re imitatur ſtudioſos quoſque novarum rerum. Nam cum hi ſemel locum aliquem Patrum, aut monumentorum Eccleſiæ aliorſum acceperunt, atque Eccleſia accipiat univerſa, reſque ipſa proinde poſtulet; tum catholicis contra diſputantibus, ita reſpondere ſolent, ut ſibi pro certo ſumant, Patrem illum, aut illud monumentum Eccleſiaſticum catholicis ipſis repugnare. Id autem non modo Lutheri, Calvini, Hundii, aliorumque recentium, ſed veterum etiam novatorum, inprimiſque Pelagianorum exemplis conſtat. Ac Pelagiani quidem uti rem teſtatam ponebant, Johannem Chryſoſtomum negaſſe originale peccatum; atque hoc uno nomine vel viciſſe ſe, vel dogma de peccato originali in dubium vocaſſe arbitrabantur ita, ut res quæſtionis eſſet, non fidei. Confer Auguſtinum *lib.* 1. *contra Julian. cap.* VI. *pag.* 333. *edit. Antuerp. an.* 1700. *to.* X. & *lib. de Natura, & Gratia contra Pelagium c.* LXIV. *pag.* 107. *tom eod.* Jure ne vero illud Auguſtini uſurpare mihi liceat, quod *cap.* XXII. *lib* VI. *contra Julianum num.* 69 *pag.* 46.. legitur, ex iis, quæ poſt afferam, Auguſtini ejuſdem, ceterorumque Patrum, monumentorumque publicorum Eccleſiæ locis Lectores ſpero plane intellecturos. Scribit autem *ibid.*

nitus, ſeu articulus fidei, quod eſt de animabus Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti, ante mortem Chri-

ibid. Auguſtinus hoc modo: *De teſtimoniis etiam Tractatorum Catholicorum ſancti Baſilii Caſarienſis, & ſancti Johannis Conſtantinopolitani* (dicam ego Auguſtini, & Auctoris ſermonis de Sanctis Innocentibus) *quorum dixiſti ſenſum veſtris convenire ſententiis, tibi ſufficientiſſime, & certiſſima veritate reſpondi, oſtendens quemadmodum non intelligendo quadam verba eorum, adverſus dogma eorum, quod eſt dogma catholicum, mirabili cacitate pugnatis*. 2. Statuit, *Scholaſticos ſuis placitis occurrere* ei opinioni, quam Auguſtinus &c. defenderint. Quod eo videtur dicere, ut incautis perſuadeat, *Scholaſticorum* inventum eſſe communem Eccleſiæ doctrinam Catechiſmo Romano comprehenſam. Qua in re Proteſtantes ne imitetur, qui perinde ſententias ab Eccleſia propoſitas uti commenta reſpuunt Scholaſticorum, ipſe viderit. Atque de Scholaſticis quidem ſic agit, ac ſi horum inani *conſpiratione* novum aliquod dogma inductum fuerit, quod *commune* modo ſit, Catechiſmoque Romano comprehenſum, probatumque proinde Chriſtianæ plebi. Id vero quam ſit injurium, nemo eſt profecto, quin cernat. Ex iis autem, quæ poſt diſſeram, conſtabit, opinor, apte ne adhibere illud Auguſtini deinceps poſſim, ex eodem VI. *contra Jul. lib. cap.* XXII. *num. 69. pag. 464. Satis egimus* (ponito *agemus*) *ut appareat, quam non ſit, quemadmodum conviciaris, conſpiratio* (Scholaſticorum, quorum tamen omnium, ſi conſentiant, maximi eſt habenda auctoritas) *ſed Sanctorum, & eruditorum Eccleſia catholica Patrum pius, fideliſque conſenſus, qui veſtra novitati reſiſtunt pro antiquiſſima catholica veritate. Unde etiam populi murmur, quod ſolum vobis a nobis dicis opponi, nec ſolum eſt, quia tantorum nititur auctoritate doctorum; & juſtum eſt, quia non vult, ut evertatis ſibi notiſsimam ſalutem, qua in Chriſto eſt*, Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum. 3. Rurſum uti certum ſibi arripit, Sanctum Auguſtinum, Breviariique Correctores favere opinioni novæ ſuæ. Quare eos tacitus carpit, qui communem ſententiam veram, certamque eſſe ſtatuunt, ac ſi erraſſe Auguſtinum, Correctoreſque eoſdem exiſtiment: cum tamen hi ſciant, nihil tale Correctoribus illis, vel Auguſtino veniſſe in mentem, adeoque eos ne erraſſe quidem. Quo ſane magis mirari Cadonici rationem licet, qui de Auctoribus Catechiſmi Romani ſic diſſerit, quaſi non iidem fuerint, quibus ab Synodo Tridentina, deincepſque a Pontificibus Maximis impoſitum eſſet Breviarii expendendi, perpoliendique onus. Confer præ ceteris Antoninum Reginaldum *De Mente Conc. Trid. &c. P. I. cap.* III. *pag. 18. edit. ſupra indicata*. Mitto Scriptores alios, ne ſim longus. Proferam tamen, ſi volet Cadonicus. Quod ſi Scholaſtici, propterea que reſpuendi fuerunt Mutius Calinus, Ægidius Foſcherarius, Leonardus Marinus, Franciſcus Forerius, quibus hæc fuit a Patribus demandata cura, quique, ut eſt in Synodi ejuſdem Diariis, omnium maxime pondus Congregationum, Diſputationumque ob ſingularem, qua præſtabant, eruditionem tulerunt; minus certe, doceat oportet Cadonicus, ſtandum ceteris Tridentinis Patribus eſſe, qui & Scholaſtici eſſent, & tantum Scholaſticis hiſce quatuor tribuerent. Jam vero ſi Correctores Breviarii cum Auctoribus Catechiſmi pugnant, iidem ipſi, qui & Catechiſmi Scriptores, & Correctores Breviarii fuerunt, ſecum pugnarint neceſſe eſt. Quin etiam deceptores populi Chriſtiani fuiſſe credendi ſunt, ut qui probare, libriſque Eccleſiaſticis comprehendere auſi fuerint, quæ contraria ei ſententiæ eſſent, quam iidem ipſi in Catechiſmo affirmarint, *myſterium* eſſe Chriſtianæ religionis. Qua re quid fingi poteſt abſurdius? 4. Multos hac de re diverſa fuiſſe opinatos ait. Id vero tam falſum eſt, quam quod maxime. Neminem enim Catholicorum nominare Cadonicus poteſt, qui contra, atque Catechiſmus Romanus poſtulet, opinatus ſit. Quid autem cogitem? Annon illud proclive eſt, putare; ſomniſſe hæc Cadonicum, uti rem implicaret? Quemadmodum enim quiſquam ea de re fuiſſe contentio-nem

Chriſti expertibus intuitivæ Viſionis Dei. Quod autem Catechiſmus Romanus uti dogma fidei docet, id Pontifices Maximi; id univerſi orthodoxi orbis Antiſtites, qui Catechiſmum eumdem & probant, & parochis proponunt ad tradendum, atque ad explicandum Chriſtianæ plebi; id denique Paſtores quique credunt, docent, plebſque ipſa Chriſtiana profitetur. Chriſtianam vero plebem omnem, Parochos, Antiſtites univerſi orbis orthodoxi, Apoſtolicam Sedem eo conſpiraſſe, ut myſterium, hoc eſt dogma eſſe fidei credant, proponantque aliis ad credendum, quod non ſolum dogma non ſit, ſed poſſit etiam eſſe falſum, a Catholico homine impune dici, quis ferat? Nam hoc dicere quid eſt, niſi ſedem Apoſtolicam, Paſtoreſque Eccleſiarum omnes in errore verſari dicere, qui id proponant myſterii loco, proponique jubeant Chriſtianæ plebi, quod vel poſſit eſſe, vel etiam reipſa ſit falſum? In errore vero ſedem Apoſtolicam, Paſtores omnes, plebem ipſam Chriſtianam verſari putare, id ut credat eſſe myſterium, quod non ſolum myſterium non ſit fidei, ſed etiam eſſe queat, vel etiam reipſa ſit falſum, quid eſt aliud, quam ſedem Apoſtolicam, Paſtores omnes, plebem Chriſtianam, uno verbo Eccleſiam in re fidei errare, proptereaque eſſe deſiiſſe Eccleſiam? Huc autem, quis non videat, labi eos oportere, qui, quod Catechiſmus Romanus

nem dicat, ſi nullum invenerit, ut nullum reipſa invenire Cadonicus potuit, quem communi ſententiæ repugnaſſe oſtenderet? Qua ex re plane perſpicitur, quam longe diſtet a vero, quamque injurium ſit, quod mox adjungit Cadonicus: *Eccleſiam conniventem fuiſſe in utramque partem*. Quandonam enim Eccleſia ea de re diſputari audivit, tulitque ſic æquo animo ei ſententiæ repugnantes, quam ſententiam ejus Catechiſmus appellat *myſterium*, ut Eccleſiæ ipſi Cadonicus tribuere potuerit *conniventiam*? 5. Ita ſcribit Cadonicus: *Conniventiam in utramque partem interim nos poſſe cognoſcere, ſi pro communi contraria Catechiſmi Romani doctrina in quinto Symboli articulo explicando ſtare attente verba legenti videretur*. Heic vero mihi tenebræ ſunt. Quid enim hoc ſit, fateor me, ne divinando quidem aſſequi potuiſſe. Hoc tamen quidquid eſt, detrahit Catechiſmo Romano auctoritatem, tollitque ex myſteriorum numero, quod Scriptores Catechiſmi, quod Patres Synodi Tridentinæ, ut vidimus, quod Epiſcopi totius Orthodoxi Orbis, quod denique Pontifices Maximi Parochis, plebique Chriſtianæ myſterii loco ad diſcendum, credendum, prædicandumque proponunt.

Digitized by Google

nus (ab Sede Apoſtolica propoſitus paſtoribus ad docendum , atque ad diſcendum Chriſtianæ plebi , ab Epiſcopiſque Catholicis univerſi orbis ſumma conſenſione exceptus , proindeque propoſitus parochis &c.) *myſterium* eſſe Chriſtianæ doctrinæ doceat , id in dubium revocent, pugnentque eſſe a vero alienum poſſe?

Rurſum quid illud eſt, quod in Catechiſmo capite , atque paragrapho eodem ſtatuitur , *docendum eſſe* , *Chriſtum ad inferos deſcendiſſe* , *ut ereptis dæmonum ſpoliis* , *Sanctos illos Patres e carcere liberatos* , *ſecum adduceret in cælum &c.* ? Quid enim refert , id ut doceatur, quod ſit indifferens, quemadmodum Cadonicus, indifferens id eſſe auctores Catechiſmi putaſſe , narrat [1] ? An id, dicet Cadonicus,doceri oportere Chriſtianam plebem , quod non modo neceſſarium non ſit , ſed nihil etiam conferre poſſit ad ſalutem utilitatis ? Id vero & cum Catechiſmo ipſo, qui docendum hæc eſſe populum Chriſtianum ſtatuit; & cum Pontificum Maximorum Decretis , Epiſtoliſque encyclicis vehementer pugnat , quibus declaratum eſt,ea Catechiſmo Romano contineri, *quæ Chriſtifideles noſſe , profiteri , ſervareque oporteat* [2] . Doceri autem , *noſſe , profiteri , ſervare* orthodoxos *oportere* , quæ tam parvi momenti ſint , ut oppugnari libere a quovis , reiicique poſſint , dici quis patiatur ? Nihiloſecius non dicitur modo ab Cadonico , ſed etiam ſcribitur , typiſque vulgatur . Cujus eo minus ferenda ſcribendi ratio eſt , quo oſtenſurus , rem ejuſmodi agitari in utramque partem poſſe , Breviarii Romani auctoritate abutitur , nec animadvertit , maximam ab ſe injuriam Catechiſmi auctoribus , Pontificibuſque Maximis conflari , ac ſi aut tam parum cauti , aut tam tardi ; ineptique fuerint , ut in Breviario id probaverint , cujus oppoſitum in Catechiſmo non ſolum doceri oportere, ſed *myſterium* etiam eſſe ſtatuiſſent .

Eſt

1 Vide *Not. ſuperiorem.* 2 Confer *pag.* 232. *not.* 1. & *pag.* 232. *not.* 1.

Eſt præterea eodem Capite, eodemque paragrapho Catechiſmi Rom. ſcriptum hoc modo: *Quo loco quis ſummam Dei benignitatem in genus humanum non admiretur, & obſtupeſcat, qui non modo pro nobis acerbiſſimam mortem ſubire*, SED INFIMAS ETIAM TERRÆ PARTES PENETRARE VOLUERIT, UT SIBI CARISSIMAS ANIMAS INDE EREPTAS AD BEATITUDINEM TRADUCERET? De re vero adiaphora, quæ oppugnari libere, atque adeo falſa eſſe poſſit, ſcribi hæc a Catechiſmi Romani doctiſſimis auctoribus, proponique Chriſtianæ plebi ab Apoſtolica Sede, quis ſibi umquam orthodoxorum perſuadebit? Ac ne in cogitationem quidem cadit, ut Pontifices Maximi in re, quæ vel ſit (ut Cadonicus arbitratur) vel eſſe queat (ut Feltrio videtur) falſa, ut Pontifices, inquam, Maximi in ea re & admirentur ipſi, & eſſe ceteris admirationi debere moneant *ſummam Dei erga humanum genus benignitatem*. Quid enim benignitatis quiſquam in ea re admiretur, quæ falſa aut ſit, aut eſſe poſſit? Ac ſi Cadonicus in ſententia perſtet, ſic denique ſecum ſtatuat, neceſſe eſt, quod certe per ſummam injuriam ſtatuet: Auctores Catechiſmi Romani, Pontificeſque Maximos, qui hæc myſterii loco Chriſtianæ plebi proponant & ad diſcendum, & ad mirandum, erraſſe turpiter, cenſuiſſeque admiratione rei, quæ falſa aut ſit revera, aut eſſe queat, coli poſſe atque honorari Deum.

Sed Cadonicus in Italicis Dialogis [1], Catechiſmum Romanum eo uſque proceſſiſſe negat, ut id certum

1 Dialogo II. *pag.* 28. *edit. Roboreti an.* 1755. defenſorem communis ſententiæ Thraſimachum, ut vocat, ſic inducit res nullo modo concedendas facile concedentem, ineptiſſimeque diſputantem, ut hoc ſuperato, orthodoxos ceteros viciſſe videatur: *Mi ricordo degl' Inni di s. Giuſeppe, e delle lezioni de' ſanti Innocenti, e di altre coſe tali* (at ipſe quoque memini: verum in his nihil eſt omnino, quod Cadonico eſſe adjumento poſſit) *e veramente conoſco, che ſe non sbaglia il Breviario* (Erroris quidpiam de re doctrinæ in Breviario eſſe, quis umquam dici ferat? Thraſimachus etiam iſte, Cadonice, quem tam ineptum finxiſti, ſi revera extaret, quidquam tale non modo non diceret, ſed falſum eſſe, ne dubitaret quidem. Adeo ſcilicet manifeſta res eſt. Qua vero con-

certam eſſe fidei doctrinam ſtatueret. Negat ille quidem. At non minus fidenter, quam falſo negat. *Myſterium* enim in Catechiſmo dicitur illud ipſum, quod nos tuemur doctrinæ genus. *Myſterii* autem appellatio ad doctrinam accommodata, quid, quæſo, indicat, niſi divinitus manifeſtatum, atque adeo certum, pertinenſque ad fidei doctrinam dogma? Quod ni ita eſſet, cum tu ex Chriſtianorum aliquo quæreres, quænam ſint *Myſteria* præcipua fidei; non quæ ſint divinitus manifeſtata præcipua fidei dogmata, ſed quæ ſint opiniones celebriores, quæreres, quas vocare in controverſiam liceat. Id vero quis non videat, quam alienum ſit, quamque a Chriſtianorum abhorreat intelligentia, & communi ſenſu?

At Cadonicus, inquies, in poſtremo, quem de beatitate Sanctorum Veteris Teſtamenti ante mortem Chriſti, Venetiis publicavit, libro, neſcio quæ haud *concordia*, ſeu pugnantia Catechiſmo contineri animadvertit, cogique ſe negat poſſe, pugnantibus rebus auctoritatem, ac fidem adjungere. „ Hæc, *inquit*, „ parvitati meæ nequaquam concordare videntur cum „ dictis num. tertio. Ibi enim *juſti*, *& quieti ap-*

h h „*pellan-*

confidentia illum inducis de *Breviario*, *erretne*, an non *erret*, ineptiſſime dubitantem?) *deve sbagliare il P. Suarez* (Quid tu Suareſium nominas, quaſi ei hæc fuerit peculiaris ſententia? Omnium hæc eſt communis orthodoxorum. Omnes debueras ſcribere, ſi noſſe, quæ ſcribere inſtitueras, aut ſi candide, ac ſine fuco, & fallacia ſcripſiſſes. Sed Thraſimachum, erret ne Breviarium, an Suareſius metuentem, facile liberabo metu. Nam alio loco tempori, atque opportune oſtendam, errare neutrum) *facendo di fede una propoſizione, che ha contro di ſe teſtimonianze di queſto peſo*. Nihil minus. Non enim eſt quidquam ullius ponderis, quod communi omnium orthodoxorum, qualis hæc eſt, doctrinæ adverſetur. Ibidem Thraſimacho de Suareſio agenti Janus, neſcio quis, hiſce verbis Cadonici reſponderat nomine: *Egli* (*il Suarez*) *ha detto troppo, ed ha voluto fare di più, che il Catechiſmo Romano*. (At nihil plus Suareſius, quam Catechiſmus Romanus, fecit, ut ſupra eſt demonſtratum) *formato per decreto del Concilio Tridentino, e del ſanto Papa Pio V.* (Vide ut turbet omnia! Compoſitum Decreto Pii Papæ V. Catechiſmum Romanum dicit; publicatum autem ejuſdem, ſequentiumque Pontificum Decretis, propoſitumque populo Chriſtiano ad diſcendum, non dicit. Nimirum tacet, quæ ſibi eſſe, ſententiæque ſuæ magno detrimento poſſe intelligit. Pergit porro) *il quale Catechiſmo nella ſpiegazione del quinto Articolo del Simbolo non va tanto avanti*. Quam id ſit falſum, paulo ante vidimus.

„ *pellantur Patres ſinus Abrahæ*; numero autem quinto, „ & ſexto eos *ob noxam a diabolo* incluſos, nec non „ *conſtrictos* legimus, ideoque in peccato, in dolori- „ bus, & tormentis [1] „.

Quam

1 Cadonicus *Præfat.* poſtremi ſui operis inſcripti: *D. Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, quæ videtur ſententia &c. num.* 25. *pag.* XXII. *edit. Veneta ann.* 1763. Idem *ibid. num.* 21. *ſeqq. pag.* XI. *ſeqq.* ſcribit hoc modo: *Qui has animas quieviſſe dicunt in ſinu Abrahæ nulla intercedente moleſtia, a Scholarum Magiſtro Divo Thoma aperte diſcedunt, eos in inferno, atque doloribus* (Thomæ hic ſententiam nominat, quam nuſquam legit: ſed de hoc alias) *agnoſcente. Juxta hanc duplicem nec ſatis amicam*, (hoc eſt ſecum pugnantem) *ſententiam* (ſcilicet quod Sancti Patres illi & *quieverint in ſinu Abrahæ nulla intercedente moleſtia, & in inferno, ac moleſtia fuerint*) *ſcripſere conditores Catechiſmi Romani* (falſum id quidem. Nuſquam enim Catechiſmi conditores Sanctos Patres nulla intercedente moleſtia quieviſſe, ante Chriſti mortem, dixerunt. Sed malæ cauſſæ patroni hostes fingit, quos feriat. Pergit autem hoc modo ſcribere). *Nam* (Catechiſmi Romani Conditores) *de tribus animarum apud inferos receptaculis differentes, & communiori opinioni ſe accommodantes* (communiorem ſententiam vocat eam, quam eſt ipſe commentus, de quiete perfecta Sanctorum in ſinu Abrahæ ante Chriſti mortem agentium, nulla intercedente moleſtia: atque huic, quam communiorem falſo vocat, ſententiæ ſeſe Conditores Catechiſmi accommodaſſe ſcribit, quod falſum profecto eſt, ut ex Catechiſmi ejuſdem contextu perſpicere quiſque poterit) *in numero tertio* (*Explic.* v. *Artic. Symboli*) *dixerunt*: „ Tertium poſtremo receptaculi genus eſt, in quo animæ „ Sanctorum ante Chriſti Domini adventum excipiebantur, ibique *ſine ullo* „ *doloris ſenſu, beata redemptionis ſpe ſuſtentati quieta habitatione fruebantur.* „ Horum igitur piorum animas, quæ in ſinu Abrahæ Salvatorem expectabant, „ Chriſtus Dominus ad inferos deſcendens liberavit „. Verum in hiſce verbis tuarum *phraſeon* illarum: *nulla intercedente moleſtia*, veſtigium extat omnino nullum. At eſt, inquis, τὸ *ſine ullo doloris ſenſu*. Ridiculum! Tune igitur tam es imperitus Theologicarum rerum, ut pœnam *damni* diſtingui ab Theologis ignores a pœna *ſenſus*? Quid eſt autem τὸ *ſine ullo doloris ſenſu*, niſi *ſenſu doloris*, ejus inquam doloris, qui pœna *ſenſus* dicitur, & quo, liquet, Patres illos in ſinu Abrahæ vacaſſe? Id vero ſi ex his verbis ipſis aſſequi tibi non licuit, licuiſſet tamen ex conſequentibus perſpicere, niſi ita captus ſtudio fuiſſes opinionis novæ tuæ, ut ne ad rem quidem, quæ tam eſt perſpicua, advertere potueris animum. Sed age, quæ turbare pergis, conſideremus. *Quia*, inquis, Conditores Catechiſmi *reminiſci debebant etiam doctrinæ Divi Thomæ* (quaſi vero ſcientes, prudentes pugnantia dixerint, ut Sancto Thomæ obſequerentur) *qui in eadem Patrum ſpe fundamentum ponit doloris eorumdem, dicente ſcriptura, ſpes, quæ differtur, affligit animam.* (Nihil minus. Nam Sanctus Thomas & ſenſu doloris caruiſſe Patres illos, & *ex ſpe magnum gaudium habuiſſe ſcribit*. III *P. Qu.* LII. *Art.* V. *ad.* I. Ex dilatione autem boni, quod quis ſperat, non ex *ſpe* moleſtiam ſequi, & S. Thomas, & Catechiſmi Scriptores, & Scripturæ locus evincit. Sed affingere Scriptoribus, quod nunquam ſenſerint, modo res implicetur, id vero Cadonico eſſe videtur vehementer curæ) *huic iidem opinioni faverunt in ſequentibus*. Scilicet opiniones inter ſe repugnantes duas probatas Catechiſmi Conditoribus fuiſſe, per ſummam injuriam Cadonicus jactitat. Affert mox e §. V. & VII. loca illa Catechiſmi duo, quæ nos modo in textu deſcripſimus, tumque Auctores eoſdem Catechiſmi ſecum ipſos pugnare, ſtatuit. Inde *n.* 27. *p.* XIII. *Nos itaque*, inquit, *in hoc bivio relicti* ***SPINIS, ET TRIBULIS UNDEQUAQUE SCATENTE ETIAM***

AB

Quam mallem, minus ut nobis prædicaret *parvitatem ſuam*, quam iſtam adſertoribus, propagatoribuſque doctrinæ Catechiſmi Romani Pontificibus Maximis faceret tam inſignem injuriam. Pugnantia ne, Cadoce, ſcribis Pontifices Maximos probaſſe, propoſuiſſeque ut myſterium ad credendum Chriſtianæ plebi; eique tam gravi injuriæ, tamque magno malo mederi te ſperas potuiſſe commemoratione *parvitatis tuæ*? Non æque curat Eccleſia, tuam ut nobis *parvitatem* narres. Hoc curat ſcilicet, ut de doctrina, quam ipſa omnibus ut myſterium Chriſtianæ Religionis proponat, recte & ſentias, & loquare.

Verumtamen vide, quam graviter lapſus ſis. Pugnantia, inquis, Catechiſmus continet. Quæ? *Quietos* in ſinu Abrahæ ſtatuit fuiſſe Veteris Teſtamenti Sanctos; eoſdemque etiam *ob noxam* a diabolo incluſos, *nec non conſtrictos*, ideoque *in peccato*, *in doloribus*, *atque tormentis*.

Conſtrictos, *in peccato*? Ubinam hoc in Catechiſmo de Sanctis Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ conſtitutis legitur? Indica locum. In *explicatione*, inquis, *Articuli* v. Symboli Apoſtolici §. 5. & 6. Bene

h h 2

AB HOC DE CETERO ADMIRABILI, NEC NON TANTÆ AUCTORITATIS LIBRO, NEQUE IN HISCE DOCTRINIS INVENIENTES CHARACTERES VENERANDÆ TRADITIONIS, QUÆ A CONSTANTIA, ET ANTIQUITATE PRÆCIPUE DIGNOSCITUR, QUID RELIQUI HABEMUS, NISI AD EJUSDEM TRADITIONIS FONTES DEVOTE CONFUGERE? Deus immortalis! Quæ eſt, niſi ſumma hæc contumelia eſt? Ab Catholico ne dici feremus: in *bivio ſpinis, & tribulis ſcatente* nos a Catechiſmo Romano, hoc eſt a Pontificibus Maximis eſſe relictos; inque ea doctrina, quam Catechiſmus Romanus, adeoque Pontifices ipſi Maximi *myſterium* Religionis Chriſtianæ eſſe nos doceant, *non inveniri characteres divinæ traditionis*, ac ſi neque *conſtans* id myſterium, neque *vetuſtate* firmatum ſit; nihilque propterea eſſe reliqui, niſi ut Cadonico duce ad *fontes traditionis*, quæ ignota hactenus fuerit, *devote* confugiamus? Quid autem iſtud eſt *devote*? An *devotio* tibi videtur eſſe, *inconſtans*, novumque eſſe defendere, quod tibi Catechiſmus Sedis Apoſtolicæ confirmet eſſe *myſterium*? Verum Catholici omnes non *devotionem* iſtam quidem, ſed longe aliud eſſe ſciunt. Quare ne ſpera, horum te cuiquam fucum facturum commemoratione *parvitatis*, & *devotionis* tuæ. Novit enim populus Chriſtianus fuiſſe alios, qui cum maxime pietatem narrarent ſuam, ac de ſe demiſſe, abjecteque ſentire ſe dicerent, tum item maxime firmiſſimam veritatem evertere conarentur.

ne habet. Recita. §. v. *Ceteri omnes captivi deſcenderant*[1]: *ipſe vero* (Chriſtus) *inter mortuos liber, & victor ad profligandos dæmones, a quibus illi ob noxam incluſi, & conſtricti tenebantur, deſcendit. Præterea*[2] *alii omnes, qui deſcenderunt, partim pœnis acerbiſſimis torquebantur; partim vero, ut alio doloris ſenſu carerent, tamen Dei aſpectu privati, & ſpe beatæ gloriæ, quam expectabant, ſuſpenſi torquebantur. At Chriſtus Dominus deſcendit, non ut aliquid pateretur, ſed ut Sanctos, & juſtos homines miſera illius cuſtodiæ moleſtia liberaret, eiſque paſſionis ſuæ fructum impertiret.* Sed in hiſce verbis ne indicium quidem eſt ullum de Patribus Veteris Teſtamenti in *peccato*, ut ais, & in *dolobus*. Atenim eſt, inquis, in Catechiſmo *ob noxam incluſos Sanctos Veteris Teſtamenti Patres, conſtrictoſque* fuiſſe. Ob cujus *noxam*, obſecro? Eorumdem ne Sanctorum Patrum, an Adæ, qua factum erat, ut qui ex eo nati eſſent, originali culpa obligarentur, qua etiamſi expiati, ſolutique eſſent divino munere, ob eam tamen reatu tenerentur temporali excluſionis e regno Dei, quoad morte Chriſti in idem beatum regnum reciperentur? Ob Adæ, dices, opinor, obque inde ortam originalem noxam, qua quidem noxa ſoluti eſſent, quod ad culpam ſpectat, non autem quod ad reatum excluſionis e regno Dei uſque dum Chriſtus paſſus, mortuuſque fuiſſet. Nam ſi ſecus dixeris, accuſabere, mihi crede, calumniæ. Culpa enim eos originali ſolutos, plenoſque fidei, caritatis, ac meritorum, cariſſimoſque propterea fuiſſe Deo, & animadverſum eſt ſæpe a Catechiſmi conditoribus[3], & eſt Catholicis omnibus, qui Catechiſmum eumdem legerint, ſatis explorate

1 Cadonicus ſcribit, *deſcenderunt*.

2 Cadonicus legit *propterea*, quod ſenſum Catechiſmi pervertit. In Catechiſmo latino eſt *præterea*, quod Figliuccius italice vertit, *in oltre*.

3 Vide Catech. *Rom. cap.* v. *ad* v. *Symb. Artic.* §. v. *p.* 82. & §. vi. *p.* 83. *Edit. Rom. an.* 1726.

rate percepum, & cognitum. Age vero, ob noxam ne dicere conſtrictum aliquem detineri, idem tibi videtur, atque eum in *peccato* eſſe dicere? An non intelligis, eum, qui *in peccato* ſit, obligari culpa; eum vero contra, qui, ob *noxam*, quidquam incommodi perferat, culpæ vitio poſſe vacare? Id ſi non intelligis, ac proinde negandum putas; negato etiam reatum temporalis pœnæ ſine culpæ reatu poſſe conſiſtere. Nega aut. mortem eſſe pœnam hominibus inlatam ob noxam originalis peccati; aut Sanctos, qui obierint, ſolutos fuiſſe culpa. Nega denique *pœnitentes* quoſque liberatos a reatu culpæ eſſe, ut qui in ſe animadvertant, pœnitentiamque agant, noxæ, quam admiſerint, cauſſa. Verum tua iſta negandi licentia cum Synodi Tridentinæ [1] Decretis pugnat. Quod ſi *ob noxam* non idem eſt, atque in *peccato* eſſe, quo tu ore audes ex verbis: *ob noxam*: concludere, Catechiſmi Romani Auctorum ſententia, animas Sanctorum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, fuiſſe *in peccato*? Næ tu, niſi imperitia te, ignorationeque rerum ita ſcripſiſſe confiteare; calumnia ſcripſiſſe, oppugnandoque Catechiſmum Romanum, Synodi Tridentinæ decreta oppugnaſſe fatebere. At eſt, inquies, alter in Catechiſmi § VI. inſignis locus, habetque hoc modo: „ Propterea Chriſtus Dominus ad inferos de„ ſcendit, ut ereptis *dæmonum ſpoliis* ſanctos illos Pa„ tres, ceteroſque pios e *carcere* liberatos ſecum ad„ duceret in Cælum .... Statim enim illius aſpectus „ clariſſimam lucem *captivis* attulit, eorumque animas „ immenſa lætitia implevit, quibus etiam optatiſſi„ mam beatitudinem, quæ in Dei viſione conſiſtit, „ impertivit „. Verum in his, Cadonice, *de peccato*, atque *doloribus* ne verbulum quidem eſt.

Qua quidem in re vide, quam etiam atque etiam

[1] Vide *ſupra pag.* 35. *not.* 2.

Digitized by Google

etiam erres graviter. Jam meminiſti, te ſæpe ac multum dixiſſe, quod in Catechiſmo Romano hoc de genere quæſtionis eſt, totum eſſe *indifferens*. Cum igitur, temetipſo teſte, ex Catechiſmo Romano intelligatur, Sanctorum illorum animas *in peccato* fuiſſe, *indifferens* ſane erit, animas eaſdem in *peccato* fuiſſe, defendere. Ecquis autem orthodoxorum eſt, cujus animus, aureſque non reſpuant iſtud tam abſurdum, tamque alienum a Catholico dogmate portentum opinionis?

Verumtamen, etſi grave id quidem eſt, omittatur tamen. Nam ad alias pugnas illas Catechiſmi, quas fingis, venire malo. Quidni igitur Catechiſmo aſſentire? Diſcordia, inquis, continet. Ita ne vero? Ita, inquis, videtur *parvitati meæ*. At enim, Cadonice, modo ne tam elate de te ſentias, ut unum te omnium contraria in Sedis Apoſtolicæ Catechiſmo deprehendiſſe dicas; patiar, mihi crede, uti minus de te demiſſe loquare. Sed rogo te, quæ iſta ſint contraria? Annon, inquis, contrarium tibi videtur, ut qui *quietus ſit*, idem ſit *in doloribus, & tormentis*? Atqui hoc totum in Catechiſmo eſt. Verum nihil eſt in Catechiſmo eorum, quæ de *doloribus* ſcribis, ſimile. Itaque non eſt, cur tibi iſta ſcribenti reſpondeam. Quare ad conflictionem illam, pugnamque veniamus, quam te in Catechiſmo ipſo deprehendiſſe putas, quæque eſt de animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ ſpe certa *quietis*, iiſdemque *tortis*, atque afflictis dilatæ viſionis Dei beatificæ cauſſa.

Cognoſce igitur, hoccine illud ſit, quod eſſe in Catechiſmo pugnans querebare. Eſt hoc profecto, inquies. Optime. Dic modo, iſthuc ne ſit, quod te permovet, ut Catechiſmo in myſteriis communem ſententiam numeranti aſſentiri te neges poſſe? Hoc etiam ipſum, dices. Nega igitur, aſſentiri te poſſe Apoſtolo Paulo. Ego ne? inquies. Non faciam. At facies tu quidem invitus, atque ingratiis, ſi modo, hactenus quæ in

Ca-

Digitized by Google

Catechiſmo pugnantia eſſe dictitabas, eſſe revera pugnantia pergas dicere. Pauli ne hæc ſunt in Epiſtolæ ad Corinthios ſecundæ capite quinto [1] verba: *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes*? Te rogo Cadonice. Pauli, inquis. Recte ſane. Cur autem *quaſi triſtes*, dicit? Quia paulo ante [2] ſcripſerat: *In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus &c.* Quid? Is qui detinetur *carcere, laboribus* premitur, agitatur *ſeditionibus*, *plagis* cruciatur, an torqueri tibi non videtur? Videtur, reſpondebis, ſat ſcio. Niſi enim tibi videri dixeris; intelligis, illud denique te eſſe dicturum, quod longe abhorret a communi ſenſu. Nunc quo illud Apoſtoli ſpectat: *ſemper gaudentes*? Iſne *ſemper ut gaudeat*, qui tam dire vexetur, ac torqueatur? Age, abiice abs te Apoſtolum. Nega te illi aſſentiri poſſe. Nam, te judice, pugnantia loquitur. Atque idem, qui certe erat ex *ſemper gaudentium* numero, in Epiſtola ad Romanos [3], *veritatem dico in Chriſto*, inquit, *non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea, quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo &c.* Audin'? *Triſtem, atque in dolore* ipſum ſe dicit eſſe, qui *ſemper gaudeat*. Contraria hæc tibi ſunt, interque ſe vehementer pugnantia. Quid igitur Paulum morare? Jube abire hominem, eique denuncia, ad ejus ſententiam accommodari non poſſe tuam. Jam Paulo dimiſſo, Auguſtino nuncium remittas neceſſe eſt. Ita tibi auctor nullus ſupererit, quem ſequare. Nam hactenus exiſtimaſti, falſo quidem, at exiſtimaſti tamen, unum te Auguſtinum præceptorem, ac ducem ſequi. Quid autem is? Quid? *Lib.* XI. *de Civitate Dei Cap.* XII. *pag.* 215. *Edit. Antuerp. Quantum pertinet*, inquit, AD SPEM FUTURI (boni) BEATIOR QUILIBET EST IN QUIBUSLIBET CRUCIATIBUS CORPORIS, CUI NON OPINIONE, SED CERTA VERITATE MANIFE-

STUM

1 *Verſu* 9. 2 *Verſu* 5. *ſeqq.* 3 *Cap.* IX. *v.* 1. *ſeq.*

STUM EST, *ſine fine ſe habiturum omni* MOLESTIA *carentem ſocietatem Angelorum in participatione ſummi Dei, quam erat ille homo* (Adamus) *ſui caſus incertus in magna illa felicitate paradiſi*. Quid hic loquitur? Torqueri ne quemquam maximis *corporis cruciatibus*, adeoque affli-ctari miſere; eumdemque ſpe certa futuri boni ita erigi, ut ſit Adamo in Paradiſo degente beatior? Non carere *moleſtia*, & eſſe Adamo beatiorem, intelligere, Cadonice, qui demum poteris, id ſi non intelligis, quod eſt in Catechiſmo Romano de animabus Patrum Veteris Teſtamenti in Abrahæ ſinu, ante Chriſti mortem, ſpe quidem *quietis*, ſed *tortis* etiam ob dilatam ipſis beatificam viſionem Dei? Quid reſtat igitur, niſi ut facere te non poſſe confiteare, quin ab Auguſtino diſſideas? Sed conſonant, inquies, ſibi Auguſtini, Paulique ſententiæ. Qui, dubitat? Verumtamen eſt item abs te oſtendendum, ut conſonent. Tibi autem ſic confirmo, quocumque tandem modo eas ſibi conſtare oſtenderis, eodem me eſſe, pugnantes, quos vocas, Catechiſmi Romani locos conciliaturum. Fac ergo periculum. Oſtende, ut illæ ſibi Apoſtoli, atque Auguſtini ſententiæ conſonent. Expecto, quid ſis ſcripturus.

Interea hoc ex te quæro, quid repugnet, quo minus qui mœrore, atque, ſi vis etiam, dolore aliquo affectus ſit, idem eſſe non modo quietus, ſed etiam felix poſſit? Quotus enim quiſque felix, non *perfecte* quidem (nam eſſe nulla *ſine viſione Dei* poteſt perfecta felicitas) at felix tamen, atque beatus eſt, quem non mœror, aut dolor, aut ſollicitudo quæpiam exedat? Scilicet quamdiu animus hominis non ita eſt ſummo bono potitus, ut illud intueatur, in eoque perpetuo maneat, & quieſcat, quibus tandem cumque rebus abundet, gaudeat, ſeque felicem eſſe, ac beatum putet, tamen erit aliquid ſemper, quod ei doleat,

doleat, aut ob malum, quo premitur; aut ob dilatum, quod optat, bonum. Quo ſane illud Auguſtini Deum in I. *Confeſſionum libro* alloquentis ſpectat: *Feciſti nos ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te*. Quæ quidem *inquietudo*, ſeu moleſtia, etſi non demittit certa ſpe ductum animum, neque impedit, quin felix & habeatur, & ſit revera; tamen veluti pondus quoddam eſt, quod eum aliquanto deprimat, vel perturbatio, quæ obſtet, quin idem *perfecte* quieſcat, dicique omnino felix, & *beatus* poſſit. Atque id profecto non Patres ſolum, ac Theologi quique orthodoxi; ſed Philoſophi etiam ethnici animadverterunt, qui Philoſophi, tametſi non intelligerent, quamobrem nemo quietus, ſuaque ſorte contentus ſit; nihiloſecius eum, quem beatum prædicarent eſſe, omni moleſtia, omnique dolore vacare non poſſe dixerunt. Non enim in quovis, qualem illi ſibi finxerant, ſapiente, atque beato, ſed in eo, qui cumulate beatus [1] ſit, vacuitatem putabant eſſe doloris. Quamobrem eum, qui triſtis ſit, dici etiam, & eſſe revera beatum poſſe [2]. Nam hunc, qui unius rei ergo doleat; gaudere, beatumque eſſe alterius rei cauſſa. Itaque Marcum Regulum, qui ob fidem, quam hoſti dederat, ſervandam vigiliis & fame cruciabatur triſtem, firmitate, atque conſtantia fuiſſe beatum [3]. Quinetiam Cajum Marium expulſum, egentem, in palude demerſum, ſi tropæorum meminiſſet, felicem fuiſſe, beatumque [4] futurum. Ac Philoſopho quidem dignum [5] eſſe putare, temperari

i i cum

1 Cicero *in* II. *de Finib. cap.* XIII. *p.* 146. *tom.* II. *opp. edit. Genev. an.*1743. „ Id autem ejuſmodi eſt, ut additum ad virtutem, auctoritatem videatur habere, & expleturum cumulate beatam vitam „.

2 *Ibid. cap.* XX. *pag.* 155. *ſeq.* „ Non enim hilaritate, nec riſu, aut joco comite levitatis; ſed ſæpe etiam TRISTES, FIRMITATE, ET CONSTANTIA SUNT BEATI.

3 *Ibid.*

4 *Ibid. cap.* XXXII. *pag.* 170.

5 *Ibid. cap.* XXX. *pag.* 167. „ *Compenſabatur cum ſummis doloribus letitia.* Audio Philoſophi vocem „.

cum ſummis etiam doloribus, compenſarique lætitiam, quam quis, aliunde dolens, capiat, rei bene geſtæ memoria; atque ita quidem compenſari, ut in doloribus ſapiens ſit quovis inſipiente, qui quibuſlibet commodis abundet [1], beatior. Quæ cum ita ſint, jam vides, Philoſophos hoc eſt ſpeculatores, venatoreſque naturæ ſtatuere, eum, qui miſer unius rei cauſſa ſit, triſtitiaque, vel dolore animi torqueatur, eſſe conſideratione alterius rei beatum; neque arbitrari, hac in ſententia quidquam eſſe luctationis, & pugnæ. Quid? Si hoc in ſe ipſo piorum quiſque experiatur? Jactantur rebus adverſis, triſtantur, dolent; ſed erigunt ipſi ſe modo conſcientia recte factorum, modo ſpe melioris boni, adeo ut ſpe ipſa, conſcientiave longe ſe feliciores eſſe putent, quam fuerint, ſintque eventibus non ſecundis, rebuſque illis adverſis miſeri. Tute introſpice in mentem tuam, eamque omni ratione pertractans, percontare ipſe te: dum *tentatione* aliqua, perturbationeque animi agitare, moxque in Deum convertis cogitationem, ſpeque te alis illius ſummi boni conſequendi, cujus amore, deſiderioque flagres, an etſi es ea *tentatione* miſer, ſis tamen ſpe boni, quod optas, beatior? Quid igitur eſt, cur id eſſe in Catechiſmo Romano pugnans exiſtimes, quod tute ſentias, quod Philoſophi probent, quod Patres teſtentur, quod Apoſtolus Paulus confirmet eſſe veriſſimum? Ac ne puta ſapientes, ſanctoſque homines, qui bonæ conſcientiæ, quam Auguſtinus [2] paradiſum vocat, teſtimonio ſe conſolentur, ſpeque ſempiternæ vitæ, ut Apoſtolus ſcribit [3], gaudeant; conſideratione pugnarum carnis adverſus ſpiritum, infortuniorum, peregrinationis diuturnæ a Deo miſeros ſe non eſſe judicare,

1 *Ibid. cap.* xx. *pag.* 155.
2 *Lib.* xII. de Geneſi ad litteram *cap.* xxxIv. *pag.* 240. *tom.*III. *opp. part.*1. *edit. Antuerp. ann.* 1700.
3 *Epiſt. ad Rom. cap.* xII. *v.* 12.

dicare, neque his ſe moleſtiis liberari [1] non poſtulare modo, ſed etiam flagitare, cupereque majorem in modum *diſſolvi*, & eſſe cum cum Chriſto, Deique aſpectu in cælis frui, unde (ut in precibus eſt Eccleſiæ) omnis *aufugit dolor, atque triſtitia*, & ubi ſolum vacuitas eſſe poteſt dolorum [2]. Quod ſi ita eſt, ut eſt revera, quo tandem modo repugnans erit, quod ſcriptum in Catechiſmo eſt de Animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ quieſcentibus, beatiſque ſpe certa videndi Dei; iiſdemque in inferis dilatione boni, quod ſperabant, tortis, atque afflictis, exiliique ſui, vel peregrinationis a Deo finem optantibus? Sed eo tu pugnans id eſſe dixiſti, quo vel rem (quod non credo) implicare poſſes; vel (quod quidem magis credo) ignoraris, quæ Patrum operibus, libriſque ſacris contineantur, oſcitanſque non adverteris animum ad ea, quæ in te ipſo experiare. Verum in re certiſſima nimium longi ſumus.

Scio, quid Dalhamus eluſurus Catechiſmi Romani auctoritatem in ſua Hiſtoria Quæſtionis ſcribat. Sed memini, ei me capite hujuſce operis primo [3] cumulate ſatisfeciſſe.

VI. Alter eſt Catechiſmus, quem etiam, ut alio loco dixi [4], appellare Romanum poſſumus. Nam a Romanis Pontificibus & datum Auctori, ut eum perſcriberet,

i i 2

1 *Epiſt. ad Philipp. cap.* 1. *v.* 23. *& ad Theſſalonic.* 1. *cap.* III. *v.* 2. Verum ſexcenta ſunt Scripturarum loca, quæ idipſum demonſtrant.

2 *Dolore animi torqueri* ſcripſit Cicero *in* 1, *de Finib. cap.* XIII. *p.* 117. Hujus elegantem dicendi rationem ſequutus, qui priorem Catechiſmi Romani perpolivit Partem, de Sanctis Vet. Teſt. agens, *torquebantur* dixit. Sed non addidit τὸ *doloribus*. Quamquam ſi addidiſſet, non laborarem. Non enim nego triſtitiam ex boni, quod quis cupiat, & ſperet, dilatione profectam dici etiam dolorem latine poſſe, Eo autem Cadonicum reprehendi, ex Catechiſmo intelligi, Sanctos illos in doloribus fuiſſe, ajentem, quod in Catechiſmo nihil tale ſit; & *doloris ſenſus*, cujus in Catechiſmo ipſo ſit mentio, *pœnam ſenſus* ſignificet, cujus ſanctos eoſdem expertes fuiſſe, idem nos Catechiſmus docet.

3 *Pag* 79. *not.* 2.

4 *Pag.* 185. *Romanum* item appellant Victorius Scialac, & Gabriel Sionita *in Epiſt. Dedic. ad Paulum V. edit. Rom. Catech. Bellar. Arabici & Latini an.* 1613, *Dominus de Breves*, inquiunt, *Nobis Catechiſmi Rom. ex Illuſtriſs. Card. Bellarmini Italica editione Arab. interpretationem pro ſua in nos auctoritate demandavit*.

beret, in mandatis fuit [1]; & poſteaquam eſt perſcriptus; expenſus diligenter, publicatus, in varias linguas

1 Clemens VIII. in Conſtitut. die 15. Julii ann. 1598. edita, cujus hoc eſt initium: *Paſtoralis Romani Pontificis cura*, quæque editionibus Romanis Catechiſmi Bellarminiani præfixa eſt: „ Cum novum, *inquit*, Doctrinæ Chriſtia-
» næ Libellum per dilectum filium Robertum Bellarminum Preſbyterum So-
» cietatis Jeſu DE MANDATO NOSTRO CONSCRIPTUM, *ac in duas*
» *partes diviſum* A DILECTIS FILIIS REFORMATORIBUS IN CONGRE-
» GATIONE REFORMATIONIS NOSTRÆ DEPUTATIS DILIGENTER
» EXAMINARI, *in lucem edi*, *& typis tradi mandaverimus &c.* ut poſthac
» unus idemque modus in docendo, & diſcendo Chriſtianam doctrinam ab om-
» nibus teneatur, motu proprio &c. » & paulo poſt: » Mandantes dilecto filio
» noſtro nunc, & pro tempore in Urbe Vicario . . . ut tam in publicis, quam in
» privatis Scholis, & Eccleſiis alios Doctrinæ Chriſtianæ libellos adhiberi, vel
» proponi minime permittat . . . Quinimmo ſub pœnis præmiſſis contradictores
» quoſcumque ad omnia ſupradicta inviolabiliter obſervanda auctoritate no-
» ſtra cogat &c. „ Idipſum feciſſe Paulum V., ex Libello an. 1613. Romæ edito intelligitur, cujus quidem Libelli hæc eſt inſcriptio: *Doctrina Chriſtiana Roberti S.R.E.Card. Bellarmini ... ex Italico idiomate in Arabicum* JUSSU SS.D.N. PAULI V. PONTIFICIS MAX. TRANSLATA *per Victorium Scialac*, *& Gabrielem Sionitam &c.* . In Epiſtola enim *Dedicatoria* ei Libello præfixa, poſt ubi hi duo Interpretes narrarunt, Franciſcum Savarium Breveſium Regis Chriſtianiſſimi ad Othomanam Portam Legatum Orientis regiones plurimas peragraſſe, animadvertiſſeque tot nationes in maxima rerum chriſtianarum ignoratione verſari, ac propterea iis lucem afferre Doctrinæ conſtituiſſe, veniſſeque inde Romam, eaque de re cum Pontifice egiſſe; tum: „ Quod arduum, inquiunt,
» excelſumque, ac ſummopere laudabile tanti viri inſtitutum Sanctitas Sua
» pari affectu, & ſingulari paternæ benevolentiæ adverſus nationes illas ſigni-
» ficatione, EDITO EA DE RE NON ITA PRIDEM LUCULENTO DI-
» PLOMATE CONFIRMAVIT. Ergo ille (Legatus) ut ad opus tam inſigne
» ſtrenue aggrederetur, cum impenſis propriis elegantiſſimos Arabici idiomatis
» typos fieri curaſſet, nobis Catechiſmi Romani ex Illuſtriſſimi Cardinalis Bel-
» larmini Italica editione Arabicam interpretationem pro ſua in nos auctoritate
» demandavit .... Quocirca ut labor hic noſter quantus quantus eſt totus Ec-
» cleſiæ Romanæ gloriæ, & fidei propagationi impenderetur, Catechiſmum
» hunc .... Sanctitati Tuæ ... dicavimus: atque hoc fortaſſe decentius, aptiuſ-
» que, QUOD IN EO NIHIL ALIUD CONTINEATUR, QUAM PURA,
» SOLAQUE FIDEI DOGMATA, ET SUMMA QUASI RECONDITISSI-
» MORUM MYSTERIORUM FASTIGIA PROPONANTUR „. Viden', ut Catholici nihil quidquam in explicando Symbolo Bellarmini Catechiſmo comprehendi, audiente Pontifice Maximo, profiterentur, præterquam dogmata, ſummamque Myſteriorum Religionis? Anno 1678. Innocentius XI. Pontifex Maximus Scholas Doctrinæ Chriſtianæ reſtituturus eumdem edi Catechiſmum juſſit Romæ hoc titulo: *Dotrina Criſtiana breve COMPOSTA PER ORDINE DI PAPA CLEMENTE VIII. DA ROBERTO BELLARMINO CARDINALE DI S. CHIESA, di nuovo pubblicato per commiſſione di noſtro Signore Papa Innocenzio XI già approvata dalla Congregazione della Riforma, affinchè tolta via la varietà de' modi d' inſegnare, ſi renda uniforme, e più facile queſto Santo eſercizio d' iſtruire le perſone idiote, e i fanciulli nelle coſe della noſtra Santa Fede*. Anno 1725. edita fuerunt Acta Concilii Romani habiti ſub Benedicto XIII. P. M.. In his *cap.* IV. *Tituli* 1. *pag.* 6. *ſeq.* ſic legitur: *Ad plebes ſuas Parochi, ceterique animarum rectores ſingulis ſaltem Dominicis, feſtiſque diebus, qui de precepto obſervari ſolent, de mane poſt lectum in parochiali Miſſa Evan-*

guas converſus, propoſituſque omnibus eſt rudium, puerorumque in religionis, ac morum dogmatibus inſtituendorum cauſſa. Jam quod Romani Pontifices, publicando, proponendoque ceteris, adoptarunt ſibi, id ſane non privati cujuſquam opus, ſed Apoſtolicæ Sedis eſſe [1] ſtatuendum eſt. Atque eſt is Catechiſmus idem ille,

Evangelium ſermonem brevem habeant .... ROMANO ADHIBITO CATECHISMO PRO PAROCHIS POTISSIMUM IMPRESSO. *Hora vero pomeridiana pueros, puellaſque* .... FIDEI RUDIMENTIS, DOCTRINAQUE CHRISTIANA EX LIBELLO, QUEM CL. MEMOR. CARDINALIS BELLARMINUS EDIDIT, ET FELICIS RECORDATIONIS CLEMENS PAPA VIII. RETINENDUM MANDAVIT, *ſenſim, & quo poterunt, plane imbuant, unam ſemper, & eamdem docendi regulam ſequentes, quæ ſervanda hic dabitur in Appendice*. In Appendicem autem illam num. I. tranſlata Inſtitutio illa eſt, quam 29. Aprilis die ann. 1725. idem Concilium præſcripſit, qua in Inſtitutione *nu.* IV. habetur hoc modo: *S' inſegnerà da tutti uniformemente, eſcluſa ogni altra, giuſta il comandamento di Clem. VIII. la Dottrina piccola del Bellarmino*. Denique Benedictus XIV. P. M. in iis Encyclicis Litteris, quas ann. 1742. die 7. Februarii ad Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos *de Doctrina Chriſtiana populis tradenda* ſcripſit §. 17. *pag.* 114. *tom.* I. Bullarii ejus Pontificis, *edit. Rom. Sac. Congreg. de Propaganda Fide ann.* 1746. CLEMENTIS, inquit, PAPÆ VIII. ALIORUMQUE PRÆDECESSORUM NOSTRORUM VESTIGIIS INHÆRENTES, HORTAMUR IN DOMINO, ET ENIXE COMMENDAMUS IN DOCTRINA CHRISTIANA TRADENDA ADHIBERE LIBELLUM DE CLEMENTIS EJUSDEM MANDATO A CARDINALI BELLARMINO PERSCRIPTUM, MOX IN DEPUTATA CONGREGATIONE DILIGENTER EXAMINATUM, ET APPROBATUM, AC DENIQUE AB EODEM CLEMENTE EO SALUBERRIMO CONSILIO EDI JUSSUM, UT UNUS DEINCEPS, IDEMQUE MODUS IN DOCENDO, ET DISCENDO CHRISTIANAM DOCTRINAM, AB OMNIBUS TENERETUR. NIHIL HAC UNIFORMITATE OPTABILIUS, NIHIL AD PRÆCAVENDOS, QUI IN MULTIPLICEM CATECHISMORUM VARIETATEM IRREPERE POSSENT ERRORES, CONDUCIBILIUS, ATQUE OPPORTUNIUS. *Sicubi vero contingat ob peculiares regionum neceſſitates alium quempiam adhiberi forte libellum*, SEDULO INVIGILANDUM ERIT, NE QUID ILLE CONTINEAT, NEQUID IN EUM UMQUAM INDUCATUR A CATHOLICA VERITATE ABSONUM. *Curandum inſuper, ut in eo* FIDEI DOGMATA CLARE, ET DILUCIDE SINT EXPLICATA, ADDITIS, SI QUÆ DESUNT, NECESSARIIS, AC SUBLATIS, QUÆ REDUNDANT. Quis autem neſciat, injuriam conflari ſummam ab eo Pontificibus Maximis, qui ſtatueret, Pontifices ipſos, cum tantopere commendarent Epiſcopis, ut vigilarent, ne quid obſcurum, ne quid imminutum, ne quid redundans de dogmatibus religionis in Catechiſmis legi paterentur; eoſdem dormitantes Catechiſmum componi, expendi, publicari juſſiſſe, rudibuſque unum omnium maxime propoſuiſſe ad diſcendum, qui id articuli fidei loco numeret, quod non ſolum articulus fidei non ſit; ſed ſit contra indifferens, vel omnino falſum? Quid aliud autem Cadonicus, ejuſque Symmyſtæ pugnant, niſi ut nobis verum eſſe perſuadeant, quod repugnans ei, contrariumque ſit, quod in Catechiſmo Bellarmini dogmatis fidei loco proponitur? Sed de hoc alias.

1 Nam ut Bonifacius VIII. *Sext. Decret. lib.* III. *Tit.* IV. *de Præbendis, & Dignit. cap.* XXII. *ſi Apoſtolica*, ſcribit: *Quod factum ab alio eſt, ſi ratum, & gratum Pontifex habeat, id auctoritate Apoſtolica confirmatur*. Nam illud *poſt impertitam*, inquit, *a nobis auctoritatem, noſtrum cenſetur effectum*.

ille, quem R. Bellarminus, qui poſt S. R. E. Card. fuit, ceu Romani Catechiſmi epitomen commodo Chriſtianæ plebis compoſuit. Catechiſmi autem a Bellarmino perſcripti, atque a Pontificibus Max. propoſiti ad diſcendum Chriſtianæ plebi duæ ſunt partes, quarum eſt una breviſſima, altera vero aliquanto eſt fuſior. Atque in breviore quidem ad declarationem Symboli Apoſtolici hæc leguntur [1]: „ Declara (*articulum Symboli*) quin„ tum. Credo, Jeſum Chriſtum ſtatim atque eſt mor„ tuus, anima ſe contuliſſe ad limbum Sanctorum Pa„ trum, tertioque die, qui fuit dominicus, reſurre„ xiſſe glorioſum, & triumphantem „. Animadverte, hic nobis deſcenſum Chriſti ad limbum Sanctorum Patrum proponi ut Articulum Symboli. Petit enim a Magiſtro is, qui rudimentis excolitur Chriſtianæ Religionis, ut quintum Articulum declaret, hoc eſt ut dicat, quæ ſit Articuli illius ſignificatio. Abſurdum vero eſt, arbitrari, ab rudi Chriſtiano aliud quidpiam, ut ſciat, poſci, præter id, quod articuli ejuſdem ſenſus poſtulet. Quid autem reſpondet Magiſter rudi illi, ſimplicique Chriſtiano? Profeſſionem dat dogmatis articulo eodem comprehenſi, atque adhibito verbo CREDO, quod proprium eſt, manifeſtumque ſignum profeſſionis ejus rei, quam fide divina certam habemus: CREDO, inquit, *Jeſum Chriſtum, ſtatim atque eſt mortuus, anima ſe contuliſſe ad limbum Sanctorum Patrum*. Hæc igitur illius articuli Apoſtolici Symboli germana ſignificatio eſt, idque debet in quinto ipſo Articulo Chriſtianus quiſque credere, ac profiteri, ſi hujus Catechiſmi firma eſt auctoritas. Eſt autem firma, ut vidimus. Nititur enim auctoritate Pontificum Max., qui eumdem Catechiſmum uti accuratum exhibent, nihilque aut immi-

1 *Pag.* 15. *edit. Romana ann.* 1765. „ Dichiarate il quinto. Io credo, che „ Gesù Criſto, ſubito che fu morto, andò coll' anima al limbo de' ſanti Pa„ dri, ed il terzo giorno, che fu la Domenica, riſuſcitò glorioſo, e trion„ fante „.

minutum in re fidei, aut redundans eo contineri teſtantur, ut ſuperiore pag. 253. in notat. demonſtratum eſt. Ea eſt igitur articuli ejus quinti ſignificatio, idque credere Chriſtianus quiſque, atque profiteri debet.

In copioſiore Catechiſmi Parte, quæ perinde Clementis VIII. italice [1], deincepſque arabice Urbani VIII. juſſu edita [2] eſt, Bellarminus de Chriſti ad inferos deſcenſu in hanc ſententiam ſcribit [3]: In extimo inferorum loco *animas Patriarcharum, Prophetarum, aliorumque Sanctorum, qui ante adventum Chriſti deceſſerant, conſtitiſſe. Quia etſi ſanctis iiſdem animabus nihil inerat, quod purgandum eſſet, tamen in gloriam illæ beatam ingredi nequaquam poterant, antequam Chriſtus morte ſua fores aperiret æternæ vitæ. Propterea in editiore illa inferorum parte, quæ limbus, vel ſinus Abrahæ dicitur, manebant, quo in loco nihil pœnæ perpetiebantur, immo vero dulci requie gaudebant, magno jubilo adventum Domini expectantes. Atque ita quidem legimus in Evangelio, animam Sancti illius mendici Lazari ab Angelis ductam in Abrahæ*

1 Vide Libellum inſcriptum: *Dichiarazione più copioſa della Dottrina Criſtiana compoſta per ordine della ſanta memoria di Papa Clemente VIII. dal Venerabile Card. Roberto Bellarmino, riveduta, ed approvata dalla Congregazione della-Riforma. In Roma* 1763.

2 Confer lib. cujus hic eſt titulus: *Dichiarazione più copioſa della Dottrina Criſtiana, compoſta dall' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Sig. Card Bellarmino, in lingua Italiana, e tradotta in arabico dall' Arciprete Giovanni Heſronita, e ſtampata d' ordine di noſtro Signore Papa Urbano VIII. e della Sacra Congregazione de Propaganda Fide. In Roma* 1627. Hujus libri *pag.* 4. Heſronita ſic loquitur. *Cum hunc Catechiſmum non Aſiaticis modo, ſed Africanis fide inſtruendis mirifice opportunum judicaverint* Emi Sac. Congt. de Propaganda Fide Cardinales, *ejus interpretationem ex Italica in Arabicam tamquam his terrarum partibus communiorem linguam mihi pro ea, qua in me pollens, auctoritate mandaverunt; quorum juſſa libentiſsime ſequutus, tantam in ea re curam, atque induſtriam adhibui, quantam requirere ſumma Fidei noſtræ Myſteria intelligebam &c.*

3 *Pag.* 10. „ Nella quarta (come caverna) ch' è la più alta di tutte, ſtavano „ le anime de' Patriarchi, e Profeti, ed altri Santi, ch' erano morti prima della „ venuta di Criſto. Perchè ſebbene quelle Anime ſante non aveano, che purgare, nondimeno non poteano entrare nella gloria beata prima che Criſto „ colla ſua morte apriſſe la porta della vita eterna. Per queſto ſtavano in quella parte più alta chiamata limbo de' ſanti Padri, ovvero ſeno di Abramo, „ dova non patìvano pena alcuna, anzi godevano un dolce riposo, aſpettando „ con gran giubilo la venuta del Signore. E così leggiamo nell' Evangelio, che „ l' anima di quel ſanto mendico Lazaro fu portata dagli Angioli a riposarſi nel „ ſeno di Abramo &c.

Digitized by Google

Abrahæ ſinum fuiſſe, *ibidem ut requieſceret*. Hæc ubi ad articulum Symboli Apoſtolici quintum intelligendum conferre plurimum Bellarminus animadvertit [1], *non eſt*, inquit, *dubium*, *quin* anima Chriſti *in limbum Sanctorum Patrum deſcenderit*, *eoſque ſtatim beatos fecerit*, *ſecumque in regnum Cælorum duxerit*. En ut certum eſſe, ſeu *indubium* Clemens VIII. & Urbanus VIII. ſtatuant, Chriſtum ad limbum deſcendiſſe Sanctorum Patrum, hoſque ſtatim feciſſe beatos. Nam qui ita inſtitui Chriſtianos oportere præſcribit, ut *indubium* aliquid, ſeu certum eſſe credant; idem ſtatuat, doceatque neceſſe eſt, illud ipſum indubium, ſeu certum eſſe. Præſcribunt autem Pontifices Maximi, ita ut Chriſtiani inſtituantur. Nam Catechiſmum hunc Bellarmini probant, proponuntque Chriſtianis ad diſcendum. Indubium igitur, ſeu certum id eſſe ſtatuant, doceantque neceſſe eſt. Atque Pontifices quidem Maximos tam eſſe in vitio, ut *indubii* dogmatis loco proponant rudibus ad credendum, quod non modo dubium reipſa ſit, ſed falſum etiam aut ſit, aut eſſe queat; idque proponendo decipiant Chriſtianam plebem; quemadmodum impune arbitrari quiſquam, neque arbitrari ſolum, ſed prædicare etiam, ſcribere, divulgareque poſſit, non video. Jam vero quod in hac fuſiore Catechiſmi Parte *indubium* eſſe Pontifices Maximi eamdem Catechiſmi Partem probantes, jubentes in lucem edi, proponenteſque orthodoxis præcipue rudibus ad diſcendum: quod, inquam, in hac Parte Pontifices Maximi *indubium* eſſe confirmant; idipſum in Parte breviore articulum eſſe indicant fidei, quum in Expoſitione Symboli comprehenſa breviore eadem Parte ab ſe probata, ut ſupra eſt demonſtratum, illud ad *credendum* proponant his verbis [2]: *Credo*, *che Gesù Criſto*, *ſubito che fu morto*

1 *Ibid. pag.* 41. NON È DUBBIO. *che diſceſe al Limbo de' ſanti Padri*, *e ſubito li fece beati*, *e poi anche li menò ſeco al regno del Cielo*.
2 Vide *ſupra pag.* 254.

morto, andò coll' anima al limbo de' Santi Padri &c. Igitur quod *indubium* ajunt eſſe, ita certe docent eſſe *indubium*, ut eſſe confirment *articulum fidei*.

Nihiloſecius Johannes Cadonicus in *altero Dialogo* ſuo italice perſcripto *pag.* 28. cum locum ſibi e Catechiſmo Bellarmini objeciſſet; tum quaſi modo non Bellarmini quidem, ſed Epiſcoporum ſane multorum, in primiſque Romanorum Pontificum, qui Catechiſmum eumdem probarunt, *ſimplicibuſque* orthodoxis ubique terrarum conſiſtentibus ad diſcendum propoſuerunt, conſtitutus cenſor, ac judex eſſet, in uno Bellarmino omnes coarguens [1]: *Si Cardinalis ille*, inquit, *inſerendo hanc ſententiam doctrinæ Chriſtianæ, exiſtimat, eam eſſe de fide, jam dicebam, tantumdem a Catechiſmo Romano nequaquam dici, ex quo normam accipere Em. ille compilator dogmatum catholicorum debebat; qui ſi non videbat definitum ab eo magno libro, ſi etiam, ſaltem ex quotidiana recitatione divini officii ſcire poterat, extare monumenta Eccleſiaſtica omnino contraria; procedere cunctantius poterat in ea doctrina conſtituenda, quæ ponit in limbo (quod verbum antiquis erat ignotum) in obſcuritate, in tenebris, in ſuſpiriis, in lacrimis, & in graviſſima pœna damni conſtituta a privatione beatificantis, & beatæ faciei Dei animas ſanctiſſimas Abelis, Sethi, Noemi, Abrahami Patris omnium credentium, Iſaaci, Jacobi, fortiſſimorum Martyrum Macchabæorum, Moſis, Davidis, ac aliorum, mille*

kk

1 *Se quel Cardinale coll' inſerire queſta ſentenza nella Dottrina Criſtiana, intende anch' egli di riputarla di fede, già dicea, che non dice altrettanto il Catechiſmo Romano, d' onde dovea pigliar la norma quell' Eminentiſſimo Compilatore de' dogmi Cattolici, il quale, ſe non vedea deſfaito queſto punto da quel gran libro; ſe inoltre, almeno dalla giornaliera recitazione dell' Uffizio Divino potea ſapere eſſervi de' Monumenti Eccleſiaſtici affatto contrarj; potea andar più adagio nella fiſſazione di quell' inſegnamento, che mette nel limbo (parola ignota a' Padri antichi) in oſcurità, e tenebre, in ſoſpiri, e lagrime, e nella graviſſima pena del danno coſtituita dalla privazione dalla beatificante, e beata faccia di Dio le anime ſantiſsime di Abele, di Set, di Noè, di Abramo Padre di tutti i credenti, d' Iſacco, e Giacobbe, de' fortiſsimi Martiri Maccabei, di Mosè, di Davidde, e di mille altri nominati, e di molti più fedeli a Dio, non nominati nelle Scritture.* Sed magnificet hæc, quantum volet, Cadonicus; profecto nihil aget.

mille nominatorum , multoque plurium aliorum fidelium Deo , non nominatorum in ſcripturis . Jam hic priore loco plane viderat , id doctrinæ genus proponi a Bellarmino ut dogma religionis ; ſed quoniam animadverterat , idipſum ubique doceri [1] , veritus ne accuſaretur, quaſi ei ſententiæ reſiſtere auderet, quam paſſim orthodoxi dogma eſſe religionis confiteantur , *conditione* eſt uſus : ac ſi dubitare quis poſſit , viſum ne id Bellarmino fuerit , nec ne fidei orthodoxæ dogma . Quamobrem , *ſi*, inquit , *ſi Cardinalis ille &c*. Callide ! Quamquam non equidem intelligam , quid ei prodeſſe poſſit tergiverſatio, circuitioque tanta verborum . Bellarminum deinde ſolum quidem verbo , re autem vera Pontifices Maximos accuſat , qui Catechiſmum Bellarmini , ut ſæpe dixi , & probarunt , & rudibus ad diſcendum propoſuerunt, atque ita quidem propoſuerunt , ut Epiſcopos hortati fuerint, ne quem alium paterentur manibus teri chriſtianæ plebis, niſi forte unum aliquem, in quo tam enucleate, quam eſt in Bellarminiano , tamque accurate , nihil ut redundans ſit , nihilque imminutum [2], de fidei dogmatibus agatur ; Bellarminum , inquam , cumque eo Pontifices Maximos accuſat , propterea quod illud in eo Catechiſmo ſtatuerint , quod ſtatutum in Romano minime fuiſſet , a quo accipere debuiſſent doctrinæ normam . Quaſi vero Catechiſmus Romanus non eadem hoc in genere , atque Bellarminianus , ut eſt a nobis demonſtratum , contineat ; & quod non ſatis explicate dictum in Catechiſmo Romano fuiſſet (etſi eſt id quidem ſatis explicate dictum) idem Romanis Pontificibus explicate in Bellarminiano proponere non licuerit . Tarditatis porro Bellarminum , ſeu potius Pontifices , redarguit,

1 Cadonicus *ibid*. » Che diremo dunque della Dottrina del Bellarmino, » COMUNEMENTE inſegnata , la quale pure porta il contrario ?

2 Confer Benedicti XIV. Encyclicas Litteras ſupra *pag*.151. *in not*. Vide etiam reliquorum Pontificum teſtimonia , quæ in eamdem notationem tranſtulimus . Limbum ab Judæis , Proteſtantibuſque adverſus Catholicos negari , oſtendemus alio loco opportune . His aſſentitur Cadonicus . Verum hac de re alias.

Digitized by Google

guit, ut qui ne ex quotidiana quidem Divinorum Officiorum recitatione intellexerint, monumenta in his eſſe quædam communi doctrinæ adverſa, ac vehementiſſime repugnantia. Qua in re quam fallatur graviter, demonſtrabo, ſed alio loco opportune, ac tempori. Indicat deinceps, negari ab ſe, aut ſaltem in dubium vocari, quod orthodoxi ubique terrarum adverſus proteſtantes profitentur de limbo; monetque, Bellarminum, ideoque etiam Pontifices Maximos, agere potuiſſe de limbo ipſo cunctantius, nec pati, uti Sethus, Abel &c. in tenebris conſtituti, privatique olim beatifica Dei viſione fuiſſe credantur, etſi ita ubique terrarum orthodoxi credant, majoreſque noſtri ſemper crediderint. Quis autem tam ferreus, ut, his intellectis, ſeſe contineat?

Tu ne, Cadonice, cujuſmodi Catechiſmos, & quibus ex fontibus hauſtos probare Apoſtolica Sedes poſſit, Romanos Pontifices doceas? Ii ne igitur tam erunt imperiti rerum, ut te habeant magiſtro, atque inſtitutore opus, exque te ipſo cognoſcere debeant, quid libris divinorum officiorum contineatur? Non *devotio* iſta eſt, mihi crede, neque ſignificatio animi demiſſe de ſe, abjecteque ſentientis, ſed opinionis, quam de te ſummam conceperis, prædicatio. Ac ne ſpera, dari abs te cuiquam juſtam excuſationem poſſe, ſi unum te petere Bellarminum dicas. Non enim hunc petis, qui Catechiſmum ſcripſerit; ſed eos, quibus jubentibus ſcripſerit, quique Catechiſmum ipſum probarint, publicarint, Paſtoribuſque propoſuerint ad tradendum, atque ad diſcendum chriſtianæ plebi, Romanos ſcilicet Pontifices petis. Nam ut ſapienter eſt a Bonifacio VIII. [1] alia quidem de re agente, ſed ad rem etiam noſtram animadverſum: quod ab aliquo, præſertim ſi Pontifex mandarit, ſcriptum, geſtumve eſt; id ſi Pontificis ejuſdem auctoritate probatum, editum, propoſitum ſit;

 non

1 Vide ſupra *not.* 1. *pag.* 255.

non ei deinceps, a quo ſcriptum, geſtumve fuerit, ſed ipſi eſt Pontifici tribuendum.

De Catechiſmo Romano extorſit demum ex te veritas, ut *magnum* eſſe librum, indeque *normam* eſſe *accipiendam compilatori Chriſtianorum dogmatum* faterere. Verum quemadmodum hoc tu dices Cadonice, qui, ut paulo ante vidimus, contraria eodem Catechiſmo comprehendi ajebas, ſtatuebaſque, fidem ei adjungi non oportere? Eumne tu librum & *magnum*, & *normam compilandorum dogmatum* eſſe ſtatues, cui ob pugnantia, quæ, te ipſo judice, contineat, aſſentiri te poſſe inficiare? At non ei Catechiſmo ſecum, ſed tibi tecum Cadonice luctatio eſt, qui quem librum & *magnum*, & *normam* dicis eſſe, eumdem alio loco rejicis, & pendere videris omnino nihili.

Quid autem illud eſt, quod de *limbo* ſcribis? Vocem hanc dicis fuiſſe *ignotam antiquis Patribus*. Quo hæc tua ſpectat animadverſio? An voces ignotas antiquis Patribus, quæ aptatæ conſenſu omnium Eccleſiarum dogmatibus Chriſtianis ſint, quæ dogmata antiquis Patribus ſatis eſſent explorate nota; an has, inquam, voces reſpuendas eſſe, atque reprobandas putas? Id ſi ita eſt, reproba *tranſubſtantiationis*, ac *materiæ*, & *formæ* Sacrámentorum voces, eaſque e Concilii Tridentini Decretis expungi jube; propterea quod etſi dogmata iis verbis expreſſa cognita antiquis Patribus fuerint, verba tamen ipſa fuerint ignota. Qua in re quam tibi cum Proteſtantibus conveniat, tute videris. Atque videre tu quidem ratione dicendi, quæ a Proteſtantibus adhibetur, uti malle, quam auſcultare Pontificibus Maximis hoſce Catechiſmos probantibus. *Ex verbis autem inordinate prolatis* [1], exque *vocibus*, quibus tibi cum hæreticis conveniat, quid ſequatur, Sanctus te Thomas Aquinas docebit. Sed de Catechiſmo, qui dici Bellarminianus ſolet, hactenus.

1 S. Thomas I. *P. Qu.* XXXI. *Art.* II. & III. *P. Qu.* XVI. *Art.* VIII.

Digitized by Google

Tertio loco numerare eum Catechiſmum licet, quo Romæ ii Clerici Regulares utuntur, quibus (cum inſtituti ſui ratione competat rudes dogmatibus, præceptiſque imbuere Chriſtianæ religionis) appellatio hæſit Doctrinariorum. Jam in eo Catechiſmo, qui an. 1717. typis in Urbe excuſus iterum, publicatuſque eſt, idem omnino de animæ Servatoris Chriſti in limbum Sanctorum Patrum deſcenſu, atque in Bellarminiano, legitur [1].

Sequitur quartus eorum gratia ibidem editus, qui in regiones longe a noſtris remotas proficiſcuntur hominibus in tenebris errorum manentibus Evangelii lucem illaturi. Nam hoc item Catechiſmo iis, quæ ſunt in Bellarminiano de ſinu Abrahæ, paria [2] continentur.

Quintum dicere poſſumus eum, quo articuli fidei rudium in primis commodo breviter Italicis verſibus comprehenduntur, quique in lucem prodiit Romæ an. 1680. [3].

Sexto

1 Eſt hæc illius Catechiſmi inſcriptio: *Dottrina Criſtiana ſecondo il metodo, e la pratica de' Padri Dottrinarj della Congregazione della Dottrina Criſtiana di Avignone data in luce da Ottavio Imberti Sacerdote della medeſima Congregazione. Ediz. 2. in Roma* 1717. Cap. ejus Catechiſmi II. §. 10. *pag.* 29. ſic habetur: D. *Dove andò l'anima di Gesù Criſto*? R. *Al limbo per liberare tutte le anime giuſte, che vi erano.*

2 Ejus vero libelli hic eſt titulus. *Dichiarazione di tutto ciò, che contiene la Dottrina Criſtiana, e legge Evangelica, che inſegna la Santa Chieſa Cattolica Romana, perchè in eſſa poſſano iſtruirſi quelle Nazioni, e Regni gentili, che non la ſeguono, nè hanno conoſcimento del vero Dio, per uſo de' PP. Miſſionarii &c.* in Roma 1738. *Pag.* autem 100. hæc habentur: » Appena morto » il Signore, andò ſubitamente colla ſua anima ſantiſſima unita alla ſua Di» vinità nel ſeno de' ſanti Padri, dove erano depoſitate tutte le anime de' » Giuſti, ch' erano morti in grazia da Adamo fino a quel giorno, atten» dendo la redenzione, e da queſto medeſimo giorno cominciò la loro bea» titudine godendo della gloria, che il Signore colla ſua morte avea loro » meritato alla ſola viſta della divinità ». Nimirum ita inſtituendi ſunt ii, qui in errorum tenebris, & in umbra mortis verſantur. At non oporteret, niſi hæc ad veritatem Doctrinæ Chriſtianæ pertinerent.

3 *Dottrina Chriſtiana ſpiegata in verſi, diviſa in ſei Parti, per beneſizio univerſale. In Roma per il Cavalli* 1680. *Parte* 1. *pag.* 11.

Dall' anima diviſo
Il corpo fu ſepolto,
Lo ſpirito diſciolto
Al limbo ſceſe.

Quindi l' anime preſe
De i primi Padri ſanti
Ch' ivi fecero avanti
Il ſuo ſoggiorno.

Sexto loco commemorandus nobis is eſt, quem, Sacris ordinationibus initiandorum ergo anno 1702.[1] publicavit Romæ, dicavitque Clementi XI P. M. Franciſcus Maria Campionius. Quærit autem in eo ex Magiſtro Diſcipulus, quid intelligatur *inferni*, in quem Chriſtus deſcendit, nomine. Scilicet quærit, quæ ſit articuli verborum *deſcendit ad inferos* ſignificatio. Quod vero in articulo quovis credendum Chriſtianis eſt, non verborum eſt ſonitus inanis, ut ſæpe diximus, ſed id quod verbis ſignificatur, ſive ea, quæ verbis eſt ſubjecta, ſententia. Itaque diſcipulus a Magiſtro reipſa petit, ut eloquatur, quid quinto[2] articulo Symboli contineatur, quod ab homine orthodoxo credi oporteat. Reſpondet Magiſter: Deſcendiſſe Chriſti animam in limbum Sanctorum Patrum. In eo enim ante Chriſti aſcenſionem Sanctos ipſos Patres manſiſſe, eo quod ante Chriſtum aditus in paradiſum pateret nemini.

Septimus eſt Catechiſmus is, quem inſtituendorum eorum cauſſa, qui ex Judaica ſuperſtitione converſi ad Sacra Chriſtianorum eſſent; Franciſcus Donatus Ordinis Prædicatorum Theologus non linguarum modo hebraicæ, ac latinæ peritus, verum etiam in orthodoxæ religionis dogmatibus ſumma cum laude verſatus perſcripſit, ediditque Romæ an. 1618. Atque is Catechiſmus, qui opuſculum ejus voluminis tertium conſtituit, quod idem Donatus inſcripſit *Poma aurea*, ſic habet: [3] *Credo, Jeſum*

1 *Iſtruzione per gli ordinandi cavata dal Concilio di Trento, Rituale, e Pontificale Romani, e da' Decreti pel Clero di s. Carlo: Opera neceſſaria non ſolo agli ordinandi ancora in titulum miſſionis, ma a' Parochi, e Confeſſori, pubblicata ſotto gli auſpicj del ſantiſſimo P. N. Clemente XI. dal P. Franceſco Maria Campioni dell' Ord. della ſantiſſima Trinità del Riſcatto, Eſaminator Apoſtolico del Clero &c. in Roma 1702.*

2 » Spiegate il quinto Articolo: *Deſcendit ad inferos &c.* e ditemi prima, » che s' intenda qui per inferno ». Deſcriptis inde inferorum locis, memoratoque Sanctorum Patrum limbo: » Stavano, *inquit*, in eſſo avanti l' aſcen- » ſione di Criſto i giuſti; perchè neſſuno prima di Criſto potea entrare in » paradiſo. Si dice ancora ſeno di Abramo. L' anima di Criſto ſi portò a » ſtare in queſt' ultimo, e di più operò negli altri.

3 *Pag.* 193.

Digitized by Google

Jeſum Miſſiam anima quidem ſua in infernum, in quo Sancti Patres erant, ſtatim deſcendiſſe, dieque tertio, qui dies dominicus eſt, ex mortuis glorioſum, triumphantemque, poteſtate, ſeu virtute in primis efficaci ſua reſurrexiße. Jam hoc quiſque intelligit, hic item ut articulum Chriſtianæ religionis proponi, deſcendiſſe Chriſti animam in eum inferorum locum, in quo Sanctorum Veteris Teſtamenti animæ agebant. Niſi enim Catechiſmus articuli id loco proponeret, non ea ratione proponeret, qua proponuntur orthodoxis ad profitendum dogmata, ſeu myſteria orthodoxæ fidei. Ratio autem profitendi, quidquam a nobis articuli fidei loco duci, ea eſt, ut illud nos *credere* teſtemur. Jam vero niſi huc τὸ *credo*, *Jeſum Miſſiam anima deſcendiſſe in infernum, in quo Sancti Patres erant*, pertineat, quo tandem pertineat, ne fingere quidem poſſumus. Ac de Catechiſmis quidem, qui ſint apud Romanos in uſu, hactenus. Scio produci etiam alios ad rem eamdem confirmandam poſſe. Verum his ſeptem modo contenti ſimus. Ceteros autem, quos omnium gentium in religione inſtituendarum cauſſâ variis linguis perſcriptos Sacra Congregatio de Propaganda Fide edi, inque totius fere orbis regiones mitti curavit, alio loco opportune commemorabimus. Interea neminem arbitror eſſe, qui, cum hiſce Catechiſmis Catholica Apoſtolica Romana Eccleſia quid, & qua ratione de Patrum Veteris Teſtamenti animabus ante Chriſti mortem in Limbo manentibus comprehendat, animadverterit; non confiteatur, id, quod Eccleſia eadem, præſertim orthodoxorum repugnante nemine, ita proponat, ad Catholicæ Religionis doctrinam pertinere. Nunc inſtitutum iter perſequuturi univerſam Italiam animo peragremus, videamuſque ita ne, ut Romana, ceteræ ejus regionis Eccleſiæ ſentiant. Quamquam ſupervacaneum id quidem demonſtratu videri poſſit, cum nemo, tam imperi-

imperitus rerum, tam ineptus, tamque excors ſit, quem prætereat, orthodoxis quibuſque Eccleſiis in proponendis Chriſtianæ plebi articulis Apoſtolici Symboli cum Romana mirifice convenire; ſatiſque eſſe hujus unius ab Apoſtolo Petro fundatæ, gubernatæque Eccleſiæ doctrinam noſcere, ut quæ ſit ceterarum doctrina intelligatur. Verumtamen ut adverſariis omnis intercludatur cavillandi, tergiverſandique via, age Hegeſippum, ut dixi, utque poſſumus, imitati, inſtitutum perſequamur iter, Eccleſiaſque Italiæ ceteras inquirendo circumcurſemus. Quod quidem iter, etſi animo, cogitationeque ſuſceperim, ut tamen moleſtia (quam fortaſſe caperent, ſi perpetuo ſola indicarem, afferremque Catechiſmorum, atque Synodorum loca) Lectores aut liberem, aut levem, ita deſcribam, ac ſi illud reipſa confecerim multis uſus peregrinationis ſociis, & laborum.

§. II.

Eccleſiæ Italiæ omnes idem prorſus atque Romana de Limbo Patrum Vet. Teſt. credunt & docent.

I. Cum eſſet Romæ Mamachius, diligenterque, ita uti ſupra demonſtratum eſt, quæ ſit de Veteris Teſt. Patrum *limbo* Apoſtolicæ Sedis doctrina, inveſtigaret; crebris eorum litteris, quos ea de re ad ceteros Latinos quæſitum miſerat, certior fiebat, Tuſculanos [1], Albanos [2], Præ-

1 Hanc Tuſculanæ Eccleſiæ doctrinam eſſe, demonſtrant Synodus Dioeceſana Card. Brancacci Epiſc. Tuſculani *an.* 1669. *Edit. Viterb. pag.* 5. quo loco ſtatuitur, ut *Præceptores in ſcholis ſemel in hebdomada doceant fidei rudimenta juxta* CATECHISMUM CARDINALIS BELLARMINI, & altera ab eodem Card. Branc. habita an. 1688. *edit. Rom.* an. 1690., quæ idipſum præſcribit *cap.* I. *pag* 4. itemque ea, quæ celebrata fuit an. 1703. a F. Vincentio S. R. E. Card. Urſino, qui poſt Pontificatu Maximo potitus, Benedictus XIII. appellatus eſt. *Cap.* IV. *Edit. Rom.* an. 1704. *pag.* 16. quo loco ſic habetur: *Parochi, aliique Catechizantes, ſaltem bis in menſe, diebus quibus exercitium ſit, enodatius, & plenius explicent libellum Bellarmini &c.*

2 Ita quoque Synodus Albanenſis an. 1687. a Flavio S. R. E. Card. Chiſio habita *cap.* V. *edit. Rom. ann* 1689. *pag.* 18. Præſcribit enim Parochis, ut *Doctrinam a præclara memoria Card. Bellarmino diſpoſitam edoceant.*

Digitized by Google

Præneſtinos [1], Tiburtes [2], Signinos [3], Anagninos [4], Verulanos [5], Alatrienſes [6], Ferentinates [7], Aquinates [8], Fregellanos, Soranos [9] idipſum credere, ac profiteri, quod Pontifices Maximi Chriſtianam plebem doceri imperaſſent. His Litteris, nunciiſque item eorum, qui Sabinos [10] in ea ſententia manere dicerent, confirmatus, Neapolim, quæ urbs eſt Campaniæ, Regnique princeps contendit. Cognoſcit ex itinere Veliternos [11], Priverna-

 tes,

1 Synodus Præneſtina an. 1729. *Titi* 2. *de Doctrina Chriſtiana cap.* 1. *pag.* 6. Parochi pueros *collectos ſaltem per integram horam opportuna Catecheſi inſtruant ex Libello Em. Bellarmini deſumta*.

2 Synodus Tiburtina ſub Card. Sanctacrucio anno 1658. celebrata *cap.* VI. *pag.* 18. *Edit. Rom.* „ Habeant Parochi omnes doctrinam Cardinalis Bellarmini, „ quam eoſdem (pueros) doceant. „ Altera ſub Card. Mareſcotto an. 1681. *cap.* IV. *pag.* 9. Parochi: „ non alio, utantur ad doctrinam Chriſtianam libello, quam eo, qui a Card. Bellarmino fuit compoſitus. Confer etiam Synodum habitam ab Epiſcopo D. Placido Pezzangherio ann. 1729. *Tit.* V. *pag.* 9. *ſeq.* & in *Append. pag.* 75.

3 Synodus Diœceſ. Signina ab Epiſcopo Philippo Michaele Mylord Ellis Ord. S. Bened. an. 1713. habita *cap.* IV. *pag.* 14. *edit. Romana an.* 1713.

4 Utrumque Catechiſmum proponunt Synodi Anagninæ an. 1645. ſub Epiſcopo Sebaſtiano Gentilio *pag.* 25. *edit. Fulgin. ann.* 1645. *Nullus alius hujus doctrinæ libellus fidelibus ad diſcendum proponatur, niſi, qui nomine Card. Bellarmini editus eſt*: & ſub Bernardino Maſſerio ann. 1685. *cap.* II. *pag.* 3. & *cap.* XXVII. *pag.* 70. *edit. Velitrenſis ann.* 1687. & ſub Joh. Baptiſta Baſſo anno 1715. *part.* III. *cap.* V. *pag.* 93.

5 Synodus Verulana ab Epiſcopo Dominico Zaulio habita an 1695. *tit.* II. *pag.* 2. *edit. Rom. an.* 1697. Idipſum de Bellarmini Catechiſmo retinendo, explicandoque præſcribunt ceteræ, quas brevitatis cauſſa prætermittimus.

6 *Ann.* 1743. *pag.* 16. *num.* VIII.

7 Confer Synodum Ferentin. habitam a Fabritio Borgia Epiſcopo *an.* 1732. *cap.* XXV. *pag.* 70. *edit. Maceratenſis an.* 1732.

8 Synod. Aquinatenſis, & Fregellana ſub Antonio Spadea Epiſcopo an. 1744. habita *P.* 1. *cap.* X. *pag.* 29. *edit. Neap. an.* 1747. Subſcripſit item Epiſcopus Aquinat. Decretis Romanæ Synodi, quibus, ut eſt demonſtratum, præſcribitur, ut Parochi Catechiſmum Bellarmini pueros doceant *pag.* 119. *edit. Rom. an.* 1725.

9 Synod. Sorana ſub Matthæo Gagliano an. 1714. habita *pag.* 148. *edit. Rom. an.* 1715 Epiſcopus Soranus Gabriel Marchius ſubſcripſit Decretis ejuſd. Romanæ Synodi habitæ a Bened. XIII. P. M. *pag.* 116.

10 Synodus Sabinenſis an. 1737. habita ab Annibale S. R. E. Card. Albano *P.* 1. *cap.* III. *pag.* 5. Parochi pueros, puellaſque *Catholicæ fidei rudimentis, doctrinaque Chriſtiana ex Catechiſmo Romano, & libello, quem juſſu Clement. Papæ VIII. Card. Bellarminus edidit, quam clariſſime, ac diligentiſſime poterunt, una ſemper eademque ſervata regula, quam nos peculiari edicto præſcripſimus, informent. Ipſam docendi regulam excluſis quibuſcumque aliis ſtricte ſervari volumus etiam a Concionatoribus & Miſſionariis quibuſcumque ſub pœnis noſtro arbitrio infligendis*. Extat id edictum in *Append. ejuſdem Synodi ad cap.* III. *P.* 1. *pag.* 5. *ſeqq.* Confer *pag.* 9.

11 Conſule Conſtitutiones Synodales editas a Franciſco Card. Barberino Epiſcopo Oſtienſi, & Veliternenſi *an.* 1673. *cap.* V. *pag.* 7. *edit. Rom. an.* 1673.

tes, Setinos, Tarracinenſes [1], Fundanos [2] Latinoſque Volſcos, atque Auruncos ceteros [3], eoſque, qui Metropolitæ Capuano parent [4], Catechiſmis Romano, ac Bellarminiano ſtare, nec pati, ut quod in his myſterium, certumque dogma eſſe conſtituatur, id quiſquam aut negandum, aut in dubiis rebus ponendum ducat. Progreſſus in Averſanos Joh. Bapt. Caracciolum Epiſcopum candidis moribus, antiqua virtute, doctumque hominem, quicum jamdiu amicitiam junxerat, convenit, eique ordine ſuſcepti ab ſe itineris cauſſas explicat, idque ſe contendere, ac laborare dicit, ut quæ inanis opinio Johannis Cadonici ſtudio ſerpere cœpiſſet, in ortu ipſa ſuo opprimeretur; ne ſi latius manaret, atque inveteraſceret, evelli deinceps ex animis hominum, delerique, niſi magno molimine, non poſſet. Quiſnam is ſit Cadonicus, quæ ejus opinio, quorumque fulta conſenſu, docet. Orat, atque obſecrat, ut ſibi, quid ea de re Eccleſiæ Averſanæ doctrina ferat, exponere ne gravetur. Caracciolus Conſilio M. probato, graviter de cupidis rerum novarum conqueſtus eſt. Vereri ſe, ne horum tanta licentia magnum aliquod malum in rem chriſtianorum publicam inferatur. Sed quod ad ſe attineret, ne quod in ſuam Eccleſiam inferatur, & fuiſſe ſibi, & fore perpetuo vehementer curæ. Si de animabus Sanctorum Vet. Teſt. poſt

1 Epiſcopus Tarracinenſis, qui & Privernas, & Setinus eſt, Synodi Romanæ Benedicto XIII. habitæ decretis ſubſcripſit. *Synod. Rom. pag.* 114. *edit. an.* 1725.

2 Id item Catechiſmi genus ab ſe proponi Epiſcopus Fundanus eidem Synodo Romanæ a Benedicto XIII. habitæ *pag.* 117. ſubſcribens, demonſtrat.

3 Nempe *Coranos*, *Norbanos*, alioſque hiſce finitimos populos, qui aut Veliternenſi, aut Privernati, aut Fundano Antiſtiti parent.

4 Confer Synodum Calenenſem habitam a Nicolao Abbatio Epiſcopo an. 1726. *cap.* IV. *pag.* 8. & *Append. pag.* 54. *num.* IV. *edit. Rom. an.* 1726. & Synodum Æſernienſem a Michaele de Bononia Ord. Cleric. Regular. Theatinor. Epiſcopo Æſenienſi an. 1693. celebratam *pag.* 15. Caſinenſem a Simplicio Caffarello an. 1626. coactam *cap.* XI. *pag.* 86. & alteram *ibid.* habitam a Carolo Bartholomæo Platea *an.* 1652. *cap.* VII. *Decr.* 2. *pag.* 36. *edit. Rom. an.* 1654. Theanenſem an. 1690. ſub Joſ. Giberto *pag.* 610. *ſeq. edit. Macerat. an.* 1694. Mitto ceteras ne longior ſim, quam oportet.

Digitized by Google

poſt mortem Servatoris Chriſti auctis beatitate, ereptiſque ex inferis, quæ ſit Averſanorum ſententia, Mamachius ſcire cuperet, ſic haberet: Numquam hos dubitaſſe, quin rei certæ loco ducendum ſit, quod Paſtores ipſis ex catechiſmo, uti dogma religionis, ad diſcendum, credendumque proponerent. Atque eorum tam rudem, tamque imperitum eſſe neminem, ut hoc ſibi ex Bellarmini catechiſmo dogma ad credendum proponi neſciat. Eo catechiſmo ad præſcriptum ſuorum Antiſtitum uti quemque Parochum oportere. Hujuſce rei Diœceſanas, Provincialeſque Synodos teſtes eſſe. Habere ſe Diœceſanæ ab Innico Caracciolo [1] gentili, atque deceſſore ſuo coactæ decreta in promptu. Hæc Mamachius, ſi otium eſſet, conſuleret. Verum ſe de Provincialibus [2] non laborare. Nam de his ipſum eſſe Mamachium, cum perveniſſet Neapolim, cogniturum. Editum quidem ab Joſepho S. R. Eccl. Card. Spinellio, cum Archiepiſcopatu Neapolitano potiretur, alterum fuiſſe Rudimentorum Doctrinæ Chriſtianæ librum, traditumque Parochis ad explicandum imperitæ plebi; ſed de ratione Symboli Articulorum nihil quidquam in eo legi [3], quod ſit a Bellarmini libello, non ſenten-

1 *An.* 1702. *cap.* 1I. *pag.* 8. *edit. Rom. an.* 1703. Id autem Caracciolus ſtatuit fretus etiam Synodi Neapolitanæ Cardin. Cantelmii auctoritate *Titul.* 1. *cap.* 1I. *num.* 9.

2 Synod. Provinc. Card. Cantelmii habita *ann.* 1699. *cap.* 1I. *pag.* 28. *edit. Rom. ann.* 1700. Confer Diœceſam *ann.* 1694 *pag.* 55. *edit. Rom. an.* 1694. qua in Synodo hortatur ſuos, ut Doctrinam Chriſtianam ex præſcripto s. Caroli Borrhomei pueros doceant; de qua re poſt erit opportunior diſſerendi locus. Adiſis Diœceeſanam Synodum Card. Marii Carafæ an. 1668. *pag.* 121.

3 *Dottrina Criſtiana ſtampata per ordine dell' Eminentiſs., e Reverendiſſimo Sig. Card. Spinelli ad uſo dell' Arciveſcovado di Napoli. In Nap.* 1761. *lez.* v. *pag.* 14. *Dim.* Dichiarate il quinto *Artic. del ſimbolo*. *Riſp.* » Io CREDO, che » ſubito, che Gesù Criſto fu morto, mentre il ſuo corpo era nel ſepolcro, » l' anima ſua ſanta andò al LIMBO. *D.* Che coſa è il LIMBO? *R.* È un » luogo ſotterraneo, dove ripoſavano le anime ſante avanti la venuta di » Gesù Criſto. *D.* Perchè erano trattenute in queſto luogo? *R.* Perchè il PA» RADISO era chiuſo agli uomini, e non potea eſſere loro aperto, ſe non per » gli meriti, e colla morte di Gesù Criſto ». Quid his afferri luculentius, clariuſque

Digitized by Google

tia modo, ſed ne vi quidem verborum diſcrepans. Ac Sanctorum Veteris Teſtamenti animas tum primum, cum Chriſtus deſcendit ad inferos, gaudere cœpiſſe aſpectu Dei; id vero eſſe dogma ut univerſæ, ſic etiam Neapolitanæ Eccleſiæ conſenſu, & traditione firmum. De conſenſu (quod res ſit ignaro quoque, rudique rerum vulgo perſpicua) nihil opus eſſe diſſerere. Nolle præterea ſeſe inveſtigare, ut idem dogma a Chriſto ad nos uſque manaverit, ne hominem, qui tantum in legendis operibus Patrum ſtudii, laboriſque conſumſerit, docere velle videatur. Ipſum tamen ab ſe impetrare non poſſe, id ut prætereat, quod eſſe Eccleſiæ Neapolitanæ ſingulare putet. Se autem ſic exiſtimare: Thomam Aquinatem virum ſanctiſſimum, atque doctiſſimum (quo Caracciola matre orto patrono ipſe familiari glorietur) ſi alibi forte natum, at altum certe, educatumque Neapoli (niſi ex majorum libris, quos prope innumerabiles pervolverat, exque inſtitutoribus, iiſdemque civibus ſuis, quibus uſus ſapientiſſimis fuerat, cognoſset) commiſsurum non fuiſſe, ut idipſum dogma *tangi* in Articulo ſymboli Apoſtolici quinto ſcriberet. Cum multa in eam ſententiam Caracciolus diſputaſset, Mamachius, qui ejus in ſe egregiam voluntatem perſpexerat, eoque tam inſigni magiſtro, ac duce, quo ſtatu res in provincia

riuſque poteſt? Quæritur in eo Catechiſmo, quid articulus quintus Apoſtolici Symboli ſignificet? *Interrog. Declara quintum*. Reſpondetur, CREDI, Chriſtum Servatorem deſcendiſſe anima quidem in limbum: CREDO, *Chriſtum ſtatim atque mortuus eſt, anima ſancta ſua ad limbum ſe contuliſſe*. Viden', ut Chriſtianus profiteatur, *ſe* CREDERE, deſcendiſſe ad LIMBUM animam Servatoris Chriſti? Atqui hoc illud eſt, quod Cadonicus negat. Pergit porro ejus Catechiſmi Auctor, atque interrogat: *Quid eſt limbus?* Reſpondet: *Eſt ſubterraneus locus, ubi ſancta animæ ante adventum Jeſu Chriſti requieſcebant*. Ecce tibi, cujuſmodi ille ſit LIMBUS, in quem deſcendiſſe Chriſti animam, CREDENDUM Chriſtiano eſt. Interrogat rurſum Auctor: *Eccur eo loco* animæ illæ ſanctæ *detinebantur?* Reſpondet: *Quia paradiſus erat occluſus hominibus, neque eis aperiri poterat, niſi meritis, & morte Jeſu Chriſti*. Abi modo, ac Cardinalem etiam Spinellium accuſato, ac ſi voce uſus ſit nova, idque dogmatis fidei loco habuerit, quod non eſſet a Catechiſmo Romano in myſteriis, dogmatibuſque religionis catholicæ numeratum.

Digitized by Google

cia eſsent didicerat, ei pollicetur, beneficii ſe memorem perpetuo futurum, & ſi quid vellet ab ſe fieri, quod in ſua eſset poteſtate, id ſe diligenter, libentique animo facturum. Poſtridie abeundi venia ab Caracciolo impetrata, Neapolim proficiſcitur.

Ibi cognoſcit, quæ Averſæ audiverat, omnia eſſe vera [1]. Erant tunc Neapoli Puteolanorum, Nolanorum [2], Ænariorumque [3] legati. Hos adit, quidque horum Eccleſiæ de Sanctorum Veteris Teſtamenti animabus, Servatoris Chriſti deſcenſu ad inferos, vindicatis in libertatem ſentiant, percuntatur. Intelligit, nulla re illas a Neapolitana diſſidere, quam non ut principem regni modo, ſed etiam ut provinciæ ſuæ caput venerarentur. Inde ſociorum aliquos Beneventum, alios Compſam ad Principatum Ulteriorem, Theatem ad Aprutinos, Sipontum, Tranium, Barium, Brunduſium, Hydruntum, Acherontiam, Materam ad Apulos, & Roſcianum, atque Seberenam ad Calabros dimittit; ipſe Surrentum Campaniæ Felicis Archiepiſcopalem Urbem, mox Amalphium, poſt Salernum [4] Citerioris Principatus Metropoles contendit, atque

1 Confer etiam Synodum Diœceſanam Neapoli habitam a Franciſco S. R. E. Card. Pignattellio an. 1726. Editamque Rom. an. eodem *P.* 1. *cap.* 11. *pag.* 8. quo loco etiam indicatur *Parag.* e *Conſtit. Urb VIII.* cujus eſt initium: *Ex debito*. Eſt ea Conſtitutio de Religioſis Miſſionariis cujuſcumque Ordinis ad Japponicas, & alias Indiarum Orientalium regiones miſſis ad Univerſos Chriſtifideles data, extatque *tom.* VI. *Bullarii Rom. Part* I. *pag.* 1612. *ſeq. edit. Rom. an.* 1758. §. autem ejus Conſtitutionis quinto *pag.* 1631. ſic habetur. *Religioſos, ut ſupra mittendos, ac etiam miſſos plurimum in domino hortamur, ut in docendo populos, & præſertim de recenti ad fidem Chriſtianam converſos uniformes ſint... Ut autem id facilius ſuccedat, præfati religioſi in inſtruendis populis prædictorum locorum Indiæ orientalis Catechiſmum Romanum, & Doctrinam Chriſtianam parvam, & magnam bonæ memoriæ Roberti S. R. E. Card. Bellarmini nuncupati in linguas populorum prædictorum translatas, & impreſſas, ſi fieri poteſt, omnino adhibeant.*

2 Epiſcopi Puteolanus, Nolanus, & Acerrarum Decretis Synodi Provinc. Neapolit. ſub Cantelmio habitæ ann. 1699 *pag.* 134. *ſeq.* ſubſcribentes, Doctrinæ Chriſtianæ Inſtitutiones a Bellarmino editas probatas ſibi fuiſſe, proponique populo oportere cenſuerunt.

3 Vide Synodi Iſclanenſis, ſeu Ænarienſis an. 1716. a Luca Trepanio celebratæ Acta. *P.* II. *cap.* 1. §. X. *pag.* 76. *edit. Rom. an.* 1716.

4 In hac provincia ſunt Diœceſes Caputaquenſis (Confer Acta Synodi ejus Diœceſos habitæ *an.* 1650. *p.* 19.) & Polycaſtrenſis. Vide ejus Syn. an. 1638. *p.* 14.

atque inquirendo comperit, neminem in provinciis iiſdem eſſe, qui de communi doctrina aut detrahendum quidquam, aut dubitandum eſſe arbitretur. Salerni cum eſſet, litteræ Benevento ad eum perferuntur, ex quibus intelligit, non Beneventanos [1] modo, quibus Archiepiſcopi dignitate Joh. Bapt. Columbinus e Minor. Conventualium Inſtituto vir comitate, virtute, doctrina excellens præeſſet; ſed Aſculanos etiam, Theleſinos, Agathenſes, Aliphanos, Maranos, Frequentinos, ſeu Abellinenſes, Vicanos, Arianenſes, Bojanenſes, Bovinenſes, Vulturarienſes, Montiſque Corvini incolas, Larinenſes, Termulenſes, Severinates, Trojanos, Guardienſes Alteriæ in communi dogmate perſtare, nec pati, ut ab eo ſuorum quiſquam abducatur. Idem ab iis, quos Compſam dimiſerat de Compſanis [2], Muranis, Satranenſibus, & Campanienſibus, Laquedonenſibus, Biſacienſibus, Montiſque Viridis incolis accipit. Interim ad eum, qui Theatem profecti fuerant, revertunt. Nunciant, ſe ita ut juſſi fuerant, Romualdum Sterlichium Marchionem nobilem in primis hominem, eruditum, inque hiſtoria,

1 Synodus Provincialis Beneventana habita ann. 1574. ab Hugone Guidardio Archiepiſcopo *pag.* 7. Synodici Benevent. Provincialis *edit. Rom. an.* 1724. *Tit.* 1. *de Fide catholica*. *Cap.* IV. cujus hæc eſt inſcriptio. *Quidnam potiſſimum ſcire teneantur Epiſcopi, & Prælati, quæ clerici, quæ ſacerdotes, & curati, quæ laici*; ſic habet: *Doceant ſacerdotes populum, & maxime quando infirmos communicant*, UT CREDANT FIRMITER.... EUMDEM CHRISTUM *in anima, & Divinitate ad inferos deſcendiſſe*; ET AB INDE SANCTORUM CAPTIVAS ANIMAS EDUXISSE. Confer etiam Synodum Provincialem Card. Vincentii Urſini celebratam *ann.* 1693. *tit.* I. *cap.* V. *pag.* 517. *ejuſd. Synodici*, quo capite ſic ſtatuitur: *Animarum Rectores ... populum, & maxime pueros Chriſtiana Doctrina imbuant rudimentis una, eademque docendi methodo ſervata, quam Cardinalis Bellarminus edidit, & S. M. Clemens Papa VIII. tenendam ſuis hortationibus exhibuit*. Huic Synodo ſubſcripſere Epiſcopi Montis Marani, Trojanus, Aliphanus, Severienſis, idemque Civitatenſis, & Dragonienſis, Theleſinus, Bovinenſis, Aſculanus, idemque Herdonienſis, Bujanenſis, Lavinenſis, Lucerinus, Arianenſis, Thermulanus, Guardienſis, Vigilienſis, S. Agathæ Gothorum, Trivicanus, Vulturarienſis, idemque Montis Corvini, & Abellinenſis, idemque Frequentinus. Quamquam hi poſtremi quatuor non per ſe ipſi, ſed Procuratoribus uſi, ſubſcripſerint. Vide etiam Synodum Arianenſem *an.* 1714. *pag.* 15. & Trivicanam *an.* 1701. *cap.* 11. *pag.* 2.

2 Confer Synodum Compſanam ab Archiepiſcopo Rangonio habitam *an.* 1647. *pag.* 22. *edit. Rom. an.* 1649.

ſtoria, rebuſque illius Provinciæ egregie verſatum adiiſſe. Exceptos ſe comiter, cum de re quæſiſſent, cujus cauſſa miſſi fuerant, cognoſſe: Theatenſes jam uſque ab anno 1526. ſacrorum præſide Archiepiſcopo uti. Huic unum eſſe *Suffraganeum* Epiſcopum [1] Ortonenſem. In provincia tamen Epiſcopatus eſſe Pinnenſem, & Adrienſem, Valvenſem, & Sulmonenſem, Aquilanum, & Furconenſem, Marſicanum, Aprutinum, & Theramenſem, Civitatiſque quam Ducalem [2] vocant. Epiſcoporum juſſu in iis Diœceſibus a Parochis Doctrina Chriſtiana, ut eſt in Bellarmini catechiſmo, imbui orthodoxam plebem. Id quemque ex monumentis Eccleſiæ Synodalibus poſſe perſpicere. Horum ſe quædam ſervare in Bibliotheca, qua copioſiſſima, ſelectiſſimorumque librorum plena potiretur. Anſanos, ſeu Lancianenſes, qui Aprutini perinde ſint, quibuſque item fuerit ſexto, ac decimo Eccleſiæ ſeculo Archiepiſcopus ab Apoſtolica Sede datus, numquam laturos, uti ſuorum quiſquam ab Catechiſmi Romani doctrina avertatur: cui Catechiſmo perficiundo plurimum operæ, ac laboris a Leonardo Marinio [3] Antiſtite olim ſuo fuiſſe impenſum ſcirent. His eſſe finitimos Triventinos [4], quorum eſt Parochis ab Synodo præſcriptum, ut religionis dogmata plebem ex Bellarmini libello doceant. His rebus cognitis, maturat Salerno proficiſci, & amicis ſatisfacturus,

quo-

1 Vide Ughellium *tom.* VI. Italiæ Sacræ *pag.* 668. *ſeq. edit. Veneta an.* 1720.

2 Synodo Romanæ a Benedicto XIII. P. M. habitæ ſubſcripſere Epiſcopi Ortonenſis *pag* 176. Aquilanus *pag.* 116. & Sulmonenſis *pag.* 118. qua in Synodo de Catechiſmo plebi tradendo decernitur. In ceteris autem Diœceſibus Provinciæ Theatenſis nulla eſt cauſſa, cur quemquam eſſe, qui contra ſtatuat, putem. Neque veri eſt ſimile, dubitaſſe ea de re aliquem, aut contra eſſe ſtatuendum exiſtimaſſe; cum ſi quid tale accidiſſet, non lateret profecto, ſed elatum fuiſſet, nobiſque etiam innotuiſſet.

3 Archiepiſcopum hunc fuiſſe Lancianenſium, & operam perficiundo Catechiſmo Romano ſedulam navaſſe, comperta res eſt. Vide ſupra *p.* 231. *not.* 2.

4 Vide Synod. Triventinam an. 1686. ſub Antonio Tortorello *edit. Caſen. ann.* 1688 *pag* 4. & alteram ſub Alphonſo Mariconda *ann.* 1721. *edit. Benev. an.* 1723. *pag.* 17. Arch. Lancian. & Epiſc. Triventin. ſubſcripſere Synodo Romanæ *pag.* 115. & 116.

Digitized by Google

quorum ſane multorum arceſſitu, rogatu, vi denique premebatur, quam magnis itineribus poteſt, Conſentiam Citerioris Calabriæ urbem contendit. Eo cum expectatus veniſſet, liberaliterque acceptus eſſet, rogavit, quot in Conſentino tractu Diœceſes eſſent, & quibus catechiſmis earum quæque uteretur. Roganti reſponſum fuit: Epiſcopatus in provincia numerari quatuor. Horum eſſe unum Caſſanenſem, alterum Biſinianenſem, tertium s. Marci, quartum Marturanenſem. Ab horum Epiſcopis, e quibus unus Marturanenſis Conſentino ſubeſt, populo Bellarmini Doctrinam tradi[1]. Circuitis Calabriæ Citerioris oppidis, nulloque in his, qui adverſus commune dogma aliquid moliretur deprehenſo, ad ſocios, qui jam omnes, ita ut eis fuerat imperatum, ex Apulia, Magnaque Græcia reliqua Rhegium conveniſſe ferebantur, quo ex portu commodiſſimum in Siciliam trajectum eſſe cognoverat, proficiſcitur. Conventu Rhegii peracto, neminem in Provincia eſſe intelligit, qui ab Scyllacenſium[2], Miletenſium[3], Locrenſiumque[4] ſententia diſcrepet. Acceſſi deinde eum ad ſeſe jubet, qui Siponto advenerat. Quærit ex eo de ſententia Sipontinorum. Is nihil hæſitans reſpondet, numerari item ab eis in dogmatibus religionis, quod eſt de Sanctorum Veteris Teſtamenti animabus ereptis ex inferis, auctiſque beatitate deſcenſu Servatoris[5] Chriſti. Idem a Melphienſibus, Rapollenſi-

1 Synod. Conſent. Provinc. an. 1579. pag. 79. Parochis in memoriam revocat Conſtitutionem Gregor. XIII. de Doctrina Chriſtiana, a quo Gregorio fuiſſe Catechiſmum Romanum propoſitum ad explicandum populo Chriſtiano conſtat. Synodus item Conſentina Diœceſana ſub Januario Sanfelicio anno 1678. *edit. Neap.* 1692. *cap.* 1I. » Inſtruant, *inquit*, *Parochi pueras* ad for» mam doctrinæ editæ a Card. Bellarmino ». Epiſcopi Caſſan., & Biſinian. & s. Marci ſubſcripſere Synodo Romanæ ſub Bened. XIII. *pag.* 115. & 116. *ſeq.*

2 Synod. Squillac. ſub Franciſco Terottio *ann.* 1674. *pag.* 47. *edit. Roman. an.* 1675.

3 Confer Synodum Miletenſem *an.* 1693. *pag.* 2. *num.* 1.

4 Adi Synodum Hieracenſem *an.* 1651. *pag.* 58.

5 Anno 1596. compoſitus, editusque a Dominico Gianneſio Archiepiſcopo Sipontino Catechiſmus, propoſituſque Parochis ad populum docendum fuit,

ut ex

Digitized by Google

lenſibuſque [1] credi nunciat. Multa ſibi ait fuiſſe impedimento, quin ſeſe ad Veſtanos conferret. Cauſſam tamen negat eſſe ullam, quamobrem eos ab Eccleſia Archiepiſcopali ſua diſcrepare putet.

Eo dimiſſo, ceteros ad ſeſe evocari jubet. Veniunt. Rogati, neminem ſe in Tranenſi Provincia offendiſſe teſtantur, qui ſecus atque commune, ac pervulgatum dogma poſtulet, ſtatuendum eſſe arbitraretur. Barenſes [2], cumque his una Bituntinos [3], Melfictenſes [4] Converſanenſes [5] Catechiſmi Romani, aut Bellarmini doctrinam ſequi confirmant. Idem de reliquis Apulis referunt,

ut ex ejus Antiſtitis ad Parochos, Deputatoſque Congregationis Manfredonienſis Doctrinæ Chriſtianæ Encyclicis literis conſtat. Nam idem Sipontinus, atque Manfredonienſis Archipræſul eſt. Atque eſt in ejus Catechiſmi *Part.* III. *pag.* 28. ſcriptum hoc modo. *M. Che contiene il quinto. D. Come l'anima ſantiſſima di Gesù Criſto diſceſe all'inferno per liberare i Santi Padri, e il terzo giorno riſuſcitò da morte a vita glorioſa, e immortale.* Hoc eſt. *Magiſter. Quid continet quintus* (Articulus?) *Diſc. Quod* (*Chriſtus*) *anima ſua ſanctiſſima deſcendit ad inferos liberandorum Sanctorum Patrum cauſſa, & tertia die ex morte reſurrexit ad vitam glorioſam, & immortalem.* Viden', ut verbis illis *deſcendit ad inferos* hoc contineri Archiepiſcopus Sipontinus doceat, ac puſillos quidem, ſimpliceſque Eccleſiæ ſuæ doceat, hoc contineri: *liberandorum* ſcilicet *Sanctorum Patrum cauſſa* Chriſtum ad inferos deſcendiſſe? Quod autem articulo ſymboli continetur, ecquis ad fidem pertinere neget? Atque id quidem Epiſcopus ille ſcripſit biennio ante, quam Catechiſmum Bellarmini Clemens VIII. Pontifex publicaſſet, ſuiſque litteris Parochis ad docendum propoſuiſſet. Quod eo dico, ut ne Cadonicus id Bellarmino det vitio, quaſi is omnium primus dogmatis loco in Catechiſmum intulerit, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti deſcenſu Chriſti liberatis ex inferis.

1 Confer Synodos Melphienſes, ac Rapollenſes *an.* 1624. *pag.* 7. & 9. *tit.* III. *cap.* I. *edit. Rom. an.* 1624. & *an.* 1635. *edit. Veneta an.* 1638. & *an.* 1660. *edit. Melphien. an.* 1661. Conſule Synodum Sipontinam a Fr. Vincentio Maria Urſino Ord. Præd. S. R. E. C. poſt Pont. Max. habitam ann. 1678. qua in Synodo *tit.* IV. ſtatuitur, ut pueri Doctrinam *Chriſtianam Bellarmini doceantur pag.* 15. *edit. Macerat. an.* 1678. Melphienſium, & Rapollenſium Antiſtes ſubſcripſit Romanæ Synodo habitæ a Benedicto XIII. *pag.* 115. *edit. Rom. an.* 1725.

2 Confer Synodum Barenſem ab Aſcanio Geſualdo habitam an. 1625. *pag.* 4. *edit. Alexandrina.* » Barii Parochis deputati .... ex præſcripto Romani Ca» techiſmi ea, qua par eſt caritate, ac diligentia in propriis parœciis ſuum » penſum exſolvant... libellum etiam doctrinæ Chriſtianæ ab Illmo D. Card. » Bellarmino editum, memoria pronunciari... mandamus.

3 Synodus Bituntina ſub Franciſco Antonio Gallo de Auſtrimont *ann.* 1682; *edit. Rom. an.* 1682. *tit.* V. §. III. *pag.* 77. » Pueri *Doctrina Chriſtiana, Roma*» *noque Catechiſmo ... imbuantur* ».

4 Epiſcopus Melphictenſis Synodo Romanæ a Benedicto XIII. habitæ ſubſcribens, proponi oportere pueris, rudibuſque ad diſcendum Doctrinam Chriſtianam ut eſt in Bellarmini libello, teſtatus eſt *pag.* 116.

5 Synod. Converſ. ſub Joſepho Palermo *an.* 1660. *pag.* 31. *ſeq. edit. Rom. an.* 1661.

ferunt, qui in tractubus Brunduſino [1], Hydruntino [2], Tarentino [3], & Acheruntino [4] eſſent. Non minore ſe ſtudio in Calabrorum Seberenenſium [5], Roſcianenſiumque

1 In eo ſunt tractu Neritonenſes. Horum Epiſcopus ſubſcripſit Synodo Romanæ ſub Bened. XIII. *pag.* 115.

2 Synodus Hydruntina Provincialis *ann.* 1567. *Tit. de Reſidentia Curator.* *Cap.* II. *pag.* 24. *edit. Rom. an.* 1569. Catechiſmum Romanum Parochis ad explicandum, tradendumque populo proponit.

3 Synod. Tarentina Diœceſ. ſub Card. Cajetano *an.* 1614. *tit.* VIII. *pag.* 45. *edit. Rom.*

4 In Tractu Acheruntino, & Materenſi ſunt Epiſcopatus Gravinenſis, Venuſinus, & Montis Peluſii. Confer Acta Gravinenſis Synodi habitæ an. 1693. a Marcello de Cavallenis Ord. Præd. *edit* Benevent. *pag.* 31. & Synodi Venuſinæ habitæ ann. 1614. ab Andrea Perbenedicto, editæque Neapoli *ann.* 1615. *Pag. hujus Synodi* 62. *ſeqq.* refertur Epiſtola ejuſdem Epiſcopi ad Populum Venuſinum. *Pag.* 66. dicitur: *Electos omnes qui fuerant a principio mundi, cum Chriſto in Paradiſum aſcendiſſe*. Pag. 68. *Veniſſe Chriſtum cum ſpoliis tot animarum Sanctorum Patrum, quot e limbo eruerat*. Ejuſdem Epiſcopi extat Opuſculum, cujus hæc eſt inſcriptio. » Regole per le Scuole della Dottrina Criſtiana della Città, e Dioceſi di Venoſa da oſſervarſi da' Curati, e dagli operaj di dette Scuole iſtituite, ed erette da Monſig. Andrea Perbenedetti della città di Camerino Veſcovo di Venoſa nell' anno 1611. e ora date in luce per maggior comodità &c. coll' interrogatorio della Dottrina Criſtiana di s. Carlo, e altre coſe degne da ſaperſi da ogni Criſtiano: aggiunte in fine le conſiderazioni ſopra i dodici Articoli della Fede raccolte da eſſo Monſig. Andrea Veſcovo di Venoſa, e ridotte in Dialogo &c. In Napoli per Lazaro Scoriggio 1615. » *Cap.* IV. *pag.* 44. M *Dove andò l' anima del noſtro Signore Gesù Criſto dopo la ſua morte.* D. *All' Inferno.* M. *Che andò a fare? A liberare i ſanti Padri dal Limbo... Che ne ſai tu?* D. *Io l' ho per fede.* M. *Dove il trovi tu?* D. *Nel Credo nel quinto Articolo.* Hoſt eſt. *Magiſt.* » Quo ivit anima D. N. J. Chriſti poſt Chriſti ejuſdem mortem? *Diſc.* Ad inferos. *M.* Quid eo ivit factura? *D.* Ad liberandos Sanctos Patres e limbo... *M.* Qui ſcis? *D.* Ego id fide habeo. *M.* Ubi id tu reperis? *M.* In ſymboli Articulo quinto ». *Et cap.* XX. cujus eſt inſcriptio: *Additio aliquarum rerum a quovis Chriſtiano, & Chriſtiana ſciendarum*: » Andò l' anima (di Gesù Criſto) a liberare i Santi Padui dal limbo ». *Ivit anima (J. C.) ad liberandos Sanctos Patres e limbo. Et pag.* 189. » Veritas. Manebant juſtæ animæ Sanctorum Patrum, aliorumque Juſtorum in ſinu Abrahæ, & obſcuro limbo, quoadusque morte Chriſti ſolutum fuit debitum humani generis, ſine cujus (Servatoris Chriſti) morte ingredi in cæleſtem gloriam non poterant ». *Et pag.* 190. » Doctrina Chriſtiana... Sanctiſſima Chriſti anima inſtat leonis magna poteſtate deſcendens ad inferos fregit, atque projecit fores illas æternales, ingreſſaque fuit ad ſanctas illas animas, quæ ab infernali dracone ad illud uſque momentum magna tyrannide detentæ obſcuriſſimo illo carcere fuerant. FIDES. Anima illa juncta Divinitati triumphans replevit circum claro lumine tartareas partes illas, tenebroſaque loca, veſtiens ſuo ſplendore animas illas ſanctas, quæ manebant in umbra illa mortis ». Mitto cetera, quæ perplura profecto ſunt, ut qui nolim eſſe longior, quam conſtituerim. Confer Venuſinam etiam Synodum habitam *an.* 1718. *pag.* 11. Hac enim præſcribitur, ut Catechiſmum Bellarmini pueri, rudeſque ceteri doceantur. Epiſcopus Montis Peluſii ſubſcripſit Synodo Romanæ, ut ex ejuſdem Synodi Actis *pag.* 119. liquet.

5 Confer Synodum Roſſanenſem an. 1574. ſub P. D. Lancilotto. *Edit. Rom. pag.* 5. *Vide not. ſeq.* F. Arch. Roſſan. ſubſcripſit Synodo Rom. an. 1725. *pag.* 114.

Digitized by Google

que [1] ſententiam inquiſiſſe. Hos item, quod a Parochis ex Romano, aut Bellarminiano Catechiſmis didicerint, firmiſſime aſſeverare, conſtantiſſimeque defendere. Mamachius collaudatis ſociis, qui ſecum quidvis incommodi ſatius eſſe perpeti conſtituiſſent, quam omittere oblatam occaſionem inveſtigandi, inveniendique veri; paratiſque deinde rebus, quas ipſe ſibi uſui futuras proſpexerat, idoneam nactus tempeſtatem, quamvis inſuetus navigandi mare timeret, tamen Rhegio ſolvit. Poſt horam fere, vento intermiſſo, curſum non tenuit, & longius delatus æſtu, exque freto ejectus, leni euro 11. die Panormum appulit. Quod etſi contra atque ipſe ſtatuerat (Meſſanam enim cogitarat) tamen commodiſſimum accidit. Nihil enim ei potius fuerat, quam ut Franciſcum Mariam Teſtam Montis Regalis Archiepiſcopum conveniret, quem etſi de facie haud noverat, ob virtutem tamen, inque doctrinis omnibus facultatem, qua eum ſane excellenti præſtare non ſolum ex aliis intellexerat, ſed ex ejus etiam litteris, quibus ſe non raris dignatus fuiſſet, perſpexerat; coram cognoſcere, atque alloqui cupiebat. Panormo Sociorum aliquibus Melitam navigare juſſis, Rhedam ipſe opportune nactus, Montem Regalem proficiſcitur. Eo ut advenit, nihil uſus cunctatione virum adit, ejuſque, ut fert conſuetudo, utque hominis dignitas, & præclara in rem Chriſtianam publicam merita poſtulabant, oſculatus manum, qui ſit, eloquitur.

mm 2 Te-

1 Conſule Synodos s. Severinæ ſub Franciſco Antonio Sanctorio *pag.* 14. & ſub Alphonſo Piſano an. 1598. *pag.* 100. Tertiæ Synodo Provinciali s. Severinæ conſenſere Epiſcopi Gerentinenſis, & Cariatenſis, Strongulenſis, Gallipolenſis *pag.* 150. De Synodo Roſcianenſi, quam notat. ſuperiore laudavimus, hoc inſuper tibi lector ſignificandum duximus: Synodi eam Beneventanæ Card. Sabelli an. 1567. habitæ *pag.* 5. decreta probare, in quibus decretis eſt, *Tit. de Præd. Verbi Dei cap.* x. ſuſcipi Catechiſmum Romanum, explicarique populo oportere. Qua ex re intelligitur, libellum de Doctrina Chriſtiana, quem ab ſe populo propoſitum Antiſtes Roſcianenſis ſcribit *pag.* 12. exactum ad Catechiſmi Romani doctrinam fuiſſe.

Teſta ſalvum ad ſe veniſſe hominem gratulans, quo improviſum magis, eo ſibi ejus adventum eſſe gratiorem, ac jucundiorem dicit. Cumque ille Mamachium de ſtudiis, libriſque ſuis, hic illum de ſua Eccleſia percuntatus eſſet, ventum denique in novum Cadonici dogma eſt, multiſque verbis ea de re ultro citroque habitis, totus ipſis fuit ille conſumtus dies. Teſtæ hæc orationis ſumma fuit. Fuiſſe olim, neque hoc tempore deeſſe homines, quibus niſi datus in novarum rerum inventoribus locus ſit, jacere ſeſe, inglorioſque ad ſupremum diem perventuros arbitrentur. Hos, quæ fuerint commenti, falſa eſſe, initio intelligere; iis tamen (propterea quod & nova, & ſua ſint) tanto ſe opere oblectare, iiſdem ut paullatim aſſueſcant, deindeque ſi minus manifeſte vera, at eſſe ſaltem ſimilia veri judicent. Pergere ipſos porro, rationeſque colligere, ſi quibus ea poſſint, ut ſibi, ſic aliis non confirmare ſolum, ſed etiam perſuadere. Rationum autem earum, etſi per ſeſe inanium; nullam eſſe tamen, quæ ipſis novitatis ſtudio incitatis non graviſſima videatur. Nunc ab ſe non id agi, ut quærat, ex horum ne hominum ſit Cadonicus numero. Sit enim, nec ne ſit, id denique Cadonicum ipſum eſſe viſurum. Hoc ſe modo jure affirmare poſſe. Cadonici opinionem, quæ ſane nova ſit, & Patrum (quod Mamachius certe noverit) & Eccleſiarum Regni Siciliæ (quod Mamachius idem fortaſſe non noverit) communi dogmati repugnare. Nam & ſe [1], qui vetuſtate, univerſitate, conſenſione maxi-

1 Is talis, ac tantus vir edi anno ſuperiore curavit libellum, cujus hæc eſt epigraphe. *Elementi della Dottrina Criſtiana eſpoſti in lingua Siciliana ad uſo della Dioceſi di Monreale: In Monreale* 1764. hoc eſt: *Elementa Doctrinæ Chriſtianæ ſermone Siculo explicata, ad uſum Diæceſeos Montis Regalis. Mont. Reg. an.* 1764. In Epiſtola ad Clerum, & Populum ei libello præfixa Archiepiſcopus idem ſcribit hoc modo: *pag.* 7. » Il deſiderio di non ſottrarre al no» ſtro popolo niente di ciò, che gli ſia utile, ci ſe venire in animo di unirvi » altresì alcune iſtruzioni, e ſpiegazioni, le quali inſieme con eſſo compen» dio veniſſero a formare come un intiero corpo di elementi della Criſtiana » Dot-

maxime moveatur, & Montanos Regalienſes [1] ſuos, & Panormitanos [2], Agrigentinos [3], Syracuſios [4] uno verbo, Siculos quoſque ita eſſe a ſuis Paſtoribus inſtitutos, ut Sanctorum Veteris Teſtamenti animas deſcenſu Chriſti ad inferos, adſertas in libertatem, tumque primum beatas aſpectu Dei fuiſſe credant. Se, qui in Eccleſiis ejus Regni Primus cauſſarum de Religione Quæſitor ſit, quid

» Dottrina per ogni maniera di fanciulli da' più teneri fino a' più creſciu» ti ». Quæ quidem verba ſic reddi latine poſſunt: *Voluntas nihil quidquam populo ſubtrahendi eorum, quæ ſint ei utilitati, effecit, ut in animum induceremus, inſtitutiones quaſdam, explicationeſque ei compendio* (quo uti hactenus Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ Montis Regalis conſuevit *pag.* 5.) *adjungere ex quibus Compendio eidem additis, veluti corpus quoddam elementorum Doctrinæ Chriſtianæ exiſteret, quod uſui quibuſque pueris a minoribus ad adultiores eſſe poſſet.* Pag. 17. *hujus Compendii in explic. Fidei Articulorum* ſic habetur. » *M.* Quannu Gesù Criſtu muriu, lu ſo ſantiſſimu corpu unni fu miſu? » *D.* Nira lu ſantu Sepulcru. *M.* E l' anima ſua ſantiſſimu unni iju? *D.* A libe» rari l' animi di li ſanti Patri di lu locu, unni eranu, e purtarli in Paradi» ſu ». Hactenus, ut eſt in Compendiu. Additur mox explicatiu; » *M.* Chi 'n» tinniti vui pri ſanti Patri? *D.* L' omini giuſti, e ſervi di Diu, ch' eranu vi» vuti, e morti avanti la murti di Gesù Criſtu. *M.* Ma unni dimuravanu » Chiſti ſanti Patri? *D.* In certu locu, chi ſi dici 'Nfernu, chi voli diri » ſutterraneu, chiamatu comunementi limmu, differenti da lu 'Nfernu di dan» nati, e da lu Purgatoriu. *M.* Pirchì l' animi di li giuſti, e di li ſanti, » chi murianu prima di la morti di Gesù Criſtu nun ijanu in Celu? *D.* Pir» chì lu Celu era chiuſu al' omini pri lu piccatu originali, e duvia aprirla » Gesù Criſtu cu lu ſo ſangu, e traſirei iddu lu primu ». Hoc eſt: *Magiſt. Dum Chriſtus Jeſus eſt mortuus, ubinam poſitum ejus ſanctiſſimum corpus fuit? Diſc. In ſancto Sepulcro.* M. *Et anima ejus ſanctiſſima, quo abiit?* D. *Ad liberandas Sanctorum Patrum animas ex eo loco, in quo erant, eaſque transferendas in Paradiſum.* Explicationes ab Archiep. additæ Compendio. M. *Quid Sanctorum Patrum intelligis nomine?* D. *Intelligo juſtos homines, ac ſervos Dei, qui vixerant, obierantque ante Jeſu Chriſti mortem.* M *Sed ubinam hi ſancti Patres morabantur?* D. *In quodam loco, qui Infernus dicitur, quæ vox ſubterraneum locum ſignificat communi vocabulo appellatum limbum, qui ab inferno damnatorum, & purgatorio diſcrepat.* M. *Cur animæ juſtorum, & Sanctorum, qui decedebant ante Chriſti mortem non recta in cælum ibant?* D. *Quia Cælum erat clauſum peccati originalis cauſſa, illudque Jeſus Chriſtus ſuo aperire ſanguine, atque ipſe primus in illud ingredi debebat.* Vin' clarius? Paria extant *p.*272. *ſeq.*

1 Confer Synodum Diœceſanam Montis Regalis ſub Card. Peretto a Montealto *an.* 1652. *cap.* IV. *pag.* 17. *edit. Montis Reg. an.* 1653. » Parochi frequen» ter libellum Doctrinæ Criſtianæ ab Emo Card Bellarmino juſſu Clem. VIII. » editum præ manibus habeant, & pueris commendent ».

2 Vide Synodum Diœceſanam Panorm. *an.* 1679. *edit. Panorm. ann.* 1681. *cap.* IX. *pag.* 35. ſub D. Jacobo de Palafox, & Cardona. Hic libellum ab ſe de Doctrina Chriſtiana editum dicit fuiſſe, eumque populo proponit. Nunc Bellarmini Catechiſmus in ea Diœceſi obtinet. Qua ex re intelligitur, nulla re libellum illum a Bellarminiano diſcrepaſſe, qui propoſitus parochis fuerat ab Synodo habita a Martino de Leon an. 1652. *pag.* 31.

3 Synodus Agrigentina an. 1703. ſub Franc. Ramireſio *Ord. Præd. an.* 1704. *pag.* 10.

4 Synodus Syracuſana *an.* 1727. *edit. Panormit. an.* 1727. *pag.* 5. & 66.

quid Siculi omnes ſentiant, plane ſcire, neque egere cujuſquam, qui ſeſe doceat.

Cum ejus Antiſtitis humanitate, ſcientia rerum, dicendique vi, atque copia Mamachius mirifice caperetur; diutius apud eum, quam animo decrerat, manſit; dieſque appetebat quintus, ac decimus, quem ad diem ſocii Melitam miſſi Panormum ſe reverſuros promiſerant. Itaque teſtatus eam ſe Præſuli ampliſſimo habere gratiam, cujus referendæ ipſum ſe imparem eſſe confiteretur; Panormum redit, pridieque ſocios adveniſſe comperit, ex quibus intelligit, Melitenſes in communi dogmate [1] non modo conſtanter perſeverare, ſed etiam ſancte polliceri, proviſuros ſeſe, ne quis ſuorum recentis opinionis inficiatur pravitate.

II. Navim inde Liburnenſem longam probe ex ſententia inſtructam, & paratam nactus, eam conſcendit; ſublatiſque anchoris, circiter millia paſſuum octo a portu progreſſus, aperto mari, vento uti ſecundo cœpit; diebuſque viginti ora omni Etruriæ veteris maritima lecta, & cognita Centumcellenſium [2] Cornetanorum,

1 Confer Synodos Melitenſes an. 1647. ſub Johanne Balaguer Cammaraſa Epiſcopo. *Edit. an. 1647. pag. 15.* & ſub Michaele Hieron. de Molina. *Edit. Rom. an. 1681. pag. 14.* Quos autem Catechiſmos in iis Synodis Epiſcopi iidem ſuis Parochis propoſuerint ad explicandum Melitenſi plebi, ex eo perſpicitur, quem ante annos paucos in Melitenſium vernaculam linguam verti juſſit, Romæque an. 1752. typis excudi fecit Epiſcopus Paulus Alpheranus de Buſſan. Eſt vero hæc ejus Catechiſmi inſcriptio: *Taghlim Niſrani Migiub Fil Gharbi bl' ordini ta ſant. mem. ta Paulu V. Min gdid ſtampat ſit Talian mis Sacra Congregazioni tal Propaganda Fidi, u' Migiub iſſa Fil Malti Mir Reverendu Caſſis Don Franciſcu Wzzinu bl' ordini tall' Illuſtriſſimu, u' Reverendiſſimu Monſignur Fr. Paulu Alpheran di Buſſan Arciviſcuvu ta Damiata, u' Iskof ta Malta. F' Ruma 1752. G. Hant Generoſu Salomoni.* Eſt *hæc Doctrina Chriſtiana in Arabicam linguam juſſu S. M. Pauli V converſa. rurſumque typis excuſa italice a Sacra Congregatione de Propaganda Fide: nunc vero in Melitenſem linguam tranſlata a R. Sacerdote D Franciſco Wzzino ex mandato Illuſtriſs., & Reverendiſs. Domini F. Pauli Alpherani de Buſſan Archiepiſcopi Damiatæ, & Epiſcopi Melitenſis. Romæ anno 1752. per Generoſum Salomonium.* Pagina hujus libelli 27. hæc leguntur. M. *Fiſſer il khames takſima?* D. *Jena nemmen, li Gieſù Criſtu il uaht li miet, mar b' ruhhu fil-limbu fein Chienu mizmùmin is-Santi Padri.* Hoc eſt. M. *Declara quintum Articulum.* D. *Ego credo, quod Jeſus Chriſtus, ſtatim atque mortuus fuit, iverit animâ in limbum, ubi detinebantur Sancti Patres &c.*

2 Centumcellæ in ditione ſunt Epiſcopi Viterbienſis. De his igitur agemus, ubi de Viterbienſibus erit a nobis inſtituendus ſermo.

rum [1], Populonienſium [2], Maſſanorumque in communi dogmate firmitate, atque conſtantia, Liburnum tandem advehitur. Id oppidum ad Diœceſim Piſanam pertinet. Etſi erant ibi permulti, quibus vetere amicitia conjunctus eſſet, quique rogarent, ut ne ſe tam cito deſereret, ipſe tamen, quod multæ cauſſæ hortarentur, quamobrem ad Faliſcos, quos modo vocant, abiret; properat Piſas proficiſci. Quo ut pervenit quærit, de Th. V. Monelia Ord. Præd. Theologo viro doctiſſimo, quo, cum Florentiæ juvenis ageret, uſus ſex ipſis annis Magiſtro fuerat, & cui propter egregia beneficia in ſe collata, plurimum ſe debere profitebatur. Intelligit eum (quem jam acceperat in Athenæo Piſano Sacrarum Litterarum Interpretis fungi munere) apud Archiepiſcop. Piſanorum gratia valere. Itaque ad eum ſeſe deduci poſtulat. Mamachium, ut vidit, complexus ſenex collacrimavit, aliquantoque poſt ſuſpexit in cælum, & grates, inquit, vobis ago cælites, quod poſt tam diuturnum tempus in hac urbe conſpiciam, & his tectis Thomam M. quem ego Florentiæ inſtitui, diſcipulum ſemper memorem, & amantem mei.

Sed Mamachius hominem interpellans: ego vero, inquit, nihil plus, Monelia, quam debeam, facio. Ac ſi non minus a me fieri; quam me debere profitear, dicerem; eſſent fortaſſe qui mihi crederent, ſed certe mentirer. Atque hoc vere dico. Etſi omni ſtudio, atque officio erga te meo tibi, quæ tua eſt ſingularis humanitas, ceteriſque, ut audio, ſatisfacio omnibus, mihi quidem numquam ſatisfacio. Quamvis enim id agam, idque opere maximo enitar, ut conſequar; tanta eſt tamen magnitudo tuorum erga me meritorum, ut eorum ne minimam quidem partem me ſperem conſequuturum.

Ambo

1 Cornetana Sedes Concathedralis Montisflaſconis eſt. Itaque de Synodis Cornetenſibus, & Montisflaſconis una ſimul inſtituetur a nobis oratio.

2 Confer Synodum Maſſenſem, & Populonienſem *an.* 1586. *pag.* 116. *edit. Bonon. an. ejuſd.*

Ambo inde cum ſe in illud, quod in ultimis erat ædibus, conclave commiſiſſent, atque conſediſſent, quærentique Moneliæ, quæ cauſſa tam improviſi, nec ſibi opinati illius adventus eſſet; remque Mamachius omnem diſtincte, atque ordine narraſſet; tum Monelia, quonam, inquit, fato noſtro fieri dicam, ut tam hoc tempore multi laudem ſibi parare ſtudio novitatis poſſe arbitrentur, neſcio. Quam id me excruciet, tute noſti. Equidem eorum aliquos totis voluminibus, quo exitu viderint ſapientes, at ſum tamen conatus refellere. Quos quidem conatus meos, quoniam tibi vehementer probari intelligo, ſane lætor. Sed omitto de me plura dicere, quæ non minus tibi eſſe, quam mihi explorata, ſcio. De Piſanis, quod noſſe avebas, comprehendam brevi. Inſtant enim tibi rhedarii, quos ego odi male, quoſque diu nobis eſſe moleſtos non patiar. Sic igitur habeto. Piſanos, ut ego ab Archiepiſcopo accepi, atque experiundo etiam comperi, quæ a majoribus didicerint, arcte tenere, accurateque defendere. A majoribus autem eos didiciſſe, quod modo Parochi ipſos de *Limbo* docent Veteris Teſtamenti Patrum, non Raynerii Piſani [1], neque Jordani item Piſani [2] ſolum, ſed Jacobi etiam Cavalchæ de Symbolo [3] libri demonſtrant,

1 Raynerius Piſanus Ord. Præd. Scriptor XIV. ſeculi Pantheologiæ *to.* III. *p.* 474. *edit. Lugdun. an.* 1670.

2 Jordanus Piſanus Ord. Præd. in Orationibus, quas italice ad populum habuit. Codex MS. extat in Tabular. Ord. Præd. Romæ.

3 De Dominico Cavalca Ord Præd. Theologo XIV. ſec. quem e Vico Piſano fuiſſe conſtat, ita ſcribit poſtremus ejus operis de Symbolo Editor *pag.* 3. *edit. Rom. an.* 1763. *Le Opere del P. Domenico Cavalca ſono* SOMMAMENTE STIMABILI *per la purità della Toſcana lingua, ma molto più per l' unzione di Spirito Santo, che in eſſe vi ſi ſente chiaramente dall' anime timorate, e amanti di Dio, a per li chiari lumi, che elle ci ſomminiſtrano per* CONOSCERE IL FONDAMENTO, E LA ESSENZA DELLA NOSTRA SANTA RELIGIONE, *& p.* 17. *Molte ripetizioni ſovente s' incontrano* nella opera del Symbolo, *le quali niente per altro nuocono alla chiara* SPIEGAZIONE DE' DOGMI, E DE' MYSTERJ, DELLA NOSTRA SANTA RELIGIONE. Age nunc videamus, ut loquatur is, qui CLARE explicat *dogmata, atque myſteria religionis, claraque lumina nobis ſubminiſtrat, ut fundamentum, atque naturam cognoſcamus ſanctæ Religionis noſtræ. Lib.* 1. *Operis ejuſdem de Symbolo cap.* 1. *pag.* 9. » Lo terzo (articolo del ſimbolo) è, *inquit*, come diſceſe » al lim-

ſtrant, quos ſane Cavalchæ libros eo fuiſſe conſilio ſcriptos conſtat, ut quemadmodum Civibus ſuis, ſic Italis ceteris enchiridii de Doctrina Chriſtiana loco eſſent.

Ea Moneliæ oratione accepta, Mamachius accitis ſociis, horum aliquibus mandat, ut civitates Etruriæ omnes, quæ in ditione olim erant Florentinorum, Umbriamque peragrent, ac ſeſe ad Fulgininm opperiantur: ceteris jubet, ut oram Liguſticam omnem circumeant, partemque Inſubriæ percurrant, quidque ea de re eorum locorum incolæ ſentiant, percunctentur, ac denique Mediolani conſiſtant, ibique ſe maneant.

Piſanis finitimi ſunt Lucenſes, qui tantum prudentia in re gerenda, providentia, virtuteque valuerunt, ut jus ſibi conſervaverint libertatis. Apud hos Archiepiſcopatum Joh. Dominic. Manſius vir optime de re litteraria publica meritus obtinebat. Erat Mamachio in animo, hunc propter ſingularem eruditionem, amicitiæque conſuetudinem viſere. Sed quoniam tempus inſtabat, quo tempore Xaverius Juſtinianus Faliſcorum, quos vocant, Antiſtes Monteflaſcone Cornetum ſeſe conferre

» al limbo, e traſſene i Santi Padri. Onde dovemo FERMAMENTE CREDERE, che l'anima di Criſto, rimanendo il corpo nel ſepolcro, diſceſe al » limbo ». Viden', ut *articulum* illum ſymboli *eſſe* dicat, deſcendiſſe Chriſtum in LIMBUM, INDEQUE ERUISSE SANCTOS PATRES; QUARE FIRMITER a nobis ESSE CREDENDUM, *animam Chriſti*, *manente corpore in ſepulcro*, DESCENDISSE IN LIMBUM? Hoc autem quid eſt, niſi dogma eſſe fidei Chriſtianæ docere, *deſcenſum Chriſti in limbum liberandorum Patrum*, qui capivi ibidem detinebantur, cauſſa? Atque ita Cavalca is, qui tam accurate dogmata religionis, tamque explicate proponit. *Cap. autem* XLIX. ejuſdem libri, quo capite errores eorum numerat, qui contra Articulum aliquem de Chriſti humanitate peccarunt, *pag.* 472. » Lo terzo articolo, *inquit*, è NEL » DISCENDIMENTO NEL LIMBO, cioè CHE CREDIAMO, che rimanen» do il corpo di Criſto nel ſepolcro, L'ANIMA DISCESE NEL LIMBO, » E TRASSENE I SANTI PADRI ». *Tertius Articulus eſt de deſcenſu Chriſti in* LIMBUM, *id eſt*, *quod* CREDAMUS, *remanente Chriſti corpore in ſepulcro*, *anima* DESCENDIT IN LIMBUM, INDEQUE ERUIT SANCTOS PATRES. Poteſtne clarius quidquam deſiderari? Recte igitur recens hujus operis Editor monuit, eſſe opera Cavalcæ *ſommamente ſtimabili per li chiari lumi*, *che ci ſomminiſtrano per conoſcere il fondamento*, *e la eſſenza della noſtra ſanta Religione*; atque in hoc in primis opere de ſymbolo nihil eſſe, quod noceat *alla chiara ſpiegazione de' dogmi*, *e de' miſterj della noſtra ſanta Religione*.

conſuerat, quicum multis de rebus agere conſtituerat; ad Manſium mittit, qui petant: quoniam ipſi ademta ejus alloquendi facultas eſſet, illud amicitiæ tribuat, ut ſeſe quid Lucenſium de Patrum Veter. Teſtam. ante Chriſti mortem beatitate ſententia ferat, docere ne prætermittat. Permagni namque hoc intereſſe ad rei Chriſtianæ publicæ utilitatem. Actis inde Moneliæ gratiis pro ejus erga ſe ſtudio, eique firmam, diuturnamque valetudinem adprecatus Mamachius Montemflaſconem verſus iter facere contendit. Eo in itinere a Silvio Spannochio, & Guidone Savinio patritiis Senenſibus viris eruditiſſimis, ſibique amiciſſimis accepit, Senenſes [1] Pientinos [2], Ilcinenſes [3], Craſſetanos [4], Suanenſes [5], omnibus rebus in ea, quæ latiſſime ſit propagata, doctrina perſeverandum ſibi eſſe putare. Longius progreſſus cognoſcit, parem ea in re Aquipendienſium [6] eſſe animi firmitudinem. Ut ad Montemflaſconem pervenit, rogat cives, ſit ne Antiſtites in oppido? Ajunt eſſe. Ea re lætus cupide ad eum advolat. Nam Patris eum veneratur loco. Interim nunciatur Juſtiniano, Mamachium aſcendere. Ille obviam egreſſus, eum ad oſtium cubiculi præſtolatur. Vix dum Mamachius prehenſam ejus dexteram oſculatur manum, cum ille amplexatus hominem, ſalvum te, inquit, mihi adveniſſe gaudeo. Hoc triduum ipſum apud me manendum eſt tibi. Pergratum id fuit

1 Confer Examen Ordinandor. Franc. Bandineo Piccolomineo dicatum *an.* 1570. *pap.* 68. *edit. Ven. an.* 1577.

2 Confer Synodum Pientinam anno 1729. habitam ab Cinaghio Epiſcopo, editamque Senis an. 1730. *pag.* 3. Hæc Bellarmini Catechiſmum Parochis ad tradendum plebi proponit.

3 Vide *Syn. Rom. an.* 1725. *pag.* 118. & 117.

4 Synod. Craſſetana ſub Cæſare Hugolino *an.* 1692. *edit. Rom. an.* 1692. *pag.* 47.

5 Synodus Suanenſis ſub Dominico Maria della Ciaja *an.* 1706. *edit. Montisfaliſci an.* 1707. *cap.* 1. *pag.* 3.

6 Synodus Aquæpendentis ann. 1660. ſub Nicolao Lact. Epiſcopo *pag.* 78. *edit. Rom. ann.* 1665. & altera ejuſdem Eccleſ. Synodus *pag.* 9. ſub F. Ferdinando Auguſtino Bernabæo Epiſcopo ex Ord. Præd. *an.* 1728. *edit. Anconit. an.* 1729. Cum hæc, tum Suanenſis, cujus meminimus notatione ſuperiore, eum, qui Bellarmini dicitur, de Doctrina Chriſtiana Libellum Parochis ad explicandum populo Chriſtiano proponunt.

Digitized by Google

id fuit Mamachio, cui nihil magis in optatis erat, quam ut ſibi commode cum eo colloquendi ſpatium daretur. Eo triduo illis ſermo fere quotidianus fuit de Seminario, quod in ea eſt urbe ampliſſimum, quodque Juſtinianus vocare *oculi ſui pupillam* ſolet; de recte inſtituendis Clericis, qui fere octoginta in eo Seminario aluntur; deque ceteris Miniſtris Eccleſiæ, quos Juſtinianus idem eſſe plebi exemplo, & emolumento poſſe judicaret. Actum item ab eis de rebus eſt, quas curæ Mamachio fuiſſe diximus: cumque his de rebus colloquerentur, injectaque a Mamachio in ſermone fuiſſet dictorum Cadonici mentio; tum Juſtinianus: mane, quæſo te, inquit. Quid, malum! iſthuc rei eſt? Iſtud ne quemquam hoc tempore, nobiſque tacitis eſſe auſum? Quid moramur? Equidem infringendos initio hominis conatus, operamque eſſe cenſeo diligentem dandam Theologis, Parochis, Epiſcopis, quique pro Epiſcopis in urbibus ſint, ne quid plebs ejus dogmatis novitate detrimenti capiat. Cur enim lac, quod parvulis ſuis potum dare; eſcamque ipſam, qua adultos jam viribus ſuos filios mater alit Eccleſia, novæ iſtius opinionis fermento corrumpi patiemur? Cur ſententiam, quam Sacrorum Miniſtri animis orthodoxorum jam uſque ab horum infantia inſeverint, evelli? Cur Eccleſiam, quæ ubique terrarum idem atque nos doceat, docuerit, in erroris invidiam vocari? Cur Chriſti Servatoris triumphis, in quibus eſt ille de vindicatis Veteris Teſtamenti Sanctis in libertatem, quidquam detrahi feremus? Equidem, quod ad me pertinet, non feram. Tu vero perge Mamachi. Perfice iter iſtud tuum. Unam invenies Eccleſiarum omnium vocem eſſe. Nam ut Romanam, quod certe noſti, ita non modo haſce Montemflaſconenſem [1], atque

 Cor-

1 Synodus Montisfaliſci, ſeu potius Montisflaſconis, & Corneti ſub Laudivio Zacchia *an.* 1622. *edit. Viterb. ann.* 1623. *pag.* 9. *proponit Catechiſmum Romanum*: Ruſum Synodi ſub Card. Marco Antonio Barbadico *an.* 1692. *edit. Rom.*

Cornetanam meas, atque illas, quæ haud hinc longe diſtant, Balneoregienſem [1], Urbevetanam [2], Tudertinam [3], ſed eas etiam, quæ maximis locorum intervallis a noſtris regionibus diſſitæ, remotæque ſunt, Cadonicianum averſari dogma, eique repugnantem ſententiam retinere, prædicare, tueri, interrogando comperies. Ubi autem id iter perfeceris, omniumque orthodoxorum, hoc eſt Eccleſiæ univerſæ, quæ nec falli poteſt, nec fallere, conſenſione, ac proinde etiam traditione commune dogma conſtare oſtenderis, ages, mihi crede, de ſtudioſis rerum novarum triumphum juſtiſſimum. Proſpicio namque fore, ut eorum impetu repreſſo, illud denique conſequare, quod triumphi loco habendum Theologo eſt, ut quiſque ſibi deinceps a nova, eaque inani opinione caveat, idque unum, quod in Eccleſia Catholica a Parochis, ab Epiſcopis, a Pontificibus Maximis didicerit, conſectari pergat.

Interea Socii Luca profecti, continuato nocte, atque die itinere, mutatiſque ad celeritatem jumentis, Montemflaſconem perveniunt. Narrant, conqueſtum leniter Manſium fuiſse, quod ad ſe Mamachius non diverterit, cum Luca perpauca millia paſſuum abeſſet. Arridentem tamen mox addidiſſe: ſperare ſe, eum de injuria, quam ſibi intulerit, omnibus eſſe rationibus, quam ociſſime poſſit, ſatisfacturum. De Lucenſium ſuorum conſtantia, nihil eſſe cauſſæ, quamobrem eſſe quiſ-

Rom. an. 1693. *pag.* 5. *ſeq.* & *an.* 1696. *edit. Seminarii Montisfaliſci an.* 1700. *pag.* 6. *ſeq.* ut ex ea quam habuit an. 1710. Sebaſtianus Pompilius Bonaventura *edit. Montisfal. an.* 1714. *pag.* 21. *ſeq. in Append.* intelligitur, Bellarminianum Catechiſmum tradi oopulo oportere ſtatuunt.

1 Hunc item proponit Synodus Balneoregienſis an. 1600. ſub Carolo Trocto Epiſcopo *edit. Rom. ejuſd. anni pag.* 134. Confer alteram ejuſd. Eccleſiæ Synodum an. 1710. celebratam ab Onuph. Eliſeo *App. pag* 9. *edit. Viterb. an.* 1711.

2 Confer Conſtitutiones Synodales Urbevetanas ab Onuphrio Eliſeo Epiſcopo editas typis Seminarii Montisfaliſci *an.* 1710. *ſeſs.* 1. *cap.* v. *pag.* 19. Vide etiam Synodus ejuſdem Eccleſiæ habitas an. 1592. a Hieronymo Cardinali Simoncello *edit. Urbev. an. ejuſd. Tit. de Paroch.* & a Fauſto Card. Polo *an.* 1647. *edit. Rom. ann.* 1650. *pag.* 17. & a Joſepho della Corgna *an.* 1666. *edit. Urbevet. an.* 1667. *pag.* 116.

3 Synodus Tudertina ſub Joſepho Planecto *an.* 1678. *edit. Tudert. an.* 1679. *pag.* 66.

quiſquam dubitandum putet. Hos ab doctrina Inſtitutorum [1], Antiſtitum [2], Majorumque ſuorum numquam re-

1 In Opere inſcriptio: *Il Catechiſmo in pratica, ovvero Iſtruzioni familiari ſopra le materie più neceſſarie a ſaperſi &c. pubblicato da Pietro Vanni Sacerdote Nobile Luccheſe Priore della Chieſa Collegiata di s. Pietro Maggiore tomo 1. in Lucca 1707. Inſtitut.* xv. *pag.* 123. quæ eſt de *Artic.* v. *Symboli*, hæc habentur: D. *Che ci ſi propone da credere in quelle parole: Sceſe all' Inferno &c.?* M. *Siete obbligato a credere, che l' anima di Gesù Criſto, mentre il corpo era nel ſepolcro, diſceſe a liberare i Santi Padri* . . . . . D. *Ma che coſa è queſto Inferno, dove ſceſe l' anima di Gesù?* M. *L' Inferno dovete ſapere, che ſignifica un luogo inferiore, ovvero ſotterraneo . . . ch' è il limbo, e il ſeno di Abramo, dove l' anime de' giuſti ſi trattenevano ſenza patire alcun dolore di ſenſo, conſortate dalla ſperanza, che doveſſe una volta eſſere loro aperto il Paradiſo; perchè ſebbene per i meriti della paſſione futura di Gesù Criſto erano ſtate liberate dalle pene eterne dell' inferno, nondimeno avanti la ſua venuta in pena del peccato, era per tutte l' anime ſerrato il Paradiſo . . . Diſceſe Criſto . . . al limbo de' Santi Padri . . . per diſciogliere que' legami, ed aprir quelle carceri, e condur ſeco in in trionſo tutte quelle anime, che dopo tanti ſecoli l' aſpettavano . . . Egli comunicò loro immantinente tutta la beatitudine, che conſiſte in vedere Iddio.* Hæc reddi latine hoc modo poſſunt. » Quid nobis proponitur » ad credendum hoc articulo: *Deſcendit ad inferos?* *M.* Teneris credere, Jeſu » Chriſti animam, dum corpus in ſepulcro jacebat, deſcendiſſe ad liberandos » Sanctos Patres. *D.* Sed quidnam eſt is *infernus*, in quem anima Chriſti de» ſcendit? *M.* Noſſe debes, ſignificari hoc nomine inferiorem quemdam lo» cum, ſeu ſubterraneum . . . qui eſt limbus, & ſinus Abrahæ, ubi juſtorum » animæ detinebantur, nec ullum patiebantur dolorem ſenſus, ſpe confortatæ » fore, ut illis tandem aliquando paradiſus reſeraretur; quia etſi meritis paſ» ſionis futuræ J. Chriſti liberatæ ab æternis inferorum pœnis fuerant, tamen » ante ejus adventum, in pœnam peccati, quibuſque animabus occluſus pa» radiſus erat. Deſcendit Chriſtus in limbum Sanctorum Patrum, ad ſolven» dos laqueos, quibus obligati erant; ad aperiendos carceres illos, ſecumque » ad triumphum animas omnes illas deferendas, quæ poſt tot ſecula eum præ» ſtolabantur. Ille ſtatim eis communicavit totam beatitudinem, quæ in vi» ſione Dei conſiſtit ». Alter extat libellus ejuſdem Petri Vanni, qui eſt epitome prioris, dicatuſque eſt ab Auctore Cardinali Spadæ Epiſcopo Lucenſi, atque editus Lucæ *ann.* 1711. *pag.* 115. In eo autem hæc leguntur. » D *Che » ſignificano quelle parole*: Sceſe all' inferno? *M.* Voglion dire, che l' anima » di Gesù, mentre il corpo era nel ſepolcro, diſceſe nel limbo de' Santi Pa» dri, il quale perchè era un luogo ſotto terra, ſi chiama *inferno*. *D.* Che » facevano i Santi Padri in quel luogo? *M.* Vi ſi trattenevano ſenza patir » alcun dolore di ſenſo, e aſpettavano, che Gesù Criſto veniſſe una volta » a liberargli, e ad aprir loro il Paradiſo, che per il peccato di Adamo, » anche per eſſi era ſerrato . . . Gesù appena giunto in quel luogo, comunicò » ad eſſe tutta la beatitudine, che conſiſte in vedere Iddio ». D. *Quid ſignificant verba illa*, deſcendit ad inferos? M. *Significant, animam Jeſu Chriſti, dum corpus in ſepulcro manebat, deſcendiſſe in limbum Sanctorum Patrum, qui locus, quia ſubterraneus erat, appellatur infernus.* D. *Quid agebant Sancti Patres in eo loco?* M. *Detinebantur, quin dolorem ſenſus ullum paterentur, expectabantque, ut Jeſus Chriſtus aliquando eorum liberandorum cauſſa veniret, eiſque aperiret paradiſum, qui ob Adæ peccatum eis etiam occluſus erat* . . . . . *Statim atque Jeſus in eum locum pervenit, participes eos fecit beatitudinis conſiſtentis in intuitiva viſione Dei*. Ac de Lucenſibus quidem Catechiſmis hactenus.

2 Confer Synodos Lucenſem ſub Job Bapt. Raynoldo *an.* 1646. *edit. Lucenſis ejuſd. anni pag.* 76. & ſub Julio Card. Spinula *an.* 1681. *pag.* 342. *edit. item Lucenſis*, & ſub Card. Bonviſio *an.* 1700 *edit. Luc. ejuſd. anni pag.* 54. & ſub Fabio Colloredo *an.* 1716 *pag.* 7. *edit. Luc. ejuſd. an.* & *in App. pag.* 164. *ſeq.*

receſſuros [1]; neque Cadonici novum dogma, ut in rem ſuam publicam importetur, laturos; neque ſibi quacumque de re judicium ſumturos contra atque omnis Italia, Pontificeſque in primis Maximi judicaviſſent.

His acceptis nunciis, Mamachius multis ſe nominibus Juſtiniano devinctum eſſe teſtatus, poſtulat ab eo, ut ſibi abire liceat. Facta poteſtate diſcedit, ac Viterbium [2] primum, poſt Nepetam [3], deinceps Civitatem Caſtellanam [4], Narniam [5], Interamnam [6], Spoletum [7], ac denique Fulginium [8] petit. Cum earum Urbium Eccleſias omnes, prætereaque Tuſcanienſem [9], Sutrinam [10], Hortanam [11] paratas eſſe intellexiſſet adverſus quem-

1 S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis ſec. XI. extant Rhithmi de Geſtis Domini Jeſu Chriſti editi ab Luca Wadingo poſt Hiſtor. Vitæ *ejus Sancti pag.* 183. *edit. Rom. an.* 1657. quorum prior ſic habet.

Dominus ab Inferis victor reſurgebat,
Hinc captivos eruens, quos limbus habebat.

Alter vero *pag.* 229.

Die autem tertio Chriſto reſurgente,
Captivos ab Inferis ſecum educente &c.

2 Vide Synodos Tuſcanienſes, & Viterbienſes an. 1584. ſub Carolo Montilio *edit. Viterb. an.* 1585. *p.* 11. & 13. & *an.* 1614. & 1624. ſub Tiberio Muto *edit. Viterb. p.* 12. & *an.* 1694. ſub Urbano Card. Sacchetto *edit. Rom. an.* 1694. *pag.* 115. & *an.* 1724. ſub Adriano Sermattheo *edit. Viterb. pag.* 30. & *ann.* 1742. ſub Alexandro de Abbatibus *edit. Rom an.* 1743. *pag.* 14.

3 Conſule Synodos Nepeſinas, & Sutrinas ſub Julio Card. Spinula *an* 1671. *pag.* 167. quo loco ſic habetur de Servatore generis humani Chriſto: *coll' anima diſceſe al limbo per liberare i Santi Padri*. Hoc eſt: » anima deſcendit in » limbum ad liberandos Sanctos Patres ». Et an. 1762. ſub Philippo Mornato Epiſcopo *edit. Rom. an.* 1763. *pag.* 11.

4 Confer Synodum Civitatis Caſtellanæ, & Hortæ an. 1626. ſub Angelo Gozadinio *edit. Roncilion. an.* 1627. *pag.* 10.

5 Adi Synodos Narnienſes an. 1625. ſub Joh Bapt. Tuſco de Benettis *edit. Interamn. an.* 1625. *pag.* 9. Nicolaus Terzagus Epiſcopus Narnienſis ſubſcripſit Synodo Romanæ ſub Bened. XIII. Vide *pag. ejus Syn.* 116.: Mitto de ceteris ejus Diœceſeos Synodis dicere, ne longus plus nimio videar.

6 Synod. Interamnenſis ann. 1640. ſub Hyppolito Andreaſio *edit. Interamn. ann.* 1641. *pag.* 91. Theodorus Pongellius Epiſc. Interamn. ſubſcripſit Synodo Romanæ modo laudatæ *pag.* 117.

7 Spoletana ſub Petro Urſino *an.* 1583. *edit. Perus. an.* 1584. *pag.* 176. *verſa*, & ſub Laur. Caſtruccio *an.* 1621. *edit. Peruſ pag.* 107. Carolus Hyacintus Laſcares Epiſc. Spolet. ſubſcripſit Synodo Rom. *an.* 1725. *pag* 115.

8 Synodus Fulginatenſis ab Epiſcopo Baptiſtellio habita *edit. Fulginat. anni* 1764. *pag* 50. Is Antiſtes Baptiſtellus procuratore uſus ſubſcripſit etiam Synodo Romanæ ſæpius a nobis laudatæ. Vide *Act. ejus Synodi pag.* 119.

9 Vide ſupra *not.* 2. *hujus paginæ*.

10 Vide ſupra *not.* 3. *hujus paginæ*.

11 Vide *not.* 4. *hujus paginæ*. Joh. Franciſcus Tenderinus Epiſc. Hortan. & Caſtell. ſubſcripſit Synodo Romanæ *pag.* 116.

Digitized by Google

quemque pro vetere, eoque communi dogmate pugnare; ſit ab Sociis, qui Etruriæ, Umbriæque parte peragrata ad eum reverterant, certior: Volaterranos [1], Miniatenſes [2], Florentinos [3], Arretinos, Politianos [4], Cortonenſes [5], Peruſinos etiam [6], Civitatiſque plebis incolas [7], Aſſiſinates [8], Nucerinos [9]; Reatinos [10] in myſteriis ponere, credere, ac profiteri [11] nemini ante Chriſti Servatoris mortem aditum patuiſſe ad felicem illam aſpectu Dei, omnique gaudio cumulate beatam vitam. Nunciatur item ei ab Sociis: ipſos cum Florentiæ agerent, ſeque ad Sancti Marci viſendæ Bibliothecæ cauſſa contuliſſent, ibique Dominicanum quemdam neſcio quid

1 Synodus Volaterrana ſub Octavio del Roſſo *an.* 1684. *edit. Senen an.* 1685. *pag.* 4. Epiſcopus Volaterranus Ludovicus Maria Pandolfinus ſubſcripſit Synodo Romanæ *pag.* 116. Vide etium Syn. Collenſem an. 1671. ſub Joh. Bonaccurſio *pag.* 6 *edit. Senen.*

2 Miniaten. an. 1707. ſub Joh. Maria Poggio *edit. Lucen. an.* 1711. *pag.* 7. 17.

3 Synod. Florent. an. 1619. ſub Joh. Marſimediceo *edit. Florentina an.* 1619. *P.* 1. *pag.* 6. Et ſub Franciſco Nerlio *an.* 1656. *edit. Flor. pag.* 58. Antoninus Reginaldus laudat Syn. Arret. an. 1597. Catechiſmum Rom. proponentem.

4 Synodus Politiana ſub Talento Epiſcopo *an.* 1645. *edit. Senen. an.* 1650. *pag.* 45.

5 Cortonenſis ſub Joſepho Cei *ann.* 1697. *edit. Peruſina ann.* 1699. *pag.* 20. Joh. Bapt. Puccinius Epiſcopus Cortonenſis per procuratorem, ut dicere ſolemus, Synodo Romanæ ſubſcripſit *pag.* 119.

6 Synod. Peruſinæ ann. 1600. ſub Neapoleone Comitolo *edit. Peruſ. ejuſd. anni pag.* 121. & *an.* 1632. ſub Coſmo Card. de Torres *edit. Peruſ. an.* 1632. *pag.* 270. Vitalis Joſephus de Bobus Epiſcopus Peruſinus ſubſcripſit Synodo Romanæ per Procurator. Vide *Synod. ejuſd. Act. pag* 119. *edit. an.* 1725. Hinc commodo rudium, ac puerorum typis recuſus Peruſii eſt Bellar. Catechiſmus.

7 Conſule *Conſtitutiones Diœceſana Synodi habita in Civitate plebis a Fauſto Guidotto an* 1721. *edit. Peruſ. cap.* 11. *pag.* 9. Idem Guidottus qui jam in Synodo ſua ſtatuerat, *tradi Doctrinam Chriſtianam oportere juxta Compendium Card. Bellarmini*, idipſum Synodo Romanæ conſentiens *pag.* 115. ſubſcribenſque firmavit.

8 Simeon Palmerinius Archiepiſcopus Aſſiſinatenſium Synodo Romanæ anno 1725. conſentiens ſubſcribi ſuo nomine curavit a Matthæo Scagliono Sacroſanctæ Baſilicæ Lateranenſis Canonico.

9 Vide Synodum Nucerinam ſub Simone Lunadoro *an.* 1608. *edit. Senenſis an.* 1609. *pag.* 13. Joh. Bapt. Chiappè Epiſcopus Nucerin. in Umbria Synodo Romanæ ſubſcribens, populis Catechiſmum Bellarmini, diſcendorum religionis dogmatum cauſſa, proponendum judicarit, neceſſe eſt.

10 Confer Synodos Reatinas an. 1645. ſub Georgio Bolognetto *edit. Roman. an.* 1647. *pag.* 9. & *an.* 1678. ſub Hippolyto Vincentinio *edit. Interamn. an.* 1679. *pag* 9. & *an.* 1720. ſub Seraphino Camarda *edit. Reat. anni ejuſd. pag.* 15. Is Epiſcopus ſubſcripſit Synodo Rom. an. 1725. ut ex ejus Synodi Actis liquet *p.* 117.

11 Conſule Synodales Conſtitutiones Farſenſes an. 1604. ſub Card. Alexandro Perettio *edit. Rom. ejuſd. anni pag.* 19. & *an.* 1685. ſub Card. Carolo Barberino *edit. Rom. an.* 1686. *pag.* 25.

Digitized by Google

quid legentem offendiſſent, atque una collocuti eſſent, eique expoſuiſſent, cujus demum rei quærendæ gratia in Etruriam veniſſent, idque ſe ab eo petere dixiſſent, ut ſi quarum Synodorum decreta, ſi quos Catechiſmos alicubi ſervari ſciret, de eorum ipſos notitia ne fruſtraretur; hoc ab eo reſponſum tuliſſe: Ab ſe, qui Etruſcus non ſit, recenſque in Etruriam venerit, fruſtra quidquam de rebus Etruſcorum peti. Id ſe tamen unum eos docere poſſe, quod ſperet, ipſis utilitati, & emolumento fore. Nam ſi nihil fortaſſe aliud, at hoc ſaltem eos inde commodi capturos, ut ne ſit neceſſe eorum aliquem tranſmittere in Sardiniam. Sic igitur ſibi perſuadeant: Sardorum, de animabus in ſinu Abrahæ ante Chriſti deſcenſum ad inferos conſtitutis, eamdem eſſe atque Eccleſiæ Romanæ ſententiam. Se, qui Conſtitutiones Synodales, atque Catechiſmos Metropoleos Calaritanæ perlegerit [1], quique aliquamdiu cum ceteris Sardis egerit, perſpecta ſibi, atque explorata narrare. Sed hæc docentem fuiſſe, qui interpellarent, quærique ipſum ab Allobrogibus quibuſdam dicerent. Eum vero, qui

1 » Conſtituciones Synodales del Arzobiſpado de Caller Hechas, y Ordenadas por el Illuſtriſſimo &c. Don Fr. Bernardo de Cariñena, e Ypenza Arzobiſpo de Caller &c. En la Synodo, que celebrò en ſu Santa Igleſia Metropolitana, y Primacial a los 7. de Henero del año 1715. » Hoc eſt: *Conſtitutiones Synodales Archiepiſcopatus Calaritani facta, atque præſcripta ab Illuſtriſſimo &c. D. Fr. Bernardo de Carinena, & Ypenza Archiepiſcopo Calaritano &c. in Synodo, quam celebravit in ſua Sancta Metropolitana, & Primatiali Eccleſia die 7. Januarii an. 1715. Titulo harum Conſtitutionum* I. *cap.* III. quod quidem caput de *Doctrina Chriſtiana inſcribitur*. *Art.* V. qui eſt de deſcenſu Chriſti ad Inferos *pag.* 17. hæc leguntur. » Las almas de los Patriarcas, » y Profetas, y otros Santos, que murieron antes de la venida de Chriſto, los quales, aunque no tenian, que pagar, no podian entrar en el Cielo, haſta que Chriſto abrieſſe ſus puertas... eſtavan en el limbo de los ſantos, que ſe llamava el ſeno d'Abrahan, donde eſtavan en repoſo, eſperando con alegria la venida del Redentor... Bajò Chriſto nueſtro Redentor al limbo de los Santos Padres, de donde los ſacò, parà llevarlos conſigo al Cielo. Quorum quidem verborum hæc eſt omnino ſignificatio: *Animæ Patriarcharum, & Prophetarum, & aliorum Sanctorum, qui mortui fuerant ante adventum Chriſti (quibus etſi nihil eſſet ſolvendum, non poterant tamen ipſæ in Cælum ingredi uſque dum Chriſtus ejus fores aperuiſſet) manebant in limbo Sanctorum, qui appellabatur ſinus Abrahæ, ubi erant in requie* SPERANTES *cum lætitia Redemtoris adventum. Deſcendit Chriſtus Redemptor Noſter in limbum Sanctorum Patrum* (quem ſubterraneum eſſe locum Synodus ibidem docet *p.* 16. *ſeq.*) *unde eoſdem eruit, ut eos ſecum in Cælum transferret.*

qui antiquis eſſe, ſuaviſſimiſque moribus videretur, Sociis Mamachii comiter, benigneque valere juſſis, abiiſſe. Ab Sociis autem ipſis cum alter Dominicanus, qui tum forte fortuna ſupervenerat, de eo eſſet interrogatus, intellectum fuiſſe: Thomam illum eſſe Nattam, qui Archiepiſcopatu Calaritano ſe abdicarit, inque Ordinem, quem profeſſus antea fuiſſet, redierit; quod virtutis cauſſa obſcurus in ſolitudine conſidere, quam in luce hominum cum dignitate verſari mallet. Additum vero mox ab altero illo Dominicano fuiſſe, nolle ſe quidquam prætereà de illius Præſulis laudibus dicere; propterea quod proſpiceret, id ſi efferretur, eum eſſe ægerrime laturum.

III. Triduo cum Mamachius, Sociique Fulginii conſtitiſſent, nuncium ab Hieronymo Baldaſſinio Patritio Æſino acceperunt, veniſſe eum Æſio pridie veſperi, ac niſi de via feſſus eſſet, continuo ad eos fuiſſe venturum. Id illi cum audiſſent, nullam moram interpoſuerunt, quin hominem viderent ipſis & ſtudiis iiſdem fere, & vetuſtate amicitiæ conjunctum. Itaque confeſtim ad eum ire perrexerunt. Quem ut convenere, complexi amicorum more, aliquamdiu jocantem liberaliter, ac de ſe, de ſuo itinere, deque controverſia, quæ ei cum Vecchietto Auximate de Gregorii Magni Epiſtolis quibuſdam erat, multa belle, atque feſtive diſſerentem libenter audierunt; quærentemque deinceps, unde tam ſubito orta ipſis peregrinandi voluntas eſſet, conſilii participem fecerunt, utque ne ſe celaret, quid ea de re ferat Picentum ſententia, rogarunt. Ad hæc ille unum modo reſpondit: ſcire certo ſe, Firmanis [1], Ripa-

o o nis

1 Synodus Provincialis Firmana *an.* 1716. *edit. Firm. an.* 1727. *pag.* 3. ſtatuit, ut Parochi &c. *pueros erudiant in myſteriis Fidei, qua in re inſtructione edita in noviſſimo Concilio Romano, quantum pro regionis, & temporum opportunitate licebit, utantur*. Cujuſmodi autem ea ſit Romani Concilii *Inſtructio*, vidimus *ſupra pag.* 251. *hujuſce operis in notat.* Hujus Firmanæ Synodi Decretis conſenſere, ac ſubſcripſere Epiſcopi *Suffraganei*, quos vocant, Alexander Maceratæ, & Tolentini, Lucas Montiſalti, Gregorius Ripanus, & Cæſar Septempedanus.

nis Tranſonenſibus [1], Æſinis ſuis [2], Auximatibus [3], Montaltinis [4], Aſculanis [5], Septempedanis [6], Camertibus [7], Mace-

1 Vide Synodum Ripanam ann. 1689. ſub Georgio Maynardo, *edit. Firm. an. 1691. pag.* 174. Confer etiam notationem ſuperiorem.

2 Synodus Æſina habita an. 1658. ſub Card. Alderano Cybo, edita Anconæ *an.* 1665. *pag.* 16. præſcribit, *ut Ludimagiſtri ex Patris Caniſii, & Euſebii Nierembergh Catechiſmis, vel aliis fidei noſtræ documenta haurienda diſcipulis proponant*. Nierembergiani Catechiſmi hæc eſt inſcriptio: *Pratica del Catechiſmo Romano &c.* Vide *edit. opp. Nierembergii Venetam ann.* 1715. *volum.* III. *pag.* 9. *lectione de Articulo Symboli Apoſtolici* v. *Deſcendit ad inferos*, qua quidem in *lectione* ſic habetur: » Sebbene (le anime de' Patriarchi, e de' Profe» ti, e degli altri Santi, che morirono prima della venuta di Criſto) non » aveano debito alcuno, nondimeno elle non potevano entrar nella gloria, » e nella eterna beatitudine, finchè Criſto Signor noſtro colla ſua morte, e » colla ſua paſſione non apriſſe la porta della vita eterna, e però erano nella » parte più alta (dell' Inferno) chiamata limbo de' Santi, o per altro nome il » ſeno di Abramo, ove non pativano pena alcuna, anzi godevano un dolce » riposo aſpettando la venuta del Signore. Non HA DUBBIO dunque, che » Criſto noſtro Redentore, dopo la morte ſua ſceſe al limbo de' Santi Pa» dri, e ſubito gli reſe beati ». *In Inſtitutionibus Chriſtianæ pietatis, ſive abbreviato Catechiſmo Petri Caniſii edit. Veneta ann.* 1590. *pag.* 4. quo loco numerantur articuli fidei Symbolo comprehenſi, hæc leguntur. *Deſcendit ad Inferos ſecundum animam, ut mortis, & ſatanæ devictorem, & Patrum liberatorem ſe oſtenderet*. Idem Caniſius in libro inſcripto: *Auctoritatum S. Scripturæ & SS. PP. quæ in ſumma Doctrinæ Chriſtianæ* Petri Caniſii citantur *tom.* 1. *De Fide, & Symb. n.* XIII. *pag.* 58. *Quid credendum*, inquit, *profert v. Art. Deſcendit ad Inferos? Chriſtum, docet, poſtquam mortuus eſſet in cruce, ſecundum animam quidem ad inferos uſque penetraſſe, tum ut mortis ac ſatanæ devictorem, tum ut PP. in limbo ſedentium liberatorem ſeſe declararet*. Confer etiam Synodum Æſinam an. 1683. ſub Card. Petruccio *edit. Macerat. an.* 1695. *pag.* 6. *& Synod. an.* 1727. ſub Antonio Fonſeca *edit. Æſinæ an.* 1728. *pag.* 176. *ſeq.*

3 Synodus Auximana ann. 1593. ſub Antonio Maria Gallo S. R. E. C. *edit. Peruſ. an.* 1694. *pag.* 13. *&* 14. *verſa & an.* 1661. ſub Antonio S. R. E. Card. Bichio *edit. Macerat. an.* 1661. *pag.* 108. *& an.* 1721. ſub Card. Spada *edit. Lucenſis an.* 1722. *pag.* 7. ubi hæc habentur: *Parochi Catechiſmum juſſu s Pii V. editum frequenter legant, & meditentur*: *& pag.* 8. quo loco ſtatuitur, ut iidem Parochi *præſertim pueros doceant juxta methodum* AUREI LIBRI *Card. Bellarmini*, *& juxta regulas datas* (ex edict. Urb. ſub Clem. XI 13. Sept. 1713.) *ut unus in omnibus Eccleſiis ordo ſervetur*. Confer *& pag.* 201.

4 Synodus Montiſalti ſub Aſcanio Paganello *an.* 1676. *edit. Macer. an.* 1676. *pag.* 201.

5 Synodus Aſculana ann. 1688. ſub Joſepho Salluſtio Fadulfo *edit. Roman. an.* 1690. *pag.* 164. commendat Parochis Catechiſmi Romani meditationem, *& Syn. an.* 1718. ſub Joh. de Gambis *edit. Aſculana an.* 1719. *cap.* III. *pag.* 12. *&* 13. laudat Inſtitutiones Doctrinæ Chriſtianæ s. Caroli Borromæi, de quibus agam poſt opportune, ac diligenter.

6 Synodus Septempedana an. 1733. ſub Dionyſio Pieragoſtinio *edit. Camer. an.* 1735. *pag.* 3. *ſeq.*

7 Synodus Camerin. *a Clemente X. P. M. tunc Eccleſiam Camerinenſem moderante an.* 1650. *habita, & novis Appendicibus ab Eminentiſs. Card. Franſonio aucta in Synodali conventu an.* 1672. *edit. Rom. an.* 1673. *P.* III. *pag.* 179. *Inſtruct. ad Parochos de tradenda Doctrina Chriſtiana, rebuſque neceſſariis ad ſalutem*. » Dopo queſto, *inquit* (*che ſpetta al miſterio della SS. Trinità*), ſi de» ve inſegnare il miſtero della Incarnazione &c. che il N. S. G. Criſto eſ» ſendo

Maceratenſibus [1], Recinetenſibus, Lauretanis [2], & Anconitanis [3] ea, quæ ab Catechiſmis Romano, ac Bellarminiano in myſteriis, dogmatibuſque Eccleſiæ numerantur, adeo eſſe cordi, ut eadem ne a pueris quidem ignorari ferant. His cognitis rebus, Baldaſſinio multis verbis gratias agunt, eique ad Urbem contendenti bene precati, ominanteſque fore, ut id iter felix ipſi, fauſtum, atque fortunatum eſſet, domum revertunt, poſtridieque Fulginio profecti noctem diei properantes conjungunt, neque intermittunt iter, quoad Piſaurum perveniunt. Ibi ab Hannibale Oliverio viro genere, virtute, eruditione, doctrina illuſtri intellexere, cœtus omnes orthodoxorum, qui eas urbes incolunt, quæ in ditione olim Ducum Urbinatum erant, ut Urbinatem [4], Piſaurenſem [5], Fanenſem [6], Senogallienſem [7], s. Leonis,

 ſeu

» ſendo morto, fu, quanto al corpo, poſto nel ſepolcro, E COLL' ANIMA » DISCESE AL LIMBO A LIBERARE I SANTI PADRI ». *Poſt hac* (quæ ſpectant ad myſterium SS. Trinitatis) *tradi debet doctrina de Incarnationis myſterio . . . D. N. J. Chriſtum, cum eſſet mortuus, quantum ad corpus fuiſſe poſitum in ſepulcro, & anima deſcendiſſe in* LIMBUM AD LIBERANDOS SANCTOS PATRES. Confer rurſum Synod. Septempedanam, cujus eſt a nobis notatione ſuperiore facta mentio *pag.* 101. *ſeq.*

1 Confer Synodum Maceratenſem, & Tolentinenſem an. 1687. ſub Fabricio Pauluccio *edit. Macerat. ejuſd. anni pag.* 16.

2 Synodus Lauretana, & Recinat. ſub Card. Roma ann. 1626. *edit. Venet. an.* 1715. *pag.* 4.

3 Confer Synodos Anconitanas ann. 1675. ſub Joh. Nicolao de Comitibus edit. *Ancon. an. ejuſd. pag.* 183. *& an.* 1726. ſub Card. Buſſio *edit. Rom. an.* 1727. *pag.* 11. *& an.* 1708. ſub Card. de Aſte cum Append. cujus poſtremæ Synodi Conſtitutiones auctæ, & confirmatæ fuerunt a Card. Maſſæo *ann.* 1738. *edit. Ancon.* 1738. *pag.* 23. *& in App. pag.* 21. *ſeq.*

4 Vide Synodum Urbinatenſem ſub Aſcanio Maffejo *an.* 1648. *edit. Urbin. an.* 1649. *pag.* 13. & ſub Antonio Guglielmo *ann.* 1753. *edit. Urbinat. ejuſd. anni tit.* II. §. IV. *pag.* 9. quo loco ſic ſtatuitur: *Ceteros inter libellos Chriſtianæ Doctrinæ rudimenta exhibentes, eum ab omnibus eligi volumus, quem Card. Bellarminus juſſu Clem. VIII. P. M. concinnavit, ediditque, quem Clemens XI. (Edict. Almæ Urbis* 13. *Sept.* 1713. §. 3.) *Innocentius XIII. (per Sac. Congr. Epiſc.* 18. *Febr.* 1724.) *ac nuperrime Bened. XIV. (Conſt. Etſi. §. Clemens) magnopere commendarunt.* Confer etiam ejuſd. Synodi *pag.* 356. *ſeqq.*

5 Conſule *Conſtitut. Synodales Eccleſiæ Piſaur. edit. Piſaur. an.* 1580. *pag.* 95. & Synodos an. 1660. ſub Joh. Lucido Palumbaria *edit. Piſaur. ejuſdem anni pag.* 55. *& an.* 1742. ſub Humberto Aloyſio Radicato *edit. ejuſd. anni pag.* 5.

6 Synod. Fanen. ann. 1613. ſub Thoma Lapio *pag.* 27. *& an.* 1702. ſub Joh. Bapt. Giberto *edit. Fanen. ejuſd. anni pag.* 96.

7 Synod. Senogall. ſub Franciſco Antonio Barberinio *an.* 1627. *edit. Rom. ejuſd. anni pag.* 6. *& an.* 1727. ſub Bartholomæo Caſtellio *edit. Senog. ejuſd. anni pag.* 7. *& ann.* 1737. ſub Rizzardo Iſolanio, qui Synodum Cardin. Barberinii reſtituit, ac confirmarit, *edit. Rom. an.* 1737. *pag.* 7.

Digitized by Google

ſeu Feretranum, Iguvinum [1], Foroſempronienſem [2], Tifernatem [3], Callienſem, Urbanienſem [4] quam longiſſime a novo Cadonici dogmate abeſſe, idque credere, atque tueri, quod Eccleſiæ ceteræ de liberatis deſcenſu Chriſti ad inferos, auctiſque beatitate animabus ſanctorum Veteris Teſtamenti Patrum profitentur.

Flaminia deinceps omni percurſa, & [5] Ariminenſium

1 Epiſcopus Eugubinus ſubſcripſit Synodo Romanæ ſub Bened. XIII. an. 1725. Vide Acta ejus Synodi *pag.* 115.

2 Synod. Foroſempron. ſub Joh. Baptiſta Zeccadoro *an.* 1659. *edit. Bonon. an.* 1660. *pag.* 27.

3 Synod. Civitatis Caſtelli, ſeu Tiferni ann. 1674. ſub Joſepho a s. Maria de Sebaſtianis *edit. Rom. an.* 1675. *pag.* 51. & *an.* 1728. ſub Alexandro Franciſco Codebò *edit. Urbin. ejuſd. anni pag.* 7.

4 Synod. Urbanien. & s. Angeli in Vado an. 1689. ſub Petro Baruſio *edit. Urbin. an.* 1693. *pag.* 3.

5 Vide Michaelis Timothei Ariminenſis *Speculum Ordinandorum pag.* 10. *edit. Veneta an.* 1592. Idem Timotheus in *Elucidatione Hymnor. Eccleſiaſticorum* ad ſtrophas duas Hymni Dominicæ in Albis: *pag.* 282. *edit. Rom. an.* 1602.

O vere digna hoſtia,
Per quam fracta ſunt tartara,
Redemta plebs captivata
Reddita vitæ præmia.
Cum ſurgit Chriſtus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et reſerans paradiſum.

» Chriſtus, *inquit*, poſt paſſionem ſuam deſcendit ad inferos, quos fregit, » ſpoliavitque, ſecumque ſpolia eorum ad cælum adduxit, videlicet non ſontes, ſed pias animas, quæ hic ab Eccleſia gens captivata nuncupantur, ut » verificaret, quod in ſpiritu dixit David de Chriſto, nempe: *quia portas* » *æreas confregit*, infernumque viſitavit, quique *aſcendens in altum captivam* » *duxit captivitatem*. Per hanc ergo hoſtiam ſacram tartara, ideſt inferna fra- » cta ſunt, & per hanc ſimiliter hoſtiam *plebs Captivata, ideſt* ANIMÆ SAN- » CTORUM PATRUM, SCILICET ABRAHAM, ISAAC, JACOB, MOY- » SI, DAVIDIS, ac aliorum quam plurimorum piorum detentæ ibi, ſunt re- » demptæ, ac per eam AD PRÆMIA VITÆ ADDUCTÆ.... Animæ San- » ctorum tunc ad eum, & ad PRÆMIA ÆTERNA EVOLARE CŒPERUNT ». Eodem pertinent, quæ Joſephus Malateſta Garuffius Archipresbyter, & Parochus Ariminenſis complexus eſt eo opuſculo, quod inſcripſit *il Parroco all' Altare edition. Veneta an.* 1707. *pag.* 90. *Diſceſe*, inquit, *Gesù Criſto coll' anima al limbo per viſitare, e liberare i Santi Padri, che con tanto deſiderio l' aſpettaveno.* » Deſcendit J. C. animâ in limbum viſitandorum, liberandorum- » que Sanctorum Patrum cauſſa, qui eum tanto deſiderio præſtolabantur ». Extat ejuſdem opus alterum inſcriptum: *Il Parroco Catechiſta*, editumque Venetiis an. 1702. cujus opuſculi *p.* 213. *ſeqq.* ſtatuitur, articulum quintum ſymboli *deſcendit ad inferos*, intelligi oportere *de deſcenſu Chriſti ad limbum Sanctorum Patrum, quo horum animas liberaret, atque in paradiſum adduceret*. Johannes Antonius S. R. E. Card. De Via in Synodo habita *an.* 1724. *Actor. ipſius Synodi edit. Arimin. ejuſd. anni pag.* 144. Parochis edicit, ut populum doceant juxta formam a Tridentina Synodo in Catechiſmo Romano præſcriptam.

ſium, Ficoclenſium, ſeu Cervienſium [1], Sarſinatum [2], Cæſenatum [3], Forolivienſium [4], Ravennatum [5], quorum eſt Præſes Sacrorum Metropolita, Faventinorum [6], Forocornelienſium [7] in communi doctrina firmitate, atque conſtantia perſpecta, Bononiam contenderunt. Ibi Mamachius cognoſcit de Synodis ejus Eccleſiæ [8], deque Ca-

1 Synod. Cervienſis ſub Octavio a s. Cruce *an.* 1577. *Tit. de Parochis* Catech. Romanum proponit.

2 Synodus Sarſinaten. ſub Joh. Baptiſta Braſchio *an.* 1708. *edit. Foroliv. anno* 1710. *cap.* 1. §. 14. *pag.* 12. » Parochi, & Parochiali munere defungentes » ſingulis diebus feſtis . . . per horam rudimenta fidei edoceant ad normam » libelli dicti *Dourina Criſtiana del Card. Bellarmino*.

3 Synodus Cæſen. ſub Card. Denhoffio *anno* 1693. *edit. Caſen. anno* 1695. *pag.* 214. Parochis commendat Catechiſmum Romanum.

4 Synod. Foroliv. ſub Joh. Raſpono *an.* 1692. *edit. Foroliv. ejuſd. an. pag.* 36. nititur Catechiſmi Romani auctoritate. Epiſcopus Forolivienſis ſubſcripſit Synodo Provinciali Ravennatenſi an. 1568. ſub Jul. Feltrio de Ruvere S. R. E. Card. proponenti Catech. Romanum. Vide *Laderch. to.* XXIII. *Annal. pag.* 361.

5 Confer Ravennatenſe Concilium Provinciale ſub Jul. Feltrio S. R. E. Card. *edit. Rom. ann.* 1569. *pag.* 25. quo loco commendatur Parochis ad explicandum Chriſtianæ plebi Catechiſmus Romanus. Synod. Diœceſ. ſub Card. Petro Aldobrandino *an.* 1607. *edit. Veneta ejuſd. anni pag.* 9. *Nullus alius Doctrinæ Chriſtianæ libellus pueris addiſcendus proponatur, niſi is, quem Cardinalis Bellarminus ſuperioribus annis edidit*. Confer etiam Synodum an. 1627. ſub Card. Aloyſio Capponio *edit. Raven. ejuſd. anni pag.* 14. & ut ceteras prætermittam, quæ ſane perplures ſunt, conſule eam, quam ann. 1749. habuit Ferdinandus Guicciolus Archiepiſcopus, in cujus quidem Synodi Actis editis Piſauri *an.* 1751. *P.* 1. *cap.* VI. *pag.* 26. hæc leguntur: *Pueri in Eccleſiis coacti rudimentis imbuendi erunt adhibito in eam rem libello a V. Card. Bellarmino juſſu S. Mem. Clem. VIII. edito, cui initium eſt*: Siete voi Criſtiano? *Eoque dumtaxat uti licebit, aliis penitus interdictis*.

6 Synodus Faventina ſub Carolo Roſſetto *an.* 1647. *edit. Bonon. ejuſd. anni pag.* 19. & ſub Card. Nigrono *an.* 1694. *edit. Rom. an.* 1695. *pag.* 112. *& an.* 1748. ſub Antonio Cantonio, qui ſumma cum laude eam Eccleſiam regere, ac moderari pergit, *pag.* 4. *edit. Favent.* Sed modum faciam: nimius enim eſſem ſi omnes numerare vellem.

7 Synodus Imolenſis ſub Card. Gozadinio *an.* 1718. *pag.* 5. » Ludimagiſtri » aliquo die inter hebdomadam Catechiſmum Romanum diſcipulis explicent ».

8 Synodus Bonon. an. 1698. ſub Card. Jacobo Boncompagnio *edit Bonon. an.* 1699. *pag.* 6. Catechiſmum Bellarmini a Parochis populo tranſdi explicarique oportere monet. Atque Concilio quidem Ravennatenſi Provinciali a Julio Feltrio S. R. E. Card. de Ruvere an. 1568. habito, quo in Concilio Catechiſmus Romanus *Tit. de Seminario pag.* 25. *edit. Rom an.* 1569. Clericis proponitur, inter Epiſcopos, qui ei conſenſere, Gabriel etiam fuit Epiſcopus Bononienſium. Eſt vero hæc ſeries Antiſtitum, qui ei ſe Concilio aſſentiri ſubſcribendo teſtati ſunt, ut legere cuique apud Laderchium licet *to.* XXIII. *Annalium Eccleſiaſticorum ad an.* 1568. *pag* 380. *edit. Rom. an.* 1733. Card. Moronus Mutinenſis Eccleſiæ perpetuus Adminiſtrator, Alexander Sfortia S.R.E. Card. Epiſcopus Parmenſis, Gabriel Palæottus S. R. E. Card. Epiſcopus Bononienſis, Lælius Sarſinenſis, Baptiſta Graſſius Regienſis, Alfonſus Roſettus Ferrarienſis, Scipio Sautacrucius Cervienſis, Julius Pariſanus Ariminenſis, Julius Adrienſis, Odovardus Cæſenatenſis, Franc. Imolenſis, Hercules Comaclenſis, Joh.

Catechiſmo, vulgato cura Proſperi Lambertini Archiepiſcopi, qui poſt Pontificatu Maximo potitus, indidit ſibi Benedicti XIV. nomen. Poſtridie ejus diei, quo in eam Urbem pervenit, ſociorum aliquos ad ſe vocat. Eis jubet, ut Ferrariam concedant, indeque uno aliquo ſuorum Mantuam miſſo, ceteri urbes, quæ ſub imperio ſunt Reipublicæ Venetorum, peragrent. Quid fieri velit, oſtendit. Docet præterea, iturum ſe brevi juſtis itineribus Mediolanum, neque ex ea metropoli pedem, quoad reverſi omnes ad ſe fuerint, elaturum. Socii dicto audientes, quod juſſi erant, iter ſuſcipiunt. Ipſe Mutinam [1], Regium, Parmam, Burgum S. Domnini

Joh. Baptiſta Faventiuus, Antonius Forolivienſis, Franciſcus Ruſticuccius Faneuſis, Joh. Baptiſta Uticenſis Archiepiſcopi Ravennatenſis *ſuffraganeus*, ſic enim vocant. Jam vero Jacobus S. R. E. Card. Boncompagnius in ea, cujus modo meminimus, Bononienſi Synodo Catechiſmum Bellarmini tradi a Parochis plebi, atque explicari oportere ſtatuens, eoque in genere tot Pontificum Maxim., totque excellentium Epiſcoporum exempla imitans, quod ad rem potiſſimum noſtram attinet, inſtitutum etiam eſt ſequutus Bononienſium Antiſtitum ſuperiorum. Nam iu eo libro, cujus hæc eſt inſcriptio: *Archiepiſcopale Bononienſe, ſive de Bononienſis Eccleſia Adminiſtratione, Auctore Gabriele Palaotto S. R. E. Cardinali &c.* edit. Rom. anno 1594. Part. II. *quæ ſpectat ad Fidem, Doctrinam Chriſtianam, & Prædicationem Verbi Dei cap.* v. *De Symbolo Fidei pag.* 18. hæc leguntur: » Quinto articulo: *deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis*, quid credendum proponitur »? Jam vides, quæri hoc loco, quæ ſit hiſce verbis ſymboli ſubjecta ſententia, ſeu quodnam ſit articulo illo ſymboli ejuſdem comprehenſum dogma. Attende nunc quodnam id dogma ſit. *R.* Significat *myſterium Chriſti reſurrectionis, qui ſecundum animam cum deſcendiſſet ad limbum ad liberandos Sanctos Patres, tertia a morte die, recepto vi ſua proprio corpore, revixit*. Jam tenes, quid articulus ille ſymboli ſignificet, ſeu quodnam ſit articulo illo contentum, ex Eccleſiæ Archiepiſcopalis Bononienſis doctrina, Cardinali Palæotto, qui Synodo Tridentinæ interfuit, teſte, dogma. Bened. XIV. P. M. cum S. R. E. Cardinalis adhuc eſſet, Eccleſiamque Bononienſem moderaretur in libello inſcripro: *Dottrina Criſtiana per la Città, e Dioceſi di Bologna riveduta di nuovo, corretta, e ampliata per ordine dell' Eminentiſs. Card. Lambertini Arciveſcovo, e riſtampata l' anno* 1741. *in detta Città pag.* 41. verba illa, quæ ex Catechiſmo Palæotti deſcripſimus, ſic italice reddi voluit: M. *Che ſignifica il quinto* (Articolo) *cioè diſceſe all' Inferno, il terzo dì reſuſcitò da' morti*? D. *Il miſtero della reſurrezione di Criſto, il quale coll' anima diſceſe al limbo per liberare i Santi Padri, il terzo dì dopo la morte ſua, ripigliando il corpo per virtù propria, ritornò vivo*.

1 De Mutinenſibus, Regienſibus, Parmenſibus vide ſupra *not.* 8 *pag.* 291. Vide etiam Synodum Nonantulanam an. 1688. ab Joh. Card. de Angelis celebratam *pag.* 7. ex qua intelliges, quid ſentiant ii, qui in ditione ſunt Abbatis Nonantulani. Cum hæc ſeriberem, ſignificatum eſt mihi, prætermiſſam a me, quo tempore de Synodis, & Catechiſmis Eccleſiarum Regni Neapolitani agebam, fuiſſe mentionem Synodorum Crotonenſis ab Cajetano Coſta

nini [1], Placentiam [2], Laudam Pompejam [3], ac poſtremo Mediolanum petit. In hiſce urbibus, cum Mamachius quæreret, quid cives de Patrum Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ ſtatu ante Chriſti mortem ſentirent, ſic reperiebat. Ab eis myſteriorum, dogmatumque Religionis haberi loco, quæ in myſteriis, dogmatibuſque ab Catechiſmo Romano, eoque etiam, qui Bellarmini dici ſolet, numerarentur. Mediolanenſes in primis ita ſe a Borromæis Cardinalibus Carolo [4], ac Friderici-

Coſta an. 1729. habitæ *pag.* 9. *edit. Rom. an.* 1732. Anglonenſis an. 1728. ſub Hectore Quartio *edit. Neap. an.* 1729. *pag.* 8. & Umbriaticenſis *an.* 1727. *pag* 4. *edit. Rom. an.* 1729. parochis Catechiſmum Bellarmini ad explicandum populo proponentium.

1 Gerardus Zandemaria Epiſcopus Burgi s. Domnini, procuratore uſus, ſubſcripſit Synodo Romanæ an. 1725. Vide Acta ejus Synodi *edit. Rom. ejuſd. anni pag.* 120.

2 Confer Synodum Placentinam an. 1600. ſub Claudio Ranzonio *edit. Placent. ejuſd. anni pag.* 165. Vide etiam *not.* 8. *pag.* 295. *hujus vol.*

3 Hieronymus Epiſcopus Laudenſis ſubſcripſit Synodo v. Mediolanenſi ſub s. Carolo *an.* 1579. *tom.* xv. *Concilior. edit. Pariſ.* Labbei *an.* 1672. *pag.* 705. qua in Synodo *P.* 1. *num.* II. *de Præd. Verbi Dei & Doctrina Chriſtiana* ſtatuitur, ut *Parochi* docentes fidei dogmata populum, *Catechiſmi Romani doctrinam potiſſimum ſequantur pag.* 571. Dominicus item Laudenſis Antiſtes adfuit, conſenſitque Provinciali ſeptimæ Synodo Mediolanenſi habitæ a Friderico Borromæo S. R. E. Card. *an.* 1609. *pag.* 55. *edit. Actor. Mediol. an.* 1622. qua in Synodo *pag.* 9. præſcriptum eſt, *ut præter Scholas, in quibus prima fidei rudimenta traduntur, alia etiam in qualibet civitate conſtituantur, ubi illa eadem capita ab aliquo idoneo ſacerdote fuſius explicentur ad normam doctrinæ uberioris a Cardinali Bellarmino . . . editæ.*

4 In Provincialibus Synodis Mediolanenſibus omnino quinque; prima *anni* 1565. *Tit. qui libri a Clericis legendi*; ſecunda *an.* 1569. *Decr.* xxx. *tit.* 2. tertia *an.* 1675. *Tit. de Euchariſt. Tit. de Extr. Unct. Tit. de Ordine. Tit. de Matrimonio*; quarta *an.* 1576. III. *P. Tit. de Viſit. In Monitis ad Clericos.* & quinta an. 1579. de qua egimus notatione ſuperiore, doctrinam Catechiſmo Romano comprehenſam S. Carolus ſequitur, & ſuis ad ſequendum proponit. Idem edi juſſit libellum italice, cujus modo hæc eſt inſcriptio: *Interrogatorio della Dottrina Criſtiana ſtampato d' ordine di s. Carlo in eſecuzione del ſecondo Concilio Provinciale dell' anno* 1569. *con un' aggiunta del Sig. Card. Federigo Borromeo, e riſtampato per ordine dell' Eminentiſs. Sig. Card. Arciveſcovo di Milano.* Is autem libellus non pro Diœceſi Mediolanenſi ſolum, ſed pro Mediolanenſis Metropoleos provincia univerſa editus eſt. Decretum enim Synodi II. an. 1569. habitæ (*tit.* 1. *Decr.* II. *pag.* 544. *tom.* xv. *Concilior. edit. Pariſ. Labbei*) hujuſmodi eſt: *Libellus, quem unuſquiſque Epiſcopus in ſua Diœceſis Scholis eo nomine inſtitutis adhibere poterit, juſſu noſtro edetur.* Hujus libelli *pag* 7. exponitur P. 1. Artic. v. *deſcendit ad inferos*, huc modo: M. *Dove andò l'anima del noſtro Signor Gesù Criſto dopo la ſua morte?* D. *All' Inferno.* M *Che andò a fare?* D. *A liberare i Santi Padri dal limbo.* Deſcendit mox magiſter ad partem alteram articuli, *reſurrexit a mortuis*, atque interrogat: M. *Credi tu, che il noſtro Signor Gesù Criſto riſorgeſſe il terzo dì, rivaendoſi l' anima ſua ſantiſſima al ſuo benedetto corpo?* Ei autem ſic reſpondet diſci-

derico [1] fuiſſe doctos confirmabant. Interea nunciatur Mamachio adeſſe viros, qui oram Liguſticam omnem prætervecti, Albingaunum appulerant, poſtque, ut eis fuerat imperatum, terreſtri itinere Inſubriæ oppida quædam circumcurſarant. His ad colloquium vocatis, intelligit, Lunenſes, ac Sarzanenſes [2], Brugnatenſes,

diſcipulus: *Miſſersì*. De utraque autem parte querit Magiſter. M. *Che ne ſai tu?* Audit ex D. IO L' HO PER FEDE, M. *Dove il trovi tu*? D. NEL CREDO NEL QUINTO ARTICOLO. Verti autem hæc in latinam linguam ſic poterunt. M. *Quo ivit anima D. N. J. Chriſti poſt hujus mortem?* D. *Ad infernum*. M. *Quia ivit factura*? D. *Liberatura SS. Patres e limbo*. M. *Crediſne tu, D. N. J. Chriſtum reſurrexiſſe tertia die, rurſumque junxiſſe animam ſuam ſanctiſſimam corpori benedicto ſuo?* D. *Ita Domine*. M. *Qui tu ſcis*? D. *Id ego fide teneo*. M. *Ubi nam id tu reperis*? D. *In ſymboli Credo &c. Articulo quinto*. Viden', ut hæc fide s. Carolus tenenda dicat? *Ibid. pag.* 7. poſt explicationem Artic. VI. Magiſter ſic interrogat: M. *Chi menò ſeco (Gesù Criſto) in Cielo?* Diſcipulus vero interroganti reſpondet: *I Santi Padri, che ſtavano nel limbo*. Hoc eſt: M. *Quoſnam ſecum (J. C.) duxit in Cœlum*? D. *Sanctos Patres, qui fuerant in limbo*. Hunc s. Caroli Catechiſmum Eccleſiæ aliquot Regni Neapolitani adoptarunt ſibi, in primiſque Venuſina. Qua de re confer *not.* 4. *pag.* 274. *hujus vol.* Extat Catechiſmus alter italice item ſcriptus hoc titulo: *Catechiſmo della Fede Cattolica con un compendio per i fanciulli compoſto dal Rev. P. Acchille Gagliardi della Comp. di Gesù per commiſſione dell' Illuſtriſs. & Reverendiſs. Monſig. il Card. di s. Praſſede con privilegio di N. S. Papa Gregorio XIII. In Milano* 1584. Gregorius XIII. P. M. in litteris, quibus id privilegium conceſſit, cujus ſit in epigraphe ipſius Catechiſmi mentio: *Catechiſmum eumdem a Dil. Fil. Achille Gagliardo Presb. Soc. Jeſu ad inſtantiam dilecti filii Caroli Tit. s. Praxedis Presbyteri Card. Borromæi nuncupati, & ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ Eccleſiæ Mediol. Præſulis, ad Chriſtianæ Religionis augmentum, & fidelis populi conſolationem, & ſalutem editum, ac demum a Magiſtro Palatii Apoſtolici approbatum fuiſſe* teſtatur. Confer epiſtolam Gagliardii ad s. Carolum ſcriptam, eique Catechiſmo præfixam, qua in Epiſtola datum ille ſibi a Sancto viro in mandatis fuiſſe ſcribit, *che comprendeſſe i miſterj della ſanta Fede Cattolica in quel modo, che per divina rivelazione dalla ſanta Chieſa ci ſono propoſti, ſenza meſcolarvi opinioni controverſe*. Pagina ejus libelli 13. ſic habetur: M. *Che ſegue nel quinto Articolo del Simbolo*? D. *Diſceſe l' anima ſua ſantiſſima all' inferno per liberare i Santi Padri*. Hoc eſt. M. *Quid ſequitur in quinto?* Attende quid ſequatur. D. *Deſcendit anima ejus* (Chriſti) *ad infernum ad liberandos Sanctos Patres*. En qui ſit Articuli quinti ſenſus, atque adeo quodnam ſit dogma comprehenſum Articulo V. Symboli Apoſtolici.

1 Confer, quæ ſcripſimus ſupra *not.* 3. *pag.* 295. Synodo Mediolanenſi cujus *pag. & notation.* eadem meminimus, quamque a Card Friderico habitam diximus, ſubſcripſere Epiſcopi Cremonenſis, Laudenſis, Dertonenſis, Bergomas, Novarienſis, Viglevanenſis, Caſalenſis, Brixienſis, Aſtenſis, Alexandrinus, Aquenſis, Vercellenſis, Intimilienſis, & Albenſis.

2 Synodus Sarzanenſis ſub Johan. Baptiſta Spinula *an.* 1674. *edit. Maſſenſis pag.* 21. proponit Catechiſmum Romanum. Confer etiam Acta Synodorum an. 1568. ſub Benedicto Card. Laumellino, & an. 1642. ſub Proſpero Spinula. Epiſcopus Sarzanenſis, & Lunenſis ſubſcripſit Synodo Genuenſi an. 1574. de qua Synodo mox dicam. Quin etiam Nicolaus Cuſanus Epiſcopus Lunen., & Sarzanen. procuratore uſus ſubſcripſit Synodo Romanæ *an.* 1725. *pag.* 119. *Actor. Synodi edit. Rom. an. ejuſd.*

ſes [1], Genuenſes [2], Savonenſes [3], Naulenſes [4], Albingaunenſes [5], Dertonenſes [6], Bobienſes [7], Ticinenſes [8], Viglebanenſes [9] id de Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum limbo credere, quod Romana Eccleſia ſuis Catechiſmis comprehendiſſet.

Poſtridie ejus diei, quo die cum his colloquutus Mamachius fuerat, ille, quem Ferraria ab Sociis Mantuam dimiſſum diximus, Mediolanum venit. Renunciat, Ferrarienſes [10], ac Mantuanos [11] ab Catechiſmis

P p Roma-

1 Antonius Palietinus Epiſc. Brugnatenſis ſubſcripſit Synodo Genuenſi an. 1574. de qua Synodo ſeq. adnotatione agam.

2 Synodus Genuenſis Provincialis habita anno 1574. a Cypriano Pallavicino Archiepiſcopo *pag.* 59. Catechiſmum Romanum proponit. Extant ejus Synodi Decreta in Actis 1. Synodi Bobienſis an. 1740. celebratæ a Fr. Joſepho Ludovico Anduxario Ord. Præd. Epiſcopo tunc Bobienſi, nunc Dertonenſi, quæ Acta edita anno eodem Placentiæ fuerunt. Decretum autem Synodi illius Genuenſis eſt hujuſmodi: » Magiſtri recitent pueris ad verbum EX CATE- » CHISMO ROMANO.. UT NON ALIO MODO QUAM QUO SCRIPTUS » EST MEMORIÆ MANDETUR, OMISSIS INTERPRETATIONIBUS, » IN QUIBUS, SI QUID OFFENDERET ÆTAS ILLA, SALUTARIS CIBI » LOCO MORTIFERUM HAURIRET VENENUM ». Adſit Cadonicus, legat hæc, expendat, etiam, atque etiam conſideret. Vide præterea Synodum Genuen. ab Julio Gentilio Ord Præd habitam *an.* 1683. *edit Gen. pag.* 77.

3 Synodus Savonenſis habita an. 1699. a Vincentio Maria Duratio *edit. Montis Regalis an.* 1701. ſic ſtatuit. » Modus Doctrinam Chriſtianam tradendi po- » tiſſimum deſumatur ex Catechiſmo Pii V. auctoritate edito ».

4 Epiſcopus Naulenſis Leonardus Truchius ſubſcripſit an. 1574. Synodo Provinc. Genuenſi, cujus paullo ante meminimus.

5 Synodus Albingaunenſis an. 1618. habita a Vincentio Landinello *edit. Placent. an.* 1620. *De Seminar. Clericor. Tit.* xxxix. *pag.* 452. » Romani præſer- » tim ad Parochos Catechiſmi lectio habeatur, nullamque ipſis partem præ- » ceptor prætermittat, in qua Clericos ſibi creditos non vulgariter inſtituat. » Inter lectiones quotidianas, quas memoriæ adiguntur commendare, inſit om- » nino catechiſmus major, quem Illmus Card. edidit Bellarminius ».

6 Vide Acta Synodi Dertonenſis an. 1646. ſub Job. Franciſco Foſſato *edit. Derton. anni ejuſd. pag.* 5. Epiſcopi Dertonenſes ſubſcripſere Synodis Provincialibus Mediolanenſibus, de quibus ſupra demonſtratum eſt.

7 Videatur Synodus Bobienſis II. an. 1742. ſub Joſepho Ludovico Anduxario *pag.* 14. Epiſcopus Bobienſis Flaminius Nebia procuratore uſus ſubſcripſit Synodo Provinciali Genuenſi, de qua paulo ante diximus.

8 Epiſcopus Papienſis Pertuſatus ſubſcripſit procuratore uſus Synodo Romanæ an. 1725. *edit. Rom. ejuſd. an. pag.* 120.

9 Epiſcopi item Viglebanenſes Mediolanenſibus Synodis ſubſcripſere.

10 Vide Synodos Ferrarienſes an. 1599. ſub Joh. Fontana *edit. Ferr. an. ejuſd. pag.* 88. *ſeqq.* & an. 1612. ſub Card. Joh. Baptiſta Lenio *edit. Ferr. an. ejuſd. pag* 45. & an. 1721. ſub Card Thaddæo de Verme *edit. Ferr. ejuſd. an. pag.* 11. & an. 1726. ſub Card. Thoma Ruſo *edit. Ferr. ejuſd. anni pag.* 61.

11 Ab Leonardo Marinio (qui poſt Archiepiſcopus Lancianenſis, deindeque Epiſcopus Albæ Pompejæ fuit) cum Vicarius Generalis Card. Gonzagæ, & Epi-

ſcopus

Digitized by Google

Romano, & Bellarminiano ſtare. Hoc idem Cremonenſes ſtrenue agere. Illud ſe tamen opere maximo mirari, quod, cum horum Epiſcopi tantum auctoritatis Catechiſmo Romano tribuerint [1], ut eum unum in primis eſſe populo Chriſtiano tradendum, atque explicandum decrerint, ideoque in myſteriis ponendum putarint quidquid in eo ſit myſterii vocabulo appellatum; tum Johannes Cadonicus, qui in principe ejus urbis templo Canonici ſuſtinet dignitatem, tantos ſibi ſpiritus, tantamque confidentiam ſumſerit, ut non illud modo libere affirmarit, quod cum ea re, quæ myſterium in eodem Catechiſmo dicatur, componi nequeat; ſed ipſum etiam Catechiſmum pergat quaſi pugnantia continentem refellere. Sed mirantem, ac temporum conditionem, quibus ſcribere quiſque, ſibi quod placeat, licere putet, querentem Mamachius, ut queri deſinat, bonoque ſit animo, hortatur. Nam ſperare ſe, Cadonicum, ubi Eccleſiæ Catholicæ ſententiam cognorit, eſſe denique ſcribendi, Catechiſmoque reſiſtendi finem facturum.

Interea Socios, dum ad ſe omnes conveniant, Mamachius expectans, ubi oppidum in Provincia nullum eſſe animadvertit, in quo non concordiſſime id myſterium [2] profitendum quiſque ſibi eſſe judicaret; de Helve-

ſcopus *Titularis* Laodicenus eſſet, Catechiſmum Mantuæ pro Civitate, & Diœceſi Mantuana perſcriptum, atque editum fuiſſe conſtat. In eo autem Catechiſmo non dubitamus, quin myſterium eſſe dixerit, quod idem deinceps in Romano numeravit in myſteriis Chriſtianæ religionis.

1 Cremonenſis Epiſcopus Nicolaus an. 1582. ſubſcripſit Synodo v. Mediolanenſi *tom.* xv. *Concilior. edit. Pariſ. Labbei pag.* 706. qua quidem ab Synodo Catechiſmum Romanum orthodoxis proponi animadvertimus. Quin etiam ab Synodo Cremonenſi an. 1603. ut eſt auctor Antoninus Reginaldus *De Mente Concilii Trident. Part.* II. *cap.* v. *pag.* 647. *edit. Bruxell. ann.* 1706. is ipſe Catechiſmus ſuſceptus eſt, datumque parochis in mandatis fuit, ut quæ Catechiſmo eodem continentur populum Chriſtianum doceant. *Titul. de Mag. pag.* 9. Poſtremo Paulus Epiſcopus Cremonenſis conſenſit Synodo Provinciali Mediolanenſi an. 1609. *edit. Mediol. an.* 1622. *pag.* 55. qua in Synodo de tradendo a parochis Catechiſmo Bellarmini Chriſtianæ plebi ſtaturum fuiſſe *pag.* 195. *not.* 1. diximus.

2 In Provincia Eccleſiaſtica Mediolanenſi ſunt Epiſcopatus Cremonenſis, Laudenſis,

Helvetiis, qui vel in fide perpetuo manſiſſent, vel cum ad Proteſtantes transfugiſſent, facti inde pœnitentes, depulſoque errore, ad Catholica ſacra revertiſſent, inveſtigare diligenter cœpit. Hos item invenit, tam fortes in ea, quæ latiſſime ſit propagata de Sanctis Veteris Teſtamenti ante Chriſti Servatoris mortem ad inferos deſcendentibus ſententia, perſtare, ut vi nulla ab doctrina, in qua cum ab aliis, tum vero maxime a Sancto Carolo confirmati ſint, ſeſe deduci patiantur.

IV. Quo tempore ad ipſum in eam rem & mente, & animo inſiſtentem affertur, adveniſſe Venetiis ſocios, brevique ad ſeſe adire velle. Sed iis, quoniam hoc fieri eorum commodo non poſſe cognorat, prævertendum exiſtimavit. Conventos, cum de ipſorum itinere interrogaſſet, omnes ad unum teſtari audivit: ſe, ut Venetias appulerunt, confeſtim (quod ſatis fore putarant) ad Bernardum Rubeum Theologum Ordinis Prædicatorum contuliſſe. Hunc, quem Mamachius propter eruditionem, atque doctrinam, qua ſane excellenti

denſis, Dertonenſis, de quibus ſupra demonſtratum eſt, quid ea de re, de qua nunc agimus, ſentiant. Bergomenſis item, ac Brixienſis, de quibus paulo poſt diſſeram. Novarienſis præterea, qui in ditione Sardiniæ Regis eſt. Hujus Diœceſeos Antiſtites Synodis Mediolanenſibus, quas ſupra commemoravimus, ſubſcripſere. Quin etiam extant Acta Synodi Novarienſis a Cæſare Speciano an. 1590. habitæ edita Novariæ an. 1591. *pag.* 61. *ſeqq.* quibus in Actis Catechiſmus Romanus populo explicandus proponitur. Caſalenſis quoque Diœceſis in ditione eſt Regis Sardorum. Ejus vero Diœceſeos Antiſtites, non modo Conciliis iiſdem Mediolanenſibus ſubſcripſere, ſed in Synodis etiam, quas ipſi celebrarunt, aut Catechiſmum Romanum, aut Bellarmini libellum de Doctrina Chriſtiana plebi tradi, atque explicari oportere conſtituerunt. Vide Synodum ann. 1712. habitam ab Hieronymo Caravadoſſio Ord. Præd. *edit. Caſal. pag.* 4. Aſtenſes etiam, Aquenſes, Alexandrini, Vercellenſes, atque Albenſes Provinciæ Eccleſiaſticæ Mediolanenſis Epiſcopi, iidemque, quod ad rem civilem pertinet, obnoxii Sardorum Regi, iis, quæ nominavimus, Mediolanenſibus Conciliis aſſenſi ſunt. Atque Alexandrini quidem, & Vercellenſes in ſuis Synodis illud ipſum, quod Caſalenſes, conſtituerunt. Vide Synodos Alexandrinas ſub Petro Georgio Odeſcalchio anno 1606. *edit.* 1608. *pag.* 11. & ſub Octaviano Guaſco an. 1702. *edit. Alex. ejuſd. anni pag.* 4. & Synodum Vercellenſem ſub Michaele Angelo Brolia an. *1666. edit. Vercell. ejuſd. an. pag.* 57. Savonenſes denique, atque Intemilienſes, quorum ſunt Epiſcopatus in tractu, qui ad Rempublicam Genuenſium ſpectat, Provinciæ Mediolanenſis Eccleſiaſticæ Præſules Synodis ipſis Mediolanenſibus, quas memoravimus, ſubſcripſere.

præſtat, maximi faceret, multo etiam ſibi experiundo fuiſſe cognitum doctiorem. Ab eodem autem cum quæſiſſent de Populis, qui Reipublicæ Venetorum parent, ſic accepiſſe: Venetos [1], Adrienſes [2], Patavinos [3], Clodienſes, Torcellanos [4], Vicetinos [5], Veronenſes [6], Bri-

1 Vide Synod. Venet. an. 1592. ſub Laur. Priulo *cap.* XV. *pag.* 41. *edit Venet. an.* 1668. quo loco hæc habentur: *Parochi Dominicis, & feſtivis diebus aliqua populo proponant ad ſalutem neceſſaria, quod facile ex Catechiſmo ad parochas haurire poterunt*. Ex Catechiſmis etiam Venetis, Venetiiſque editis intelligi plane poteſt, quæ ſit hac de re ejus Eccleſiæ firma, ſtabiliſque ſententia. Anno 1562. Carolus Montorſanus Novocomenſis Cler. Regul. Theatinus publicavit in ea Metropoli typis Joliti libellum ab ſe inſcriptum: *Modo breve, e facile, utile, e neceſſario in forma di Dialago di ammaeſtrare i figliuoli &c.* Id opuſculum excuſum iterum typis eſt Mediolani an. 1716 Parte autem ejus ſecunda *cap.* IV. hæc leguntur: M. *Dove andò l' anima di noſtro Signor Gesù Criſto quando* (egli) *morì?* D. *Diſceſe all' inferno*. M. *Che andò a fare nell' inferno?* D. *A liberare i Santi Padri*. Jam ne vides quot annis ante editum a Card. Bellarmino lib. de Chriſtiana Doctrina, hæc in Eccleſia catholica pueri docerentur? Venetiis item, atque Baſſani typis Joh. Remondini publicatus ſeculo ſuperiore fuit libellus alter inſcriptus: *Teſoro della Dottrina di Criſto noſtro Signore &c Raccolta da Gio. Lorenzo Guadagna &c.* In ejus autem libri *P.* II. *pag.* 175. ſic habetur: *Dove diſceſe l' anima di Criſto, ſeparata che fu dal corpo?* Riſp. *E' di fede, che diſceſe al limbo de' Santi Padri, o al ſeno d' Abramo, ch' è lo ſteſſo, a liberar quelle anime*. Hoc eſt: » Quo deſcendit anima Chriſti, ut » ſeparata fuit a corpore? *Reſp.* De fide eſt, deſcendiſſe eam in limbum Sanctorum Patrum, ſeu, quod idem eſt, in Abrahæ ſinum liberandarum animarum illarum cauſſa ». Eodem pertinent, quæ continentur Catechiſmis Egenini Plebani Veneti *edit Venet. an.* 1654. *pag.* 31. & Petri Cotazzari Ord. Præd. Miſſionarii Apoſtolici *pag.* 3. & *P.* II. *pag.* 25 *edit. Veneta ann.* 1669. Confer poſtremo libellum, cujus hæc eſt inſcriptio. *Dottrina Criſtiana, ovvero Catechiſmo* POLEMICO *&c. del P. Gio. Deliegio Sacerdote della Congregazione della Dottrina Criſtiana*. *In Venezia preſſo Simone Occhi an.* 1762. in cujus libelli *P.* 1. *cap.* IV. *pag.* 33. hæreticus, qui inſtitui in orthodoxa doctrina cupit, quærit ex Magiſtro, ut eloquatur, *quamobrem animo Chriſti a corpore ſejuncta ad inferos iverit, ut in ſymbolo dicitur?* Reſpondet autem interroganti Magiſter catholicus: *Infernus eſt ſubterraneus locus, quo animæ Sanctæ ante Redemtoris mortem transferebantur, & quo anima* ipſius Redemtoris *deſcendit, ut annunciaret Patriarchis completam eorum redemtionem eſſe, eaſque ſua præſentia lætificaret*.

2 Adrienſem Epiſcopum ſubſcripſiſſe Ravennatenſi Concilio Provinciali diximus.

3 Synodus Patavina an. 1624. a Marco Cornelio Epiſcopo celebrata *edit. Patav. an. ejuſd. pag.* 12. Vide Ep. Paſt. B. Gregor. Barbadici 14. Maii an. 1666.

4 Synod. Turcell. anno 1648. ſub Marco Antonio Martinengo *edit. Patav. an.* 1666. *pag.* 31.

5 Confer Synodum Vicetinam an. 1583. ſub Michaele Priulo, cui ſunt additæ Conſtitutiones Dionyſii Delphini an. 1623. *edit. Veneta an.* 1625. *pag.* 10. Michael Epiſcopus Vicetiæ ſubſcripſit Synodo Provinciali Aquilejenſi anno 1599. de qua Synodo paulo poſt diſſeram.

6 *Coadjutor* Antiſtitis Veronenſis Albertus Epiſcopus Famaguſtanus ſubſcripſit eidem Synodo Aquilejenſi anno 1590. Confer Card. Valerii Epiſcopi item Veronenſis *Libellum ad Clerum ſuum* juſſu Bragadini antehac Antiſtitis Veron. nunc

Brixienſes [1], Bergomates [2], Tarviſenſes [3], Ceneten-ſes [4], Feltrenſes [5], Bellunenſes [6], Concordienſes [7], Uti-nenſes, & Aquilejenſes [8] (quibus aſſentiuntur Tridenti-ni [9], Rhetique ceteri [10], Tergeſtini etiam, qui tamen om-nes non ſubſunt imperio Venetorum) Juſtinopolitanos [11], Æmo-

nunc Venetorum Patriarchæ, cura, & ſtudio Petri Ballarini editum Veronæ an. 1733. *pag.* 163. & 170.

1 Epiſcopi Brixienſes conſentientes ſubſcripſere Synodis Mediolanenſibus, de quibus ſupra demonſtratum eſt. Confer Synodum Brixienſem ſub Dominico Bollano *edit. Brix. an.* 1575. *pag.* 44.

2 Epiſcopi Bergomenſes ſubſcripſere Synodis Mediolanenſibus, quarum eſt a nobis paullo ante facta mentio. Johannes Baptiſta Milanius Epiſcopus Bergomenſium edicto anno 1601. typis Comini Venturæ vulgato juſſit *in virtute S. Obedientiæ omnibus Parochis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis Civitatis, & Diœceſeos Bergomenſis, ut in Eccleſiis publiciſque locis, inſtituendæ in Doctrina Chriſtiana plebis gratia, non utantur alio, niſi* Bellarmini *libello*.

3 Epiſcopus Tarviſinus Aloyſius definiens ſubſcripſit Synodo Aquilejenſi anno 1599. de qua Synodo mox erit nobis inſtituendus ſermo. Conſule Synodos Tarviſinas an. 1628. ſub Franc. Juſtiniano *edit. Tarviſ. pag.* 8. quo loco ſic legitur: Parochi *Catechiſmi Romani, ob eum præcipue cauſſam conſcripti, & in lucem editi, ſanam doctrinam adhibeant*: Et ann. 1642. ſub Marco Mauroceno *edit. Tarviſ. pag.* 13. & ſan. 1661. ſub Johanne Antonio Lupo *edit. Tarv. pag.* 16. *ſeq.*

4 Epiſc. Cener. M. Antonius ſubſcripſit eidem Synodo Aquilejenſi.

5 Hoc idem fecit Jacobus Feltrenſis. Vide etiam Synodum Feltr. ſan. 1668. *pag.* 5.

6 Epiſcopus Bellunenſis ſubſcripſit Synodo Aquilejenſi, de cujus decretis mox agam.

7 Concordienſis item, ut mox oſtendam. Confer etiam Synodum Diœceſanam Concordienſem an. 1587. *edit. Venetæ ejuſd. an. pag.* 78.

8 Conſtitutionibus Synodalibus Diœceſis Aquilejenſis editis a Dionyſio Delphino Patriarcha Aquilej. in prima ejus Synodo *an.* 1703. *edit Utinen. ejuſd. an. pag.* 27. præſcribitur, ut parochi pueros *per diſtinctas claſſes lingua vernacula edocere debeant ex libello Bellarmini juſſu Clem. VIII. edito myſteria fidei &c.* Synodus Provincialis Aquilej. an. 1599. *tom.* XV. *Concilior. edit. Pariſ. Labbei tit.* IV. *de Divinis Officiis pag.* 1482. Catechiſmum Romanum parochis, in primis iis, qui in Illyrico eſſent, commendat. Huic Synodo conſenſere Epiſcopi *Petinenſis, Parentinus, Vicetinus, Feltrenſis, Polenſis, Cenetenſis, Coadjutor Veronenſis, Paduanus, Comenſis, Tarviſinus, Juſtinopolitanus, Æmonienſis, Concordienſis, & Bellunenſis*.

9 Tridentinus Epiſcopus, ut etiam Tergeſtinus, aut per ſe ipſi, aut procuratore uſi Synodo Provinciali Aquilejenſi modo laudatæ ſubſcripſere.

10 Confer librum inſcriptum: *Converſio Johan. Georgii Rheti ad aſſerendam tum vetuſtatem, tum veritatem doctrinæ Eccleſiæ Romanæ &c. edit. an* 1666. *ration* III. *pag.* 66. quo loco hæc adverſus hæreticos leguntur: *Pluſquam ſatis apparet veterem etiam illam, & orthodoxam Eccleſiam, & quidem claris (ut ait orthodoxus Auguſtinus) Veteris, & novi Teſtamenti teſtimoniis ſubnixam, ſicut* HODIERNAM ROMANAM CREDIDISSE, CHRISTUM VERE AD LIMBUM PATRUM DESCENDISSE, UT EOS INDE REDIMERET; *hanc ergo neque in* HOC DE CHRISTI AD PATRUM LIMBUM DESCENSU ARTICULO A VETERUM FIDE DEFECISSE.

11 Vide *not.* 8. *hujus paginæ*.

Æmonienſes [1], Petinenſes [2], Polenſes [3], Parentinos [4], Dalmatas [5] item, qui rei eidem Venetorum publicæ ſubſunt, ut Gherſenſes [6], Offerenſes, Spalatenſes [7] tam eſſe in communi dogmate tuendo conſtantes, ut illud a Parochis Catechiſmum populo explicantibus nullo eſſe modo omittendum putent.

Omnium inde populorum Italiæ [8], de quibus Mamachius

1 Vide *notat* 8. *pag.*301. & Synodum Æmonienſem, ſeu Civitatis novæ *anni* 1644. *edit. Utinen. ejuſd. anni pag.* 41.

2 Confer *not.*8. *pag.*301. Jam memoria exciderat, aliquas Synodos ſuis locis opportune commemorare, ut Comenſem ſub Carolo Cicero ao 1686. *edit. Comen. an.* 1687. *pag* 37. *Bellarmini libellum*, & Cremonenſem ſub Nicolao Sfondrato *an.* 1584. *Tit. de Parochis*, *Catechiſmum Romanum*, *ſeu Tridentini Concilii* proponentem. Harum Eccleſiarum prior ad Aquilejenſem, altera ad Mediolanenſem Provinciam Eccleſiaſticam pertinet. Item Mediolanenſem Diœceſanam an. 1584. ſub S. Carolo Borromæo *Tit. de Parochis*, & duarum Diœceſeon Regni Neapolitani hoc eſt Monopolitanam an. 1581. ſub Antonio Pootio *Tit. de Parochis*, & S. Aogeli Lombardorum ſub Ignatio Ciantesio Ord. Præd. *an.*1651. *edit. Roman. an.* 1652. *pag.* 19. catechiſmos vel Romanum, vel Bellarminianum parochis ad tradendum populo commendantes.

3 Vide ſupra *not.* 8. *pag.*301.

4 Confer *not.*8. *pag.*301. & Synodum Parentinam an. 1733. ſub Vincentio M. Mazzolenio Ord Præd. *edit. Veneta ejuſd. an. pag.* 12.

5 Syoodus Aquilejenſis Provinc. *ann* 1599. *tom.* XV. *Conciliorum edit. Labbei Pariſ. pag.* 1482. » Catechiſmum Romanum, *inquit*, in Illyricam linguam » Gregorii XIII. juſſu converſum cupimus a Clero Illyrico frequenter tra- » ctari, & legi, ut ſit hæc materna lingua ſacerdotibus Illyriæ in promtu » ad populos docendos, quæ AD SALUTEM NECESSARIA SUNT.... Il- » lyricis populis proſpiciendum eſt, ut verbi Dei pabulum, QUOD EX CA- » TECHISMO PRÆDICTO CURATI HAURIENT, habere poſſint ».

6 Vide Synodum Offerenſem, & Cherſenſem an. 1660. *Decr.* VI. ſub Joh. de Rubeis.

7 Syood. Spalatenſis ſub Stephano Coſmo an. 1688. *edit. Patav. an.* 1690. *num.* 3. *pag.* 12.

8 Codex MS. membranaceus ſec. XIV. (quo Bernardus Pochius Genuenſis Sacerdos vir eruditione, rerumque in primis hebraicarum peritia excellens potitus ante hos menſes paucos eſt, quemque oobis, qua eſt erga nos ſingulari humanitate, commodum oſtendit) Doctrinæ Chriſtianæ Inſtitutiones continet ſcriptas Italice, quarum hoc eſt initium: *Incomenza el libro ditto, Quadriga ſpirituale*. Harum eſt Inſtitutionum pars prior *de Symbolo Apoſtolorum*. De Symboli vero ipſius Articulo V. hæc earumdem Inſtitutionum Auctor ſcribit: *Il quinto Articolo è queſto, cioè diſceſe al limbo*. Videſne ut τὸ *deſcendit ad inferos* idem ſit atque *deſcendit ad limbum*? Pergit ille. *Il limbo è chiamato un certo luogo dello inferno, lo quale per altro vocabulo ſe chiama lo ſeno de Abraam, come ſe dice nel* XVIII. *cap. de Santo Luca, ove erano reſervate le anime de' fedeli, e giuſti antichi 'nanzi l' adveniamento del Salvatore, le quale erano... reſervate nel ditto luogo, ove ſpettavano eſſere liberate per lo adveniamento del Salvatore; & però a quello luoco diſceſe el Salvatore, e tolſe, e liberò da eſſo luoco le anime delli predicti giuſti, como già da più profeti era ſtato profetato*. Verti autem hæc latine ſic poterunt. *Limbus dicitur certus*

machius ad id tempus quæſierat, conſpiratione in eamdem ſententiam, concordiaque perſpecta, etſi non dubitabat, nullum ſe illorum, qui extremam ejus regionis partem incolerent, reperturum, qui ſecus, atque commune dogma poſtulet, ſtatuendum eſſe judicaret; ne tamen conjecturis duci, neu quid diligentiæ prætermiſiſſe videretur, pronunciat, ſe Taurinum poſtero die abiturum. Socios tantum temporis, quantum ad corporis requiem ſatis ipſi ſibi fore putaſſent, ſumere, reſque deinceps ad profectionem parare, & ſe ſubſequi jubet. Cum ita, uti ſtatuerat, feciſſet, Taurinumque ut venit,

Ca-

tus quidam inferni locus, qui alio vocabulo appellatur Abrahæ ſinus (ut dicitur XVIII. *cap. Evang. S. Lucæ*) *in quo animæ fidelium, & juſtorum antiquorum ante adventam Chriſti reſervabantur, quæ quidem ... eo loco detentæ erant, ubi expectabant tempus, quo Salvatoris adventu in libertatem vindicarentur: Quare in eum locum Servator deſcendit, & eruit inde, ac liberavit animas eorumdem juſtorum, uti jam prænunciatum a pluribus Prophetis fuerat.* Præterea in *Synopſi Doctrinæ Chriſtianæ ex variis & ſapientiſſimis Doctoribus collecta ab Antonio Egenino S. Auguſtini Venetiarum Plebano edition. Venet. ann.* 1654. *pag.* 33. ſic habetur: *Deſcendit ad inferos &c. Interrog. Quid continet iſte Articulus? Reſp. Scilicet, quod anima Chriſti vere, & realiter ad inferos deſcenderit*, ID EST AD LIMBUM, IN QUO DETINEBANTUR ANIMÆ SANCTORUM PATRUM VETERIS TESTAMENTI, *ut eas liberaret, quia pretium redemtionis jam ſolutum erat.* Quin etiam in *Elementis Doctrinæ Chriſtianæ* ſermone vulgari Siculorum expoſitis, editiſque anno 1764. a Franciſco Teſta Montiſregalis in Sicilia Archiepiſcopo viro eruditiſſimo, Chriſtianorumque dogmatum ſcientia illuſtri, de quibus quidem *Elementis* ſupra a nobis eſt demonſtratum, *Explic. Duodecim Articulorum Symboli pag.* 271. hæc leguntur, quæ ſunt omnino ſimilia ſuperiorum, quæ ex aliis Eccleſiarum Italiæ Catechiſmis deſcripſimus. *Scinniu a lu 'nfernu, e lu terzu jornu riſuſcitau di la morti. M. Chi nni veni propoſtu di cridiri da chiſtu articulu? D. Chi mentri chi lu corpu di Gesù Criſtu era ne lu ſepulcru, la ſo anima ſi nni jiu a liberari l' animi di li Santi Patri. M. Cui eranu ſti Santi Patri? D. Li Patriarchi, li Profeti, e l' autri ſervi di Diu, chi avianu campatu avanti la venuta di Gesù Criſtu. M. Unni ſtavanu ſti Santi Patri? D. In certu locu, che la Scrittura chiama 'nfernu, e chi comunementi ſi dici limmu. M. Pirchì chiſti Santi Patri nun eranu in celu? D. Pirchì duvia aprirni la ſtrata Gesù Criſtu, e traſiricci iddu lu primu.* Hoc eſt. *Deſcendit ad inferos, & tertia die reſurrexit a mortuis. Mag. Quid nobis ab hoc articulo proponitur ad credendum?* Diſc. *Quod dum J. Chriſti corpus erat in ſepulcro, ejus anima deſcenderit ad liberandas animas Sanctorum Patrum. M. Quinam erant hi Sancti Patres? D. Patriarchæ, Prophetæ, aliique ſervi Dei, qui ante Jeſu Chriſti adventum vixerant. M. Sed ubinam hi Sancti Patres manebant? D. In quodam loco, quem Scriptura vocat infernum, & qui paſſim appellatur limbus. M. Cur hi Sancti Patres non erant in cælo? D. Quia aperienda erat a Chriſto via, ipſeque per eam tranſire debebat prior.* Legiſtin', quid nobis quinto Symboli Apoſtolici articulo ſit propoſitum ad credendum? Dogma igitur fidei orthodoxæ eſt, ut ex Montiſregalis Catechiſmo intelligitur, Chriſti Servatoris animam deſcendiſſe in limbum, indeque animas eruiſſe *Sanctorum Patrum &c.*? Vide etiam libellum Maſcardii *De Doctr. Chriſt. edit. Lucen. an.* 1710. *pag.* 18.

Caſtum Innocentem Anſaldum doctum hominem, ſibique & Inſtituti ratione, & conſuetudine diuturna amicitiæ conjunctiſſimum (qui Caroli Emmanuelis Sardorum pii, felicis, invicti Regis beneficio in Athenæo Taurinenſi Theologicorum Dogmatum Interpretis ſuſtinet munus) conveniſſet; eumque de ſententia, quam eſſe verbis articulo Symboli Apoſtolici quinto comprehenſis ſubjectam Pedemontani crederent, ſciſcitatus eſſet; cognovit, Taurinenſes [1], Eporedienſes [2], Salutienſes [3], Montanoſregalienſes [4], omnes denique Pe-

demon-

1 Vide Synodum Taurinenſem an. 1670. ſub Michaele Beyamio *edit. Taurin. ejuſd. an. pag.* 37. & 101. *ſeq.*

2 In Libello inſcripto: *Iſtruzione, o ſia metodo d' inſegnare con facilità, e frutto la Dottrina Criſtiana ad uſo della Dioceſi d' Ivrea, riſtampato per ordine dell' Illuſtriſs., e Reverendiſs. Monſig. Michele Vittorio di Villa &c. edit. Taurin. an.* 1758 Pro *Claſſe* II. *Sect.* IV. *pag.* 40. hæc leguntur: D. *Che vuol dire diſceſe all' inferno?* R. *Che Gesù Criſto ſubito, che fu morto, diſceſe coll' anima al limbo luogo naſcoſo detto altrimente ſeno di Abramo.* D. *A che fare?* R. *A viſitare le anime de' Patriarchi, e Profeti, e altri ſervi di Dio, che ivi erano trattenute in ripoſo colla ſperanza della venuta di Gesù Criſto vero Meſſia:* D. *Che ſperavano quelle anime dal Meſſia?* R. *Di eſſere liberate, come furono, e condotte con eſſo al Cielo.* D. *Perchè non vi andarono prima?* R. *Perchè per lo peccato di Adamo eraſi chiuſo il Paradiſo, ed era dovere, che Gesù Criſto, il quale colla ſua morte lo riaprì, foſſe il primo ad entrarvi.* Quæ doctrina eo ſane ſpectat, quo illa, quam ex Montiſregalis Siciliæ Catechiſmo paullo ante deſcripſimus. Converti autem ea in latinam linguam poteſt hoc modo: Interrog. *Quid ſignificat*: deſcendit ad inferos? R. *Jeſum Chriſtum, ſtatim atque mortuus eſt, deſcendiſſe anima in limbum, qui eſt locus abſconditus, aliterque dicitur ſinus Abrahæ.* I. *Quid eo deſcendit factura Chriſti anima?* R. *Viſitatura animas Patriarcharum, Prophetarum, aliorumque ſervorum Dei, quæ ibi in requie detinebantur ſpe adventus J. Chriſti Meſſiæ.* I. *Quid animæ illæ a Meſſia ſperabant?* R. *Liberandas ſe fore, ut liberatæ fuerunt, cumque ipſo adducendas in cælum.* I. *Cur non ante ad cælum iverant?* R. *Quia peccati ab Adamo admiſſi cauſſa clauſus Paradiſus erat, oportebatque, ut Chriſtus, qui morte ſua eum reſeravit, in eumdem prior ingrederetur.*

3 Salutienſis Epiſcopatus ad Provinciam Romanam ſpectat. Quare vide Synodum Romanam habitam a Bened. XIII. P. M. an. 1725. *pag.* 119. *edit. Rom. an.* 1725.

4 Confer Synodum Montiſregalis Pedemontani a Michaele Caſato Epiſcopo ſane docto habitam *an.* 1763. *edit. Montiſreg. ejuſd. an. p.* 7. *n.* VIII. quo loco hæc habentur: » Cum doctrinam accurate digeſtam, luculenterque expoſitam » habeamus in Catechiſmo Romano, quem ex mente Concilii Tridentini con» cinnatum ad Parochorum inſtitutionem, atque uſum Pius V. P. M edi juſſit, » & ſanctiſſimus D. N. Clemens XIII feliciter regnans ſummopere commen» dat, eum ab univerſis animarum Rectoribus, eorumque Vicariis, atque Ad» miniſtris, ad erudiendum populum, & catholica veritate informandum ad» hiberi præcipimus ». Anno 1710. formis Regiæ Typographiæ Taurinenſis excuſus, divulgatuſque apud Pedemontanos fuit *il Catechiſmo, o ſia Iſtruzione di Monſig. Jacopo Benigno Boſſuet Veſcovo di Meaux.* Hujus *Catech. Lect* XIII. *pag.* 120.

Digitized by Google

demontanos ita a patribus, majoribuſque ſuis inſtitutos eſſe, ut ſibi in re doctrinæ ab Apoſtolica Sede ne latum quidem, ut ajunt, unguem recedendum arbitrentur. Eam ob rem his annis paucis typis Taurinenſibus excuſum, vulgatumque auctoritate publica Romanum Catechiſmum eſſe, cumque hoc una Encyclicam illam Clementis XIII. Pontif. Maximi epiſtolam, qua idem Catechiſmus Parochis, ceteriſque orthodoxis proponitur uti *Catholicæ fidei norma*, quaque monentur Epiſcopi, ut *jubeant, Catechiſmum ipſum ab omnibus, qui animarum curam gerunt, in informandis Catholica veritate populis adhiberi*. Neque Alpinos Tarantaſienſes [1], Salaſſoſque Vallis Auguſtæ Prætoriæ [2] incolas minus in eo dogmate tuendo ſtrenuos, & conſtantes eſſe. Quum hac in re Alpinorum etiam, quorum erant permulti Taurini, teſtificationibus confirmatus eſſet, Anſaldo amice compellato, valereque juſſo, cum Sociis, qui omnes ad unum incolumes Mediolano advenerant, Taurino diſcedit, alpeſque tranſgreſſus ire, qua proximum per agrum Allobrogum iter erat, Lugdunum contendit. Ut fines attigit Maurianenſium, ruſticus quidam Alpinus, cum ex

q q uno

pag. 110. ſic habet: *Dite il quinto Articolo. Diſceſe all' inferno, il terzo giorno reſuſcitò da morte. Che vuol dire queſto Articolo? Che mentre che il corpo di Gesù Criſto era nella tomba, la ſua ſanta anima andò a liberare i Padri. Che intendete voi quì per Padri? I Patriarchi, i Profeti, e gli altri ſervi di Dio, ch' erano viſſuti avanti la venuta di Gesù Criſto. Dove dimoravano eſſi? In certi luoghi, che la Scrittura chiama inferno, e che comunemente ſi dicono limbo. Per qual cagion eſſi non erano in Cielo? Perchè Gesù Criſto vi dovea entrare il primo, ed aprirne l' entrata col ſuo ſangue*. Confer etiam *pag.* 83. *cap.* VII. *Comp. Hiſt. Sacræ*. Taurini quoque edita an. 1717. fuit *la Dottrina Criſtiana cavata da s. Tommaſo, dal Catech. Rom &c. dal P. F. D. Boriglioni della Congr. della Dottr. Criſt.* Vide hujus II. *P. cap.* XVI. *pag.* 158. Et Compendium ejuſdem *ibid. edit. an.* 1716. *pag.* 86. *ſeq.*

1 Confer Acta Synodi Tarantaſienſis ab Anaſtaſio Germonio Archiepiſcopo, & Comite Tarantaſienſi habitæ *ann.* 1609. *edita Romæ an.* 1620. *pag.* 114. & *pag* 19. quo loco, *ex ſententia rem ſucceſſuram*, dicitur, *ſi parochi Catechiſmum Catholicorum dogmatum promtuarium, totiuſque theologiæ compendium, ſacri Tridentini Concilii auctoritate concinnatum ſibi familiarem faciant*.

2 *Catéchiſme composé par Monſeigneur l' Eveſque d'Aoſte, & imprimé par ſon ordre pour ſervir d' inſtruction à tous ceux qui ont charge d' ames dans ſon Dioceſe, & généralement à tout chrétien deſireux de ſon ſalut. A Chambery* 1680. *pag.* 14. M. *Où eſt-ce que l' ame de J. C. alla apres ſa mort?* D. *Aux limbes*. M. *Quoi faire? Delivrer les Saints Peres &c.*

Digitized by Google

uno aliquo Sociorum quæſiſſet, quo, cujuſque tandem rei perficiendæ cauſſa tot Monachi pergerent, audiſſetque, eos non alio conſilio fuiſſe domo profectos, quam ut perveſtigarent Eccleſiarum ſententiam de vindicatis deſcenſu Chriſti ad inferos animabus Veteris Teſtamenti Sanctorum in libertatem; ſubridens, næ hi homines, inquit, ignari religionis, hebetes, pingueſque ſunt, id qui neſciant, quod ne pueros quidem fugit. Tamne abditum, abſtruſumque id dogma eſt, ut ejus cognoſcendi cauſſa univerſa circumcurſare loca, omnibuſque in latebris omnia perreptare neceſſe ſit? Trimum hunc ſi rogent (ſuum autem, qui forte aderat, indicabat gnatum) cujuſmodi illud ſit, quamque ſit Chriſtiano cuique probatum, diſcent[1]. Etſi hæc ab rudi, agreſtique homine dicebantur, tamen quantum confirmandæ rei valerent, Mamachius intelligebat. Animadvertebat enim, eos, qui paſtores ſint inſtituti Eccleſiarum, niſi id dogmatis ſcitu neceſſarii loco haberent, numquam fuiſſe daturos operam, ut ne ab infima etiam plebe ignoraretur.

Lugdunum ut pervenit, quodque ſatis erat requietis cepit, ſciſcitatus inde ab hoſpite, quinam viri ea in Eccleſia propter doctrinæ opinionem primas obtinerent, ſibi eos eſſe adeundos exiſtimavit. Singulos cum in ſuis quemque ædibus inviſiſſet, atque ab omnibus (quod quidem eſt genti Gallorum peculiare) incredibili comitate acceptus eſſet, res quaſdam ſeſe habere dixit, quas ſcire ab eis cuperet; & de quibus, niſi communi eorum conſilio, ſtatui ab ſe nihil poſſe exiſtimaret. Rogare proinde, ut colloquium ad certam diem indicere ne gravarentur. Illi ad unum omnes polliciti, libenter ſeſe, quod peteret, facturos, diem colloquio conſtituerunt. Ubi ea dies

1 Non ab Alpino quopiam dictum id quidem, ſed a Romano homine e plebe tamen, eoque rudi, qui cum ab Johanne Caſtillioneo erudito juvene petiiſſet, quid ejus amicus Mamachius ageret, intellexiſſetque, qua ille in quæſtione illuſtranda verſaretur, hui? inquit, tantum ne illi eſt ab re ſua otium, ut in eo tempus eſſe inſumendum putet, quod ne pueri quidem neſciant?

dies venit, iiſdem in unum congregatis locum, Mamachius, quæ orta recens in Italia opinio ſit, quibus maxime argumentis confidat, utque paullatim ſerpere, ac prodire cœperit, demonſtrat. Cauſſatur inde temporum conditionem, quibus fas cuique videtur eſſe, quod lubeat. Orat denique, ut ſeſe doceant, quid ea de re Eccleſiæ Provinciæ Lugdunenſis credant, eſſeque omnino orthodoxis omnibus credendum judicent. Ad hæc Lugdunenſes paucis reſponderunt. Mirari ſeſe, tam licenter a quoquam in Italia præſertim agi adverſus eam ſententiam, quæ ubique terrarum ab orthodoxis omnibus tam firma, tamque certa habeatur, ut ea ſtatuatur eſſe, quæ verbis Apoſtolici Symboli: *deſcendit ad inferos*: comprehenſa ſit. Atque id ex Catechiſmis Catholicarum omnium gentium plane conſtare. Sed quoniam hoc ſolum contentum ſe fore Mamachius dixerat, ſi ex ipſis, quæ ſit Lugdunenſis [1] Provinciæ Eccleſiarum de re eadem doctrina, noſſet; ſibi quidem perſuaderet: Catholicorum in iis eſſe omnino neminem, qui animas Sanctorum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti Servatoris deſcenſum ad inferos, fuiſſe aſpectu Dei beatas putet. Quod ſi de ceteris etiam Gallis quæreret, ſciret, Lugdunenſibus,

q q 2 quo-

[1] Anno 1555. editum Lugduni fuit opuſculum inſcriptum: » Methodus Con» feſſionis, hoc eſt ars, ſive ratio, & brevis quædam via confitendi &c. & xII. » Articulorum fidei explanatio ». Ejus autem Opuſc. *pag.* 50. ad Artic. v. ſymboli hæc habentur: *Chriſtus ſecundum animam divinitati adnexam* (*corpus enim interea in ſepulcro quieſcebat*) *deſcendit ad inferna, id eſt ad limbum inferni ſuperiorem partem, ubi SS. Patres ſalvandi detinebantur, quoadusque debitum primi parentis Chriſtus morte ſua ſolveret, eoſque inde educeret*. In priore Pariſienſi editione erat id opus inſcriptum: *de Inſtitutione puerorum*. Atque hoc quidem titulo *enarratus in gymnaſio Navarrano ſcholaſticis fuerat an.* 1554. ut Auctor in *Præfat.* ſcribit. Similia horum, quæ ex libello modo laudato deſcripſimus, continet Catechiſmus Lugduni editus an. 1683. cujus quidem Catechiſmi hæc eſt inſcriptio: *Catéchiſme des Curez ſelon le Concile de Trente, enrichi de pluſieurs exemples tirés de l'Ecriture ſainte, & des les vies des ſaints par Honoré Simon Prêtre: pag.* 125. Nec ab eo diſcrepat liber inſcriptus: *Inſtructions familiaires ſur les quatre Parties du Catéch. Romain, par le V. P. Ceſar de Bus Fondateur de la Congreg. de la Doctr. Chreſtienne. Lyon* 1685. *Sect.* v. *P.* 1. *pag.* 312. Confer etiam Catechiſmum Gabrielis de la Roquette *Epiſcopi Auguſtodunenſis* editum pro Diœc. Auguſtod. an. 1703. *& le Catéchiſme, ou abregé de la foy, & des veritez Chretiennes, imprimé par l'ordre de Gaſpard de Thomas de la Valette, Evêque d'Autun. Moulins* 1735. Epiſcopatus Auguſtodunenſis pertinet ad Provinciam Lugdunenſem.

quorum Metropolis ſit, ut cenſent ipſi, Eccleſiarum omnium Regni princeps, ſatis eſſe explorate cognitum, nullum uſquam in iis eſſe, qui contra ſentiat. Percurreret cogitatione ea ſerie, qua ſunt in *Notitiis Eccleſiaſticis* [1] deſcriptæ, Metropoles Galliæ univerſas. Sic ei ſe confirmare, in Diœceſibus, quæ in Provinciis Rotomagenſi [2], Pariſienſi [3], Turonenſi (in qua ſunt Andegavenſes,

1 Vide *Notitiam Epiſcopatuum Orbis Chriſtiani* ab Auberto Miræo editam *Antuerp. an.* 1613. *pag.* 193. *ſeqq.* Is tamen auctor non meminit Archiepiſcopatuum Pariſienſis, & Albigenſis, quod ejus ætate hæ Eccleſiæ adhuc Epiſcopales eſſent, ſpectaretque altera ad Senonenſem, altera vero ad Bituricenſem Provinciam.

2 Synodus Provincialis Rotomagenſis an. 1581. *tom.* x. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 1238. » Ut quilibet Parochus ſuo officio defungi queat, Catechiſmum » Romanum Iſtinc, & gallice habeat, & ex ejus PRÆSCRIPTO DOCTRINAM » DE SYMBOLO APOSTOLORUM, legis decalogo, Sacramentis, atque aliis » ad ſalutem neceſſariis tradat «. Subſcripſere huic Synodo Epiſcopi *Bajocenſis*, *Sagienſis*, *Ebroicenſis*, *Lexovienſis*, & Canonici Eccleſiæ *Abrincenſis* (nam haud multo ante functus vita eorum Antiſtes fuerat) & Nicolaus Briſojus loco Epiſcopi Conſtantienſis. Confer Catechiſmum Concilii Tridentini juſſu *Papæ Pii V. promulgatum, ac denuo editum cum prolegomenis P. D. L. H. P. Rotomagi an.* 1720.

3 An. 1544. editum Pariſiis fuit opuſculum cujus hæc eſt inſcriptio: *F. Matthæi Ory Dominicanæ familiæ Theologi hæreticæ pravitatis per Gallias Inquiſitoris, ſummique Pontificis a Pœnitentibus ad hæreſum redivivas affectiones Alexipharmacum*. Quiſnam hic, quantaque in exiſtimatione virtutis, atque doctrinæ verſatus fuerit, intelligere quiſque ex Echardi *tom.* II. *Script. Ord Prædic. p.* 162. facile poterit. Ejus Opuſculi Venetiis rurſum typis an 1551. excuſi *p.* 90. adverſus hæreticos hæc lector ſcripta reperiet. » CERTA FIDE HABEMUS, » ANIMAM CHRISTI UNITAM DIVINITATI (in infernum) AD PATRES » DESCENDISSE, QUI ILLIC DETINEBANTUR, ET PER SUAM VIR- » TUTEM ILLOS LIBERASSE, & in aliis locis inferni virtutem ſuæ poten- » tiæ, & divinitatis oſtendiſſe. SED QUIA ILLA PŒNA, QUAM SUFFE- » REBANT PATRES IN LIMBO, SIVE MANSIONE INFERNI, NON ERAT » PRO PECCATIS ACTUALIBUS, IDEO NON PATIEBANTUR EO IN LO- » CO PŒNAM SENSUS «. An. 1584. prodiit Pariſiis libellus inſcriptus *Manuel General, & Inſtruction des Curez, & Vicaires contenant ſommairement le devoir de leur Charge &c. Par M. Deny Peronnet*. Vide ejus lib. *pag.* 43. *ſeq.* In ſtatutis *Synodalibus Franciſci de Harlay Archiepiſc. Pariſ. an.* 1671. *num.* VII. *pag.* 410. *edit. Synodici Pariſ. an.* 1674. hæc leguntur: » Nous defendons à tous » Curez, Principaux de Colleges, Maitres d'Eſcole, Peres, & Meres d'en- » ſeigner, ou de faire enſeigner d'autres Catechiſmes, que ceux qui ont eſte » imprimez de l'autorité de noſtre Predeceſſeur, ou ceux qui le ſeront cy » aprés de la notre «. Extat autem Catechiſmus juſſu ejuſdem Archiepiſcopi publicatus, poſtremiſque hiſce temporibus Chriſtophori Beaumontii Archiepiſcopi auctoritate probatus, *ut ſolus in ſua Diœceſi tradatur* » pour être ſeul en- » ſeigné dans ſon Dioceſe « *edit. Pariſ. an.* 1747. *pag.* 17. cujus quidem Catechiſmi *pag.* 17. ſic habetur: *Que veut dire, eſt deſcendu aux enfers? Je veux dire, que l'ame de J. C. étant ſéparée de ſon corps, eſt deſcendue dans les lieux bas de la terre, ou étoient les ames des juſtes, qui attendoient ſa venue, pour les en delivrer*. Hoc eſt: *Quid ſibi vult*: deſcendit *ad inferos*? *Equidem dicere volo, animam J. C. cum ſejuncta a ſuo corpore fuiſſet, deſcendiſſe in inferiora loca terræ*,

ſes, Rhedonenſes, Nannetenſes, Leonenſes, Coroſopitenſes, Briocenſes, Dolenſes, Maclovienſes, Trecorenſes, & Cenomanenſes [5]) Senonenſi [2], Remenſi (cujus Synodis

terra, ubi erant animæ juſtorum, quæ ejus adventum expectabant, ut eas liberaret. Præterea in *Catechiſmo ad ordinandos, juxta doctrinam* Catechiſmi Concilii Tridentini edito Pariſiis an. 1706. probatoque a D. Pirot Doctore Sorbonico, & *Vicario* Archiepiſcopi Pariſienſis: *Explicat. Art. v. Symb. pag. 76.* hæc quiſque comprehendi cernet, ſi legerit: » *Deſcenſus* (Chriſti ad inferos) cauſſæ fuerunt. » ut Sanctos Patres, & juſtos inde liberaret, & VISIONE BEATIFICA DONA- » RET &c. » Vide etiam *Catech. ex Decret. Concil. Trid. ad Parochos &c. edit. Pariſ. an. 1650.* Compendium item *Catechiſmi Concilii Trident. a P. Bonifacio Grivolio Camaldulenſi* gallice ſcriptum, editumque *Pariſ. an. 5736.* Mitto ceteros Catechiſmos, ne nimium longus ſim. Ex his tamen, quos hactenus laudavimus, plane intelliges, quo ſpectare debuerint, quæ leguntur in ſtatutis Synodalibus *Eccl. Pariſ. edit. an. 1578. pag. 52. verſa, de proponendo populis Symbolo fidei, deque diſtinguendis diligenter articulis fidei, & confirmando in ſingulis populo auctoritatibus, & rationibus ſacræ Scripturæ*. Ad Rotomagenſem Provinciam pertinet Epiſcopatus Abrincenſis, in cujus Catechiſmo ab Epiſcopo Pericardio edito Lugd. an. 1630. *pag. 46.* hæc leguntur: *Il n'y a point de doute qu'il deſcendit aux limbes, ou eſtoient les ſaints peres, leſquels il fit auſſitoſt bien heureux &c.* Sagenſis perinde Eccleſia in Rotomagenſi Provincia eſt. Extat hujus item Eccleſiæ Catechiſmus inſcriptus: *La Doctrine Chrêtienne en forme de Catechiſme par J. C. Lallemant Evêque de Seez, pour ſervir d'inſtruction aux fideles de ſon Dioceſe. edit. Sagen. an. 1731.* Hos meminiſſe debueram *n. 2. p. 308.*

5 Synodus Turonenſis an. 1583. *tom. xv. Concilior. edit. Labbei Pariſ. an. 1672. pag. 1008. Tit. de Profeſs. Fid. tuenda cura*, mandat iis, qui audiendis confeſſionibus deſtinati ſint, *ut penes ſe Catechiſmum Romanum habeant, & ut promtius lepram a lepra diſcernere queant, quantum fieri poterit, memoriter ſcire teneantur*. Huic Synodo ſubſcripſere Epiſcopi *Andegavenſis, Nannetenſis, Leonenſis, Briocenſis, Rhedonenſis, Coriſopitenſis*, & Procuratoribus uſi Epiſcopi *Dolenſis, Cenomanenſis, Maclovienſis, ac Trecorenſis*. Vide Catechiſmum *du Dioceſe de Nantes compoſé par le ſieur Meſnard Pretre, par le commandement de Gilles de Beauveau, Evêque de Nantes. Nantes an. 1699. & Liege an. 1718.* cujus poſtremæ *edit. pag. 36.* hæc leguntur: » *D.* Où alla l'ame de notre Seigneur » après avoir été ſeparée de ſon corps? *R.* Aux limbes. *Explic.* Dire ce que » c'étoit que les limbes: c'eſt ce que l'on doit entendre, lorſqu'on dit dans » le Credo, que noſtre Seigneur eſt deſcendu aux enfers &c. » Interrog. *Quo ivit anima D. N. J. Chriſti poſteaquam ſejuncta fuit a ſuo corpore?* Reſp. *In limbum*. Explic. *Dicere quid hic ſit limbus. Atque id eſt, quod debes intelligi, cum dicitur in Symbolo*: D. N. J. C. deſcendiſſe ad inferos. Quiſnam autem hic ſit limbus explicatur *pag. 141.* I. *Quare D. N. J. Chriſtus deſcendit ad inferos?* R. *Quia ejus anima deſcendit, ut conſolaretur SS. PP. qui detinebantur in limbo, qui dicitur infernus &c.*

2 Catechiſme du Dioceſe de Sens par Monſ. Jean Joſeph Languet *Archevêque de Sens, pour être ſeul enſeigné dans ſon Dioceſe. Sens 1737.* Ad Provinciam Senonenſem ſpectat Epiſcopatus Auxerrenſis. Vide libellum, qui inſcribitur: *Manual Général, & Inſtruction des Curez, & Vicaires &c. par Monſ. Denys Peronnet C. Théologal, & Pénitentier de l'Egliſe Cathédrale d'Auxerre. edit. Pariſ. an. 5584. pag. 41. verſa*, unde, quæ mox deſcribam, hauſi, & ex gallicis latina feci » Deſcendit uſque ad inferiores partes terræ, & ſpoliavit prin- » cipatus, & poteſtates &c. Jam vero electi erant in inferno, hoc eſt in lim- » bo, qui aliter in Scripturis *ſinus Abrahæ* appellatur, propterea quod qui- » cum-

nodis ſubſcripſere Epiſcopi Sveſſionenſis, Catalaunenſis, Laudunenſis, Bellovacenſis, Noviomenſis, Ambianenſis, & Silvanectenſis [1]) Bituricenſi [2], Burdigalenſi (cujus Synodis adfuere Epiſcopi Condomienſis, Engoliſmenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, Lucio-

» cumque mortui in fide Abrahæ fuerant, eo quidem miſſi poſt ipſorum mortem fuerunt, expectantes adventum Meſſiæ, qui eos inde erueret, ſecumque ad Cælum adduceret in Angelorum ſocietatem ... Vivebant omnes in ſpe, & erant veluti affecti tædio ob dilationem felicitatis ſuæ &c. » Eodem ſpectant, quæ Carnotenſibus Catechiſmis comprehenduntur, *ut Formula populari Elementorum fidei noſtræ tradita Clero, & populo Carnotenſi per C. Guillart Epiſcopum Carnotenſem: edit. Pariſ. an.* 1665. & Catechiſmo *Du Dioceſe de Chartr. imprimé par ordre de Paul de Godet des Marais Evêque de Chartres: Chartr.* 1699. Neque his ſolum, ſed etiam eo, quem Meldenſis Diœceſeos ad Senonenſem olim, nunc, ut Carnotenſis, ad Pariſienſem Provinciam ſpectantis, inſtituendæ gratia perſcripſit Jacobus Benignus Boſſuetius Epiſcopus Meldenſium; qui Catechiſmus extat *to.* 11. *ejus opp. edit. Pariſ. an.* 1747. Hujus *autem Catech. Lect.* VIII. *pag.* 664. Articulo Symboli quinto: *deſcendit ad inferos &c.* deſcripto, quærit Auctor, quid ſibi hic Articulus velit? Reſpondet. *Pendant, que le corps de Jeſus Chriſt étoit dans le tombeau, ſon ame ſainte alla delivrer les Peres.* Hoc eſt: *Ut corpus J. C. fuit in ſepulcro, anima ejus ſe ad Sanctos Patres liberandos contulit.* Quærit rurſum: Quoſnam diſcipulus appellet Sanctos Patres? Reſpondet: *Les Patriarches, Les Prophetes, & les autres ſerviteurs de Dieu, qui avoient vécu avant la venue de Jeſus Chriſt.* Nempe *Patriarchas, Prophetas, & alios Dei ſervos, qui ante J. Chriſti adventum vixerant.* Quærit tertio: Ubinam fuerint hi Sancti Patres? Reſpondet. *Dans des lieux, que l' Ecriture appelle les enfers, & qu' on appelle vulgairement les limbes.* Hoc eſt: *In locis, quos Scriptura appellat inferos, & qui vulgo dicuntur limbus.* Eo ut, qui ſit Articuli quinti Apoſtolici Symboli ſenſus, quodque proinde ſit dogma eo articulo comprehenſum, Boſſuetius ſtatuat.

1 Synodus Remenſis an. 1583. *pag.* 1296. *tom.* X. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *Tit. de Curatis, præcipit parochis ... ut aſſidue lectitent ... Catechiſmum Concilii Tridentini, ſive latine ſcriptum, ſive in linguam vulgarem ad verum ſenſum lingua latina optime verſum, & legitime approbatum, ex quo ſingulis dominicis aliquid depromant, quod Evangelio aptari, & populo proponi poſſit.* Huic Synodo ſubſcripſere Epiſcopi *Sveſſionenſis, Laudunenſis, Bellovacenſis, Catalaunenſis, Noviomenſis, Ambianenſis, & Silvanectenſis.* Vide Catechiſmos editos ab Ludovico Lotharingo an. 1621. & a Carolo Mauritio Tellerio an. 1700. ad uſum Diœceſeos Remenſis: & Inſtitutiones Doctrinæ Chriſtianæ ſcriptas & publicatas pro Diœceſi Sveſſionenſi juſſu Fabii Brularti de Sillery ejus Urbis Epiſcopi ann. 1699. Et pro Diœceſi Bellovacenſi a T. Forbinio de Janſon ejus Eccleſiæ Antiſtite ann. 1681. Cum de Provinciæ Lugdunenſis Epiſcopatibus agerem, meminiſſe debueram Inſtitutionum gallice inſcriptarum: *Inſtructions pour les Nouveaux Catholiques, ou tous les points principaux de la Religion ſont familierement expliquez par Monſeigneur* (Henr. Felix) *Eveque, & Comte de Chalon ſur Saone. edit. Pariſ. an.* 1686. quibus in Inſtitutionibus ſcriptum hoc modo eſt: *pag.* 446. IL EST CERTAIN, *que les juſtes, qui mouroient dans l' ancien Teſtament, n' alloient pas immediatement dans le paradis:* Nempe: *Certum eſt juſtos, qui in Vetere Teſtamento decedebant, non iviſſe immediate in paradiſum.*

2 Conſtat id etiam ex Catechiſmis Bituricenſibus an. 1699. & 1708 ut etiam ex Synodo Tutelenſi apud Martenium, de qua quidem Synodo Diœceſeos, quæ ad Bituricenſem Provinciam pertinet, agam alio loco opportune, ac diligentius,

Lucionenſis &c. [1]) Auſcenſi [2] quoque, & Narbonenſi (in qua ſunt Epiſcopatus Agathenſis, Carcaſſonenſis, Biterrenſis, Nemauſenſis, Monſpelienſis, Alectenſis, Lodovenſis, Uceticenſis, Perpinianenſis, Leutenſis, S. Pontii [3]) Aquenſi

1 Synodus Burdigalenſis *an.* 1583. *Tit. de Parochis n.* XXIII. *pag.* 1355. *to.*x. *edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *Parochi*, inquit, *ſingulis feſtis diebus aliquid ex Catechiſmo Tridentino, quem latine, & gallice auctoritate noſtra editum penes ſe habere ipſis injungimus, populo proponant de iis rebus, quas noſſe Chriſtianorum omnium intereſt; ut ſciant fideles, quid complectantur articuli fidei &c.* Et *Tit. de Seminario n.* VII. *de re litteraria pag.* 1386. *Diligenter illis commendetur Catechiſmi Romani lectio.* Et Synodus an. 1624. *cap* XII. *de Prædic. Verbi Dei* §. V. *pag.* 94. *to.* XI. *Concilior. edit. Pariſ. Harduin. ann.* 1714. præſcribit *Catechiſmum Tridentinum Parochianis ex ſuggeſtu prælegendum*. Huic Synodo ſubſcripſere Epiſcopi *Condomenſis, Engoliſmenſis, Pictavienſis, Petracoricenſis, Santonenſis, Malleacenſis, Lucionenſis*. Extat Catechiſmus Lucionenſis Cardinalis de Richelieu gallice editus, poſtque etiam in italicam linguam converſus hoc titulo. *Catechiſmo, ovvero Iſtruzione per il Criſtiano: Opera del Veſc. di Luſſone: in Roma* 1649. *in cujus pag.* 73. ſic legitur: *Mentre il corpo di G. Criſto fu nel ſepolcro, la ſua anima realmente, e in effetto diſceſe all' inferno .... Di queſta parola la Scrittura ſi ſerve per ſignificare il luogo, dove le anime delle perſone da bene, de ſanti perſonaggi o per aver menato una vita pura, o per avere debitamente ſoddisfatto alle loro offeſe, andavano avanti la morte del Salvatore per aſpettare, che queſto gli apriſſe il cielo colle chiavi della ſua paſſione, e in queſto ſenſo principalmente queſto nome d' inferno deve eſſere preſo in queſto luogo, poichè queſto è quello, dove veramente l' anima di noſtro Signore diſceſe. Diſceſe all' inferno per rendere beati quelli, ch' eſſendo morti in grazia ſua, aſpettavano la ſua venuta nel ſeno di Abramo, e di godere della ſua gloria. Nel medeſimo iſtante, che diſceſe al limbo, queſto fu fatto paradiſo, e pertanto è vera la parola, che diſſe al ladron buono, tu entrerai in paradiſo con eſſo me.* Extat item Catechiſmus pro tribus Diœceſibus, quarum eſt una Lucionenſis. Inſcribitur autem: *Cathéchiſme, ou Doctrine Chrétienne imprimé par ordre de Meſſeigneurs les Eveſques d' Angers, de la Rochelle, & de Luçon pour l' uſage de leurs Dioceſes. A Pariſ.* 1678. continetque *pag.* 5 *ſeq.* quæ ſequuntur: *Expliquez ce cinquiéme Article. Je croy que l' ame de Jeſus Chriſt, après s' être ſeparée de ſon corps, lors qu' il expira ſur la Croix, deſcendit aux enfers, non pas pour y ſouffrir aucunes peines, mais pour y triompher des Demons, & pour délivrer les* AMES DES ANCIENS JUSTES QUI ETOIENT DETENUES EN ATTENDANT LE REDEMPTEUR DU MONDE. Hoc eſt: *Explica hunc quintum articulum.* EGO CREDO, *animam Jeſu Chriſti (poſteaquam ſeparata fuit a ſuo corpore, cum ipſe expiravit in cruce) deſcendiſſe ad inferos, non quidem, ut aliquas ferret pœnas, ſed ut de dæmonibus triumpharet, & ut liberaret* ANIMAS ANTIQUORUM JUSTORUM, QUÆ IBI DETINEBANTUR EXPECTANTES REDEMPTOREM MUNDI. Atque ita quidem in eo eſt Catechiſmo.

2 Auſcenſis Provinciæ Synodos nullas vidi, ex quibus quidquam de Catechiſmo, qui populis proponi debeat, intelligerem. Ex Lectorenſis tamen Diœceſeos, quæ ad eamdem Provinciam pertinet, Catechiſmo an. 1689. edito perſpici facile poterit, ei in hoc ſententiæ genere cum ceteris Galliarum Provinciis mirifice convenire.

3 Synodus Narbonenſis Provincialis ann. 1609. *tom.* X. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *pag.* 5. præcipit *omnibus Rectoribus, Vicariis perpetuis, & aliis animarum curam habentibus, ut ſingulis diebus dominicis &c. patres familias cum pueris in Eccleſiam convocent, ubi eos fidei rudimenta edoceant formam Catechiſmi inſequentes*. Indicat autem *Catechiſmi* nomine Romanum. Qua de re vide Anto-

Aquenſi prætereà (in qua ſunt Aptenſis , Rejenſis , Foroju-

Antoninum Reginaldum de *Mente Concilii Trident. &c. Par.* II. *pag.* 645. Huic Synodo conſenſere Epiſcopi *Carcaſſonenſis* , *Agathenſis* , *S. Pontii* , *Nemauſenſis*, *Ucetiꝛenſis* , *Alectenſis* , *Monſpelienſis* , *Biterrenſis* , *& Lodovenſis* . Neque vero Epiſcopi earum Diœceſeon ſolum , qui Sedi Apoſtolicæ ſemper paruiſſent , ſed unus etiam eorum aliquis , qui aliquot de rebus ab ea diſſidere fuiſſet auſus , hoc tamen in genere controverſiæ nihil quidquam ſtatuendum putavit , quod ejus doctrinæ non omnino congrueret . Carolus Joach. Colbertus Epiſcopus Monſpelienſis in Catechiſmis *du Dioceſe de Monpelier, imprimés pour être ſeuls enſeignés aux enfans de ſon Dioceſe . A Lion* 1705. *Lect.* XXIV. *pag.* 5. ſcribit hoc modo : D. *Que devint l' ame de Jeſus Chriſt , quand elle fut ſeparée du corps ? R. Elle deſcendit aux enfers , à l' endroit , où repoſoient les ames des ſaints , qui avoient précédé la venue de J. Chriſt .* D. *Pourquoi Jeſus Chriſt deſcendit t' il en ce lieu ?* R. *Pour en retirer ces bien heureuſes ames , & les mener avec lui dans le Ciel* . D. *Pourquoi les ames des ſaints morts avant J. C. repoſoient elles en ce lieu ?* R. *Parce que l' entrée du Ciel étoit fermée aux hommes depuis le peche d' Adam, ne pouvoit leur être ouverte , que par J. Chriſt* . Hæc niſi ſcitu pueris neceſſaria eſſe Colbertus putaſſet , numquam ille Catechiſmo pro pueris perſcripto comprehendenda putaſſet . Alter eſt ejuſdem Catechiſmus inſcriptus : *Inſtructions Générales en forme de Catechiſme , où l' on explique en abregé par l' Ecriture ſainte &c. l' Hiſtoire , &* LES DOGMES DE LA RELIGION *&c.* Hujus Operis *to.* 1. *pag.* 248. *edit. Lugd. an.* 1709. communi Gallorum ſermone uſus interrogat , *quo iverit anima J. C. dum ſeparata fuit a corpore ?* Reſpondet . *Ea deſcendit ad inferos , hoc eſt , ut Paulus dicit , ad loca inferiora terræ* . Rurſum interrogat : *Quidnam intelligis inferorum vocabulo , ſeu locorum terræ inferiorum , ad quæ Jeſus Chriſtus deſcendit ?* R. *Hoc verbum plures habere ſignificationes poteſt* . 1. *Juxta communiorem notionem vocabulo inferni intelligitur in Novi Teſtamenti libris locus , in quo dæmones , ac reprobi æterna ſupplicia perferunt* . 2. *Intelligi etiam poteſt hoc nomine locus ille , quem nos purgatorium appellamus* . 3. *Poſtremo id vocabulum ſignificat limbum , hoc eſt ſubterraneum locum , in quo , ante Chriſti adventum , quieſcebant animæ Sanctorum , quibus nihil expiandum ſupererat . Atque is ille locus eſt , in quem J. C. anima deſcendit* . Inter. *Cur anima J. Chriſti in eum deſcendit locum ?* R. *Ut inde erueret animas Juſtorum , eoſque triumphans in Cælum duceret , cujus aditus occluſus hominibus erat , quouſque eum J. Chriſtus aperuiſſet* . I. *Quidnam intelligis vocabulis animarum Sanctorum , quibus ante adventum Chriſti nihil expiandum ſupererat ?* R. *Equidem intelligo animas eorum, quibus Deus fecit miſericordiam , conceſſitque remiſſionem peccatorum ratione meritorum J. C. qui tamen* PLENE GAUDERE NON ANTE POTERANT EFFECTU HUJUS MISERICORDIÆ , QUAM JESUS CHRISTUS DEO PATRI SUO SATISFECISSET PRO PECCATIS HOMINUM SUI SANGUINIS EFFUSIONE . Interr. *Hæ felices animæ fuerunt ne ſolæ , quas Jeſus Chriſtus ex inferis liberavit ?* R. *Ita* , nempe HÆ SOLÆ . *Nam quæ addictæ æternis pœnis erant , liberari non poterant* . *Quod autem attinet ad* ANIMAS , QUÆ PENDEBANT TEMPORARIAS PURGATORII PŒNAS , NOS NESCIMUS , AN JESUS CHRISTUS EAS OMNES TUNC INTEGRE LIBERARIT , NEC EXPECTARIT , *ut ſatisfaciendi rationem compleſſent ; vel an eas ibi reliquerit . Nobis iiſdem de rebus niſi conjecturis agere non licet* . QUOD CERTUM EST , ILLUD PROFECTO EST , JUSTOS SOLOS FUISSE LIBERATOS . Viden' , ut certæ rei loco det , Chriſti animam in *limbum PP. deſcendiſſe* , utque conjectura ſolum niti eorum ſententiam dicat , qui e purgatoriis pœnis liberatas tunc animas fuiſſe ajunt ; *certum autem eſſe ſtatuat , Juſtorum animas e limbo fuiſſe ereptas deſcenſu Chriſti ad inferos ?* Confer, ſi licet, eumdem Catechiſmum in italicam linguam converſum , editumque Venetiis an. 1717. p. 102. Vide etiam *Inſtitutiones Catholicas in modum Catecheſeos e Gallico idiomate in latinum ſermonem translatas auctore eo-*

Digitized by Google

rojulienſis , & Vapicenſis [r]) Viennenſi item (qua in pro-

r r

vin-

re eodem , & interprete Franciſco Amato Pougetio Montiſpeſulaneo edit. Pariſien. tom. 1. *pag.* 242. *ſeq.* is enim Epiſcopi Colberti veſtigiis inſiſtens , quærit : *Cur ad inferorum ſubterraneum locum* (hoc eſt ad *limbum*) *in quo ante mortem Chriſti quieſcebant animæ Juſtorum , quibus nihil eluendum ſupererat , anima Chriſti deſcenderit* ? Reſp. *Ut inde ereptas Juſtorum animas ſecum adduceret triumphans in Cœlum , cujus aditus hactenus occluſus fuerat hominibus , donec morte , & reſurrectione , & aſcenſione Chriſti panderetur* . Int. *Quid intelligis per animas Juſtorum , quibus ante mortem Chriſti nihil ſupererat eluendum ?* R. *Eas animas intelligo , quibus Deus anticipata miſericordia per Chriſtum venturum jam conceſſerat remiſſionem peccatorum , ita tamen , ut effectus hujus remiſſionis , & miſericordia ſuſpenſus maneret , donec ſoluto per effuſionem ſanguinis Chriſti ſalutis noſtræ pretio fuiſſet divina juſtitiæ pro peccatis noſtris plene ſatisfactum* . Int. *Numquid illæ animæ , quibus nihil eluendum ſupererat , ſic liberatæ a Chriſto ſunt , ut ab illa miſericordia ceteræ omnes mortuorum hominum animæ alienæ fuerint ?* R. *Huic quæſtioni ut diſtincte reſpondeatur , advertendum eſt , in triplici ordine poſitas fuiſſe ante Chriſtum defunctorum animas . Primus ordo earum fuit , quibus nihil omnino eluendum ſupererat , quales ſunt , quæ nunc morte ad paradiſum recta tranſeunt . Hæ expectabant ſolum* MORTEM CHRISTI . Recenſet mox ſeriem aliarum , hoc eſt earum , quæ in purgatorio temporarias ; ceterarumque , quæ in inferis luebant , æternaſque luere debebant pœnas . His autem rebus animadverſis , mox addit : *Certiſſimum eſt ab inferis non fuiſſe liberatas animas eorum , qui ante mortem non acceperant remiſſionem peccatorum , ſive de peccato originali quæſtio ſit , ſive de peccatis actualibus mortiferis . Dubium eſt utrum Chriſtus tunc temporis liberaverit eas animas , quæ cum igne temporario purgarentur , nondum omnino purgatæ fuerant , cum Chriſtus deſcendit ad inferas . Ea de re cum certi nihil ſtatui poſſit , ſatius eſt , nullum dare conjecturis locum* . Oſtendit deinceps , qua ratione demonſtrari queat , Chriſtum eo , qui dictus eſt , modo , hoc eſt liberandorum SS. Patrum cauſſa ad limbum , ſeu ad inferos deſceudiſſe , deſcriptiſque aliquot ſacrorum Bibliorum locis , *nec minus* , inquit pag. 243. *invicta ſunt , quæ ex Patribus tum Græcis , tum Latinis proferuntur teſtimonia* . UT DEMONSTRETUR , AB ECCLESIA INTELLECTUM SEMPER FUISSE SENSU A NOBIS EXPLICATO DESCENSUM CHRISTI AD INFEROS , HANCQUE EXPLICATIONEM HABITAM SEMPER FUISSE PRO DOGMATE FIDEI , *quidquid in contrarium aſſerere non dubitaverit Calvinus , in hoc , ſicut & in aliis non paucis ab Apoſtolorum Symbolo diſſentiens* . Jamne audis , dogmatis fidei loco fuiſſe ab Eccleſia ſemper habitum , deſcendiſſe in limbum Sanctorum Chriſtum , quibus nihil luendum ſupererat , eorumque animas inde liberaviſſe , idque de animabus Purgatorii dici nequire , niſi conjecturis indulgeamus , quibus tamen nullus ſit dandus locus ? Non negat Johannes Cadonicus hanc eſſe Pougetii , adeoque Colberti , immo communem orthodoxorum doctrinam . Sed hunc ait auctorem pugnare ſecum *pag.* xi. [*Præfat. ſuæ num.* 21. *de D.*] *Aurel. Aug. quæ videtur ſententia edit. ann.* 1763. Quam autem non Pougetus , ſed ipſe labatur , oſtendam alio loco opportune .

r Synodus Aquenſis habita an. 1583. *tom.* x. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *pag.* 1561. *Tit. de Parochis* . » Ut quilibet Parochus , *inquit* , ſuo officio defungi » queat , Catechiſmum Romanum latine , & gallice habeat , & ex ejus præ» ſcripto doctrinam de Symbolo Apoſtolico &c. atque aliis ad ſalutem neceſ» ſariis tradat » . Hujus generis eſt opus inſcriptum : *Le Catechiſme du Concile de Trente Latin Francois* . . . *imprimé a Mons* 1691. probatus D. Boileau *doctori Sorbonico , & decano Eccl. Senonenſis* , ajenti : *Catechiſmum Concilii Tridentini receptum eſſe generali totius Eccleſiæ adprobatione &c.* & Rolando , & Courciero Doctoribus item Sorbonicis , qui de eodem Catechiſmo paria ſcribunt , in extremo ſecundo ejus editionis tomo . *Vide ejuſdem edit. to.* 1. *pag.* 140. Fi Synodo ſubſcribentes conſenſere Epiſcopi *Aptenſis* , *Vapicenſis* , *Regenſis* , *Siſtariceaſis* , & uſus procuratore *Forojulienſis* .

Digitized by Google

vincia numerantur Epiſcopatus Gratianopolitanus, Vivarienſis, Valentinus, Deenſis [1]) Ebredunenſi (cui ſubſunt Epiſcopatus Dinienſis, Graſſenſis, Vencienſis, Sanitienſis, Glandevenſis, & Nicienſis [2]), Arelatenſi (in qua ſunt Epiſcopatus Maſſilienſis, Tricaſtinenſis, Tolonenſis, & Arauſicenſis [3]) Toloſana [4], Albienſi præterea (qua in Provincia ſunt Diœceſes Ruthenenſis, Cadurcenſis,

1 Hoc idem Viennenſis Provinciæ Epiſcopos *Gratianopolitanum*, *Valentinienſem*, *Vivarienſem &c.* docere nemo erit, qui dubitet. Confer ſequentem Adnotationem.

2 Concilium Ebredunenſe an. 1727. *edit. Gratianopolit. an.* 1728. *pag.* 11. *Tit: de Parochis*, ipſis Parochis jubet, ut *Catechiſmum Concilii Tridentini penes ſe habeant*. Huic Synodo *pag.* 215. ſubſcripſere Epiſcopi *Vapicenſis*, *Maſſilienſis*, *Bellicenſis*, *Vincienſis*, *Forojulienſis*, *Siſtaricenſis*, *Glandavenſis*, *Æduenſis*, *Vivarienſis*, *Aptenſis*, *Valentinenſis*, *Gratianopolitanus*, *Graſſenſis*, *Nicienſis*.

3 Eodem ſpectare Provinciæ Arelatenſis Epiſcoporum doctrinam conſtat. Maſſilienſis Epiſcopus conſenſit Synodo Ebredunenſi. Vide *notat. ſuperiorem*. Synodus Maſſil. ann. 1673. ſub Epiſc. Forbinio de Janſon *edit. Maſſil. pag.* 74. in recenſione *Articulorum fidei* : *Son ame*, inquit, *deſcendit aux limbes pour en tirer les Saints Peres*, *qui attendoient ſa venue*, *le paradis ayant toûjours été fermé depuis le peché d' Adam*. Extat Catechiſmus Maſſiliæ editus hoc titulo : *Le Nouveau Catechiſme*, *ou Inſtruction de la Doctrine Chrêtienne &c. Qui comprend*, *& enferme tout ce*, *qui eſt contenu dans les plus celebres Catechiſmes de France* 1675. Hujus *Catechiſmi n.* 11. *De v. Symboli Articulo pag* 53. hæc leguntur : D. *Que nous enſeigne cet article?* R. *Deux choſes* 1. *la deſcente de noſtre Seigneur aux enfers*. 2. *Sa Reſurrection glorieuſe*. D. *Qu' entendez-vous par les enfers?* R. *J'entens des lieux qui ſont ſous terre*, *c' eſt a dire*, *dans le centre de la terre*, *ou ſont detenués les ames de ceux qui ſortant de cette vie*, *ne ſont pas receues en paradis*. Mox deſcriptis inferorum locis, Auctor addit. D. *Au quel de tous ces lieux noſtre Seigneur eſt il deſcendu?* *R.* AU DERNIER, QUI EST LE LIEU OU ESTOJENT LES AMES JUSTES DE' L'ANCIENE LOY, ATTENDANT LA VENUE DU MESSIE. *P.* 54. POUR QUOI NOSTRE SEIGNEUR DESCENDIT IL DANS CES LIEUX? *R.* A FIN D' EN RETIRER CES AMES DES JUSTES DECEDEZ EN LA GRACE DE DIEU, ET LES CONDUIRE AU CIEL LE JOUR DE L'ASCENSION. Vide Decreta Tolonenſis Synodi an. 1704. *pag.* 35. *edit. Tolon. an.* 1704.

4 Synodus Toloſana an. 1590. *Tit. de Parochis cap.* III. *pag.* 1791. *to* x. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *Ut Parochi*, inquit, *fidelius officio ſuo fungi queant*, LATINUM, GALLICUMQUE ROMANÆ FIDEI CATECHISMUM PERPETUO HABEANT, *quæque in eo de Apoſtolorum Symbolo &c. aliiſque rebus ad ſalutem neceſſariis continentur*, *populo*, *quoties opus fuerit*, *explicent*. *Et P.* II. *Tit. de Sacramentis cap.* 1. *pag.* 1797. *Nuſquam vel Epiſcopi*, *vel Parochi ad ſacramentorum adminiſtrationem accedent*, *quin prius ex Tridentini Concilii Catechiſmo profuturum illorum uſum*, *admirandamque vim ſuſcipientibus*, *audientibuſque explicarint*. Subſcripſere huic Synodo Card. de Joyoſa Archiepiſcopus, & Epiſcopi *Sancti Populi*, *Rivenſis*, *Vaurenſis*, & procuratore uſi *Lumbarienſis*, *Mirapicenſis*, & Sede vacante Canonici Capituli *Montalbanenſis*. Eadem de Catechiſmo Romano explicando plebi in Synodo Diœceſana an. 1596. ab eodem Card. habita contineri, auctor eſt Antoninus Reginaldus *De mente Concilii Trident. P.* II. *pag.* 645. *edit. Bruxell. an.* 1706. Confer *Catech. Diœceſ. Mirapicenſis editum Gallice juſſu Petri de la Brove Epiſc. Mirap. Toloſæ an.* 1699.

cenſis, Vabrenſis, & Mimatenſis [1]) Biſuntinenſi quoque [2] & Cameracenſi [3], eaque etiam, quæ in Pontificis Maximi ditione eſt, Avenionenſi [4], conſtitutæ ſunt, tam id eſſe penitus inſitum cuique dogma, ut quidvis eſſe ſatius perpeti arbitretur, quam ut illud aut refelli, aut in dubium revocari ferat.

V. Quod ſi Mamachius experiri velit, Pariſios aut ipſe proficiſcatur, aut aliquem Sociorum mittat. Con-

1 Albienſis Epiſcopus procuratore uſus ſubſcripſerat Synodo Provinciali Bituricenſi anno 1584. *pag.* 1508. cujus quidem Synodi *Tit.* XXIX. *de Seminariis pag.* 1490. præſcribitur Rectoribus Parœciarum, ut teneram juventutem, *& rudem populum doceant fidei rudimenta &c.* Cujuſmodi autem ea rudimenta ſint, paulo anta vidimus, cum de Provinciæ Bituricenſis doctrina ageremus. In Provincia Albienſi eſt Epiſcopatus Cadurcenſis. In Cadurcenſi autem Synodo ſeculo XIII. hoc, de quo agimus, doctrinæ caput, uti fidei doctrinam proponi, alio loco demonſtrabimus.

2 Catechiſmus Eccleſiæ Veſontionenſis, ſeu Biſuutinenſis *edit. an.* 1717. *pag.* 18. *Inſtitut.* X. ſic habet: » Qu'entendez vous, quand vous dites, que notre Seigneur eſt deſcendu aux enfers? J'entends, que ſon ame unie a la Divinité » deſcendit aux limbes pour delivrer les ames de SS. Peres, & les mener au » Ciel avec luy ». Hoc eſt: » Quidnam intelligis, cum dicis, *Dominum noſtrum deſcendiſſe ad inferos?* Intelligo, ejus animam junctam Divinitati deſcendiſſe ad limbum, ut liberaret animas Sanctorum Patrum, eaſque adduceret ſecum in cælum ». En quidnam ſignificet articulus Symboli: *deſcendit ad inferos*. Quod autem is articulus ſignificat, dogma eſt fide tenendum. Non enim verba, ſed verborum articulo Symboli comprehenſorum ſignificatio articulum conſtituit fidei. Confer Catechiſmum editum ab Antonio Petro Gramontio Archiepiſcopo Biſuntinenſi. *Maſsil. an.* 1675. *pag.* 53. *& Biſunt. an.* 1698.

3 Nemini, arbitror, dubium erit, quin parvus Catechiſmus Provinciæ Cameracenſis, cujus meminit Synodus Provincialis Camerac. ann. 1586. *tit.* XXI. *de Scholis, & Seminariis pag.* 2176. *to.* IX. *Concilior. edit. Hard. Pariſ. an.* 1714. hoc doctrinæ caput contineret, ut ceteri Gallici continent. In Trevirenſi Eccleſiaſtica Provincia Epiſcopatus Metenſis eſt. Metenſes vero Regi Galliarum parent. Ejus Eccleſiæ Catechiſmi ceteris Gallicanarum Eccleſiarum conſonant. Horum eſt unus editus gallice juſſu Henr. Caroli de Cambout de Coiſlin Epiſc. Meten. *Metis an.* 1701. Alter vero gallice, & germanice *ibid. an.* 1738. *par ordre de ſaint Simon Eveque de Metz*.

4 Synodus Avenionen. Provincialis an. 1594. *to.* X. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *num.* XLII. *de Officia Parochi pag.* 1859. *Catechiſmum Romanum*, inquit, *Parochus ſedulo præ manibus habeat, cujus ope tum ſacramentorum rite adminiſtrandorum rationem perſpectam habeat, tum ad conciones habendas* SANA DOCTRINA *imbui poſſit*. Habita hæc fuit a Franciſco Maria Tauruſio Archiepiſcopo. Synodus altera Provincialis Avenionenſis habita an. 1725. a Franciſco Mauritio de Gonteriis *edit. Avenion. tit.* VI. *de Catechiſmo*. *Perutile*, inquit, *ſanctæ Synodo viſum eſt, ad rudimentorum fidei uniformitatem inducendam, quoſdam deputare probata doctrina viros ... qui ex Concilii Tridentini Catechiſmo ... primaria rerum credendarum eruerent elementa*. Et *tit.* XXXVII. *de Parochis cap.* XI. *pag.* 175. » Concilium Tridentinum, ejuſdem Catechiſmum, ac Rituale Romanum ſedulo (Parochi) præ manibus habeant, *eoque uno in tota provincia utantur*. Subſcripſere huic Synodo, præter Archiepiſcopum Epiſcopi *Carpentoratenſis, Cavallicenſis, & Vaſionenſis*. Confer etiam Synodum Diœceſanam ab eodem Archiepiſcopo habitam an. 1712. *editamque Avenion. an.* 1713. *pag.* 70.

Digitized by Google

ventum ibi totius Galliæ Epiſcoporum brevi futurum. Hos plane, cujuſmodi ſit Eccleſiarum, quas regunt, doctrina, ſcire. Habere autem pro explorato ſe, fore ut Mamachius ex iis inquirendo intelligat, Catholicos Gallos omnes, quod de Sanctis Veteris Teſtamenti non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, didicerint [1] a Magiſtris ſuis, quodque hi Magiſtri a Patribus [2], Patres ab Apoſtolica Sede, hæc a Petro,

1 Ita Pariſienſis Univerſitas ſemper docuit. Id vero etſi multis oſtendere poſſimus, atque oſtendemus nos quidem, dum tempus monuerit, diligenter; tamen hoc loco Epiſtola Doctorum Sorbonicorum ad Joh. XXII. P. M. an. 1332. ſcripta, erimus contenti una. Affertur hæc a Martenio *tom.* I. *Theſauri Anecdotorum pag.* 1384. *edit. Pariſ. an.* 1717. Atque in ea poſt ubi iidem Doctores narrarunt, *ſeſe conſiderantes, quod juxta Principis Apoſtolorum Doctrinam, de ea, qua in nobis eſt, fide, & ſpe parati eſſe debemus omni poſcenti reddere rationem, petitum præſtitiſſe juramentum, quo præſtito, duas ipſis fuiſſe propoſitas quæſtiones*: tum, *ſicut*, inquiunt, *eramus adſtricti juramento, reſpondimus, quod ſciebamus, ſinguli ſingillatim*, OMNES TAMEN IN HANC SENTENTIAM CONVENIMUS, quod A TEMPORE MORTIS D. N. J. CHRISTI, *per quam pretium redemtionis humani generis extitit perſolutum*, OMNES *animæ* SS. PATRUM, QUAS *idem Salvator noſter deſcendens ad inferos* EDUXIT DE LIMBO, CÆTERORUMQUE FIDELIUM ANIMÆ, QUÆ DE CORPORIBUS EXIERUNT NIHIL HABENTES PURGABILE, *vel quæ jam purgatorio fuerant purgatæ*, AD VISIONEM NUDAM, & CLARAM, BEATIFICAM, ET INTUITIVAM, ET IMMEDIATAM DIVINÆ ESSENTIÆ .... SUNT ASSUMTÆ, *ipſaque Deitate perfecte fruuntur, & jam quod crediderunt videntes, quod ſperaverunt tenentes; non in ſpe, ſed in re ſunt beatæ*. En quid Univerſitas Pariſienſis, FIDEI SUÆ RATIONEM REDDENS docuerit.

2 In Codice MS. Bibliothecæ Monaſterii Neap. S. Severini, qui Codex deſinit in hæc verba: *Iſte liber fuit compoſitus, & publicatus tempore Domini Nicolai Papæ IV. & D. Simonis Archiepiſcopi Bituricenſis in Eccleſia Ruthenenſi, & in Synodo Generali .....an.* 1289. *ex præcepto, & auctoritate R. in Chriſto P. D. Raymundi de Calamonte D. P. Epiſcopi Ruthenenſis*. In eo autem Codice, quem deſcribi curavit Montfauconius, quemque edidit Martenius *tom.* IV. *Theſauri Anecdotorum edit. Pariſ. an.* 1717. *pag.* 674. *ſeqq.* extat Epiſtola Synodica Guillelmi Epiſcopi Cadurcenſis, cujus Epiſtolæ *num.* III. *pag.* 678. *ejuſdem Theſauri Anecdotor.* hæc leguntur. » Doceant ſacerdotes populum in Articulis fidei, » & MAXIME CUM INFIRMOS COMMUNICANT, UT CREDANT FIR- » MITER... *Dei filium pro redemtione humani generis carnem aſſumſiſſe*.... » *In cruce mortem viliſſimam ſuſtinuiſſe* ... *In anima & divinitate ad inferos de-* » *ſcendiſſe*, ET AB INDE SANCTORUM CAPTIVAS ANIMAS EDUXISSE ». Videſne, ut in Synodis ſuis ſeculo XIII. Epiſcopi Galliarum tam ad fidem pertinere cenſuerint, *Sanctos* Veteris Teſtamenti fuiſſe Jeſu Chriſti deſcenſu *eductos ex inferis*, ut id a Parochis præcipui articuli religionis loco *infirmis* etiam ipſis ad credendum, profitendumque proponi oportere ſtatuerint? Neque nobis Cadonicus, Anonymuſve ſex Epiſtolar. Venetiis italice editar. Auctor, opponat, *Sanctorum* hic nomine intelligendas eſſe animas eorum, qui in purgatorio temporarias pœnas luebant. Nemo enim orthodoxorum eſt, neque fuit, qui ſolo *Sanctorum* vocabulo, nulla quapiam alia voce addita, intelligi *animas* in *purgatorio* pœnas temporarias luentes putet. Præterea Scriptores Chriſtiani omnes,

Petro [1], Petrus a Chriſto acceperit; id etiam credere, articulo Apoſtolici Symboli quinto contineri [2]. Itaque malle

nes, qui locum de *Sanctis* ex inferis a Chriſto eductis interpretati ſunt, de Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus, juſtiſque quibus nihil luendum ſupereſſet, explicarunt; de animabus purgatorii non item. Sed de hoc alias.

1 Innocentius I. *epiſt.* xx *ad Decentium Eugubinum*, Galliarum Eccleſias Sedis Apoſtolicæ auctoritate fuiſſe inſtitutas docet *tom.* 1. *Epiſtolar. Romanorum Pontif. edit. Pariſ. Couſtantii an.* 1721. *pag.* 856. Quantum S. Irenæus tribuerit doctrinæ Apoſtolicæ Sedis, oſtenſum a me fuit *pag.* 130. *huj vol.* Nemo autem tam eſt in hoc quæſtionis genere hoſpes, ut neſciat, quæ fuerit Irenæi de vindicatis, deſcenſu Chriſti ad inferos, Patribus Veteris Teſtamenti in libertatem, quamque patens ſententia. Sed hac de re alio loco agam.

2 Conſtat id quidem ex Synodis, & Catechiſmis Gallicis, ex quibus illuſtria loca ſuperioribus adnotationibus a nobis deſcripta ſunt. Confer præterea *Acta Cleri Gallicani edit. Pariſ. an* 1726. *tom.* 1. *pag.* 973. in quibus Catechiſmus Romanus, ſeu Tridentinus pueris tradendus præſcribitur. Et *tom.* III. *pag.* 365. *ex Concilio Aquenſi an.* 1585. *& ex Toloſano an.* 1590. Conventus totius Cleri Galliæ an. 1579. Meloduni habitus *Tit. de Ordine* (ut eſt auctor Antoninus Reginaldus *P.* II. *Tractat. de Mente Concilii Tridentini &c. pag.* 644.) Catechiſmum eumdem Romanum Parochis, ut continenter legant, proponit. At in eo Catechiſmo doctrina de liberatis ex inferis Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum animabus deſcenſu Chriſti, donatiſque tum primum beatitate conſiſtente in viſione Dei, traditur uti *Myſterium*, qua de re diximus *ſupra pag* 225. *ſeq. hujus vol.* Mitto de libris dicere, quorum hæ ſunt inſcriptiones. *Jehan du Tillet Evêque de Meaux, du Symbole des Apotres, & des douze Articles de la foy edit. Pariſ.* 1566. *& Inſtruction familiere, & briefve explication en forme de Dialogue ſur les quatre parties de la Doctrine Chrêtienne, colligée de divers Catéchiſmes par le ſoin de M. Barthelemy Jehet, Prêtre, curé de Burres. Jul.* 1667. *& Pratique du Catechiſme en forme de demandes, & de reponſes tirée de l' ouvrage latin de Marchantius, & traduite par le P. J. Boiſſiere Pariſ.* 1673. Prætereo quoque opera Gallice item ſcripta: *De præcipuis hominis Chriſtiani officiis &c. edit. Lugd. an.* 1683. *& Catechiſmum ſeu Inſtitutiones familiares Caniſii Pariſ.* 1686. *& Catechiſmum Dogmaticum &c. Epiſcopo Aurelianenſi dicatum ab Abbate de Fourcroy Pariſ. an.* 1696. *Catechiſtam Populorum in agris degentium a Presb. Congr. Miſſionarior. editum Lugd. an.* 1699. *&* 1706. Tribus hic utar Catechiſmis, primo quidem Claudii Fleurii *Hiſtorico* qui *Doctrinam* etiam *Chriſtianam continet*, quique ex gallica converſus in Italiam linguam eſt, editusque Venetiis an. 1728. Hic autem *tom.* 1. *P.* II. *&* IV. *pag.* 94 ſic habet: » Per l' inferno, » dove l' anima (di Criſto) diſceſe ...., intendiamo il luogo, dove erano » come in depoſito le anime di tutti coloro, ch' erano morti in grazia di » Dio ... ch' erano in ripoſo nel ſeno di Abramo, come parla la Scrittura: » TUTTI ASPETTAVANO il Salvatore per entrare nella GLORIA del PARA» DISO ». Altero, quo Ord. Minimor. *Miſſionarii* uti ſolent, cujuſque hæc eſt inſcriptio: *Le Roy du Catechiſme ſortant des Eſcoles de la Charité en faveur des religieux Miſſionaires de l' Ordre des Peres Minimes &c. Pariſ* 1641. cujus libelli *pag.* 22. hæc continentur: » Ubinam fuit Jeſus Chriſtus, poſt mortem ſuam, » uſque ad ſuam reſurrectionem? Ejus corpus fuit in ſepulcro, & ejus anima » ivit ad limbum ad liberandas animas SS. Patrum, quæ ibi detinebantur. » Quænam erant animæ, quas J. C. e limbo eduxit? Erant animæ Sanctorum » Patrum, & Patriarcharum, & aliorum, qui mortui fuerant in gratia ante » ejus Incarnationem. Cur animæ Sanctorum Patrum, & Patriarcharum de» tinebantur in limbo? *Detinebantur quidem illa, propterea quod erat ipſis clauſus Paradiſus cauſſa peccati primorum parentum Adami, & Evæ.* Hæc nos e gallicis ad verbum latina fecimus. Tertio Card. Richelii, qui inſcribitur *Inſtruction*

Digitized by Google

malle eos quoſvis cruciatus perpeti, quam ut ab ſententia, quam cum lacte ſuxerint, quamque dogmatis religionis Chriſtianæ loco habeant, avelli ſeſe, abducique patiantur.

§. III.

Eccleſia Hiſpaniarum idem omnino eadem de re, atque orthodoxi Itali, Gallique, credunt.

I. Lugdunenſibus, propterea quod tam ſingulari eum honore dignati eſſent, tantoque ipſorum incommodo tam ei cumulate ſatisfeciſſent, plurimum ſeſe debere profeſſus, domum Mamachius repetit. Jam etſi vix ei quidquam optatius erat, quam Pariſios refertiſſimas optimorum Codicum Bibliothecas viſum, Præſideſque ſacrorum conſultum ire; tamen quod multæ cauſſæ hortarentur, quamobrem in Hiſpaniam, quam poſſet primum, contenderet, G. F. Socium, cujus egregiam in ſe voluntatem, inque re gerenda fidem, diligentiamque perſpexerat, quique multa gallica lingua utebatur, Lutetiam dimittit, monetque, ut cognita ſententia ejus gentis Epiſcoporum, in Belgium proficiſcatur, neque ultra progredi velit, quoad Mamachius eodem ex Britannia advectus eſſet. Nam is poſt iter hiſpanicum, in Britannicas Inſulas tranſmittere cogitabat.

II. His dimiſſis, ipſe quoque Lugduno abiit, atque itinere per fines Viennenſium, Vivarienſium, Nemauſenſium, Monſpelienſium, Agathenſium, Biterrenſium, Narbonenſium, Perpinianenſium inſtituto, Pyrenæiſque ſuperatis, Cataloniam univerſam peragrat. Eo in itinere non

ſtruction du Chrêtien edit. Pariſ. an. 1642. *hujus pag.* 51. hæc leguntur: *Deſcendit ad inferos. Cur? Non ut pœnas ferret damnatorum (ut hæretici horum temporum dicunt) ſed ut felices redderet eos, qui mortui in Dei gratia fuerant, expectabantque ejus adventum in ſinu Abrahæ, ejus gloria gaviſuri. Dominus quidem noſter poterat liberare animas, quæ in limbo detinebantur, quin eo perſonâ propriâ deſcenderet, ſed ita id facere voluit, ut eos inde majeſtate, gloriaque majore eximeret &c.*

Digitized by Google

non ſolum vera eſſe comperit, quæ ei Lugdunenſes de Eccleſiis Provinciarum Viennenſis, & Narbonenſis narraverant; ſed cœtus etiam omnes orthodoxorum Tarraconenſis Provinciæ [1], quæ in ditione Catholici Regis Hiſpaniarum eſt, ſententiam de Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus a Chriſto ad inferos deſcendente adſertis in libertatem, aſpectuque Dei tum primum beatis tam eſſe teſtatam, ac certam credere, cognovit, ut eam dogmatis numero ducant, Symbolique Apoſtolici articulo quinto contineri profiteantur. Itaque non ſolum Archiepiſcopos Tarraconenſes, ſed Epiſcopos etiam Gerundenſes [2], Urgel-

1 In volumine inſcripto: *Conſtitutiones ſacrorum Conciliorum Tarraconenſium ſub Illuſtri, & Reverendiſſimo in Chriſto Patre D. D. Hieronymo de Aurea Miſerat. Divina Tituli D. Thomæ in Parione S. R. E. Diac. Card. & Tarracon. Perpetuo Adminiſtratore collectæ*] *Decreto S. Concilii Tarraconenſis celebrati anno* 1555. *Barcinon. an.* 1557. extat libellus, cui titulus: *Chriſtiani hominis pia Inſtitutio*. In Epiſtola ad lectorem ei libello præfixa, hæc leguntur: PATRUM NOSTRORUM SECULO, *Chriſtiane lector*, COLLECTUS EST DOCTRINÆ CHRISTIANÆ EPILOGUS, *temporum illorum ſimplicitati accommodatior, quam eruditorum auribus aptior. In eo enim intueri licet, non tam decidi de fide controverſias*, QUAM PLACITA RECEPTA RECENSERI. *Informari adeo magis poſtulabant ſimplices, & pii animi, quam acute, ſubtiliterque doceri. Ejus quidem rei extare ſpeciem voluimus, quod nefas eſſe duximus, quidquam ex hoc opere vetuſtatis aboleri, præſertim cum ſtudium omne noſtrum huc contulerimus, ut veteris memoriæ recordatio diligentia noſtra a poſteritate recolatur. Eoque libentius eum ſuperiorum temporum doctrinæ Chriſtianæ epilogum Conſtitutionibus provincialibus adjungendum cenſuimus, ſimplicibus hominibus docendis non ineptum . . . . His commodis ſacri Tarraconenſis Concilii ſollicitudine partis ut fruare Chriſtiane lector, valde optamus: quando nihil Deo Optimo Maximo gratius, & nobis, ac populo fructuoſius eſſe poteſt, quam ut* DOCTRINÆ CHRISTIANÆ VOCIBUS PERSONENT AURES CHRISTIANÆ. Videamus modo, quid vetuſtas, ex Synodi Provincialis Tarraconenſis ſententia ferat. In ejus igitur Inſtitutionis parte, quæ eſt *de iis quæ ſunt fide tenenda, ad Articulum* v. *Symboli pag.* 218. ſic habetur: *Qui moriendo mortem noſtram deſtruxit, ut vitam reſurgendo repararet, dum in ſepulcro corpus quieſcit, ad inferos ſecundum animam divinitati conjunctam deſcendit*, ET A LIMBO *inferni ſuperiori parte* SANCTOS PATRES EXEMIT, *quos priſtina ipſorum fides in futurum Meſſiam per caritatem operata participes paſſionis fecerat . . . non tamen in Regnum Cæleſte introducere poterat, donec ipſa via, quæ Chriſtus eſt, munita, & velut ſtrata paſſione, & morte ejus foret: nec non etiam Janua Cæli, quæ poſt exilium Adæ clauſa ſemper fuerat, vulnere lateris Chriſti aperta: atque ita expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans eos in ſemetipſo*. En quid Symboli Apoſtolici Articulo v. contineri Synodi Tarraconenſis doctrina ferat. Ampliorem hoc, longeque locupletiorem Catechiſmum Synodi ejuſdem Decreto fuiſſe etiam editum, ex ea ipſa ad lectorem Epiſtola intelligitur. Hunc mihi videre non licuit. Sed ex iis, quæ ex breviore protulimus, cujuſmodi ſit, conjicere quiſque poterit.

2 Subſcripſit Epiſcopus Gerundenſis Synodo Provinciali Tarraconenſi an. 1581. *pag.* 644. *tom.* IV. *Conciliorum Hiſpaniæ edit. Rom. a Card. Aguirrio curatæ anno* 1693.

Urgellitanos [1], Barcinonenſes [2], Vicenſes [3], Ilerdenſes [4], Der-

no 1691. a qua quidem Synodo conſtitutum fuit, *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 11I. *pag* 481. ut parochi *pueros, & puellas, alioſque rudes, & ignaros fidei rudimenta lingua vernacula, & materna doceant. In expoſitione vero rudimentorum fidei, doctrina Chriſtiana* CATECHISMO ROMANO UTANTUR.

1 Eidem Synodn ſubſcripſit Epiſcopus *Urgellenſis*.

2 Barcinonenſis item eidem ipſi Synodo conſentiens ſubſcripſit. Præterea in libello, quo parochi Diœceſeos Barcinonenſis utuntur, inſcripto: *Dialagos de la Doctrina Chriſtiana &c. Compoſtos per lo Doctar en Theologia Franciſco Oriols Prevere, y Paborde de Caſtel Tersòl Bisbàt de Vich, y Examinador Synodal de dit Bisbàt, al enſenyar, o'apendrer los quals ha concedit* 40. *dias de indulgencia lo Illuſtriſſim y Reverendiſſim Senyor Bisbe de Vich*, ejuſdem libelli *pag.* 38. ſic legitur: *Separada que faneh la anima de ſan precioſiſſim cos, ahont va anar la anima? Als Llims a glorificar las animas dels Sants Pares.* Id autem latine ſic reddi poteſt: *Ut ſejancta ejus anima a pretioſiſſimo ſuo corpore fuit; quo anima ipſa ſe conſulit? In limbum ad glorificandas animas Sanctorum Patrum. Pag.* 25. in qua Articuli Symboli Apoſtolici numerantur, quarto loco ponitur ille *de Chriſti deſcenſu ad inferos ad liberandas animas Sanctorum Patrum, qui eum expectabant.* » Lo quart es creurer, que devallà als inferns, y » deſlliura las animas dels Sants Pares, quel eſtaven eſperant ». Audiu' Cadouice, ut etiam Barcinonenſis, & Vicenſis Eccleſiæ id, quod tu negas, adeo certum eſſe affirment, ut in articulis fidei numerent?

3 Vide notationem ſuperiorem.

4 Subſcripſit item Epiſcopus Ilerdenſis Concilio Tarraconenſis Provinciæ, cujus eſt a nobis facta paullo ante in Adnotationibus mentio. Præterea in Sacerdotali Ilerdenſi Antonii Auguſtini viri Chriſtianorum dogmatum, totiuſque antiquitatis peritiſſimi, cum Epiſcopatum in ea Eccleſia gereret, cura edito Ilerdæ an. 1567. *pag.* CLXXX. *verſa*, extat *profeſſio fidei articulorum*, quam Parochi exigere debeant ab iis, qui in periculo vitæ verſentur. Proponitur autem hoc modo. Parochus infirmum Catalana lingua alloquens: *Avant*, inquit, *deveu firmament creure, que ſtant lo ſanctiſſim cors de noſtre Senyor Deu Jeſu Chriſt en lo arbre de la ſanctiſſima vera creu, la ſua ſanctiſsima anima unida ab la Divinitat devallà als inferns de hont tragué, y delliurà les animes dels Sants Pares, Patriarches, y Prophetes, y de tots aquells, qui avien cregut, y avien tingut ferma fe, y eſperança en lo ſeu ſant adveniment.* CREHEV HO VOS AXI? Reſp. infir: CREDO. Et *pag.* CLXXXII. *verſa*. Hiſpanica lingua Parochus infirmum perinde alloquens: *Adelante*, inquit, *haveys firmemente de creer, que eſtando el ſanctiſsimo cuerpo de noſtro Senyar Dios J. Chriſto en el arbol de la ſanctiſsima vera Cruz, ſu ſanctiſsima anima unida con la Divinidad baxò a los infiernos, de donde ſacò, y librò las animas de los Sanctos Padres, Patriarchas, y Prophetas, y de todos aquellos que avian creydo, y avian tenido firme fe y eſperanza en ſu ſancto advenimiento.* CREEYS ESTO VOS ASSI? Reſp. infirmus. SI' CREO. Reddam hæc latine, ut intelligi ab iis etiam poſſint, qui Catalanam, atque Hiſpanicam linguam ignorent. *Parochus* » Debetis, *inquit*, antea » firmiter credere, dum erat ſanctiſſimum Domini noſtri Dei Jeſu Chriſti cor» pus in arbore ſanctiſſimæ veræ Crucis, ejus ſanctiſſimam animam Divinitati » unitam deſcendiſſe ad inferna, unde exemit, & liberavit animas Sanctorum » Patrum, Patriarcharum, & Prophetarum, omniumque illorum, qui crediderant, fidemque firmam, ſpemque in ejus ſanctum adventum habuerant », CREDITIS NE VOS SIC? *Reſp. infirmus* ITA, CREDO. Deus immortalis! Quod Eccleſiæ Chriſti Catholicæ, ut ex earum monumentis liquet, noſque oſtendimus, in articulis fidei numerant, quodque tam eſſe ſcitu neceſſarium judicant, ut vel infirmis graviter laborantibus proponant, ab iiſque exigant, ut illud ſe credere profiteantur, hoccine noſtra ætate non ſolum a ſtudioſis rerum novarum, qui ſe tamen Catholicos dicant, in dubium revocari, ſed etiam oppugnari, ac rejici feremus?

Digitized by Google

Dertoſenſes [1] id plebi Chriſtianæ tradi, atque explicari jubere. Ubi, quid Catalani ſentirent, comperit; in Aragoniam migrat. Cognoſcit Cæſaraugustanis [2], quorum eſt Antiſtes Metropolita, Terolenſibus [3] item, ceteriſque, qui Provinciæ Cæſarauguſt. finibus continentur, cum Tarraconenſibus mirifice convenire. Inde Valentiam [4] proficiſcitur. Eſt ea urbs Provinciæ Eccleſiaſti-

1 Dertoſenſis Epiſcopus ſubſcripſit Synodo Provinciæ Tarraconenſis, cujus nos Synodi ſupra meminimus.

2 Confer *Conſtituciones Sinodales del Arçobiſpado de Zaragoza hechas por el Iluſtriſsimo Senyor Don Fray Juan Cebrian Arçobiſpo &c. En Çaragoza 1656.* Nam harum Conſtitutionum *pag.* 3. ſic legitur: » *Deſcendiò a los infiernos &c.* » Quedando el cuerpo precioſo de Chriſto en el ſepulcro ſin corrupcion alguna, » unido al Verbo Eterno, el Alma ſantiſſima unida al miſmo, baxò a los in- » fiernos, donde eſtavan depoſitados los Santos, y los ſacò para ſubirlos con- » ſigo al Cielo. Creemos juntamente, que demas de dicho lugar, ay otros » tres &c. » Hoc eſt: *Manente pretioſo Chriſti corpore in ſepulcro ſine ulla corruptione, quod quidem corpus junctum erat æterno Verbo, anima ejus ſanctiſsima eidem Verbo unita deſcendit ad inferos, ubi ſancti depoſiti tenebantur loco, eoſque inde exemit, ut ſecum in Cœlum transferret.* CREDIMUS *pariter, præter eum, de quo dictum eſt, locum tres alios eſſe &c.* Viden', ut *fide* id ab ſe teneri (in Catechiſmo, quem proponit ad diſcendum plebi) ea Synodus doceat? Alioquin non uſurparet τὸ CREDIMUS. Conſule præterea libellum editum a Hieronymo Roſaleſio Cæſarauguſtæ an. 1709. inſcriptumque *Caton Chriſtiano, y Catechiſmo de la Doctrina Chriſtiana para la educacion, y buena crianza de los ninnos.* Hujus nempe libelli *pag.* 5. *articulos* fidei Symbolo comprehenſos Auctor enumerans: *El quarto,* inquit, CREER, *que deſcendiò a los infiernos, y ſacò las animas de los Santos Padres, que eſtavan eſperando ſu ſanto advenimiento.* Id eſt: » Quartus, CREDERE, deſcendiſſe (J. C.) ad inferos, & eruiſſe animas Sanctorum Patrum, quæ ibi erant expectantes ejus ſanctum adventum ». Audin', ut hic etiam Auctor, CREDI id oportere ſcribat, velut articulum ſymboli?

3 Confer libellum inſcriptum: *Enchiridion ſacerdotum, omnibus, qui ſacris initiantur, præſertim iis, quibus incumbit cura animarum, valde utile a Guidone de Monte Rocherii ante cc. annos editum &c.* typiſque excuſum Antuerpiæ anno 1574. Fuit id opus ſcriptum Terolii a Guidone de Monte an. 1333. dicatumque Raymundo S. Sedis Valent. Epiſcopo. *Parte autem ejus* III. *pag.* 373. hæc reperimus: » Quartus Articulus pertinens ad humanitatem eſt de deſcenſu ad » inferos: Scilicet, quod CREDIMUS, quod anima Chriſti, quæ in morte » ſeparata fuit a corpore unita tamen Divinitati, corpore etiam Divinitati uni- » to in ſepulcro remanente, deſcendit ad LIMBUM SANCTORUM PATRUM, » qui eſt quædam pars inferni, & SANCTOS PATRES, QUI IN FIDE de » Chriſto incarnando, ET IN CARITATE DECESSERANT, INDE LIBE- » RAVIT: Et de ISTO ARTICULO dicitur IN SYMBOLO *deſcendit ad infe-* » *ros* ». En quid ferat Articulus ille Symboli Apoſtolici. En quid a nobis credi eo articulo oportere Guido ſeculi XIV. inſignis auctor in Eccleſia Terolenſi ad Epiſcopum Valentinum ſcribens teſtetur.

4 Catechiſmos, quos a Parochis Diœceſeos Valentinæ Synodus Provincialis Valentina an. 1565. *edit. Valent. pag.* 15. *ſeq.* & Diœceſana an. 1584. *to.* IV. *Collect. Concilior. Hiſp. edit. Rom. Card. Aguirrii an.* 1693. *pag.* 285. proponi populo oportere demonſtrant, non diſcrepare ab Orioleſi, cujus paulo poſt afferemus hac de re doctrinam, mihi quidem certum, atque exploratum eſt. Confer s. Tho-

mæ

cæ Metropolis. In Provincia Epiſcopatus [1] numerantur tres. Neque in his, ut ne in Diœceſi quidem Metropoleos, quemquam invenit, qui non ultro confiteretur, Religionis Chriſtianæ dogma, atque myſterium eſſe, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti non ante, quam mortuus Servator Chriſtus fuiſſet, beatos eſſe cœpiſſe aſpectu Dei. Inde cum per Granatenſem tractum iter feciſſet, intellexiſſetque in ea item Provincia, in qua ſunt Accitani [2], par ſtudium incolis in eadem ſententia tuenda eſſe; in Bæticæ partem illam, quam Andalutiam vocant, pervenit. Malacitanorum [3] in re eadem firmitate,

mæ de Villanova Archiep. Valentini ex Ordine Eremit. s. Auguſtini Concionem *De Reſurrectione pag.* 189. *ſeq. edit. Rom. an.* 1659. Præterea editus Hiſpanice Valentiæ an. 1625. eſt Catechiſmus, qui Bellarmini dicitur, cujus quidem Catechiſmi *p.* 65. *ſeq.* ita omnino ut in Italicis, legitur, credendum eſſe Chriſtum deſcendiſſe ad inferos liberandarum animarum Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti cauſſa.

1 Ad Provinciam Valentinam Oriolana Diœceſis pertinet. Hujus Antiſtes Fr. Acacius Manchius de Velazco in extremis Actis ſuæ Diœceſanæ Synodi, Inſtitutiones Catecheticas edi curavit, in quibus hæc omnino ſcripta leguntur: » P. *Que confeſſamos en el quarto Articulo, quando decimos*, deſcendiò &c.? » *R.* Que la alma ſantiſſima de Chriſto S. N. deſpues que eſpirò en la cruz, » y ſe apartò del cuerpo, unida con la Divinidad baxò al ſeno, o concavi» dad, que hay en el centro de la tierra, que llaman limbo, donde ſin pena, » ni gloria eſtavan todos los Santos Padres antiguos, y Juſtos, que havian » muerto en gracia, y con ſu viſta los alumbrò con luz de gloria, y vieron » la eſencia divina, y deſde entonces quedaron bienaventurados &c. » Quæ quidem nos latina ſic fecimus. Interr. *Quid confitemur in quarto Articulo, dum dicimus*: deſcendit &c. Reſp. *Animam ſanctiſſimam Chriſti D. N. poſteaquam in cruce is expiravit, ſeque ea ſejunxit a corpore, Divinitati junctam in ſinum, aut in id concavum, quod eſt in centro terræ, quodque appellant limbum, deſcendiſſe, ubi ſine pœna, nec gloria manebant Sancti Patres Antiqui, & Juſti omnes, qui mortui in Dei gratia fuerant, eoſque illuminavit, aſpectu ſuo, lumine gloriæ, videruntque naturam Dei, & ex tunc fuere beati.*

2 Synodi Accitanæ ann. 1554. ſub Epiſcopo Martino de Ayala habitæ Acta hiſpanice ſcripta edita fuerunt Compluti anno 1556. hoc titulo: *Sinodo de la Dioceſi de Guadix, y de Baça*. Fol. autem *horum Actor.* 1. *tit.* 1. cujus hæc eſt inſcriptio: *Confeſsion de la fe con proteſtacion*: hoc eſt. *Confeſsio fidei cum proteſtatione*, ſic legitur. » Creemos firmemente ... en Jeſu Chriſto, el qual » ... deſpues de ſer verdaderamente muerto, ſu benditiſſima anima junta con » la Divinidad deſcendiò a los infiernos, y ſacò por ſu propria virtud y me» rito las animas de los Sanctos Padres que con biva fe eſperavan ſu ſancto » advenimiento »: Ideſt: *Credimus firmiter ... in Jeſum Chriſtum, cujus .... poſteaquam vere mortuus fuit, anima inprimis benedicta juncta Divinitati deſcendit ad inferos, & eduxit ſua propria virtute, & merito animas Sanctorum Patrum, qui viva fide expectabant ejus ſanctum adventum.* En quid Eccleſia Accitana credere ſeſe cum proteſtatione profiteatur, idque ante annos plus 40., quam editus Catechiſmus Bellarmini fuiſſet.

3 Confer Acta Synodi Malacitanæ an. 1671. *edit. Hiſpalen. an.* 1674. *pag.* 55. & 57.

tate, atque conſtantia perſpecta, Hiſpalim petit.

Agit cum Johanne Brito Dominicano viro & tenace officii, & frugi, & perito rerum, quicum Romæ aliquamdiu familiariter vixerat. Hoc uſus interprete, didicit: Hiſpalenſes [1] in eadem, atque Hiſpanos ceteros, ſententia verſari. Paucis diebus Hiſpali moratus, cognito qua commodior via Toletum eſſet, eo magnis diurnis, atque nocturnis itineribus contendit. Quo ut pervenit, Franciſcum Perezium Bayerum Valentinum adit doctum hominem, ac linguarum hebraicæ, græcæ, arabicæ, latinæ, totiuſque antiquitatis peritiæ laude illuſtrem, quocum amicitiam Romæ junxerat, quique nunc in principe Toleti Metropoleos templo Canonici Scevophylacis ſuſtinet dignitatem. Hic ut cauſſam intellexit, quamobrem Mamachius tam longum iter, tamque difficile ingreſſus eſſet, hortatur hominem, ut ne de Toletana [2]

& 57. quibus in locis jubentur Parochi, ut Catechiſmum Roman. penes ſe habeant, doceantque populum *ſervando formam* ejuſdem *Catechiſmi Romani*: Guardando la forma del Catechiſmo Romano.

1 Confer Synodum Hiſpalenſem an. 1572. ſub Chriſtophoro Sandovalio Archiepiſcopo *cap.* 1. *quod eſt de Doctrina Chriſtiana*. Et *Conſtitutiones Synodales Archiepiſcopatus Hiſpalenſis a Roderico de Caſtro S. R. E. Card. Archiepiſcopo hiſpanice decretas*, & *ſcriptas an.* 1586. *editaſque Hiſpal. an.* 1587. In his enim eo capite, quod eſt *de los articulos de la fe*, ſic equidem ſcriptum reperi: *El quarto* (*articulo de los que pertenecen a la ſancta humanidad de nueſtro Senyor Jeſu Chriſto*) CREER, *que deſcendiò a los infiernos*, *i ſacò las animas de los Sanctos Padres*, *que eſtavan eſperando ſu ſancto advenimiento*. Hoc eſt: » Quartus » (articulus eorum, qui ad humanitatem D. N J. Chriſti pertinent) eſt, CRE- » DERE, quod deſcendit ad inferos, & eduxit animas Sanctorum Patrum, » quæ erant expectantes ejus ſanctum adventum ». Conſiderent etiam, atque etiam Cadonicus, ejuſque defenſores, qui ſic articulus ſymboli Apoſtolici *de deſcenſu ad inferos* ex Synodorum Hiſpalenſium ſententia, ac deſinat Suareſium, Bellarminum, & Graveſonium carpere, ac ſi hi ſuo arbitratu certa fide tenendum eſſe ſtatuerint, quod nos de liberatis ex inferis animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum defendimus.

2 *En la Synodo Dioceſ. del Arzopiſpado de Toledo celebrada por el Em. y Revmo Senyor Card. Luis Manuel Portocarrero Arzobiſpo de Toledo. Edit Tolet. an.* 1682. *tit.* 1. *de Fide Catholica pag.* 5. inter *Los ſiete Articulos de la fe*, *que pertenecen a la ſanta humanidad de nueſtro S. J. C.* ponitur *el quarto*, qui eſt: CREER, *que ſu alma unida con la Divinidad*, *quedando ſu cuerpo unido a la miſma Divinidad*, *deſcendiò a los infiernos*, *y ſacò las animas de los SS. Padres que alli eſtavan eſperando ſu ſanto advenimiento*. Nempe CREDERE, *ejus animam Divinitati unitam*, *relicto corpore juncto eidem Divinitati*, *deſcendiſſe ad inferna*, *eruiſſe animas SS. PP.*, *quæ ibi manebant expectantes illius ſanctum adventum*. Similia horum continet libellus inſcriptus *Catecismo*, *y Expoſicion Breve*

Eccleſia laboret. Id enim eam ſentire demonſtrat, ſuiſque ad credendum proponere, quod ſynodi veteres Toletanæ *profeſſionibus Fidei* [1] comprehenderint, quodque Apoſtolica Sedes declararit [2], duobuſque Catechiſmis & ſuperiorum Pontificum, & Clementis hujus, qui modo feliciter rem Chriſtianam publicam gerit, auctoritate vulgatis [3] decrerit tradi a Parochis oportere Chriſtianæ plebi. Docet, quibus ex fontibus idem doctrinæ genus in Eccleſias, quæ terminis Toletanæ Provinciæ continentur, manaverit. Fidem Seguntinorum [4], Segobienſium [5], & Val-

Breve de la Doctrina Chriſtiana ab Hieronymo Ripalda perſcriptus, qui libellus in Diœceſi Toletana adhiberi a Parochis ad puerorum inſtitutionem ſolet. Ejus enim libelli *pag.* 18. *edit. Matrit. an.* 1726. in articulos, *los que pertenecen a la ſanta humanidad*, refertur quarto loco: CREER *que deſcendiò a los infiernos, y ſacò las animas de los Santos Padres, que eſtavan eſperando ſu ſanto advenimiento*.

1 De duabus Synodis Toletanis IV. & XVI. ſeculi VII. deque Epiſcopis veteribus item Toletanis, qui idem, atque nos de Patribus Veteris Teſtamenti deſcenſu Chriſti ad inferos liberatis dicimus, docuerint, profeſſique fuerint, agam alio loco opportune.

2 De Conſtitutione Benedicti XII. actum a nobis diligenter eſt *pag.* 212. *ſeqq. hujus volum.*

3 Confer quæ de Catechiſmis Romano, & Bellarminiano ſcripſimus *pag.* 230. & *pag.* 231. *ſeqq.* & *pag.* 269. *in adnot.* 1.

4 Hoc idem Seguntinam Eccleſiam credere, intelligitur ex brevi Catechiſmo, qui Actis Synodi Seguntinæ ab Didaco Eſpinoſa S. R. E. Card. Epiſcopo an. 1571. habitæ continetur *pag.* 4. & 5.

5 In Actis Synodi Segobienſis habitæ an. 1586. ſub Andrea de Cabrera, & Bovadilla Epiſcopo *cap.* II. quod eſt: *de la fe que ha de creer el Chriſtiano pag.* 8. ſic reperi: *El quarto articulo es, que* (J. C.) *deſcendiò à los infiernos, y ſacò de allì las animas de los Santos Padres. Donde ſe ha de conſiderar que no ſolos los que nacieron deſpues del advenimiento de Chriſto, mas todos quantos precedieron deſde Adam, y ſeran haſta la fin del Mundo, fueron redemidos por ſu paſſion. Por lo qual haſta el, ſiempre eſtuvo cerrada la puerta del cielo, y por eſſo los que ante morian en gracia de Dios, deſpues de purgados en el purgatorio ſus peccados, ſe quedavan en el limbo donde eſtavan depoſitados, haſta que J. C. vinieſſe a abrirla. Y por eſta cauſſa ſe anade aquel articulo, que deſcendiendo a los infiernos ſacò de allì las animas de los Santos.* Quæ latine reddita, ita ſonant: « Quartus articulus eſt, quod deſcendit ad inferos, » indeque ſanctorum animas exemit. Quo loco conſiderandum eſt, non ſolum eos, qui poſt adventum Chriſti nati ſunt, ſed omnes quotquot præceſſerunt, ab Adamo, eruntque ad exitum uſque Mundi, fuiſſe ejus (Chriſti) paſſione redemptos. Quare uſque ad eum ſemper clauſam fuiſſe cæli januam, ideoque quotquot moriebantur in Dei gratia, poſteaquam peccata ſua in purgatorio purgarant, conſtitiſſe in limbo, ubi depoſiti loco detinebantur, uſque dum Chriſtus ad eam aperiendam veniſſet: proptereaque ei articulo (Symboli) adjungi (Chriſtum) deſcendentem ad inferos inde Sanctorum animas exemiſſe ».

Digitized by Google

& Valliſoletanorum [1] prædicat. Confirmat, numquam eos eſſe commiſſuros, ut quis contra impune ſentiat. Neque vero hos ſolum, ſed ne Hiſpanicam quidem Eccleſiam ullam, id ut quiſquam audeat, laturam. Quod enim univerſitati, conſenſionique Eccleſiarum repugnet, id (propterea quod novum, & falſum ſit) pati eas, ut a ſuorum quoquam defendatur, non poſſe; probare autem multo minus poſſe.

Quod ſi Mamachius ad eam rem etiam atque etiam confirmari velit, Salmanticam ipſe ſe transferat. Non dubitare ſe, quin ex Theologis (quorum eſt Academia in ea urbe vetus, doctrinæque gloria inſignis) exque Philippo Beltrano Epiſcopo, qui gravitate, integritateque morum ſingulari, prudentia, providentia, ſapientia, virtute denique ei Eccleſiæ magna & laude ſui, & utilitate Cleri, populique Salmantini præeſt, intellecturus ſit, quam diligenter id genus dogmatis, tam antiquum, tam late patens, tantoque omnium gentium firmatum conſenſu, Hiſpanorum natio univerſa digna nomine, digna Rege Catholico ſervarit, propugnarit, flagran-

1 *En las Conſtituciones Synodales hechas, y promulgadas en la primera Synodo, que ſe celebrò en la Ciudad, y Obiſpado de Valladolid por el I. Y R. Senyor D. Juan Baptiſta de Azevedo Patriarcha de las Indias ſegundo Obiſpo de dicho Obiſpado, y Inquiſidor Apoſtolico General en los Reynos, y Senorios de ſu Magd. En Valladolid, anno de* 1607. *pag.* 8. *verſa ſeq.* ſic legitur: *El quarto (Articulo) creer, que el anima de Jeſu Chriſto nueſtro S. juntamente con la divinidad deſcendiò a los infiernos, y sacò las animas de los Santos Padres, que eſperavan ſu ſanto advenimiento .... los ſantos que murieron antes que Chriſto S., no yvan al Cielo, aunque morian en gracia de Dios, ſino al limbo, que por otro nombre ſe llama ſeno de Abraham ... y alli eſtavan detenidas todas las almas de los ſantos, que havia havido deſde el principio del Mundo; porque no podian entrar en el Cielo haſta que vinieſſe Chriſto nueſtro Redentor, y por los meritos de ſu paſsion los ſacaſſe, y abrieſſe la puerta del Cielo elevandolos con ſigo a gozar de ſu gloria.* » Quartus CREDERE, animam Jeſu Chriſti Domini noſtri » junctam divinitati deſcendiſſe ad inferos, eduxiſſeque animas Sanctorum Pa» trum, quæ ejus ſanctum adventum expectabant .... Sancti decedentes ante » quam mortuus Chriſtus D. eſſet, etſi decedebant in Dei gratia, tamen » non ibant ad Cælum, ſed ad limbum, qui alio nomine appellatur ſinus Abrahæ » ... ibique omnes animæ Sanctorum, qui ab initio mundi extiterant, deti» nebantur, quia ingredi in cælum non poterant, uſque dum Chriſtus adve» niſſet Redemtor noſter, meritiſque ſuæ paſſionis eos educeret, aperiretque por» tam cæli, eoſque ſecum exaltaret, ut ſua gloria fruerentur ».

Digitized by Google

flagrantique ſtudio religionis incitata in extremas Orbis terrarum oras intulerit.

II. Mamachius eam ſe Bayero gratiam habere teſtatus, quam eidem ſe aliquando confideret relaturum, ad ſuos hoſpites divertit, ſocioſque ſtatim ad ſeſe evocari jubet. His accnrrentibus mandat, ut ad Burgenſes ea de re quæſitum feſtinent, hinc ad Legionenſes, inde ad Aſtures ſe conferant, poſtremo Compoſtellam petant. Nam ſperare, brevi ſe ea in urbe futurum, neque inde, quoad omnes ad ſeſe redierint, diſceſſurum. Poſtero die cum illi Toleto, imperata facturi, abiiſſent, ipſe Salmanticam proficiſcitur. Eo ut attigit, nihil habuit prius, aut potius, quam ut Epiſcopum conveniret. Hunc coram multo etiam digniorem laude cognovit, quam prædicatum audierat. Eumdem quum de doctrina morum, & Religionis una cum Theologis ejus Academiæ differentem offendiſſet, utque fert conſuetudo, virique virtus, ac dignitas poſtulabat, magna ſignificatione obſervantiæ erga illum ſuæ, verbiſque plenis officii conſalutaſſet; cujus conſilio, quamque ob cauſſam Salmanticam venerit, certiorem facit. Ille ubi comiter Mamachio egit gratias, quod de ſe optimum judicium feciſſet, negat, fuiſſe uſquam in Hiſpania orthodoxorum ullum tam rudem, tamque imperitum rerum, qui eam ſententiam, de qua inquireret, articulo Symboli Apoſtolici: *deſcendit ad inferos*: comprehendi dubitaret. Quod ſi fuiſſet, id ſe, qui *paſtoris* animarum munus jam uſque a prima juventute ſua ſuſtinuerit, latere non potuiſſe. De Provincia Compoſtellana ne percuntaretur. Sic enim ſciret: non Salmanticenſes [1] modo, de quibus etiam Theologi, qui ade-

[1] Vide Synodi Salmanticenſis an. 1570. a Petro Gonzaleſio de Mendoza ejus Eccleſiæ Epiſcopo habitæ Acta *edit. Salmant. an.* 1573. *pag.* 3. Confer etiam *Summa Theologica Hieronymi Franciſci Pererii P.* II. inſcriptam *Segunda Parte de los myſterios de nueſtra Santa Fe dedicado a la madre Priora, y a las demas Religioſas Recoletas Auguſtinas del Real Convento de la Encarnacion de la Villa de Madrid*, quæ quidem pars altera Hiſpanis, Luſitaniſque Doctoribus probata vehe-

aderant, ferre teſtimonium certum poſſent, ſed etiam Pacis Auguſtæ [1], ſeu Badajocenſes cives, Caurienſes, Placentinos, Civitatenſes Roderici, Abulenſes, Aſturicenſes [2], (nam de ceteris eſſe Mamachium a Compoſtellanis cogniturum) ita a majoribus ſuis, ab Epiſcopis, a Parochis, a Magiſtris inſtitutos eſſe, ut quod eſt de adſertis in libertatem morte Servatoris Chriſti, auctiſque tunc primum beatitate Sanctis Veteris Teſtamenti dogma, in articulis Symbolo Apoſtolico comprehenſis numerent. Nihil ſe mo-

vehementer fuit. In hujus autem pag. 25. ſeq *edit. Matrit. an.* 1637. ſic legitur: *Que ſe entiende aqui por infiernos? Lugares baxos, que ſon los, que eſtan mas cerca del centro de la tierra ... Y a qual de eſtos infiernos baxò el alma de Chriſto nueſtro bien? Al de los Santos Padres* ES CIERTO *que baxò, pero ſi baxò a alguno de los otros no es cierto*. Paulo ante dixerat auctor: *Y quien eſtà en aquel lugar? Aora nadie. Pero antes, que Chriſto murieſſe, yvan a el las almas de los que morian en gracia de Dios, ſin dever por ſus pecados ninguna pena. Y las que acabavan de purgar ſus penas en purgatorio, donde yvan entonces? A aquel ſeno de Abrahan, como aora van al Cielo. Y tenian alli aquellas almas ſantas alguna pena? De ſentido no, porque no avia alli fuego, que las atormentaſſe, ni otras coſas exteriores, que las dieſſe pena, pero padecian alguna afliccion por carecer de la clara viſta de Dios. Y tenian alli algun conſuelo? Si tenian, y grande, de verſe amigas de Dios, confirmadas en ſu gracia, y ciertas de que la avian de goʒar para ſiempre, y libres de tormentos exteriores*. » Quid heic intelligitur inferorum nomine? Loca inferiora, quæ ſunt » propiora centro terræ ... Et ad quem horum inferorum locorum deſcendit ani» ma Chriſti boni noſtri? CERTUM eſt eam deſcendiſſe in locum SANCTO» RUM PATRUM, an vero deſcenderit in aliorum aliquem, non eſt certum. » Quiſnam eſt in eo loco? Nunc nemo. Sed antequam Chriſtus eſſet mortuus, » in eum ibant animæ eorum, qui moriebantur in Dei gratia, nec pro pec» catis ſuis ullam debebant pœnam pendere. Quæ vero ſuas ſolvere in pur» gatorio pœnas deſierant, quo tunc ibant? In locum ſinus Abrahæ (*ſeu lim» bum*) ut nunc transferuntur in Cælum. Ferebant ne eo loco illæ Sanctorum » animæ ullam pœnam? Senſus quidem nullam, cum ibi nullus ignis eſſet, » qui eas torqueret, neque res ullæ exteriores, quæ pœnam eis afferrent. Sed af» flictionem aliquam patiebantur, quod viſione Dei carerent. Ullamne vero con» ſolationem experiebantur? Ita ſane, & magnam quidem, quod ſe amicas » eſſe Dei cognoſcerent, in ejus gratia confirmatas, liberas exteriore quovis » cruciatu, certaſque, fore ut eo ſemper gauderent ». De Theologis Academiæ Salmanticenſis diſſeram alio loco opportune, ac diligentius.

1 Synodus Badajocenſis ſub Franciſco *de Roys, & Mendoʒa Epiſcopo*, electo Archiepiſcopo Granatenſi an. 1671. *edit. an.* 1673. *In recenſione Articulorum fidei pag.* 26. » Deſcendiò, *inquit*, a los infiernos antes de ſu reſurrecion, y ſacò » del limbo las almas de los Padres, que eſtavan detenidas en el, haſta que » Chriſto abriò las puertas de la gloria ». *Deſcendit ad inferna ante reſurrectionem ſuam, eduxitque e limbo Patrum animas, quæ in eo detinebantur, uſque dum Chriſtus aperuit portas gloriæ*.

2 Synodus Aſturicenſis ſub Petro de Rojas Epiſcopo *edit. an.* 1595. *pag.* 15. *In recenſione Articulorum fidei*. » El quarto CREER, que deſcendiò a los infier» nos, y ſacò las animas de los Sanctos Padres, que eſtavan eſperando ſu ſan» cto advenimiento ». *Quartus* CREDERE: *deſcendiſſe* (Chriſtum) *ad inferna, eduxiſſeque animas Sanctorum Patrum, qui expectabant ejus ſanctum adventum*.

Digitized by Google

morari libros, quos ab homine Italo editos in Italia fuiſſe Mamachius diceret. Non tam incautos, neque tam ſegnes in munere gerendo eſſe Hiſpanos Antiſtites Eccleſiarum collegas ſuos, ut ab ſtudioſis novarum rerum, etiamſi Auguſtino Magiſtro glorientur, imponi ſibi; aut quæ eſſe populo Chriſtiano detrimento poſſe videantur, in Hiſpaniam importari ſinant. Opinionem doctrinæ, quam de Italis, merito quidem eorum, conceperint, etſi magna eſt, eſſe tamen non poſſe tantam, ut ejus cauſſa aut intermittendum officium ſibi, aut contra atque ratio poſtulat, modum eſſe faciundum putent ſeveritatis. Quum vellet Cadonicus experiretur, libroſque illos ſuos in Hiſpaniam mitteret. Intellecturum, quid ſub Catholici Regis imperio Hiſpani Catholici amore, ſtudioque religionis commoti poſſint. Atque hos, ſi umquam alias laude tuendi veri fuerunt aliquid (quanti autem fuerint, perſpici ex Hiſtoriæ illuſtribus monumentis plane poſſe) hoc certe in genere veritatis ſtrenuos, Deique munere, invictos adſertores, ac vindices futuros. Quod enim dogma, curandæ ſalutis gentium barbararum cauſſa, tanto incommodo, periculoque ſuo ad Americæ fines uſque ultimos propagaverint; qui demum patiantur, importatis aliunde libris, quaſi armis quibuſdam, oppugnari domi? Atque Hiſpanorum opera didiciſſe demum Americanos ex Symbolo, non ante fuiſſe Veteris Teſtamenti Patres beatos viſione Dei, quam Chriſtus Servator paſſus, mortuuſque fuiſſet, tam eſſe certum, tamque teſtatum, ut ne oratione quidem egeat. Habere ſe Synodos, Catechiſmoſque Mexicanos, atque Peruanos in promtu, teſtes & eorum religionis, & dicti ſui. Mamachium, ſi eos evolvere non gravetur, non modo quæ Sancti Thuribii [1], ceterorumque Præſulum, Doctorumque hominum Hiſpa-

1 *In Concilio 3. Provinciali Limano an. 1583. S. Thuribii per Sedem Apoſtolicam adprobato. Actione* II. *cap.* III. *pag. 6. ſeq. edit. Rom. an.* 1684. decretum ſic eſt: » Ut Indorum populi in religione Chriſtiana adhuc rudes, ſalu- » tari

Hiſpanorum, qui Americanos inſtituerunt doctrina, ſit,
t t · cogni-

» tati fidei doctrina commodius imbuantur, ac tutius, atque eamdem ubi-
» que unius doctrinæ formam inveniant, placuit veſtigiis Generalis Tridentini
» Concilii inſiſtendo, proprium Catechiſmum huic univerſæ provinciæ edere,
» quem omnes Indi pro ſuo captu doceantur, ac memoriter, ſaltem pueri,
» teneant, diebuſque dominicis, & feſtis in publico conventu Eccleſiæ repe-
» tant. Præcipit ergo Sancta Synodus OMNIBUS INDORUM PAROCHIS IN
» VIRTUTE S. OBEDIENTIÆ, ET SUB PŒNA EXCOMMUNICATIONIS,
» UT CATECHISMO HOC IPSIUS AUCTORITATE EDITO, quatenus ſit
» conformis CATECHISMO A SANCTA SEDE APOSTOLICA EDITO, qui-
» buſcumque aliis excluſis, deinceps utantur, & ſecundum eum plebem ſibi
» commiſſam inſtruere curent. Et quoniam ad Indorum ſalutem non ſolum
» rerum, ſententiarumque conſenſus, ſed ipſa etiam ſermonis conformatio
» plurimum confert, prohibet etiam præter verſionem ipſius auctoritate fa-
» ctam, atque editam, tam in precibus, rudimentiſque Doctrinæ Chriſtianæ,
» quam in Catechiſmo in linguam Cuzquenſem, vel Aymatayeam, aliam tra-
» ductionem a quoquam fieri, vel aliter facta quemquam uti &c. » Subſcrip-
ſere huic Synodo, S. Thuribius Archiepiſcopus Regum, *ſeu* Limanus, An-
tonius Epiſcopus *Urbis* Imperialis, Sebaſtianus Epiſcopus Cuzquenſis, Alphon-
ſus Epiſcopus Platenſis, Didacus Epiſcopus S. Jacobi Chilenſis, Franciſcus Epi-
ſcopus Tucumanenſis, Alphonſus Epiſcopus *Civitatis* Fluminis Argenti. Confer
opus inſcriptum *Lima &c. ſeu de Conciliis, Conſtitutionibus Synodalibus, & aliis monumentis, quibus Venerabilis ſervus Dei Thuribius Alphonſus Mogrovejus Archiepiſcopus Limanus Provinciam Limenſem, ſeu Peruanum Imperium ad normam ſacrorum Canonum compoſuit, edit. Rom. an. 1673. pag. 6. & 33. ſeq. & pag. 87. & 89.* quo loco ſic habetur: *Ven. ſervi Dei Thuribii &c. Catechiſmus minor, & major in Synodo Provinciali Limenſi an. 1583. approbatus.* » Sa-
» cra Synodus omnibus fidelibus hujus ſuæ Provinciæ ſalutem in Domino ſem-
» piternam . . . Hæc Synodus Provincialis maturo conſenſu deſignavit aliquas
» perſonas doctas, & religioſas, & expertas, quæ componant Catechiſmum
» generalem pro omnibus his Provinciis, ipſos onerando, quod quoad ſubſtan-
» tiam, & ordinem, quantum poſſent, ſequerentur Catechiſmum S. M. Pii V.
» . . . Et quoniam non omnes æque habiles ſunt, vel æque tenacis memoriæ,
» ſtatuitur, ut pro rudioribus fiat unus Catechiſmus minor, & alter major
» pro magis capacibus; ita tamen, ut vel brevitatis cauſa non deſit ſufficientia
» doctrinæ, nec, ut magis extenſus clarior ſit, ſua prolixitate fiat oneroſus.
» Cumque ad hunc finem ex multis tum impreſſis, tum ſcriptis manu Cate-
» chiſmis collecta ſint, quæ magis expedire videbantur, & poſt multam
» conferentiam, & examinationem ab hoc ſacro Concilio probata ſint, juſ-
» ſumque ut publicentur, & in tota hac Provincia in uſum inducerentur, ut
» ex decreto noſtro apparet &c. » Extat is Catechiſmus uterque in Bibliotheca
Caſanatenſi hoc titulo: *Doctrina Chriſtiana, y Catechiſmo para inſtruction de los Indios, y de las demas perſonas, que han da ſer enſennadas en nueſtra ſancta fe &c. Impreſſa con licencia de la Real Audiencia en la Ciudad de los Reyes an. 1684.* Hujus *volum. Tit. de Articulis fidei, qui ad humanitatem D. N. J. Chriſti pertinent, pag. 4. ſeq.* ita ſcriptum Hiſpanice reperi: *El quarto* (Articulo) *creer que deſcendiò a los infiernos, y ſacò las animas de los Sanctos Padres, que eſtavan eſperando ſu ſancto advenimiento*: Quichuanice autem: *Tahua nequea ſimiſim ynnini. Pay quiquin Jeſu Chrom, ucup achacunaman ur ay curcan chaymatan ſanctocunap anima cunacta, poypa cuſs i ha muynnta ſuy ſachcacta puſſarcumarcan.* Haymatice vero: *Puſſi arona yaſatpi. Una quiquipa Jeſu Chriſto pi mancapachana càrò mantana. Hucatſca ſanctonacana cuſſi hutanapa huan quiſqui ri animanacpa irpſuna.* In editionibus Romanis Actorum Concilii Provinc. an. 1673. *pag.* 92. *& an.* 1684. *pag.* 91. latine: *Credere quod deſcendit ad inferos, & inde abſtulit animas*

Digitized by Google

cognituram; ſed ſuſceptam etiam cogitationem in eas regiones tranſmittendi depoſiturum. Cur enim tam id longe quærendum, repetendumque arbitraretur, quod facile, ubi tunc degeret, invenire poſſet?

In eamdem ſententiam Theologi, qui aderant, quorumque ſermonibus fere quotidianis Epiſcopus unice delectatur, loquuti ſunt [1]. Epiſcopo primum, inde Theologis cum gratias, quas potuit, maximas Mamachius egiſſet, moxque res ad profectionem paraſſet, poſtridie Compoſtellam verſus iter facere cœpit. Eo ut pervenit, quæ Metropoleos [2], quæ diœceſeon ejus Provinciæ [3], quas Beltranus memorare prætermiſerat, doctrina eſſet, ex Archiepiſcopo magno ſane viro, captoque religionis ſtudio flagranti cognoſcit. Paucis poſt diebus, Socii, qui ad Burgenſes [4] miſſi fuerant, eodem adveniunt. Renunciant

animas Sanctorum Patrum, qui expectabant ipſius ſanctum adventum. Cum autem hoc Hiſpanorum, Peruanorumque omnes Catechiſmi ferant, dubitandum non eſt, quin perinde ferant Inſtitutiones illæ doctrinæ Chriſtianæ, quas Synodus Provincialis Mexicana an. 1555. ab Alfonſo de Montufar Archiepiſcopo, & Epiſcopis Mechuacanenſi, Tlaxcalenſi, & Chiapenſi habita, fol. 111. ſeqq. perſcribi juſſit, quaſque jam perſcriptas probavit Synodus item Provincialis an. 1585. celebrata a Petro Moya de Contreras. *Tom. IV. Collectionis Concilior. Hiſp. a Cardinali Aguirrio curata, editaque Romæ an. 1693. lib. 1. Tit. 1. §. 1. de Doctr. Chriſtiana pag. 196.*

1 De Theologis Salmanticenſibus, qui dogma id eſſe fidei, Myſteriumque teſtantur, agam cap. *ſeq.* hujuſce operis.

2 Synodus Compoſtellana a Gaſpare a Zuñiga, & Avellaneda Archiepiſcopo an. 1566. Salmanticæ habita *edit. Salmant. an. ejuſd. pag. 85. ſeqq. Decret* XXXII. *ſeqq. de Fidei dogmatibus neceſſariis populo proponendis* agit. Huic ſubſcripſere Epiſcopi Legionenſis, Placentinus, Aſturicenſis, Ovetenſis, Salmanticenſis, Abulenſis, Lucenſis, Pacenſis, Tudenſis, Civitatenſis, Zamorenſis, & Aurienſis. Cujuſmodi autem ea ſint dogmata, intelligi ex Inſtitutionibus Doctrinæ Chriſtianæ, quas ab Synodis Pacenſi, ſeu Badajocenſi, & Auſturicenſi proponi vidimus, *pag.* 318. hujuſce operis.

3 Vide notationem ſuperiorem.

4 *In Conſtitutionibus Synodalibus Epiſcopatus Burgenſis* ab Inico Lopeſio S.R.E. Cardinali an. 1534. conſcriptis eodemque anno Compluti editis, inter *Articulos fidei ſeptem, qui ad Chriſti humanitatem pertinent*, hic etiam numeratur: *El quarto es, que deſcendiò a los infiernos para librar los Sanctos, que en el eſtavan.* „ Quartus eſt, quod deſcendit ad inferos ad liberandos Sanctos, qui ibi manebant „. Animadverte Lector, quanto ante Bellarminum, & Suareſium tempore, hoc in Articulis fidei Card. Lopeſius in Synodo numerarit, quod modo, quaſi rem a Suareſio ipſo, ac Bellarmino recens in articulis poſitam religionis, Cadonicus refellere audet. Rurſum in Conſtitutionibus Synodalibus Archiepiſcopatus Burgenſis a Franciſco S. R. E. Cardinali Pacheco a Toleto an. 1575. firmatis, editiſque Burg. an. 1577. multis nempe annis antequam Bellarminus, Suareſiuſque his de

ciant Burgenſes, Calaguritanos [1], Palentinos [2], Pampelonenſes [3], Legionenſes [4], Ovetenſes [5] idem atque Hiſpanos ceteros [6] de ſtatu Sanctorum in ſinu Abrahæ ante Chriſti adventum credere.

his de rebus ſcripſiſſent, pag. 9. in numero articulorum ſeptem ad humanitatem Chriſti pertinentium ponitur „ El quarto, creer, que el anima de nueſtro Se- » ñor Jeſu Chriſto, juntamente con la Divinidad deſcendiò a los infiernos, y » ſacò las animas de los Sanctos Padres, que eſperavan ſu ſancto adveni- » miento „. *Quartus, credere, animam Domini noſtri Jeſu Chriſti junctim cum divinitate deſcendiſſe ad inferos, exemiſſeque animas Sanctorum Patrum ejus ſanctum adventum expectantium.*

1 *In Conſtitutionibus Synodalibus Epiſcopatus Calaguritani* (de Calahorra) &c. ab Johanne Bernalio Epiſcopo ann. 1553. perſcriptis, *edition. Legion. ann.* 1555. *pag.* 1. verſa: *in ſeptem Articulis ſpectantibus ad humanitatem* Chriſti numeratur, *el quarto, que el anima de Nueſtro Senyor Jeſu Chriſto con la Divinidad deſcendiò a los infiernos, y librò a los Sanctos Padres, que ende eſtavan.* „ Quar- » tus, quod anima D. N. J. C. cum Divinitate deſcendit ad inferos, libera- » vitque Sanctos Patres, qui ibi manebant „. Conſideret hæc Cadonicus, poſtque, num primi omnium ſic Bellarminus, Suareſiuſque ſtatuerint, eloquatur.

2 Synodus Palentina an. 1582. ſub Alvaro de Mendoza Epiſcopo *edit. Burgenſis an.* 1585. *pag.* 7. In articulis fidei ſeptem pertinentibus ad humanitatem Chriſti ponit: *El quarto, creer, que el anima de Nueſtro Senyor Jeſu Chriſto juntamente con la Divinidad deſcendiò a los infiernos, y ſacò las animas de los Sanctos Padres, que eſperavan ſu ſancto advenimiento*: „ Quartus credere, quod » anima D. N. J. C. junctim cum divinitate deſcendit ad inferos, exemitque » animas Sanctorum Patrum, qui expectabant ejus ſanctum adventum.

3 Synodus Pampelonenſis a Bernardo de Rojas de Sandoval an. 1590. habita, *editionis Pampelon. an.* 1591. *pag.* 3. *verſa* iiſdem omnino verbis, atque Burgenſis altera, & Palentina, utitur, idque quod volumus, in articulis ſeptem ad humanitatem Chriſti pertinentibus numerat.

4 Epiſcopus Legionenſis ἀμέσως Apoſtolicæ Sedi ſubjectus ſubſcripſit Synodo Romanæ *an.* 1725. *pag.* 117. *edit. Rom, ejuſd. an.*

5 Perinde cum Ovetenſis Epiſcopus ἀμέσως ſubjectus Apoſtolicæ Sedi ſit, eidem Synodo Romanæ ſubſcripſit, pag. 116.

6 Poſſem huc e Catechiſmis hiſpanicis permultis ea transferre, quæ ad rem noſtram maxime pertinent. Sed nimium eſſem longus. Hoc dico tamen, nullum me eorum vidiſſe, in quo non ſit, doctrina de Chriſti deſcenſu ad inferos, liberandorum Patrum Veteris Teſtamenti cauſſa, numerata in articulis fidei. Uno autem hoc loco utar Catechiſmo Johannis a S. Thoma Theologi Ordinis Prædicatorum, cujus quidem Catechiſmi tanta fuit exiſtimatio, ut non ſolum pluries in Hiſpaniis hiſpanice, ſed etiam in Belgio latine, & in Italia latine, italiceque fuerit editus. Eſt vero hæc hiſpanica Catechiſmi ejuſdem inſcriptio: *Explication de la Doctrina Chriſtiana, y de la obligacion de los fieles en creer y obrar. Por el Reverendiſſimo P. M. F. Juan de S. Thoma del Orden de Santo Domingo Conſultor del Supremo Conſejo de Inquiſicion, Cathedratico de prima de Theologia en la Univerſidad de Alcalà, y Confeſſor de ſu Mageſtad.* Utor *editione quinta* Complutenſi ann. 1625. Hujus pag. 40. Titulo *De los Articulos de la Humanidad de Chriſto, y del Myſterio de la Encarnacion*: „ Que debemos ſaber, *inquit*, en el quarto » articulo? Que el alma Sacratiſſima de Chriſto Señor Nueſtro deſpues de averſe » apartado del cuerpo, pero quedando unida con la perſona divina, baxò al in- » fierno donde eſtavà el ſeno de Abrahan, y a todos los juſtos, que eſtavan ya » ſuficientemente purgados, alumbrò con luz de gloria, y vieron entonces la » eſſencia Divina, que fue quedar bienaventurados, y en Parayſo „. Verſio Italica

Mamachius cognita Hiſpanorum in eo dogmate tuendo conſtantia, in proximum Luſitaniæ Regnum contendit. Bracarenſes, quorum eſt Antiſtes Sacrorum non Metropolites ſolum, ſed & Luſitanorum Primas, deinde Viſenſes, poſtremo Lisbonienſes convenit. Quid primi a Bartholomæo [1] de Martyribus Archiepiſcopo ſingulari virtute,

lica *edit. Rom. an.* 1663. *pag.* 25. ſic habet: *Che coſa deve ſaperſi nel quarto articolo? Che l'Anima Sagratiſſima di Criſto Signor noſtro, dopoi d'eſſerſi ſeparata dal corpo, reſtando però unita con la perſona Divina, ſe ne diſceſe all' inferno, dove ſtava il ſeno di Abramo, e quivi illuminò con la luce di gloria tutti i giuſti, ch' erano ſufficientemente purgati, e così all' ora videro la Divina eſſenza, che fu diventar beati, & eſſere in paradiſo.* Latina verſio Henrici Hechtermanſii *Bruxell. ann.* 1658. deincepſque altera Venetiis ann. 1691. curata *pag.* 21. ſic habet: » Quid ſciendum, & eredendum in hoc Articulo? Quod Anima Sanctiſſima Chriſti » Domini poſt ſeparationem a corpore, unita tamen perſonæ divinæ, deſcen- » derit ad inferos, ubi erat ſinus Abrahæ, quodque omn es juſtos jam ſufficien- » ter expurgatos, lumine gloriæ ſuæ illuſtraverit, qui & tunc viderunt divinam » eſſentiam, & plane beati in paradiſo remanſerunt ». Anno 1757. Matriti nova operis ejuſdem hiſpanice ſcripti editio curata fuit a Johanne Franciſco Caſareſio. Confer etiam, ſi lubet, Catechiſmum Jacobi Ledeſmæ Hiſpani *edit. Pariſ. an.* 1687.

1 *Catechiſmo, ou Doutrina Chriſtiaan, & Praticas Spirituaes. Ordenado por Dom Frey Bartholameu dos Martyres Arcebiſpo, & Senhor de Braga, Primas das Eſpanhas: impreſſo por Mandado del Rey Noſſo Senhor pera uſo dos Sacerdotes, que tem Carrego dalmas nas igrejas, que ſam de ſua obrigaçaon, & dos Meſtrados de Noſſo Senhor Jeſu Chriſto, Santiago, & Avis. Impreſſo em Lixboa por Marcos Borges* 1566. Præfixa ei Catechiſmo eſt Epiſtola Regis Sebaſtiani, ex qua intelligitur, eos omnes, quibus in Regno Luſitaniæ univerſo incumberet animarum cura, eodem ipſo Catechiſmo ad plebem inſtituendam uti oportere. Pag. autem ejus operis 17. ſeq. hæc leguntur: „ Neſte artigo confeſſamos duas » verdades. A primeira he o deſcendimento de Noſſo Redemtor aos infernos, » porque tanto, qu' elle na cruz eſpirou, & ſe apartou aquella Sacratiſſima » alma da carne, ficando o corpo na cruz, deſceo ſu Santiſſima alma aos infer- » nos aſſi pera ſe declarar, & manifeſtar vencedor, & triumfador da morte, & » do inferno, & de Satanas, como pera livrar os Sanctos Padres, que eſtavam » detidos en trevas na quella parte do inferno que ſe chamava Limbo, & nam » ſperavam outra couſa ſe nam a vinda, & morte do Meſſias, porque elle ſoo » per virtude de ſeu Sangue os avia de liurar, allumiar, & tirar da quelle eſcuro, » & profundo lago, como avia dito o Propheta Zacharias .... Chegando a luz » eterna ao inferno aquella Santiſſima alma chea de divindade, illuſtrou, & » derramou ſeus rayos ſobre aquellas almas, & foram logo feytas capazes de » ver a face, & eſſencia de Deos: e foy aquelle eſcuro lugar convertido en » paraiſo &c. » Hoc eſt: *In hoc Articulo* (deſcendit ad inferos, tertia die re- » ſurrexit a mortuis) *CONFITEMUR DUAS VERITATES. Prima eſt deſcenſus noſtri Redemtoris ad inferos, quia ſtatim ac ille expiravit in cruce, ſeque ea ſanctiſſima anima ſeparavit a carne, relinquendo corpus in cruce, deſcendit eadem ejus Sanctiſſima anima ad inferos, uti ſe declararet, & manifeſtaret victricem, ac triumphatricem mortis, & inferni, & Sathanæ, utque illuminaret Sanctos Patres, qui detinebantur in pace in ea inferni parte, quæ dicebatur Limbus, nec quidquam aliud expectabant, niſi adventum, & mortem Meſſiæ, quia ille ſolus virtute ſanguinis ſui liberaturus eoſdem erat, illuminaturus, atque exempturus ex eo obſcuro, & profundo lacu, ut dixerat Zacharias Propheta....*

Aſſe-

tute, doctrinaque illuſtri viro, cujus ſumma apud Synodi Tridentinæ Patres, ipſoſque Pontifices Maximos exiſtimatio fuit, quid ab ſuis Synodis alteri [1], tertiique [2] acceperint, plane perſpicit.

§. IV.

Eccleſia item Hibernica, Britannica, atque Belgica.

Liſbona, britannicam navim opportune nactus, in Hiberniam, quam navarchus cogitabat, proficiſci conſtituit. Quo tempore litteræ ad eum ex Italia perferuntur, quibus ſignificabatur Firmanos [3], Faventinos [4], Ferrarienſes

Aſſerendo æternam lucem inferno Sanctiſſima illa anima plena divinitatis, illuſtravit, & expandit ſuos radios ſuper animas illas, ſtatimque reddita aptæ fuerunt videndi faciem, & eſſentiam Dei, fuitque obſcurus ille locus immutatus in paradiſum &c. En quam veritatem priore articuli illius parte contineri confiteatur univerſa natio Luſitanorum.

1 *Conſtitutioẽs Synodales do Biſpado de Viſeu feitas, e ordenadas dello Illmo Senhor Dom Joam Manoel Biſpo, que foy do dito Biſpado, e hora de novo acreſcentadas, declaradas, & confirmadas pello Illmo Senhor Dom Joam de Mello Biſpo do meſmo Biſpado do Conſelho de ſua Mageſtade em Synodo, que celebrou em 7. de Septembro de* 1681. *Em Coimbra* 1684. Harum Conſtitutionum *lib.* IV. *Titulo* 1. *Conſtitutione* IV. *pag.* 286. ſic legitur: *Couſas, que ham de ſaber, & creer os Fregueres* „ res, quas ſcire, & credere debent *Parochiani*. In his autem rebus hic item articulus ponitur: „ Morreo verdadeiramente, „ apartandoſſe a alma do corpo, & foi ſepultado, & neſſe tempo deſceo ſu alma „ ao limbo acompanhada, & junta com a divinidade (que nunca della ſe apar- „ tou, como tambem ſenam aparton do corpo) & tirou as almas dos Santos „ Padres, que alli eſtavam „: *Vere mortuus fuit* (Chriſtus) *ejus animâ ſeparatâ a corpore, ſepultuſque fuit, & eo tempore deſcendit ejus anima aſſociata, & juncta cum divinitate* (*quæ numquam ab ea* (anima) *ſejunxit ſeſe, uti ne a corpore quidem*) *eduxitque animas Sanctorum Patrum, quæ ibi manebant*.

2 Ex iis, quæ duabus ſuperioribus Adnotationibus deſcripſimus, plane intelliget Lector, cujuſmodi ſint *pervulgati illi, communeſque Libelli &c.* de Doctrina Chriſtiana, quos tradi pueris jubet *cap.* XVIII. *pag.* 31. *Concilium Provinciale Olyſſiponenſe ſecundum. an.* 1574. *edit. Liſbonien. an.* 1575.

3 Synodus I. Firmana Provincialis ſub Sigiſmundo Zanettino, an. 1591. habita *cap.* XIII. *pag.* 8 *edit. Firmana an.* 1662. Catechiſmum Romanum Parochis proponit ad tradendum, atque explicandum plebi: Ei Synodo ſubſcripſere Epiſcopi Galeatius Moronus Maceratenſis, & Tolentinas; Æmilius Johanninus Montis Alti, & Horatius S. Severini. Illum ipſum proponit Synodus Diœceſana ſub Carolo Cardinali Gualterio *an.* 1660. *cap.* XXIV. *pag.* 93. *edit. Firm. an* 1662.

4 Carolus S. R. E. Cardinalis Roſettus Epiſcopus Faventinus in ſua Synodo Diœceſana I. an. 1647. habita *cap.* VI. *pag.* 13. *edit. Favent. an.* 1676. Libellum Card. Bellarmini de Doctrina Chriſtiana in tradendis, explicandiſque populo fidei rudimentis adhiberi oportere præſcribit. Hoc idem confirmat in 2. an. 1649. Tit. I. *de Doctrina Chriſtiana pag.* 3. *ejuſd. edit.* In nona etiam *an.* 1676. *P.* I. *cap.* VIII. *pag.* XXXXVI. *Tit. ſolus Bellarmini Libellus adhibendus. Edit. ejuſd.*

ſes [1] præter ea, quæ cognita Mamachio eſſent, illuſtria monumenta afferre conſtantiæ in communi dogmate adſerendo, firmitudiniſque ſuæ. Veniſſe præterea Ampuria, quæ urbs eſt Inſulæ Sardiniæ, Romam viros doctos, inque Eccleſiæ ſuæ inſtitutis inſigniter verſatos, qui dicerent, ei cœtui Chriſtianorum mirifice hoc etiam in genere cum Calaritanis, Sardiſque ceteris convenire [2].

His acceptis litteris, Lisbona ſolvit, ac ſecunda uſus navigatione decimo die Corcagiam Hiberniæ Inſulæ portum tenuit. Erat tunc forte Corcagiæ Thomas Burgoſius ex Ord. Prædicatorum Antiſtes Oſſorienſium vir & ſtudio Catholicæ religionis, & doctrina, peritiaque rerum Hibernicarum inſignis, quo cum Romæ anno 1740. magna familiaritas Mamachio fuerat. Ab eo quum Mamachius accepiſſet, quo ſtatu res [3] apud Catholicos Hibernos eſſet, in Britanniam trajecit. Ibi inquirendo comperit, orthodoxos omnes in vetere [4], eaque

1 *Synodus Diœceſana ab Eminentiſſimo, & Reverendiſs. D. D Marcello S. R. E. Card. Creſcentio Archiepiſcopo Ferrarienſi celebrata ann. 1751. P. 1. cap. 5, de Doctrina Chriſtiana pag. 15. edit. Ferrar. ejuſd. anni* „ Parochi ... adultis ... aliquod » Catechiſmi Romani caput, qui ad hunc uſum editus eſt, clare, nitideque ediſ» ſerant ... Perlucidum ſane, & omnium captui accommodatum Chriſtianæ Do» ctrinæ Compendium, Cardinalis Bellarmini nomine inſcriptum, quod jamdu» dum in hac noſtra Diœceſi ad puerorum inſtructionem uſurpatur, non modo » ſumma commendatione dignum judicamus, ſed in omnibus hujuſmodi ſcholis » adhiberi mandamus, ut uno quodammodo ore, vocibus, & methodo uniformi, » quæ una eſt ex neceſſitate, doctrina ubique compareretur ».

2 Conſtitutiones Synodales Epiſcopatus Ampurienſis, & Civitatenſis præſcriptæ a Michaele Villa Epiſcopo, ann. 1695. editæque Romæ ann. 1698. cap. 11. pag 2. » Creemos los myſterios revelados, que nueſtra S. Madre la Igleſia Catholica » Romana nos ENSEÑA EN EL CATECISMO, *u Doctrina Chriſtiana &c.* » *Credimus myſteria revelata, quæ noſtra S. Mater Eccleſia Catholica Romana nos docet in Catechiſmo, ſeu Doctrina Chriſtiana.*

3 Illud ipſum de Patribus Vet. Teſtamenti a Chriſto ad inferos deſcendente vindicatis in libertatem traditur in libello hibernica lingua, & hiberno charactere edito Romæ an. 1679. typis ſacræ Congregationis de Propaganda fide, inſcriptoque: *Lucerna fidelium, ſeu faſciculus decerptus ab auctoribus magis verſatis, qui tractarunt de Doctrina Chriſtiana, diviſus in tres partes: prima continet Articulos Chriſtiano credendos; ſecunda ſenſus Articulorum apud Catholicam Eccleſiam; tertia methodum, qua efficaciter apparet veritas credendorum, & falſitas errorum orthodoxiæ contradicentium. Auctore fratre Franciſco Molloy Hiberno Medenſi Ord. Minor.* Neque vero in eo ſolum, ſed etiam in compendio Doctrinæ Chriſtianæ hibernice edito Romæ typis ejuſd. S. Congregationis an. 1618. Hiberni plerique Catechiſmis Britannica lingua perſcriptis utuntur; de quibus Catechiſmis agam adnotatione ſequenti.

4 In volumine inſcripto: *Provinciale (ſeu Conſtitutiones Angliæ) continens* Con-

Digitized by Google

que omnium Eccleſiarum communi ſententia conſtanter [1] perſeverare. Ea re cognita, e portu Dorobernio conſcen-

Conſtitutiones Provinciales quatuardecim Archiepiſcoporum Cantuarienſium, videlicet *a Stephano Langtano ad Henricum Chichlejum, cum ſummariis, atque eruditis adnotationibus ſumma accuratione denua reviſum, atque impreſſum &c.* Oxoniæ an. 1679. *lib.* 1. *De Summa Trinit. & Fide Catholica pag.* 7. inter Articulos fidei hunc numerat Johannes Pecchamus Archiepiſcopus: *Quartus eſt deſcenſio Chriſti ad inferos in anima, quieſcente corpore in ſepulcro, ad ſpoliatianem Tartari*. Quid his verbis ſignificetur, Guillelmus Lindvood Epiſcopus Menevenſis xv. ſeculi Scriptor (qui, ut *eſt in Appendice* ad opus Guillelmi Cavei *De Scriptoribus Eccleſiaſticis tom.* II. *pag.* 125. *edit. Oxon an.* 1743. rara *fuit juris Pontificii ſcientia*) *ibidem* his verbis explicat: » Per mortem namque Chriſti anima ſeparata eſt » a corpore..... Anima Chriſti per triduum cum Sanctis Patribus in limbo » fuit, ibidem etiam fuit latro, cui Domious dixit: *hodie mecum eris in Paradiſa*: & dicit, quod nomine paradiſi notatur Dei fruitio, quia peracta paſſione tam ipſe latro, quam alii, qui erant in limbo, viderunt Deum per eſſentiam... Supremus locus eſt limbus Sanctorum Patrum, ubi fuit pœna damni, » & non ſenſus... Aoima Chriſti deſcendit ad infernum, ſive ad limbum ad » liberationem eorum, qui Chriſti membra exiſtentes de hoc ſeculo tranſierunt &c. » Stackhouſe Britannus de Proteſtantium quidem numero tomo IV. illius operis, quod gallice ioſcripſit interpres: *Traité camplet de Theologie ſpeculative, & pratique tiré des meilleurs Ecrivains, mais ſurtout des plus habiles Theologiens, & Predicateurs Anglais: a Lauſanne* 1759. *pag.* 128. *num.* 1. » Cette interpretation, *inquit*, paroit la meilleure, puis qu'elle eſt fondée ſur la » croyance generale de l'Egliſe, & ſur l'explication la plus oaturelle, qu'on » puiſſe donner à l'oracle du Pſalmiſte. Il s'enſuivra, que la deſcente de J. C. » dans l'enfer, ne marquerá autre choſe, ſi ce n'eſt, que ſon ame aprés s'etre » ſeparée de ſon corps, fut rectement tranſportée, & par nn changement de lieu » effectif, dans la region inviſible des eſprits, ou ſuivant les loix impoſées a tous » les mortals, elle demeura parmi d'autres ames pieuſes, juſqu'a la Reſurrection de ſon corps... le ſcavant Pearſon a prouvé, que telle etoit l'opinion » générale de l'Egliſe &c. » Quid? huncine hominem de Proteſtantium Epiſcopalium, quos voeant, Anglorum ſecta, Eccleſiæ auctoritas moveat; Cadonieum vero contra, qui ſe catholicum profiteatur, non moveat? Quamquam a Stackhonſio neque accurate, oeque undique vere explicata Eccleſiæ ſententia eſt, quam & diligenter hactenus expoſuimus, & deinceps pergemus illuſtrare, atque defendere.

1 In libello inſcripto *Miſſionarium, ſeu apuſculum Practicum pro fide Propaganda. Auctore Antonio Gringtono Anglo S. Th. Doctare edit. Rom. typis S. Congreg. de Prop. Fide cap.* VI. *pag.* 250. *ad Artic.* V. *Deſcendit ad inferos &c.* hæc eſt adſcripta animadverſio. » Eccleſia catholica hoc articulo in ſymbolum recepto intelligit, Chriſtum Dominum vere deſcendiſſe ad inferos. Anima eoim ejus » ſtatim ac per mortem a corpore ſeparata eſt, ad inferos deſcendit, & animabus Juſtorum, qui in limbo erant, LUCEM, & GAUDIUM ATTULIT, » eoſque ex illa parte inferni liberavit ». Rurſum in altero libello, cujus hæc eſt inſcriptio: *An abridgement of the Chriſtian Doctrine With proofs of Scripture for points controverted. Catechiſtically explained, by Way of queſtion and Anſwer. The laſt edition, With additions. Baſileæ an.* 1680. *pag.* 27. quo loco de articulo quinto Apoſtolici ſymboli his verbis agitur. Q. What is the fifth article? A. He » deſcended into Hell, the thrid day he roſe again frum the dead. Q. What » means, he deſcended ioto Hell? A. It means, that as ſoon as Chriſt was dead, » his bleſſed ſoul deſcended into *Limbo* to free the Holy Fathers, who were there. Q. How prove yon that? A. Ont of the Acts 2. 24. 27. &c. Pſal. 15. &c. » *Q. Quinam eſt quintus Articulus*? R. Deſcendit ad inferos, tertia die *reſurrexit a mortuis*,

Digitized by Google

ſcendit, ut in Belgium tranſmitteret; ſed non ita multo provectus, adverſo favonio rejectus eſt in eum ipſum locum, unde conſcenderat. Triduum quum ibi ventum expectans manſiſſet, multiſque rebus in ea, quam de virtute orthodoxorum incolarum conceperat, opinione confirmatus eſſet, denique opportunum nactus ad navigandum tempus, Oſtendam devectus eſt: quo in portu intellexit, G. F. ſocium peragrata, ut juſſus fuerat, Gallia univerſa, Mechliniam, quæ urbs eſt Belgii Archiepiſcopalis, ante menſem fere perveniſſe, ibique agere. Itaque ad eum ſeſe conferre properat. Cum ab eo certior eſſet factus non ſolum Gallos [1] omnes, ita ut ab Lugdunenſibus acceperat, communem ſententiam uti dogma religionis probare; ſed Belgas etiam univerſos Synodis [2] Provinciæ aſſen-

tuis. Q. QUID SIGNIFICAT: *deſcendit ad inferos?* SIGNIFICAT, *quod ſtatim atque Chriſtus mortuus eſt, beata ejus anima deſcendit ad* LIMBUM *ad liberandos Sanctos Patriarchas, qui ibi erant. Q. Qui probas? R. Ex capite Act.* 2. *verſ.* 24. 27. *& ex Pſ.* 15. *&c.* Jam tenes, quæ Anglorum Otthodoxorum de ſignificatione articuli: *deſcendit ad inferos* ſit ſententia. Id vero dogma eſt, quod verbis *deſcendit ad inferos* ſignificatur. Confer Catechiſm. Baſilii Sveſſion. Ord. Capucinor. *Miſſion. Apoſt. in Britann. edit. Pariſ. an.* 1680. *pag.* 28. *ſeq.*

1 Prætermiſeram, cum de Gallorum Eccleſiis agerem, ejus libelli mentionem, qui inſcribitur: *Norma pie vivendi a R. in Chriſto Patre D. Nicolao de Thou Epiſcopo Carnotenſi præſcripta Parochis Carnotenſibus in Synodo Diœceſana an.* 1575. *approbata per Dominos Decanum, & Magiſtros facultatis Theologiæ Pariſienſis. Pariſ.* 1575. Sed id, quod tunc, non animadvertens, omiſi, commodum transferri huc poterit. Igitur ejus *lib. pag.* 59. *verſa*, quo loco traduntur *Documenta* continentia *la doctrine neceſſaire a tous les Chrêtiens, dans les douze articles de la foy*, in duodecim articulis fidei numeratur *le cinquieme: au limbe en enfer deſcendit, & les Sancts Peres en tira.* » Quintus: Ad limbum in infernum deſcendit, » Sanctoſque Patres inde exemit ».

2 Concilium Provinciale Mechlinienſe an. 1570. *Tit. de Decanis &c. cap.* IX. *pag.* 1194. *tom.* X. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. Etſi diverſi, *inquit*, Catechiſmi, & alii libelli extant, *ex quorum lectione paſtores poſſint populum ſibi creditum inſtituere, nihilominus hæc Synodus, ſecundum Concilii Tridentini diſpoſitionem, ſtatuit, & ordinat ex* CATECHISMO TRIDENTINI *colligendam, & edendam eſſe lingua vernacula quamdam epitomen &c.* Huic Concilio ſubſcripſere Epiſcopi Martinus Yprenſis, Franciſcus Antuerpienſis, Willelmus Lindanus Ruremundenſis, Cornelius Gandavenſis, Remigius Brugenſis, Laurentius Buſcoducenſis. Concilium alterum Mechlinienſe item Provinciale ann. 1607. *tit.* XI. *cap.* V. *pag.* 1947. *tom ejuſd.* » Mandat, *inquit*, hæc Synodus parochis, aliiſque » omnibus, ad quos ſpectat, ut unum, & eumdem modum in docendo, & diſcendo » doctrinam Chriſtianam ubique teneant, tenerique faciant, qui in libello au» ctoritate hujus Concilii ad eum finem brevi edendo, continebitur ». Subſcripſere ei Concilio Epiſcopi Petrus Gandavenſis, Giſbertus Buſcoducenſis, Henricus Ruremundenſis, Carolus Brugenſis, Johan. Antuerpienſis, Carolus Yprenſis. De hoc libello vide, quæ adnotat. ſeq. complexi ſumus.

aſſentiri pergere, catechiſmiſque uti, quos Synodi ipſæ propoſuiſſent Chriſtianæ plebi, quibus in catechiſmis [1], doctrina de Chriſti deſcenſu ad inferos liberandorum Sanctorum Veteris Teſtamenti cauſſa uti dogma articulo Symboli Apoſtolici quinto comprehenſum proponeretur; atque his Batavos orthodoxos ſic aſſentiri, ut id

u u ne

1 In Catechiſmo Archidiœceſeos Mechlinienſis, & ſeptem Diœceſeon *ſuffraganearum*, hoc eſt Gandavenſis, Brugenſis, Yprenſis, Antuerpienſis, Ruremundenſis, Namurcenſis, & Buſcoducenſis, Synodi Provincialis (cujus eſt a nobis Adnotatione ſuperiore facta mentio) auctoritate inſtituendæ juventutis cauſſa excerpto ex Catechiſmo Romano, editoque pluries in Belgio, *lectione* IX *de Reſurrect. & Aſcenſione Chriſti*, ſic habetur: » 2. *Vraege*. Watverſtaet gy door de » helle, tot de welke Chriſtus nedergdaelt is? *Antwoort*. Die plaetſe ondee » de aerde, in de Welke de Zielen ſyn van de menſchen, die geſtorven ſynde, » Godts aenſchyn, of voor eenigen tydt, of voor alle eeuwigheyt, moeten » derven. 3. *Vraege*. Waerom is Chriſtus nedergedaelt ter hellen? *Antwoort*. » Om de Zielen van d' oude heylige Vaders, ende ook van andere die in godts » liefde geſtorven waeren, te trooſten, ende te Verloſſen ». Quæ quidem in latinam linguam ſic vertit A. R. P. M. F. Joh. Bonaventura de la Royere Ord. Præd. Theologus Caſanatenſis Collega meus: » *Interrog*. Quid intelligis infernorum » nomine, ad quæ Chriſtus deſcendit? *Reſp*. Locum illum ſubterraneum, in » quo degunt animæ hominum, qui mortui, Dei viſione vel pro aliquo tempore, » vel pro æternitate debent carere. *Interr*. Quare Chriſtus deſcendit ad inferna? » *Reſp*. Ad SANCTORUM PATRUM, & aliorum etiam, qui in Dei caritate » mortui erant, animas conſolandas, & liberandas », Confer Catechiſmum Catholicum Michaelis Epiſcopi Merſpurgenſis *edit. Colon. an.* 1562. *pag* 16. *concion* 4. habita *an.* 1542. *pag.* 18. *& lib.* Belgice editum, inſcriptumque: *Declaratio & fuſior explicatio Catechiſmi Mechlinienſis &c. Auctore F. C. M. R. lect.* IX. *De deſcenſu Chriſti ad inferos pag.* 69. *edit. an.* 1756. Itemque opus belgice perinde compoſitum, cui titulus: *Pædagogus Catholicus, ſeu Inſtitutio Chriſtiana, Auctore Rev. P. Petro Van Boſſche Præd. Gen. Miſſionario olim Apoſtolico* (in Hollandia) *& Priore Mechlin. Ord. Præd. de* 5. *Art. Fidei lect.* XII. *pag.* 60. *edit.* IX. *Gandav. an.* 1756. & Catechiſmum Johan. Heſſelii Lovanienſis Doctoris *tomo* I. *pag.* 19. *edit. Lovan. an.* 1691. *& Inſtitutiones Doctrinæ Chriſtianæ, Auctore Petro Danes S. Theol. Doct. Lovan. & Ipris an.* 1728. *pag.* 170. *cap.* XXII. Q. IV. & *Catholycken Catechiſmus ofte Kortonderwiſſ Vande Chriſtelycke Leeringe tot Profyt vande Jonghe Jeucht ende alle andere die in het oprecht gheloof qualyck onderweſen zyn*. Wtgegeven. *bi Chriſtian Vanden Berge, Licentiaet inder H. Godtheyt &c. Tot Loven anno* 1672. *lect.* VIII. *pag.* 27. *ſeqq.* & *Breves obſervationes de Verbo Incarnato. Auctore Gummaro Huygens in Un. Lov. S. T. D. & Profeſſore cap.* XXXVIII. *pag.* 462. *ſeq. num.* XV. *ſeqq. edit. Leod. an.* 1695. & Franciſci Sonnii Epiſcopi Buſcoducenſis *Demonſtr. Relig. Chriſt. ex Verbo Dei. De ſymb. tract.* IV. *de Infernis, ad Art. deſcendit Chriſtus cap.* 1. *pag.* 68. *ſeq. edit. Colon. an.* 1583. Et *Hortum Paſtorum Jacobi Marchantii lib.* I. *tract.* III. *lect.* XXIII. *De Deſcenſu Chriſti ad limbum pag.* 103. *edit. Veneta an.* 1667. & Nicolai Turlot Cathedralis Namurcenſis Præpoſiti, ac Vicarii Generalis *Theſaurum Doctrinæ Chriſtianæ P.* 1. *de* V. *ſymboli Articulo cap.* VI. *cap.* 124. *edit. Colon. an.* 1699. Eumdemque italice *P.* 1. *cap.* V. *lect.* VI. *pag.* 153. *ſeqq. & cap.* VI. *lect.* 1. *pag.* 179. *ſeq. edit. Parmen. an.* 1712. & gallice *P.* 1. *de* V. *ſymb. Artic. cap.* VI. *pag.* 97. *edit. Lugd. an.* 1684. & Lucæ Brugenſis *Sermones de Fidei Myſteriis, Serm.* VIII. *de Corona Jeſu Redivivi pag.* 100. *edit. Antuerp. an.* 1610.

ne Proteſtantes quidem prætereat [1]; ſocios ad Treviros, Moguntinoſque eadem de re cognitum circummittit, ipſe continuato nocte, atque die itinere, Coloniam proficiſcitur.

§. V.

Germanicæ quoque, Boemicæ, Pannoniæ, Valachæ, Servianæ &c.

I. Ibi ab Joſepho Principe Levvenſtenio Canonico ampliſſimo viro, & Herreſdorfio Præpoſito, quos Romæ in Theologicis inſtituerat, nullum iis in locis [2] eſſe intelligit orthodoxum, qui Cadonicianis partibus ſtudeat. Nam doctrinam, quam Colonienſes traditam divinitus eſſe, in Eccleſiis tempore *ſuorum rudimentorum* [3] didicerint, eſſe

1 Belgicis Catechiſmis utuntur orthodoxi Batavi: Atque hoc Catholicis probari dogma ne hæreticos quidem fugit. Vide præterea *Chriſtianæ Inſtitutionis formulam: Auctore Franciſco Sonnio Canonico Ultrojectino edit. Venetæ an.* 1565. *De v. Art. ſymb. pag.*17. ubi: » Eſt, *inquit ille*, unus *locus animarum, qui vocatur in Scripturis ſinus Abrahæ* ... *conſueto autem nomine limbus, in quo erant animæ Sanctorum Patrum uſque dum eas eriperet Chriſtus &c.* Confer, ſi licet, *Eccleſiarum Hollandicarum, & Weſtfriſicarum Catechiſmum. Auctore Joh. Kuchlino Ad Articulum ſymboli Apoſtolici de Deſcenſu Chriſti ad inferos. pag.*298. *edit. an.*1612. quo loco ſic legitur: *Pontificii* . . . *ad limbum Patrum præſentive eum* (*ut loquuntur*) *perveniſſe ſtatuunt omnes, & credunt* . . . *Nos illum in quo conſentiunt*, ET FIDEI NECESSITATEM PONUNT, *hoc eſt deſcenſum ad limbum Patrum ad Patres liberandos refutabimus*. Hæc Kuchlinus homo de numero proteſtantium. Num autem hunc Cadonicus ſit imitatus, quin cernat, arbitror futurum neminem. Certe in ea, quæ eſt omnium orthodoxorum ſententia oppugnanda, utrique mirifice convenit.

2 Vide *Nucleum Catecheticum continentem brevi compendio doctrinam fidei, ac morum: opera, ac ſtudio P. Bernardini Mercatoris Conventus Boppocedienſis Fratrum Minor. Recollector. Coloniæ Agripp. an.* 1678. *lect.* XII. *ad Artic.* V. *ſymboli pag.* 35. *ſeq.* quo loco hæc habentur: » *Int.* Quomodo deſcendit Chriſtus? *R.* Pro» pria virtute, non delatus, non directus, nec detruſus, ſed gloria magna, po» tentia, & claritate, qua ſic inferni loca illuſtravit, ut tenebroſum carcerem » in paradiſum commutarit. *I.* Quo deſcendit? *R.* Ad limbum Patrum, quem » exhauſit abductis inde omnibus Patribus ». Et Enchiridion Chriſtianæ Inſtitutionis a Concilio Provinciali Colonienſi an. 1536. editum *Colon. an.* 1558. *ad* V. *ſymboli Articulum pag.* LX. *& edit. Veron. an.* 1741. *pag.* 61 *& edit. Venetæ anno* 1543. *pag.*18. *verſa*. *In Chriſto namque*, ſtatuit, *vere completam eſſe prophetiam pſalmi. Huc quoque ſpectare prophetiam Oſee: Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne*. Et Coloniæ editum Catechiſmum Romanum an. 1572. *de* V. *ſymboli Articulo cap.* VII. *pag.* 51. *ſeqq.* Ad Provinciam Colonienſem Epiſcopatus Monaſterienſis pertinet. Hujus autem Epiſcopi Catechiſmum Romanum Parochis propoſuerunt, ut mox oſtendam.

3 Confer, quæ ex S. Auguſtino deſcripſi *ſupra pag.* 410. *hujuſce operis not.*1.

eſſe cuique eorum vita cariorem. Idem cum paucis poſt diebus ab ſociis de Treviris [1], & Moguntinis [2] cognoſſet, Bambergam [3], inde Friſingam [4], poſtque Auguſtam Vindelicorum [5] contendit. Ubi omnes circum catholicos paratos

1 Trevirenſium Eccleſiam Catechiſmo Romano ſtare Archiepiſcopus Trevirenſis recentibus litteris teſtatus eſt.

2 Synodus Moguntina an. 1549. *edit. Mogunt. ejuſd. anni*: *In Chriſtianis Inſtitutionibus ad Articulum* v. *ſymboli pag.* XLIV. *verſa*. » Ad carcerem inferorum » Rex Cæli deſcendit ſine ignominia, rediit cum ingenti gloria... Deſcendit » non ut pœnas proprias lueret, ſed ut alienas diſſolveret, non ut vinciretur, » ſed ut vinctos educeret, non ut præda fieret, ſed ut prædam raperet ». Epiſcopatus Paderbornenſis ſpectat ad Moguntinam Provinciam. Jam vero Paderbornenſem Eccleſiam Catechiſmum Romanum ſequi, ex ejuſdem Catechiſmi Colonienſi an. 1572. editione perſpicitur, cujus hæc eſt inſcriptio: *Catechiſmus ex Decreto Concilii Tridentini ad Parochos ante quidem Pii V. Pont. Max. juſſu conſcriptus, nunc autem in 4. libros, certaque capita diſtributus, nihil interim prorſus in textu addito, imminuto, aut mutato, mandato, & auctoritate Reverendiſſimi in Chriſto P. S. R. I. Principis, & D. D. Johannis ex Comitibus de Hoya Epiſcopi Monaſterienſis, nec non Oſnaburgenſis, & Parderbonenſis Eccleſiarum adminiſtratoris perpetui &c. editus*. Confer hujus Catech. *de ſymbolo caput* VII. *pag.* 51. *ſeq.* Nec mirum. Nam ejuſdem Provinciæ Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ conſtantiſſime ſemper aſſenſi ſunt. Quod cum ex aliis documentis, tum ex ſtatutis Synodalibus Valentini Epiſcopi Hildeſeimenſis an. 1539. *edit, Venetæ an.* 1541. conſtat, *Cap.* I *de ſumma Trinit. & Fide Catholica pag.* 112.

3 Archiepiſcopus Moguntinus Franciſcus Lotharius, ut Epiſcopus Bambergenſis, ſubſcripſit Synodo Romanæ an. 1725. *pag.* 118. *edit. Rom. an.* 1725.

4 *In Catechiſmo, ſeu Doctrina Chriſtiana* germanice edita a Martino Prugger Parocho Auſtkirchenſi in Bavaria Diœc. Friſing *edit. Auguſt. an.* 1739. » Der Eilfte » diſcurs. Von dem 5.6.7. Articul des Chriſtlichen Glaubens &c. » *ſerm* XI. *de* V. *Art. Chriſtianæ fidei pag.* 107. ſic habetur: » Cur Chriſtus deſcendit anima in limbum? » Conſolatus ille quidem fuit Sanctos Patres, eiſque manifeſtavit.... cito ſe » aſcenſurum in Cælum, ſecumque eos adducturum. Quin etiam Chriſtus » Patribus antiquis ſuam divinitatem viſendam exhibuit, itaque eos omnes par- » ticipes in limbo cæleſtis lætitiæ fecit, ut limbus idem ejus præſentia in purum » paradiſum converſus fuerit, veluti Chriſtus idem latroni bono in cruce præ- » dixerat, *hodie mecum eris in paradiſo* ». Vide præterea partitiones Catechiſmi Catholici &c. per Georgium Ederum Friſingenſem J. C. ac ſacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarium *edit. Brix. an.* 1577. *De ſymb. Art.* V. *p.* 30. *ſeq. tab.* 14 » Quo » loco in hoc, *inquit Auctor*, primo Articuli quinti membro *deſcendit ad in-* » *feros*, tria inprimis conſiderari debent ». Horum eſt tertium. Receptaculum in inferis eſſe, *in quo, ante Chriſti Domini adventum, animæ Sanctorum excipiebantur, ibique ſine ullo doloris ſenſu beata redemtionis ſpe ſuſtentati, quieta habitatione fruebantur. Horum igitur piorum animas, qui in ſinu Abrahæ Salvatorem expectabant, Chriſtus Dominus ad inferos deſcendens liberavit &c.*

5 *In Actis, & Statutis Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis an* 1548. *a Reverendiſſimo in Chriſto P. D. Othone S. R. E. Card.* (Truchſeſio) *editis, Ingolſt. an.* 1549. *cap.* VIII. *de Parochis*, hæc leguntur: » Quoniam autem intereſſe plurimum » conſtat, qua ratione pueri, & rudes catechizentur, Parochis noſtræ Diœ- » ceſis *Catechiſmum*, ſive *librum de Inſtitutione Chriſtiani hominis* R. P. Petri de » Soto ex Prædicatorio Ordine Theologi Hiſpani, & Cæſareæ Majeſtatis Con- » feſſoris doctiſſimi, & religioſiſſimi viri legendos, docendoſque commenda- » mus »;

tos eſſe, quoad vita ſuppetet, quidvis pro ea ſententia tuenda pati, quam ab ſuis Parochis articulo Symboli Apoſtolici quinto contineri accepiſſent; longo itinere circumductus Juvaviam pervenit. Erant ea in Urbe Spaurius Epiſcopus Seccovienſis, Petrus Thunnius, & Sebaſtianus Lodronius Comites, iidemque S. Eccleſiæ Salisburgenſis Canonici, qui olim Romæ cum eſſent, ac Theologiæ, Hiſtoriæque Eccleſiaſticæ darent operam, frequentes ad eum ventitare conſuerant. Hos tantos viros rerum in primis Eccleſiaſticarum eruditione præſtantes adit. Fit ab his certior, Salisburgenſes ipſos [1], Brixinenſes, Seccovien-

» mus ». Atque *in Compendio Doctrinæ Catholicæ in uſum plebis Chriſtianæ recte inſtituendæ a R. P. F. Petro de Soto Dominicano Theologo &c. collecto, additis cuique loco aptis precatiunculis, & adjuncta brevi explicatione ſacræ miſſæ &c. Cui acceſſit Catechiſmus Catholicorum Auctore D. Petro Caniſio: Juſſu & auctoritate Reverendiſſimi Othonis Card. & Epiſcopi Auguſtæ edito anno* 1554. *pag.* 18. Dic, *inquit*, Petrus Sotus, *tertium* articulum ſymboli pertinentem ad humanitatem Chriſti. *Tertius eſt, deſcendit ad inferos, quo credimus, animam Chriſti filio Dei vere unitam, ad inferos, ubi Sancti Patres continebantur, deſcendiſſe &c.* Et *pag.* 174. *Quid ſibi vult quintus articulus, deſcendit ad inferos? Myſterium reſurrectionis Chriſti complectitur, qui ſecundum animam quidem Patres e limbo liberaturus deſcendit.*

1 Synodus Salisburgenſis an. 1586. *edit. Diling. ann.* 1674. *Conſtitut.* LIX. *De Scholis, & earum moderatoribus Cap.* VII. *de diligentia Magiſtrorum circa inſtituendam juventutem tam in moribus, quam in doctrina pag.* 302. » Ut juventus, *inquit*, » in ædificio fidei eo firmius jaciat fundamentum, ut etiam cum ſenuerit, non recedat ab ea catholica doctrina, jubemus, ut ſaltem feſtis diebus, piis atque » Chriſtianis Catechiſmis, atque Inſtitutionibus fidei, utpote a Petro Soto, Caniſio, Groppero, Merſemburgenſi, Dietembergio, Catechiſmo Romano in » compendium redacto, exerceantur ». De Catechiſmis Romano, Soti, & Caniſii ſupra vidimus. Quod ad Gropperum attinet, extat ejus libellus inſcriptus: *Inſtitutio Catholica elementa Chriſtianæ religionis ſuccincte complectens &c. per D. Johannem Gropperum Venet.* 1557. *Parte autem ejus* I. quæ eſt *de Symbolo pag.* 3. » Chriſtus, *inquit ille*, in anima, corpore in ſepulcro in tertium uſque » diem relicto, *deſcendit ad inferna*, non ut illic aliquid pateretur, ſed ut ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo, SPIRITUS PIORUM PATRUM, qui in ejus adventum crediderunt, liberaret, » captivitatemque captivam duceret, & de diabolo potentiſſime triumpharet, » quem ſane triumphum multorum Sanctorum Patrum, qui dormierant, reſurrectione, & apparitione in ſancta civitate, poſt reſurrectionem ſuam apertiſſime demonſtravit ». Catechiſmum Johannis Dietembergii germanice ſcriptum reperire mihi non licuit. Ex ejus tamen Scriptoris Ord. Præd. opere, cui titulus *Phimoſtomus Scripturariorum Johannis Dietembergii hæreticæ pravitatis Inquiſitoris editus Auguſtæ an.* 1530. *& Colon. an.* 1532. *cap.* XII. *de Purgatorio*, intelligitur, quid eodem ille Catechiſmo comprehenderit. Nam *in infernum*, inquit, *ante Chriſti adventum ſancti deſcenderunt, ſecundum illud, deſcendam in infernum lugens filium meum &c.* Merſemburgenſis Catechiſmum Synodo memoratum, etſi perquiſierim, reperire tamen nondum potui. Sed ex ceteris, ex quibus loca deſcripſimus, quid ille de articulo V. ſymboli ſtatuat, cognoſcere licebit.

vienſes, Gurcenſes, Lavantinenſes, Pataavienſes [1] omnibus rebus ſibi in communi dogmate perſeverandum putare. His cum gratias, ut debuerat, egiſſet, quod ſeſe tam comiter excepiſſent, atque docuiſſent, Juvavia profectus, juſtis itineribus Viennam Auſtriæ contendit. A patronis, atque ab amicis, quos in ea Metropoli perplures habet, cum de Auſtriacorum ſententia inquireret, ſic reperiebat. Viennenſes [2], eoſque orthodoxos omnes, qui in ditionem domus Auguſtæ veniſſent, ita affectos, atque inſtitutos eſſe, ut quod a Paſtoribus ſuis, divinitus eſſe Eccleſiæ manifeſtatum, audierint, quodque hactenus ad religionis doctrinam ſpectare crediderint, id demum eſſe in adiaphoris rebus ponendum non arbitrentur. Eſſe eam in Proteſtantium moribus levitatem, ut quod eſſe olim religionis dogma exiſtimarint, hodie vel uti falſum rejiciant, vel ut a re dubia eſſe ſibi ab eo cohibendam putent aſſenſionem. Quod autem eſt de Patribus veteris Teſtamenti tunc primum adſertis in libertatem, adeoque auctis beatitate conſiſtente in viſione naturæ Dei, cum Chriſti Servatoris anima deſcendit ad inferos, id ſane non ex ceteris ſolum Catechiſmis, quibus uti Paſtores animarum ſolent, ſed ex eo etiam plane conſtare, quem unum a magnis videlicet, ſapientibuſque Theologis multo

1 Subſcripſere ei Synodo Salisburgenſi Epiſcopi Urbanus Pataavienſis, Urbanus Gurcenſis, Chriſtophorus Chiemenſis, Petrus Seccovienſis, Erneſtus Friſingenſis, Thomas a Spaur coadjutor Brixinenſis, & pro Ratisbonenſi Gaſpar Macer, pro Lavantinenſi autem Conſtantinus præpoſitus S. Andreæ: Vide *pag.* 344.

2 Confer libellum germanice inſcriptum: *Quæſtiones Chriſtianæ, ſeu Quæſtiones, & Reſponſiones de duodecim Articulis fidei, omnium, inprimiſque Parochianorum inſtituendorum cauſſa editæ: Viennæ ann.* 1716. Eſt is libellus S. Facultatis Viennenſis judicio probatus, ac publicatus, ut ex Decani Petri Seray adprobatione dat. 27. Junii 1716. liquet. In eo autem (F. Dominico Lokio O. P. interprete uſus) ſic reperi: *Quid hic ſibi vult quintus Articulus? Deſcendit ad inferos &c. Quot ſunt in hoc articulo partes credendæ? Duæ. 1. Chriſtum poſt mortem ſuam deſcendiſſe ad inferos. 2. Eumque tertia die a mortuis reſurrexiſſe. Quotuplex eſt infernus? Quadruplex. Infernus Sanctorum PP. hoc eſt limbus &c. Cur hi non abibant in cælum? Quia erat clauſum ad aſcenſionem uſque Chriſti. Quid fecerunt PP. antiqui in limbo? Inceſſanter ſuſpirabant Salvatorem &c. Multum ne pœnæ perferebant? Non alia afficiebantur, quam damni. Cur limbus vocatur etiam ſinus Abrahæ? Quia etiam Abrahamus Pater omnium credentium, cui Deus promiſerat Meſſiam, in eo detentus fuerat,*

multo ante, quam editus Romanus eſſet, ſumma omnium Epiſcoporum Germanorum voluntate compoſitum, Ferdinandus Rex Romanorum (is qui poſt Imperator Auguſtus ejus nominis primus fuit) ut propugnaculum [1] adverſus impetus hoſtium, qui tunc maximo numero Eccleſiam infeſtabant; utque præſidium Catholicorum Parochis obtulit & ad tradendum populo Chriſtiano, & ad explicandum.

II. Bo-

1 *Summa Doctrinæ Chriſtianæ per quæſtiones tradita, & in uſum Chriſtianæ pueritiæ nunc primum edita juſſu, & auctoritate ſacratiſſimæ Roman. Hung. Bohem. &c. Regiæ Majeſtatis Archiducis Auſtriæ &c* an. 1558. Hujus libelli *pag.* 5. refertur *Edictum Regis*, quod eſt hujuſmodi: *Ferdinandus divina favente clementia Romanor. Rex ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Infans Hiſpaniar. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ &c. Marchio Moraviæ, Comes Tyrolis &c. Univerſis, & ſingulis fidelibus noſtris &c.* » Magno cum animi noſtri mœrore perpendimus, & videmus, quibus » hodie, quantiſque molibus, & periculis orbis Chriſtianus undique concutiatur; potiſſimum vero miſerandus ille ſtatus neglectæ, adeoque contemptæ » paſſim religionis, ſæpe multumque nos, & pios omnes diſcruciat... Quamobrem ad opus catholicum conſcribendum non dubiæ fidei, & doctrinæ viros » delegimus, conſcriptumque eorum, quos non ſolum ſacroſanctæ Theologiæ » ſcientia, verum etiam vitæ innocentia & integritate perſpicuos eſſe conſtat, » judicio, & cenſuræ ſubjecimus, quo certiores eſſemus, ne auctoritate noſtra » in lucem quidquam prodiret, quod Evangelicæ doctrinæ, & Sanctæ Catholicæ » Eccleſiæ ullo modo adverſaretur. Cum igitur Dei O. M. gratia jam commemoratus liber ita conſcriptus, MAGNOQUE THEOLOGORUM CATHO- » LICORUM CONSENSU APPROBATUS SIT, mandamus vobis prædictis » omnibus, & ſingulis, præcipue vero iis, qui noſtro nomine, & loco juris, » & juſtitiæ adminiſtrationem in Provinciis noſtris Auſtriæ inferioris, & Goritiæ comitatu exercent, ac in magiſtratu conſtituti ſunt, ut hunc Catechiſmum ſolum, NULLUMQUE ALIUM per ludimagiſtros, præceptores, ac » pædagogos pueris in ſcholis publice, aut privatim proponi, prælegi, ediſcen- » dumque tradi magnopere curetis, atque omnino efficiatis. Datum in Civitate » noſtra Vienna die XIIII. menſis Auguſti an. Domini 1554. » Hæc ut pie, vereque, ita etiam graviter, atque eleganter Rex Maximus. Ejus autem libelli *cap. 1. quod eſt de Symbolo pag:* 15. ſic habetur: *Quid credendum profert quintus Articulus?* Videamus quid credendum proferat. *Chriſtum, docet, poſtquam mortuus eſſet in Cruce, ſecundum animam quidem ad inferos uſque penetraſſe, tum ut mortis ac ſathanæ devictorem*, TUM UT PATRUM IN LIMBO SEDENTIUM LIBERATOREM SESE DECLARARET. En quid credendum articulus ſymboli quintus doceat verbis *deſcendit ad inferos*. Non ergo adiaphoron id eſt. Niſi forte Dalhamus velit, aut indifferens eſſe, quod articuli ſymboli credendum doceant, qua re quid fingi poteſt religioni injurioſius? aut quod in Germania ſuperioribus ſeculis articulo ſymboli quinto credendum proferebatur, id nunc demum credendum proferri deſiiſſe. Quaſi vero quæ credenda ſymbolum profert, modo vera haberi poſſint, modo dubia, modo etiam, ſi lubet, falſa. Eodem ſpectant, quæ ceteri Catechiſmi in Germania editi continent, ut ille, cujus hæc eſt inſcriptio: *R. P. Placidi Spies Ord. S. Benedicti Prioris Ochſenhauſenſis &c. Praxis Catechiſtica, ſeu Colloquium utile, atque ad pietatem movens inter patrem, & filium, ut etiam inter Catholicum, & hæreticum edit. Bregenſ. ann.* 1670. *& edit. Præcip. Eccleſiæ Einſidelenſis an.* 1743. *Ad* v. *Artic. ſymboli*. Sed longum eſt omnes perſequi.

II. Bohemos [1] pari ſtudio teneri cum Viennæ Mamachius certis auctoribus comperiſſet, ſociorum aliquos in Poloniam cum his fere mandatis miſit. De Polonis, Ruſſiſque primum, deindeque de Moſchis cognoſcerent. Poſtremos horum etſi partibus Photianorum ſtudeant, eſſe tamen vetuſtatis ejus apud Græcos ſententiæ teſtes poſſe. Nam ſcirent, ab Græcis Moſchos imbutos fuiſſe doctrina religionis. Sociis dimiſſis, ipſe Pannoniam [2], hinc

1 *Catechiſmus Boemicus editus an.* 1706. *a Reverendiſs. D. Johanne Mauritio Martini S. Theologiæ Baccalaureo, nec non ejuſdem, ſacrorumque Canonum Candidato, quondam Vicario Generali Archiepiſcopi Pragenſis: In Explicat. Artic. v. ſymboli Apoſtolorum* habet hoc modo. Q. *Dic mihi quintum Articulum fidei?* R. *Quintus Articulus fidei eſt is, qui ſequitur:* deſcendit ad inferos &c. Q. *Quid in ſe continet ille Articulus fidei?* R. CONTINET IN SE, UT CREDAMUS, *quod ſanctiſſima anima Chriſti Domini poſt mortem Salvatoris noſtri ad inferos deſcenderit &c.* Q. *Quomodo Chriſtus Dominus ad inferos deſcendit?* R. *Chriſtus Dominus ſolus virtute, gloria, & claritate ſua dignatus eſt deſcendere abſque ullo alio auxilio, qui etiam ſtatim tenebroſum carcerem Patrum Sanctorum ſua præſentia adeo illuſtravit, ut in delicioſum paradiſum eumdem mutaverit, ſecundum quod ille pœnitenti in cruce latroni promiſit dicens:* hodie mecum eris in paradiſo. Q. *Quorſum, aut ad quales inferos deſcendit?* R. *Deſcendit ad locum tenebroſum, qui limbus dicitur, in quo Sancti Patres degebant, ex quo ut primum eos eduxit, ſtatim carcerem illum ſuſtulit, & deſtruxit.* Q. *Enuncia mihi ſitum ſubterraneæ captivitatis. Credere debemus, quod quadruplex carcer, ſive captivitas ſub terra reperiatur . . . Quartus carcer, vel aliter limbus eſt nobis proximus, in quo Sancti Patres degebant &c.* Q. *An ibidem aliquas pœnas de afflictione Sancti Patres in hoc carcere ſunt perpeſſi?* R. *In eo carcere Sancti Patres licet ſenſibiles pœnas ſicut in inferno, vel purgatorio non pertulerint, nihilominus ſecundum animam, & mentem magnam afflictionem habuerunt, quoadusque illos Dominus, & Salvator noſter Chr. J. poſt mortem ſuam innocentem dignatus fuiſſet educere & liberare.* Atque ita quidem e Boemicis latina hæc facit Alexius Galleus Ord. Præd. in Cœnobio Pragenſi Ord. Præd. Regenſ. Boemica in extremo hoc capite dabimus.

2 In libro qui hungarice inſcribitur: *Tuba Evangelica: Auctore P. Sigiſmundo Cſuzio ſacri Ord. S. Pauli primi Eremitæ per Regnum Hungariæ Miſſionario Apoſtolico:* qui ſane liber dicatus *Chriſtiano Auguſto S. R. E. Card. e Ducibus Saxon.* atque ejuſdem Cardinalis cenſura, & impenſis editus fuit, *Catechiſ.* 17. *de quinto ſymboli Apoſtolici Articulo, deſcendit ad inferos*, hæc leguntur: « Hic « per inferos, novatores nonnulli ſepulchrum intelligunt; quaſi Chriſtus Do- « minus e proprio ſepulchro liberaſſet Sanctorum Patrum animas ibi degen- « tes: Ipſe vero Calvinus contra Scripturam inverecunde fabulam eſſe ſtatuit, « Salvatoris animam ad inferos deſcendiſſe, ut juſtorum animas liberaret. « Nos ſalubrius cum Scriptura, & Sanctis Patribus id credimus, quod anima « Chriſti, poſt mortem reapſe ad inferos deſcenderit; & quouſque ſacrum « ejus corpus hypoſtatice cum divinitate unitum in ſepulchro jacuit, eo uſque « ibidem permanſit. Quo propria virtute deſcendit, non tamquam ad ſepul- « chrum, in quo per alios ſacrum ejus corpus fuerit collocatum. Id vero nobis « Chriſtianis obſervandum eſt, ab initio uſque modo Sanctam Catholicam, « & Apoſtolicam Eccleſiam, quatuor diſtincta loca in viſceribus terræ ſtatuere. « Infernum, in quo in mortali peccato deſcendentes in perpetuas æternitates re- « cluduntur. Quod pariter puerile commentum eſſe dicit Calvinus, & ſolam « imagi-

Digitized by Google

hinc Tranſilvaniam [1], inde Walachiam [2], Serviam [3], Croatiam [4], Boſniam [5] longo circuitu peragrat.

§. VI.

» imaginationem, aut parabolam. Lutherus vero, ut errores ſuos oſtentaret, negat vel dæmones eſſe in inferno. Alterum locum, in quo animæ venialiter delinquentium detinentur uſque dum purgentur; & hunc Purgatorium dicimus; de quo infra uberius. Tertium, in quo animæ infantium ſine baptiſmo decedentium, exiſtunt. Quartum vero, ad quem Salvatoris anima deſcenderat, ut ſalvaret animas Patrum in carcere detentorom. Et hunc limbum nominamus, de quo Zacharias Propheta *cap. 9. v. 11.* loquebatur: *tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu*. Hunc S. Paulus Apoſtolus nonnunquam vocat *viſcera terræ*; ſubinde *abyſſum*, *ad Rom.* 10. *v.* 7. S *Mathæus* 12. *v.* 40. *cor terræ*, hoc eſt centrum terræ. S. vero Lucas Evangeliſta *Actor.* 2. *v.* 11. *infernum*. Liberando itaque Chriſtus Dominus, poſt tot lamenta, atque ſuſpiria Sanctorum Patrum animas, quæ propter originale peccatum in inferis captivæ detinebantur, tertia die propria virtute (quemadmodum prædixerat) glorioſe reſurrexit, & ſic palam fecit, quod eſſet Dominus, & Deus mortis, & glorioſus triumphator adverſus fortem armatum cuſtodientem atrium ſuum. Prius vero reſurgere non volebat, ne de illo cum errore ſpargeretur, reapſe mortuum non fuiſſe. Verum neque reſurrectionem ultra differre volebat, ne dilecti diſcipuli ultra dubii, atque anxii lugerent, & multa opinantes, perturbarentur». Hæc vir doctus præfectus Romano Cœnobio Ord. S. Pauli primi Eremitæ ex Hungaricis latina fecit. Nos ejuſdem opera uſi pannonica in extremo hoc capite dabimus. Vide præterea Catechiſmum, ſeu *ſummam Doctrinæ Chriſtianæ Ferdinandi I. Auguſti*, ſupra *pag.* 342. *num.* 1. Hinc facile intelligitur, cujuſmodi illi fuerint Catechiſmi, quos memorari conſtat in Synodi Diœceſanæ Strigonienſis Actis *cap.* 111. *pag.* 51. *ſeqq.* (cui tot electi Epiſcopi urbium non Hungariæ ſolum, ſed etiam Tranſilvaniæ ſubſcripſere) *pag.* 75. *ſeqq. edit. an.* 1667. Habita ea Synodus fuit Tyrnaviæ an. 1629.

1 Tranſilvan. electus Antiſtes ſubſcripſit modo memoratæ Synodo Strigonienſi.

2 In libello, cujus hæc eſt inſcriptio: Dottrina Criſtiana tradotta in lingua Valacca dal P. Vito Pilutio da Vignanello Minore Convent. di S. Franceſco: *edit. Rom. an.* 1677. *pag.* 6. ſic legitur: *A cinka Parte. Credz ke Jeſus Kriſtos endates, ke kau morit, pogori ku ſuſletul la limbo de Suincii Perenczii &c.* Artic. v. Credo, Jeſum Chriſtum *ſtatim atque eſt mortuus, iviſſe animâ in limbum Sanctorum Patrum &c.* Quinetiam Moldo-Valachiæ Greci ritus ſchiſmaticos aſſentiri Catechiſmo a quatuor Patriarchis probato, de quo paulo poſt diſſeram, perſpicua res eſt.

3 Servianorum Primas ſubſcripſit priore loco Synodo Provinciali Epiroticæ, ſeu Albanenſi, de qua paulo poſt diſſeram. Servianos autem Græci ritus Octaecho Græcorum uti, ex eorum libris Eccleſiaſticis plane conſtat. In Octaecho autem Græcorum verſus eſſe perplures, qui idem atque nos tuemur dogma proponant, poſt demonſtrabitur.

4 Idem in Croatia paſſim doceri, ab iis, qui Romæ agunt, Croatis accepimus, eſtque ex Catechiſmo, quo utuntur, perſpicuum. Nam Illyricum Bellarmini libellum Illyrice editum ſuis ad diſcendum proponunt, inſcriptum: *Nauck Karſtyanski Sloxen Po Pryſvitlomu Goſpodinu Rubertu Bellarminu Kardinalu S. R. C. typ. S. C. de Prop. Fide an.* 1661. cujus quidem Catechiſmi *pag.* 9. Petenti magiſtro, ut Articulus v. ſymboli declaretur, reſpondet diſcipulus » Ya viruyem, da Iſukarſt u ças, koyi umri, poyde duſcom u limbu ſveith otacz ». *Ego credo, quod Jeſus Chriſtus ſtatim atque mortuus fuit, deſcendit animâ in limbum Sanctorum Patrum.*

5 Eadem de re Boſnenſes Catholicos ne dubitare quidem, teſtantur ejus gentis Franciſcani, qui Romæ in Cœnobio Aracelitano degunt.

§. VI.

Raguſina præterea, Epirotica, Græca, Polona, Ruthena, & Moſcuvenſes.

I. Poſt Raguſiam [1] petit, qua in urbe agit cum Archangelo Lupio Archiep. ex Ord. Præd. cumque Chriſtophoro Stayo fratre Benedicti ejus, qui carminibus τὰ φιλοσοφήματα Carteſii, ac Newtoni complexus ſic eſt, ut opinione omnium elegantia, gravitateque ſcribendi poetas latinos veteres aurei ſeculi æquaſſe videatur. Nam Romæ Mamachius in eorum ſe trium amicitiam, conſuetudinemque inſinuarat, planeque quantum doctrina, atque virtute poſſent, perſpexerat. Ab iis cum intellexiſſet, in ea provincia pueris Bellarmini Catechiſmum tradi, in Epirum [2] migrat, cognitaque catholicorum, qui eas regio-

1 Raguſini, Dalmatæque ceteri, ut ego a Benedicto Stayo Clementi XIII. Pont. Max. ab Epiſtolis latinis viro doctiſſimo accepi, Bellarmini Catechiſmo utuntur. Extat libellus inſcriptus: *Uberior Explicatio Doctr. Chriſt. compoſito juſſu felicis memor. Clementis Papæ VIII. &c. in Illyricam linguam juſſu Sanctiſſimi D. N. Urbani Papæ VIII. & Illuſtriſſimorum S. R. E. Cardd. Congregationis de Propagando Fide per Johannem Tomcum Marnavizium verſa. Rom. an.* 1627. *pagina autem ejus* 23. hæc reperi: » *V.* Koyu od ovih çetirih ſtran paklenik » ſayde Iſukarſt po ſmarti ſuoyoy? *N.* Brez ſuake ſumgne ſayde u limbo ſuteih » otac i tudgeih vçini blaxene, i poſlie yuſte puuedeih, u kragleſtuo nebesko «. Inter. *In quem horum quatuor inferorum locum deſcendit Chriſtus poſt mortem ſuam?* R *Sine ullo dubio deſcendit in limbum Sanctorum Patrum, ibique eos beatos fecit, poſtque etiam ſecum eos duxit in Regnum Cælorum.* Vidi perinde. *Expoſitionem ſymboli Apoſtolici a pia mem. Card. Bellarm. perſcriptam,* & a Petro Gaudentio Epiſcopo Arbenſi in Illyricum converſam, ejus expoſitionis hæc eſt Illyrica Epigraphe: *Iſtumacenye ſymbola Apoſtolskoga, to yeſt Virrovanya Priviſokogo, i Priposctovanoga Goſpodina Cardinola Bellarmino Prineſeno, u Slovinſki Yazik po Priſvitlomu Goſpodinu Petru Gaudenziu alli Rouçichiu Splichianinu, Biskupu Rabſcomu: Romæ an.* 1662. *pag.* 59. Reperi etiam libellum inſcriptum: *Nauk Kartyanski Sloxen po Priſvitlomu Goſpodinu Rubertu Bellorminu Kordinalu S. R. C &c.* hoc eſt: *Doctrina Chriſtiana brevis Em. Bellarmini S. R. E. Card. edit. Rom. an.* 1661. Hujus autem *pag.* 9. ſic legitur: » Iſtumaei Peti. V. *Ya Viruyem, da Iſukorſt u ças koyi umri, poyde duſcom u limbu Svetih Otacz. Interr.* » Explica quintum: *Credo, Jeſum Chriſtum ſtatim atque mortuus eſt, deſcendiſſe anima in limbum Sanctorum Patrum &c.*

2 *Concilium Provinciale, ſive Nationale Albanum habitum an.* 1703. *edit. Rom. an.* 1706. *pag.* 17. ſic habet: » Ne animarum curatores prætextu ignorantiæ de » Fidei myſteriis a neceſſitate officii eximantur, ſaltem Dominicam orationem, » Angelicam ſalutationem, Apoſtolorum ſymbolum, nec non decalogi, Eccle-

giones incolunt, voluntate tuendi veri, per fines Theſſalorum in Thraciam iter inſtituit. Ut Conſtantinopolim attigit Marianum Timonium præfectum Cœnobio Dominicanorum virum doctum, & propinquum conſanguinitate ſibi, convenit, cumque eo una Blaſium Paulium vicibus Latini Patriarchæ fungentem adit. Ex eo cum ſerio quæſiſſet, eadem ne de Patribus Veteris Teſtamenti ereptis deſcenſu Chriſti ex inferis ſententia apud latini ritus chriſtianos Græciæ, Inſularumque incolas obtineret, quam Chii ante annos ſex & triginta pueri in Eccleſia docebantur (nam ſe Chium Latinum eſſe, Chioque anno 1729. in Italiam profectum, planeque ſcire, id tunc cives ſuos dogmatis habuiſſe loco, quod ea de re Eccleſiæ Occidentis omnes incredibili conſenſu prædicant) Paulius admirans, ohe, inquit, dubium ne eſt? Tam ne eſſe leves, tam abſurdo ingenio, tamque imperitos religionis paſtores putas Eccleſiarum, ut quod olim docuerint eſſe in dogmatibus numerandum, id modo vim obtinere dogmatis aut dubitent, aut negent? Abſit hæc a miniſtris Servatoris Chriſti conſequens volubilitatem temeritas. Atque hi certe quod ſemel profeſſi ſunt, quod acceperunt a Patribus, catechiſmiſque ab Sede Apoſtolica ad ſe miſſis [1] freti populis tradiderunt,

» ſiæque præcepta pueris tradant ... ſacræ Congregationis de Propaganda Fide, » charitatis viſcera quam primum experturi in libellis Chriſtianæ Doctrinæ Bel- » larmini Albano idiomate, quibus propriæ, & fidelium neceſſitati providere » poſſint ». In Catechiſmo, quo utuntur Catholici Epirotæ edito Romæ typis S. Congr. de Propag. Fide an. 1664. & excerpto a Petro Budio ex Bellarmini Catechiſmo: *ad Artic. ſymboli tertium* hæc leguntur. *Toto corde, ac mente tota credo, Chriſtum, ſtatim atque eſt mortuus in ligno Crucis, virtute ſpiritus, propriaque divinitatis deſcendiſſe infra ſuper ſitus inferni, iviſſeque in locum tenebroſum, obſcurum, & horridum appellatum limbum, in quem deſcenderant omnes ii ſancti, qui ab initio mundi, uſque ad illud tempus fuerant; & poſteaquam hos illuminavit magna luce cæleſti, eos exinde liberaſſe &c.*

1 In διδασκαλία χριστιανικὴ ὀρθόδοξος εἰς ἀντολογίαν &c. Romæ edita an. 1617. εἰς κοινὴν ὠφέλειαν *in communem utilitatem* hæc p. 20. leguntur: ἐγὼ πιστεύω &c. *Ego credo, Jeſum Chriſtum ſtatim poſt mortem deſcendiſſe anima in lacum Sanctorum Patrum*. Eadem omnino habeut reliquæ Romanæ edition. an. 1628. 1671. &c. Vide præterea librum Græcorum lingua inſcriptum διδασκαλία &c. hoc eſt: *Doctrina Chriſtiana Sancta Dei Romana, & Catholica Eccleſia in communem Græcorum linguam verſa, & in quibuſdam locis explicata ad ordinem, & uſum Eccleſiæ Orientalis.*

Romæ

runt, id nunc & profitentur, & docent, dumque hi cœtus orthodoxorum in Oriente conſiſtent, profitebuntur, atque docebunt.

Ad hæc Mamachius, non dubitare ſe, dixit, quin hæc omnium, qui ubique terrarum eſſent, orthodoxorum doctrina ſit. Eo ſe tamen tam longum ſuſcepiſſe iter, eoque loca omnia quæſitum circumcurſare, non ut ſe, qui rem noverit, ſed ut unum aliquem in Italia contra ſentientem, atque ſcribentem convincat, accuſetque apud orthodoxos, agatque novitatis reum. Quæ ut Paulius audivit, ſane cohorruit, ac niſi, inquit, ex te audirem, perſuadere mihi non poſſem, auſum eſſe Italum in Italia negare, quod Conſtantinopoli (qua in urbe ſumma eſt libertas cuique affirmandi, quod libeat) ne Photianus quidem quamlibet impudens negare auderet. Quod ſi de hiſce ſchiſmaticis noſſe cupias, non hinc longe eorum Patriarcha diſtat. Ad eum te conferas volo, ut primum poteris. Facito periculum. Roga, æquo ne ferret animo, ſi quis ſuorum, Patres Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem in inferis fuiſſe, eguiſſeque vindice Chriſto, qui eos inde eriperet, inficiaretur? Gerit Mamachius morem Paulio. Patriarcham convenit, eumque ea de re ſciſcitatur. Negat ille, laturum ſeſe, in dubium ab ſuorum quoquam vocari, quod Catechiſmo Patriarchis quatuor Orientis probato [1] contineatur. Mox Catechiſmum ad ſeſe afferri

Romæ typ. S. Congr. de Prop. Fide an. 1627. *pag.* 33. *ſeqq.* quo loco habetur: *certum eſſe βέβαιον εἶναι*, Chriſtum deſcendiſſe in lacum Sanctorum Patrum, eoſque ſtatim feciſſe beatos. Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis *In refutatione Pſeudochriſtianæ Catecheſis edita a Zacharia Gergano Græco. edit. Rom. an.* 1631. » Hebræorum, *inquit*, recentium dicta (ſequitur Gerganus) ſumma » certe calliditate, ut lacum Sanctorum Patrum neget, & quovis modo ſuas blaſ- » phemias obtegat, . . . At nos jure ſequimur non Hebræos, ſed Sanctos Patres, » *& pag.* 139. En ſcriptura per Sanctum Hieronymum docet lacum Sanctorum » Patrum receptaculum &c. ». Sed de Caryophilo alias.

1 Extat *opus a Græcis Photianis* primum Giaſſi in Moldavia, deinde an. 1662. Amſtelodami, poſtremo an. 1695. Lipſiæ editum hoc titulo ὀρθόδοξος ὁμολογία &c. *Orthodoxa confeſſio Catholica, atque Apoſtolica Eccleſiæ Orientalis*. Hæc quatuor Patriarchis Parthenio Conſtantinopolitano, Joannicio Alexandrino, Macario Antiocheno, Payſio Hieroſolymitano, pluribuſque Metropolitis, atque Epiſcopis probata fuit.

ferri jubet, quodque ad rem attinet, legit. ἐπεθύμουν νὰ ἔμαθα περὶ τῆς Ψυχῆς τοῦ Χριςῦ, εἰς ποῖον τόπον νὰ εὑρίσκετο ὕστερα ἀπὸ τὸν Θάνατόντου πρὶν τῆς ἀνα-ςάσεως; ἡ Ψυχὴ τοῦ Χριςῦ, ἔστωντας κ͵ νὰ Χωρίσθῃ ἀπὸ τὸ σῶμα, ἦτον παντοτε ἐσμιγμένη μὲ τὴν Θεότητα, κ͵ μὲ τὴν Θεότητα ἐκατέβηκεν εἰς τὸν ἅδην· καλὰ καὶ εἰς τον τόπον τοῦτον νὰ μὴν ἔχωμεν κ᾽ἂν μίαν ἐνθύμησιν δι᾽ αὐτὸ, μόνον τὸ ἔχομεν βέβαιον ἀπὸ ὅλους τὺς ἐκκλησιαστικὺς ὕμνους, ὅπου πραγματεύονται δι᾽ αὐτὸ· πῶς ὁ Χριςὸς νὰ ἐκατέ-βηκεν εἰς τὸν ἅδην μὲ τὴν Ψυχὴν, καὶ μὲ τὴν Θεότητα, κ͵ πλέον χωριςὰ μὲ τὸ τροπάριον ἐκεῖνο τῆς ἐκκλησίας, ὅπου λέγει „ ἐν τάφῳ σωματικῶς, ἐν ἅδου δὲ μετὰ Ψυχῆς „ ὡς Θεὸς, ἐν παραδείσῳ δὲ μετὰ λῃςῦ, καὶ ἐν Θρόνῳ „ ὑπῆρχες, Χριςὲ, μετὰ πατρος, καὶ πνεύματος πάντα „ πληρῶν ὁ ἀπερίγραπτος „· καὶ ἀπὸ τὸν ἅδην ἐλύτρωσε τὰς Ψυχὰς τῶν ἁγίων προπατόρων, καὶ τὰς ἔβαλεν εἰς τὴν παράδεισον μαζὶ μὲ τοὺς ὁποίους συνεισήγαγε κ͵ τὸν λῃςὴν, ὅπου ἐπίςευσεν ἐν τῷ ςαυρῷ εἰς αὐτὸν [1]. Paucis poſt diebus ſocii, quos in Poloniam Mamachius miſerat,

Con-

[1] *Queſt.* XLIX. *ad quartum ſymboli Articulum edit. Amſtelod. pag.* 70. *& edit. Li-*
pſienſis pag. 90. *ſeqq.* » Noſſe cuperem de anima Chriſti, quonam in loco fuerit
» poſt ejus (Chriſti) mortem, ante reſurrectionem? Anima Chriſti etſi ſepa-
» rata fuit a corpore, fuit tamen ſemper eum divinitate conjuncta, & eum di-
» vinitate deſcendit in infernum. Quamquam in hoc loco (articuli) mentio-
» nem habeamus nullam de hoc, ſed ſolum id habeamus CERTUM ex omni-
» bus hymnis Eccleſiaſticis, qui de hoc agunt, quod Chriſtus anima, & divi-
» nitate deſcendit ad inferos, & diſtinctius ex *tropario* illo Eccleſiæ, quod dicit:
» *Corpore in ſepulcro; in inferno anima, ut Deus; in paradiſo autem cum la-*
» *trone, & in throno fuiſti Chriſte cum Patre, & ſpiritu omnia implens incir-*
» *cumſcriptus*. Et ab INFERNO LIBERAVIT ANIMAS SANCTORUM PRÆ-
» CEDENTIUM PATRUM, ET INTULIT EAS IN PARADISUM, QUI-
» BUSCUM CONDUXIT ET LATRONEM, QUI CREDIDIT IN IPSUM
» IN CRUCE. Hactenus ut eſt in Græcorum Catechiſmo. Is Catechiſmus ab
Synodo eorum fuit an. 1643. die undecimo menſis Martii, *communi ſententia*
Synodica probatus, atque confirmatus, *ut ſequens dogmata Eccleſiæ Chriſti*; manda-
rumque ab eadem Synodo cuique pio, atque orthodoxo eſt, ut eum legat, minime-
que rejiciat. Ei Synodicæ Epiſtolæ, ut ex *pag.* 11. *ſeqq.* ejuſdem libelli *edit. Lipſ.*
perſpicitur, non ſolum quatuor Patriarchæ, ſed etiam Præſules Archiepiſcopus
Laurentius Ancyræ in Galatia, Gregorius Lariſſæ in ſecunda Hellade, Pacho-
mius Chalcedonis in Bithynia, Parthenius Adrianopoleos in Hæmimonte, Joan-
nicius BerrhϾ, Meletius Rhodi, Cornelius Methymnæ, Gabriel Lacedemonis
in Peleponneſo, & Parthenius Chii Provinc. Cycladum conſenſere.

Conſtantinopolim veniunt. Renunciant, Polonos [1], Ruthenoſ-

1 Synodus Gneſnenſis Provincialis, ſeu potius Nationalis Epiſcoporum totius Regni Poloniæ, habita an. 1607. Petricoviæ a Bernardo Maciejowskio S. R. E. C. Archiep. Gneſn. & Primate *edit. Cracov. an.* 1610. cui aſſenſi fuere Antiſtites Cracovienſis, Wladiſlavienſis, & Pomeraniæ, Culmenſis, Chelmenſis, Camenacenſis nominatus Luceorienſis, Vendenſis, Leopolienſis, Wilnenſis, Poſnanienſis, Præmilienſis, Kiovienſis &c. Tit. *de Doctrina Fidei Catholicæ propaganda* hæc omnino conſtituit: Parochi *unam concionis partem ex Evangelio occurrentis temporis, alteram ex* CATECHISMO ROMANO AD PAROCHOS *deſumant . . . In ſcholis etiam pueri doceantur Catechiſmum Cardinalis Bellarmini . . . eumdemque, ubi id commode fieri poteſt, in Eccleſiis coram populo recitent, Parocho, vel ejus Vicario præſente.* Multo ante, quam hæc habita Synodus fuiſſet, hoc eſt an. 1589. ab Staniſlao Karnkouskio Archiepiſcopo celebrata fuerat Provincialis Synodus Petricoviæ, eique interfuerant XVIII. Epiſcopi, in quorum fuit numero Georgius S. R. E. Card. Radzivilius. Ea vero *Tit. de Parochorum Officio n.* 7. Catechiſmum Romanum Rectoribus animarum propoſuerat ad explicandum Chriſtianæ plebi. Eamdem probavit Sixtus V. P.M. die 12. Martii an. 1590. Synodus item *Gneſnenſis Prov. ſeu potius nationalis omnium fere Epiſcoporum Poloniæ, Ruſſiæ, & Lituaniæ habita Petricoviæ a Joh. Wezyk Archiepiſc. Gneſnen. an.* 1628. *edit. Crac. an.* 1629. cui conſenſere Epiſcopi Andreas a Lipe Lipskius Wladiſlavienſis, & Pomeranienſis, Mathias Lubinskius Poznanienſis, Staniſlaus Lubinſkius Plocenſis, Otho Schenkingius Vendenſis, & Melchior Stephanides pro Andrea Prochnickio Archiepiſcopo Leopolienſi, Eraſmus Kretkowkius pro Martino Szyſzkowſkio Epiſcopo Cracovienſi, Georgius Tyſkiewiczius Epiſcopus Methonenſis, & Cuſtos Vilnenſis pro Euſtachio Volowiczio Antiſtite Vilnenſi; Petrus Uſzinſkius Luceorienſis pro Acacio Grochowſkio Epiſcopo Luceorienſi, Matthæus Babinowſkius Mednicenſis Canonicus pro Abrahamo Woyna Samogitiæ, Jacobus Slivvſkius Archidiaconus Præmilienſis pro Adamo Novvodvvrſkio Epiſcopo Præmilienſi, Valentinus Szczavvinſkius Canonicus Culmenſis pro Jacobo Zadzikio Epiſcopo Culmenſi; Abrahamus Sladkovvſkius Epiſcopus Citrenſis pro Remigio Komecpolſkio Epiſcopo Chelmenſi, F. Martinus Javvorſkius pro Boguſlao Boxa Radoſzovvskio Epiſcopo Kiovienſi, F. Leonardus Starczevvſkius pro Gabriele Fredro Epiſcopo Bachovienſi &c. hæc inquam nationalis Antiſtitum totius Gentis Polonicæ Synodus (*Tit. de Profeſſione Fidei, & Fide Chriſtiana*) præcepit Parochis, *ut conciones ad populum habeant ex* CATECHISMO CONCILII TRIDENTINI AD PAROCHOS *tempori accommodatas ex materia orationis Dominicæ, ſalutationis Angelicæ, ſymboli Fidei &c.* moxque addit: *In quem finem curabitur recudi Catechiſmus idem* CONCILII TRIDENTINI IN POLONICUM IDIOMA TRANSLATUS. Synodus præterea item Provincialis, ſeu potius nationalis Gneſnenſis ab eodem Archiepiſcopo, & Primate Regni Poloniæ an. 1634. Warſaviæ celebrata *edit. Cracov. an.* 1636. cui conſenſere Antiſtites Leopolienſis, Wladislavienſis, & Pomeranienſis, Plocenſis, Camenecenſis, Kiovienſis ritus Græci, Cracovienſis, Vilnenſis, Luceorienſis, Præmilienſis, Culmenſis, Samogitienſis, Chelmenſis, &c. *Tit. de Doctr. Chriſt. cap.* 1. *hortatur omnes Epiſcopos, ut ſuperiorum Synodorum ac præſertim poſtremæ* (cujus decretum deſcripſimus) *ſub titulo de Profeſſione fidei, & Doctrina Chriſtiana decretum in viridi obſervantia conſervent &c.* Confer etiam Synodum Wladislav. ſub Karncov. 1. *P. tit.* 2. *num.* 1. *&* 3. *In Compendio Doctrinæ Chriſtianæ Card. Bellar.* juxta Decretum Synodi Gneſn. an. 1607. in Polonicam linguam converſo, inſcriptoque: *Summariuſz Nauki Chrzeſcianskiey Przez Kardinala Bellarmina za Rozkazaniem Oyca S. Klemenſa VIII. dla cwiczenia dziatek, y Ludzi proſtſzych napiſany &c. edit. Cracovienſis* 2. *an.* 1619. *Expoſit. ſymb. ad Art.* V. *deſcendit ad inferos pag.* 7. hæc habentur. Ja Wierze iż Jezus Chryſtus zara-
» zem po ſmierci zſtapil z Duſzoſvvnio do podziemney Odchlani Oycovvſvvie-
» tych, i trzeciego go dnia to ieſt vv Niedziele Zmartvvychvvſtal, vv chvva-
» le iako

thenoſque [1] in communi doctrina perſtare. Moſcos Latinis concedere [2], eorum omnium, qui in Vetere Teſtamento

» le iako Zvvyciężca ». *Ego credo, quod Jeſus Chriſtus ſtatim poſt mortem deſcendit anima quidem ſua ad ſubterraneum limbum Patrum Sanctorum, & tertia die, hoc eſt Dominica reſurrexit in magna gloria ut victor*. Sic enim latine vertit P. Innocentius Novakoſkius Polonus Ord. Præd. Quid? quod Martinus Szyſzkovvſkius Epiſcopus Plocenſis in Expoſitione Catechiſmi ejuſdem ad *eumdem Artic. edit. Cracov. an.* 1608. *pag.* 56. perinde ſcribit? » Na co Pan Chryſtus » do Piekla Wſtapil? Wez to przed ſie czlovviecze iz pan Chryſtus na to do pie» klow wſtapil aby moc diabelsko obalil a ſvvietych Oycovv Doſze z Zvvycietſ» vvem, y tryumfem chvvalebnym z otchlani piekielney Wyprovvadzil, Ktore » tam czekaly Svvietego przyiſcia jego iatko Meſlyaſza pravvdzivvego ». Quæ idem ipſe P. Innocentius latine ſic vertit: *Habe hoc tibi præ oculis, o homo, Chriſtum Dominum idcirco deſcendiſſe ad inferos, ut diaboli poteſtatem everteret, & Sanctorum Patrum animas cum victoria, atque triumpho glorioſo ex inferni limbo educeret, quæ ibi expectabant ſanctum ejus adventum ut Meſſiæ veri*.

1 Ex adnotat. ſuperiore plane intelligitur, quæ ſit ea de re, de qua eſt ſermo, non Ruthenorum modo, ſed etiam Lituanorum, ceterorumque, qui rei Polonorum publicæ parent, doctrina. In Catechiſmo præterea, qui Polonice inſcribitur: *Prima veſtigia in viam ſalutis conducentia &c. Illuſtriſſimi Franciſci Zawadzki E. Kyovienſis &c. per heroica pietatis officia aperta, & per quemdam Sacerdotem Ord. Præd. Conventus Leopolienſis SS. Corporis Chriſti Provinciæ Ruſſiæ expreſſa anno D.*1745. 26. *Nov. Leopoli*: hæc legit P. Caſimirus Polonus e Provincia Ruſſiæ Ord. Præd. » P. Jaki pionty artykul? O. Wſtompil do Pieklow, trzeciego dnia » Zmartvvychvvſtal. P. Co rozumieſz, przez to vvſtompil do pieklovv? O. Ro» zumi ſię ze Duſza Jego nai ſvviętſza vvraz Z. Boztvvem vvſtompila do otchl» lan dla vvyprovvadz enia, y uvvielbienia Duſz oycovv SS. Ktore oczekivvaly » z vvielkim pragnieniem przyiſcia Jego. I tak zvvyciezyl ſmierc, czarta, y » Pieklo ». Idemque Caſimirus ſic latine vertit: » *Q.* Cujuſmodi eſt quintus Ar» ticulus? *R.* Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit a mortuis. *Q.* Quid in» telligitur his verbis, *deſcendit ad inferos*? *R.* Intelligitur, animam Chriſti » ſanctiſſimam divinitati junctam deſcendiſſe IN LIMBUM AD EDUCENDAS » INDE, ATQUE GLORIFICANDAS SANCTORUM PATRUM ANIMAS, » quæ magno deſiderio expectabant adventum ejus: atque ita vicit mortem, » diabolum, & infernum ».

2 Confer librum *de Ruſſorum Moſcovitarum &c. religione edit. Spirenſis an.*1682. In eo enim priore loco leguntur *Quæſtiones Theologicæ Johannis Baſilii Magni Ducis Moſcorum, ad quas Johannem Rahitam Miniſtrum* (Lutheranum) *in conſpectu magnificorum legatorum Sigiſmundi Auguſti Sereniſſimi Regis Poloniæ, & Magni Ducis Lituaniæ &c. in urbe Moſcuva ineunte ann.* 1570. *reſpondere juſſit*. Sequitur mox *Reſponſio Johannis Baſilii Magni Ducis Moſcorum ad Rahitæ Confeſſionem fidei data ipſi in urbe Moſcuva an.* 1570. *Kal. Maii*. Hujus Reſponſionis *pag.* 12. Joh. Baſilius ita ſcribit: » Nonnihil reſpondebo, ne me forte putes non » intellexiſſe, quam lethale effuderis venenum . . . Veri enim eſt Chriſtiani my» ſteria ſuæ religionis tenere ». *Cap. autem* VI. *pag.* 36. Religionis ſuæ rationem reddens: » Mors, *inquit*, dominabatur ab Adamo uſque ad Abrahamum, & ab » hoc uſque ad Moyſen, & ab iſto uſque ad Jeſum Chriſtum, etiam iis, qui » non peccaverant. Juſti quoque, donec Chriſtus natus foret, mortis damnaban» tur, & ad inferos deſcendebant ». *Et cap.* XII. *pag.* 117. » Sancti omnes, *in» quit*, qui debellarunt regna, confirmati in fide, non ſunt compotes promiſſio» num facti, Deo de nobis quiddam melius providente, ne abſque nobis perfe» ctionem acciperent. Licet enim quidam uſque ad Chriſti adventum juſti fue» rint, neque contaminati, nihilominus tamen omnes propter Adami damna» tionem moriebantur, AC IN ADUM DESCENDEBANT &c. » Chriſti autem morte

mento innocentia morum claruiſſent, animas in infernum deſcendiſſe locum, neque inde exemtas ante fuiſſe, quam Chriſti Servatoris anima corpore ſoluta eodem ſe, illarum liberandarum cauſſa, contuliſſet.

Deinceps Mamachius, cum Gallorum Regis legatum adiiſſet, eique rationem ſuſcepti ab ſe itineris explicaſſet, petiit, ut ſibi regiones Turcici Imperii ceteras cogitanti, præſidio eſſe vellet. Ea re impetrata habuit gratiam. Aderat ei ſermoni Sacerdos ex urbe Rotomago doctus, atque in Hiſtoria, jureque Eccleſiaſtico egregie verſatus. Is ut audivit quæ ab Gallis ſeſe Mamachius accepiſſe gloriabatur, eum monuit, ne Synodi Diœceſanæ Rotomagenſis a Franciſco Harlæo Archiepiſcopo [s] habitæ mentionem ſcribendo prætermitteret. Huic ſe plurimum eam ob rem debere teſtatus Mamachius, confirmavit, moniti ſe memorem futurum. Poſtridie ne deeſſe officio videretur, cum ſe ad Oratorem Neapolitanorum Regis contuliſſet, incidit forte in Fulanum Valentinum Hiſpanienſem ſingulari comitate hominem, ac non doctrina modo, ſed litteris etiam ele-

morte eos inde fuiſſe ereptos, mox ſcribit. Quid? ſi hoc Lutheranus Laſiczkius ex ſententia Catholicorum affirmet? *ibid. pag.* 122. » Antequam, *inquit*, Salvator aſcenderet in Cælum, nemo Patrum aſcendit, donec cum ipſo Chriſto » aſcenderunt, ut *Ad Epheſ.* 4. *aſcendendo in altum captivam duxiſſe captivitatem* » memoratur. Si captivi erant, fuit & hoſtia, quæ eos abegerat; ſi aſcendebant, in inferiori loco erant, qui hebraice *Seol* dicitur, non ſupra, ſed in» fra terram. Is vero *poteſtas inferorum*, qua ſuos Deus liberaturus erat, ab » Oſea *cap.* XIII. vocatur. Hoc illud eſt, quod Apoſtolus ſcripſit, *liberavit nos e* » *poteſtate tenebrarum*, *& tranſtulit in regnum filii ſui*. Item *expolians principa*» *tus*, *& poteſtates oſtentavit palam*, *triumphans de illis per ſemetipſum*. Hic » eſt Chriſti ad inferos deſcenſus... Et rurſus ad Hebræos XI. de Sanctis Patri» bus: *Omnes teſtimonium adepti per fidem*, *non obtinuerunt promiſſionem*, *quam* » *cap.* XI. appellat *æternam hæreditatem*. Senſiſſe idem Hebræos, teſtis eſt Hiero» nymus ad Paulam de dormitione Blaſillæ. *Hebræi*, inquit, *mortuos lugent*, » *quia ante Chriſti adventum ad inferos noverant eſſe deſcenſuros* ». Hæc quidem Lutheranus adverſus Moſcum ſcribens, corrigenſque ex ſententia Patrum, quæ eumdem Moſcum peccaſſe putabat. Ceterum Lutheranus, quod ad ſe attinebat, Lutherum imitatus, neque deſcenſu Chriſti, ex inferis liberatos Patres, neque poſt Chriſti mortem beatum fuiſſe, aut eſſe quemquam aſpectu Dei; ſed viſionem ad extremum Judicii diem differendam cenſet.

s Vide *Concilia S. Rotomagenſis Eccleſiæ ab Angelo Godinio* Monacho Benedictino Congr. S. Mauri collecta *edit. Rotomag. an.* 1677. *pag.* 419. *ſeq.* quo loco extant: *Statuta*, *& regulæ præſcripta a Franciſco Harlæo Archiepiſcopo Rotomag. in Synodo an.* 1618. In his *pag.* 431. commendatur Parochis lectio *Catechiſmi Romani latine*, *& gallice ſcripti &c.*

Digitized by Google

elegantioribus perpolitum, qui Conſtantinopolim MSS. Codices, ſi quos invenire apud Græcos poſſet, comparatum abierat. Is percuntatus Mamachium cujas eſſet, quidque facturus in eam urbem veniſſet; poſt ubi rem omnem ordine intellexit, rogavit, ecquid Valentiæ in Hiſpania ſibi paraſſet monumentorum? Vix ea numerando Mamachius percenſuerat, cum ille, quam vereor, inquit, ne potiora te fugerint. Nam extat Valentinæ Eccleſiæ liber inſcriptus: *Ordinarium Adminiſtrationis Sacramentorum juſſu Capituli Cathedralis* Templi an. 1514.[1] editus; ſervanturque penes me domi non Enchiridion ſolum a ſummo, eodemque Venerabili viro Johanne de Ribera Archiepiſcopo Valentino, & Patriarcha Antiochenorum perſcriptum, publicatumque Valentiæ an. 1592.[2] ſed etiam Catechiſmus, quem is ipſe Archiepiſcopus an. 1599. typis excudi, divulgarique[3] curavit. Locis inde aliquot memoriter recitatis, næ tu, inquit arridens, quod inquirendo Valentiæ non repereris, numquam putaſſes, eſſe te ne ſuſpicantem quidem Conſtantinopoli reperturum. Timonio, amiciſque ceteris valere juſſis, Mamachius ſociis imperat, ut Aſiam minorem, Syriam, Arabiam, Chaldæam peragrent; ipſe navim conſcendens Boſphorum Thracium permeat, pontumque Euxinum navigans Sinopen appellit, indeque terreſtri itinere Trapezuntem pervenit, Armeniaque deinceps, atque Georgia percurſa, Hiſpahanum principem Perſidis univerſæ urbem, ſocios expectaturus, contendit.

§. VII.

1 *Pag.* 88. In profeſſione fidei, quam quique extremo morbo laborantes edere debeant, Parocho dicenti: *deveu fermament creure, que reſtant lo ſeu precioſiſſim cors clovat en l' arbre de la vera creu, la ſua anima ſacratiſſima unida ab la divinitad devallà als inferns, de hon tregue, e dellivrà les animes dels Sants Patriarches, e Profetes, los quals havien profetizat, e per lonch temps ab deſig eſperat lo ſeu ſant adveniment. Creheuo vos aixi?* Reſpondet infirmus: *Credo.* Hoc eſt: P. *Debetis firmiter credere, Chriſti pretioſiſſimo corpore remanente affixo arbori veræ crucis, ejus ſacratiſſimam animam divinitati junctam deſcendiſſe ad inferos, indeque exemiſſe, ac liberaſſe animas Sanctorum Patriarcharum; & Prophetarum, qui pronunciarant, diuque cum deſiderio expectarant ejus ſanctum adventum. Ita ne vos hoc creditis?* R. *Credo.*

2 Idem omnino continet Manuale V. Joh. de Ribera Archiep. & Patriarchæ *p.* 106.

3 *Pag.* 301. *In Explic. Artic.* Deſcendit ad inferos.

Digitized by Google

§. VII.

Eccleſiæ item Syrorum, Arabum, Chaldæorum, Armeniorum, Georgianorum, Perſarum, Malabarum, Cocincinenſium, Tunkinenſium, Sinarum, & eorum, qui in Japonia fuerant, Chriſtianorum.

I. Perpaucis poſt diebus, quam hi venerunt, renunciaruntque Syros [1], orthodoxos Maronitas [2], Melchitas [3],

y y eoſ-

1 Syris etiam iis, qui ab Apoſtolica Sede diſſentiunt, id dogma probari, teſtatur Albertus Widmanſtadius *in Præfat. Novi Teſtamenti Syriaci de ſabbatho Paſchæ* apud Lalinſckium majorum gentium hæreticum *Apologia adverſus Reſponſionem Johannis Baſilii Magni Ducis Moſcoviæ edit. Spirenſis ann* 1582. *ad cap.* v. Widmanſtadii autem hæc ſunt verba: *Sabbatum annunciationis idcirco appellatur* (ab Syris) *quod eo Chriſtus Patribus apud inferos agentibus annunciarit, extremo ſuo ſupplicio ſalutem eis partam jam eſſe*. Dionyſius Barſalibius Jacobita, quem maximi Syri ſolent pendere (apud Joſephum Simonium Aſſemanum *to.* II. *Bibliotheca O·ientalis*: *Diſſertation. de Monophyſitis pag.* v. quo loco agitur de *Jacobitarum erroribus*) de animarum corporibus exutarum ſtatu diſſerens, ſic ex ſententia communi ſuorum ſtatuit: » Separata a corpore Chriſti anima, corpus » quidem in ſepulcro eſt poſitum, ejus vero anima recta tendit ad Sciul in infe- » riora terræ, ubi OMNES ANIMÆ *ab* ADAMO eatenus clauſæ manſerunt, » & eiſdem prædicavit, ſicut loquitur S. Petrus, & omnes animas in ipſum cre- » dentes ſuſtulit, & ab inferis eductas eodem feriæ ſextæ die cum anima latro- » nis in Paradiſum, ex quo Adam exulaverat, introduxit ». Syriaca extremo hoc capite deſcribam. Confer rurſum Aſſemanum *tom. eod. pag.* 156. *& pag.* 167. Scio non agi a Monophyſitis omnino hac de re accurate, Sed in eo, quod ad Patres ex inferis Chriſti deſcenſu liberatos attinet, eis profecto nobiſcum convenit.

2 Confer quæ ſcripſi pag. hujus operis 251. *n* 4. *& pag* 252. *num.* 1. Quem autem libellum de Doctrina a Card. Bellarmino italice perſcriptum, atque in latinam, & in Arabicam linguam a Gabriele Sionita, & a Victorio Scialak Syris Maronitis converſum fuiſſe diximus, eumdem Syri omnes orthodoxi ſequuntur. Eum ipſum libellum italice, & arabice anno 1658. *typis Congr. de Propag. fide* editum rurſum fuiſſe conſtat, hoc titulo: *Dottrina Criſtiana ad uſo de' fedeli Orientali già per ordine della S. M. di Paolo V. Sommo Pontefice tradotta dall' Italiano in Latino, e in Arabico da Vittorio Scialak Acurenſe, e da Gabriele Sionita Edenienſe Maroniti del Montelibano, ed ora d' ordine della Sacra Congregazione de Propag. fide nuovamente riſtampata, e per più comodità, e utilità di* QUELLE NAZIONI TRADOTTA *in Italiano dal R. P. F. Aleſſio da Todi Predicatore, e Lettor Generale di lingua Arabica in S. Pietro Montorio in Roma*. Pagina hujus libelli 28. hæc reperi. » Credo, che Gesù Criſto ſubito, che fu morto, andò coll' » anima all' inferno, cioè al luogo dove erano ritenuti i Santi Padri, e il terzo » dì, che fu la Domenica, riſuſcitò da morte con gran gloria, e trionfo ». Arabica in extremum hoc caput rejecimus.

3 In Catechiſmo Melchitarum arabice pro inſtituendis pueris edito ad S. Johannis in Monte Libano an. 1734. *pag.* 8. ſic legitur. *Quo ivit anima Chriſti? Deſcendit ad inferos liberatura animas Sanctorum Patrum, quæ illic, ut in carcere detinebantur ob peccati pœnam*. Arabica dabimus in extremo hoc capite. Ad Syros quod

eoſque, qui ejus nationis proprium ritum colunt; neque eos ſolum, ſed Arabas quoque [1], Chaldæos [2], illos etiam, quos S. Johannis Chriſtianos [3] vocant, Eccleſiæ univerſæ auctoritatem ſequi, dogmatumque religionis numero id habere, quod ea de Patribus Veteris Teſtamenti morte Chriſti beatitatem adeptis populo ex Catechiſmis ad credendum, enunciandumque proponit; Mamachius cognita non [4] Armeniorum modo, ac

ros quod attinet, vide *Doctrinam Chriſtionam* ſermone Syriaco Creſciunico ſcriptam, ac Romæ typis S. Congregationis de Propaganda fide editam ann. 1642. Quod enim in hac eſt de Articulo ſymboli Apoſtolici quinto, ſententiis Catechiſmo Bellarm. comprehenſis plane congruit. Locum Syriace in extremo hoc capite deſcribam.

1 Vide *ſupro pag.* 353. *notat.* 2.

2 Confer Beniamini Jacobi *Doctrinam Chriſtionam Italicom, & Chaldaicom edit. S. Congr de Propag. fide an.* 1633. Hæc item Bellarmini Catechiſmo mirifice conſonat. Chaldaica in extremum hoc caput tranſtulimus.

3 Confer *Narrationem originis, rituum, & errorum Chriſtianorum S. Johannis &c. Auctore Ignatio o Jeſu Carmelita Diſcalceato Miſſionario, & Vicario domus Sancta Maria de Remediis in Baſſora Meſopotamia edit. Rom.* an. 1652. Atque in ea quidem ſic orthodoxus magiſter imperitum hominem, atque errantem docet *pag.* 150. » Scire debes, quod ſicuti ob peccatum primi noſtri parentis Adæ » facti ſumus omnes ſervi diaboli, ita propter idem peccatum OMNIBUS FILIIS » ADÆ *clouſus fuit aditus paradiſi &c.*

4 Synodus Armeniorum nationalis habita an. 1342. Leone Rege, & Benedicto XII. P. M. (cui Synodo adfuere, atque conſenſere Archiepiſcopi Siſſenſis, Tarſenſis, Ananarſenſis, Cæſarienſis Cappadociæ, Iconienſis, & Sebaſtenſis, & Epiſcopi Parterpertenſis, Actanenſis, Leacenſis, Campanienſis, Mathexarenſis, Germanicienſis, Augurienſis, Taronenſis, Themeſcanus, Trapiſanenſis, Coquanenſis, Camandenſis, Maſgacimenſis, Sarcanantenſis, Tarturgnenſis rurſumque Epiſcopi nulli Diœceſi præfecti quatuor, & e Catholici Armeniorum curia Epiſcopi item quatuor, atque Abbates Monaſteriorum omnino decem) in Actis latine editis *Art.* VII. *apud Martenium tom.* VII. *Veter. Scriptor. & Monumentor. pog.* 322. *edit. Pariſien. ann.* 1733. calumnia ab ſuorum accuſatoribus agi affirmat, qui Eccleſiam Armeniorum in invidiam vocarent dilatæ juſtis æternæ vitæ ad extremum judicii diem. » Unde cantamus, *ait*, de Prophetis: *Qui morte tua Do» mine dolores mortis ſolviſti, deſcendens in infernum reduxiſti tecum animas ju» ſtorum* PROPHETARUM AD LUMEN SINE UMBRA ». *Et Artic.* XXIT. *pag.* 341. » Quod Chriſtus, inquit, deſcenderit in infernum, & corporaliter » deſtruxerit infernum, UBI ERANT SANCTI PATRES, verum eſt ». *Et pag.* 342. » Quod Chriſtus ſurrexit a mortuis, & animas Sanctorum eduxit ſe» cum de INFERNO, VERUM EST CONFITENDUM ». *Et Art.* XXIII. cum objectum Synodo fuiſſet, apud Armenios de loco illo Evangelii: *hodie mecum eris in Paradiſo*: ſententias obtinere tres: primam, quæ ferat τὸ *hodie* intelligi de Judicii die oportere: alteram, qua ſtatuatur, voluiſſe latronis animam eo ipſo die, quo ſejuncta fuit a corpore, ingredi in terreſtrem paradiſum, prohibitamque fuiſſe ab Angelis &c. ſed tertio die fuiſſe a Chriſto una cum animabus ceterorum Sanctorum eo inductam, cumque iis una exiſſe, & in aere, vel in terra haud longe ab eodem paradiſo manere: tertiam eorum, qui latronis animam in paradiſo quidem terreſtri poſitam dicunt; an vero inde fuerit *educta* non

Digitized by Google

ac Georgianorum [1]; ſed Perſarum etiam Chriſtianorum [2] ſententia, per horum, perque Mogolenſium fines ad

non dicunt: ei accuſationi Synodus ipſa reſpondet: » Supradictæ tres opiniones » licet inveniantur prima, & ultima in opinionibus aliquorum Armeniorum, & » media Aſſyriorum, tamen nos, & alii, qui ſapientes ſunt, in opinionibus » hominum non ſumus ligati inſolubili ligatione, maxime in perverſa, ſed » in verbis Evangelii, ut dicit Chriſtus ad hoc: *Hodie mecum eris in paradi-* » *ſo*. Et Dominus quando cum anima rationali una cum deitate ſua ivit ad lo- » cum Patriarcharum, & aliorum Sanctorum, qui quandoque vocatur ſinus A- » brahæ, & quandoque infernus, ut CANTAT, ET CONFITETUR ECCLESIA » NOSTRA; anima latronis etiam cum Chriſto ivit illuc ſecundum verbum » Domini: & quando liberavit alias animas Sanctorum, & latronis etiam cum » eis: & quando duxit alias animas ad cælum, & quando aſcendit, animam » latronis etiam cum eis *duxit*; ET SICUT VIDERUNT ALIÆ ANIMÆ » SANCTORUM DEITATEM CHRISTI IN INFERNO, ET SEMPER EX » TUNC quia eſt gloria cæleſtis Paradiſi; ſimiliter & anima latronis ». Hæc Armenii, præſentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, profeſſi ſunt. Viden' igitur, ut natio Armeniorum univerſa deſcendiſſe animam Chriſti ad inferos Sanctorum Patrum, illorumque animas (allato eis lumine ſine umbra, hoc eſt, manifeſtatione divinitatis ſuæ, ſeu viſione) beaſſe, ſeſe credere profiteatur? Quid? quod in Catechiſmo inſcripto: *Doctrina Chriſtiana puerorum Armeniorum inſtituendorum cauſſa a P. Mechitar Abbate Monachorum Armeniorum Venetiis degentium perſcripta edit. Veneta an.* 1725. ſic habetur? » Q. Explica mihi, quid in ſymbolo » Apoſtolorum ſignificet: *Deſcendit ad inferos*. R. Statim atque filius Dei Chri- » ſtus Dominus mortuus eſt, ejus ſanctiſſima anima rationalis ſeparata manſit » ab ejus corpore, non tamen ſejuncta a divinitate, deſcenditque in infernum, » hoc eſt in limbum Sanctorum Patrum, ut eorum animas liberaret ab eo tene- » broſo carcere, eaſque glorificaret, ſuam eis oſtendendo divinitatem ». Utor interpretatione Monachi Armenii viri eruditi P. Georgii Anteplii, qui etiam teſtatus eſt mihi: ita *in libris* quibuſque Doctrinæ Chriſtianæ Armeniorum genis doceri. Confer libellos *Doctrina Chriſtiana* armenice, italiceque editos Romæ anno 1618. & anno 1630. atque animadverte, quæ his continentur, eſſe omnino conſona Bellarminianis. Mechitari locum armenice extremo hoc capite deſcribam.

1 Iberii, ſeu Georgiani Catholici libellis de Doctrina Chriſtiana in ſuam linguam translatis utuntur, quos eis S. Congregatio de Propaganda fide proponit, quorumque alter latine inſcribitur: » *Doctrina Chriſtiana uberior R. Card. Bellar.* » *in Ibericam linguam translata a Bernardo Maria de Neopoli edit. Rom. S. Congreg. de Prop. fide an.* 1681. alter vero *Doctrina Chriſtiana brevior R. Card. Bellar. edit. ejuſd. S. Congr. de Prop. fide an.* 1681. Iberica dabimus in extremo hoc capite.

2 Paulus Piromallius Ord. Præd. Archiepiſc. Nahcievanenſis in [illegible] *ſeu Œconomia Salvatoris noſtri explicante ex ſolis Prophetis ad inſtantiam Regis Perſarum petitis ineffabile, adorandumque Incarnationis Sacramentum: edit. Viennenſis in Auſtria an.* 1656. *tract.* II. *cap.* III. *Artic.* IV. qui eſt: *De Meſſia ad inferos deſcenſuro, & Sanctos Patres liberaturo pag* 173. ſic Regem inſtituit. » Quo- » niam propter peccatum, & inobedientiam primi omnium hominum parentis » e paradiſo ejecti, ipſi & eorum filii morientes omnes ad inferos deportaban- » tur, propterea Meſſias veniens, & pro omnium hominum transgreſſionibus » moriens ad inferos deſcenſurus erat, ut Patres Sanctos ibi detentos, nempe » Adam, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, & reliquos, qui in Chriſtum ven- » turum fidem habuerunt, liberaret &c. » Præterea in opere perſice, latineque edito inſcriptoque: *Hiſtoria Chriſti perſice conſcripta a P. Hieronymo Xavier S. J. & latine reddita, & animadverſionibus notata a Ludovico de Dieu: Lugd. Batavor. an.* 1639. hæc leguntur *P.* IV. *de Reſurrect. Chriſti pag.* 493. » Anima Chriſti » ivit

Digitized by Google

Malabaros [1] pervenit. Inde ut certior eorum eſt factus, quæ a Diamperitana [2] Synodo conſtituta fuerant, quæque Malabari ipſi a Miniſtris Apoſtolicæ Sedis docti profitentur; ad Cambojenſes [3], mox ad Cocincinenſes, deinde ad Tunquinenſes [4] contendit. Quam arduo, quamque

» ivit in locum quemdam, ubi animæ venerandorum Patrum, & aliorum Propherarum, & Juſtorum, qui ex hoc mundo exceſſerant, cum expectabant. » Celari non debet, infernum, cujus interpretatio eſt locus inferus, quatuor gradus habete... Quartus locus eſt, quem ſinum Abrahami vocant, id eſt locum » Abrahami, ubi erant omnes juſti, qui ſancte mortui fuerant... Cum itaque » anima veneranda e corpore ſancto migravit, ſumma cum potentia, & gloria, » extremo damno diabolorum, & refocillatione, ac gaudio Juſtorum in hunc » locum venit, ut quies, & conſolatio ipſorum eſſet ». Ad hæc Ludovicus de Dieu majorum gentium hæreticus *pag. 629.* ſumma impudentia: » fidem hæc, » inquit, merentur, ſi penes Romanum Pontificem eſt infernum ſtruere ». Acceperat enim hoc eſſe Fidei Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ dogma. Huic num Cadonicus conſentiat, ipſe viderit.

1 In Catechiſmo Malabarice ſeculo ſuperiore ſcripto ab Angelo Franciſco a S. Thereſia ex Ord. Carmelitar. Diſcalceator. Epiſcopo Megalopolitano, & Vicario Apoſtolico, quæ mox afferam, legit, & latina fecit A. R. P. Carolus a S. Conrado Carmelita item Excalceatus Miſſionum Malabaricarum Procurator: » Deſcendit ad inferos &c. » Magiſter. *Dicendo audire me finito explicationem Articul de deſcenſu ad inferos*. Diſcip. *Tempore, quo Sanctus Jeſus Meſſias in cruce mortuus eſt, ejus glorioſa anima in locum ſiaum Abraha appellatum ad inferos deſcendit, ubi ſtantium Patrum animabus ſuam & divinitatem, & gloriam oſtendit*. Magiſter. *Quinam fuere Patres tunc manentes in inferis?* Diſcip. *Omnes Sancti, qui mortui fuerant ab Adamo, uſque ad Meſſia mortem*. Clariora hæc ſunt, quam ut eis tenebræ offundi poſſint. Malabarica in extremum hoc caput rejicienda putavi.

2 Vide Acta Synodi Diamperitanæ *Act.* III. *de Doctrina Fidei cap.* III. *num.* 23. *pag.* 76. *operis* inſcripti: » Joh. Facundi Raulini Cæſaraugustani Ord. Erem. *S. Au*» *guſt. Hiſt. Eccl. Malabarica* cum Diamperitana Synodo coacta ab Alexio de » Meneſes Auguſtinienſi an. D. 1599. nunc primum e Luſitano in latinum verſa &c. Rom. an. 1745. » In iis enim Actis eo, quem modo indicavi loco, ſic reperi »: *Credimus ... quod ipſe Dei filius incarnatus .. vere mortuus, & ſepultus*, VERE CUM ANIMA AD INFEROS LIMBI DESCENDIT AD LIBERANDAS SANCTORUM PATRUM ANIMAS IBI EXISTENTES. En quid Malabaris ad credendum ab Synodo Diamperitana propoſitum fuerit. Confer Epiſt. D. Andreæ Epiſcopi de Cochim an. 1599. ſcriptam: *ibid. pag.* 279. Acta ejuſdem Synodi excudi rurſum typis curavit Joh. Dominicus Manſius vir eruditiſſimus Archiepiſcopus Lucenſis *to.* VI. *Supplem. Concilior. pag.* 1. *ſeqq. edit. Lucen. an.* 1752.

3 De miſteriis Fidei Chriſtianæ, inſtituendorum Cambojanorum cauſſa, Camboico ſermone perſcripſit, publicavitque an. 1585. F. Silveſter Azevedus Luſitanus Ord. Præd.

4 In Catechiſmo Eccleſiæ Tunxini Orientalis hæc reperit, atque e Tunkinicis latina fecit Benedictus Llobreſſolſius Ord. Præd. linguæ, terumque Tunkinicarum Inprimis peritus: » *Interr.* Cum Dominus Jeſus Chriſtus perpeſſus eſt mortem, » ejus anima a corpore ſejuncta quonam ivit? *Reſp.* Deſcendit ad inferos. *I.* Ani» ma D. Jeſo deſcendens ad inferos, quid ibi fecit? *R* Anima Domini Jeſu de» ſcendens ad inferos omnium Sanctorum animabus ibi detentis, captiſque ob» viam ivit, eaſque illinc liberans eripuit, univerſiſque ſanctis illis ſolatium » attulit, eiſque clara naturæ divinæ, triumque perſonarum viſione, ac beati» tudi-

Digitized by Google

que pleno periculi itinere uſus fuerit, difficile eſt exiſtimare. Cum catholicos, quorum eſt in eo regno maximus numerus, in communi ſententia perſtare, ex Jacobo Fernandeſio Vicario Apoſtolico viro & religionis ſtudio, & doctrina præſtante intellexiſſet; navi Machaum advehitur. Eo cum ex ſententia appuliſſet, ac non modo, quæ ſit Chriſtianorum Sinenſium [1], ſed quæ Japoniorum [2] etiam doctrina hac ipſa de re fuerit, comperiſſet, forte in Navarchum incidit, qui brevi ſe ſolu-

» tudine, & gaudio animæ, æque ac ſi in empireo fuiſſent, in præmium perfrui » conceſſit. *I.* Quam ob cauſſam PP. tot ſeculorum, cum D.J. nondum eſſet mor» tuus, eo carcere detinebantur? *R.* Ob peccatum Adæ in totum humanum genus » pervadens paradiſi janua clauſa fuit, nec erat aliquis, qui eam aperire poſſet; » nam ex omnibus Mundi hominibus, nemo meritum illud aſſequi potis erat, » quo ſatis pro peccatis Deo faceret. Quamobrem cum D. J. nondum paſſus » mortem eſſet, omnes juſtorum animæ detineri eo carcere debebant, uſque » dum D. J. pro mundi peccatis ſatisfacturus ſubiret mortem; quam ut ſubiit, » iidem Sancti omnes tunc primum gaudio cæleſti frui potuere ». Tunkinica extremo hoc capite deſcribam. Eodem pertinent, quæ complexus ſuo Catechiſmo eſt Alexander Rodeſius *pag.* 240. *edit. Rom. S. Congr. de Prop. Fide an.* 1651. Hic idem Rodeſius in Cocincina *Miſſionarii* munus perſunctus fuerat, idque docuerat.

1 In Catechiſmo Sinice perſcripto a *Patre Thoma Sacra Auguſtiniana familia Doctore*, ſic legitur: *Ego credo, noſtri Domini Jeſu animam deſcendiſſe in antiquorum Sanctorum locum propria præſentia, ut liberando educeret antiquorum Sanctorum hominum animas . . . Loci ſunt inferorum quatuor . . . Quartus dicitur antiquorum Sanctorum locus, nimirum is, in quem ante paſſionem Domini* OMNES *habentes ſanctitatem viri morientes tunc deſcendebant uſque ad Domini noſtri nativitatem, & paſſionem. Poſt hanc ille deſcendens propria præſentia liberavit eos, qui ſequentes noſtrum Dominum aſcenderunt in cælum fruentes perpetua felicitate.* Hæc e Sinicis latina fecit 16. Junii an. 1764. Antonius Maria Xciào Sinenſis Alumnus *Seminarii Neopolitani Sinenſium, & S. Congr. de Propag. Fide Miſſionarius.*

2 In libello inſcripto *Niſſon Nocotombani yo Confeſſion &c.* hoc eſt: *Modus confitendi, & examinandi pœnitentem* Japonienſem Auctore Fr. Didaco Collado Ord. Præd. *Rom. 20. Jun. 1632. edit. S. Congr. de Propag.* Fide *an. ejuſd. pag.* 12. & 13. ſic habetur. *Von anima go xiqixin ni fanare ſuxerarè ta tanteqi divinidad to tòmò ni inixlie tèu chi cai ſiacu iori xinaxerareta iennin tachi no anima mina aiçumara xerareta limbo tomòſu tocòro, je cunda raxerare, sò no animas vò mexi idaſare fore ſoreni gloria no queracu vo ton gue ſarerarete miccameni iòmigaieraxerareta.* Hoc eſt: ut idem Colladus interpretatur: » In inſtanti, quo anima Chriſti ſepa» rata eſt ab ejus corpore, deſcendit ſimul cum divinitate ad locum illum, qui » dicitur limbus, ubi erant congregatæ, & incluſæ animæ Sanctorum, qui a prio» cipio Mundi creationis mortui fuerant, & illas ſecum conduxit, donans illis » gloriæ gaudia ſempiterna, & tertia die reſurrexit &c. » Cum ſupra de Ruthenis agerem, meminiſſe debueram Synodi Provincialis an. 1720. habitæ, editæque Romæ an. 1724. quæ *pag.* 60. Catechiſmum a metropolita edi oportere præſcribit. Editus autem is fuit ab Leone Kiſcka Archiepiſcopo. Kyovienſi Metropolite totius Ruſſiæ, in eoque, *Tit. de Symbolo Fidei P. v.* eſt ſcriptum hoc modo: » NE» CESSE EST etiam ſcire, quod dumtaxat corpus D N. J. Chriſti fuerat tri» duo in ſepulcro, anima autem deſcendit eodem tempore ad infernum, ut li» berare t Sanctos Patres ex limbo, in quo erant detenti ». Ruthenica dabimus in extremo hoc capite.

Digitized by Google

ſoluturum, Suezamque in ſinus Arabici cuſpide ſitam urbem recta profecturum diceret.

§. VIII.

Coptica, Æthiopica, Angollana, Congenſes, ceteraque in Africa conſtituta.

I. Suezam ut attigit, præſidio uſus militum Janizariorum Iſthmum ſuperat, quintoque die Alexandriam perveniens, primum eos, qui propagandæ catholicæ religionis ergo miſſi eodem ab Apoſtolica Sede fuerant; tum Græcorum Photianorum [1], poſtremo Coptitarum Patriarcham alloquitur. Fit ab hoc certior, non ſuos Coptitas modo, ſed etiam Æthiopas [2] quibus ipſe Epiſcopum dare conſuerit, Angollenſes [3], atque Congenſes [4], quos ab Lu-

1 Ægyptii Catholici utuntur iis Inſtitutionibus doctrinæ Chriſtianæ, quas arabice juſſu S. Congregationis de Propaganda Fide editas diximus. Qui Photianorum partes ſequuntur, ii profeſſionem orthod. fidei, quatuor Patriarchis Photianis, ut ſupra vidimus, probatam, ſequuntur. Coptorum Catechiſmum nullum vidi. At eſt in eorum *Doxologia Paſchatis* ſcriptum hoc modo: » Contrivit æreas » portas, & diſrupit vectes ferreos, & eduxit electos ejus in lætitia, & exultatio» ne, eoſque aſcendere fecit ſecum ad requiei ſuæ loca ». Coptica dabimus in extremo hoc capite.

2 Johannes Laſinzkius in *Apologia adverſus Baſil. Duc. Moſcov. Reſponſionem pag.* 123. Non diſſentiunt, *inquit*, ab Syris (ajentibus, liberatos ex inferis Patres, Chriſti morte, fuiſſe) Æthiopes. Confer Damianum Goeſium *De Fide, religione, moribus &c. Æthiopum edit. Lovan. an.* 1540. De deſcenſu Chriſti ad inferos ſic in *Officio Paraſceves* Æthiopas canere teſtatus mihi Monachus Æthiops eſt, qui Romæ cum Raphaele Epiſcopo Ægyptio, Monachiſque Coptis verſatur. » Firmiter credimus, quod filius tuus incarnatus, & mortuus eſt pro nobis, » & ad inferos deſcendit, ut ſanctas animas eriperet ex inferorum captivitate, ſi» cut Apoſtolorum Princeps teſtatus eſt dicens: profectus eſt ad inferos, ut ibi » detentos liberaret ». Æthiopica in extremum hoc caput rejecimus.

3 In libello inſcripto: » *Gentilis Angolla fidei myſteriis*: Luſitano olim idiomate » per R. P. Antonium de Coucto S. I. Theologum, nunc autem latino per Fr. An» tonium Mariam Prandomontanum Concionatorem Capuccinum A. R. P. Com» miſſarii ſocium inſtructus, atque locupletatus *edit. Rom. S.Congr. de Prop. Fide an.* 1661. *pag.* 27. Dialogo quinto: ſic legitur. » Chriſti anima ivit in locum » quemdam, qui reſidet ſubtus terram, & appellatur ſinus Abrahæ. In iſto lo» co depoſitavit Deus animas amicorum, & ſervorum quorumdam ſuorum, qui » obiere in gratia prinſquam filius Dei ſe incarnaret, ac moreretur. Ad iſtum » locum ivit ejus ſanctiſſima anima, ut extraheret animas iſtorum Sanctorum » Patrum ». Additur: » Non ſtatim animas eorum Sanctorum iviſſe ad gloriam » & beatitudinem, ſicut vadunt nunc quamplures, qui moriuntur in gratia ».

4 Confer librum inſcriptum: *Doctrina Chriſtiana ad profectum Miſſionis totius Regni Congi in quatuor linguas per correlativas columnas diſtincta, & EE. S.R.E. Card.*

Digitized by Google

ab Luſitanis doctrina religionis imbutos norat, ei dogmati aſſentiri, quod Eccleſiæ orbis univerſi profiterentur. Ora inde Africæ, quam alluit mediterraneum mare, lecta, cognitaque Chriſtianorum (qui in ditionem Muhamedanorum Arabum cecidiſſent) in vetere, communique ſententia retinenda fide [1], Mamachius Tuneto profectus, facilique uſus navigatione Liburnum appulit.

§. IX.

Agitur rurſum de aliquot Eccleſiarum Italiæ monumentis.

I. Poſt dies omnino tres, ubi moleſtia nauſeæ, quam gravem, ſentinæ cauſſa, in navi cœperat, liberatus fuit, teſtatus amicorum (qui ad ipſum frequentes confluxerant, nec in eum amoris ullum, ſtudii, diligentiæque officium prætererant) memorem ſeſe perpetuo futurum; Piſas Moneliæ Magiſtro, quæ ſibi acciderant, quæque percuntationibus repererat, narraturus petit. Jucundiſſimum Moneliæ fuit cognoſſe, nullam uſquam (niſi apud Judæos, Hæreticoſque majorum gentium) in eo præſertim dogmate tuendo factam fuiſſe commutationem. Mirari autem dixit ſe, auſum Mamachium fuiſſe vaſtiſſima maria tranſire, aſcendere altiſſimos montes, denſiſſimas permeare ſilvas, inque barbarorum hominum (quibuſcum vix aliqui ſine magno ſuo damno verſati eſſent) fidem ſeſe, atque tutelam committere. Sed nihil tam eſſe arduum, quod non etiam ex difficillimo veritatis amor perfacile redigat. Idem cum ab ſe rurſum de Piſa-

Card. S. Congr. de Propag. Fide exhibita a F. Hyacintho a Vetralla Concionatore Cappuccino: edit. Rom. S. Congr. de Propag. Fide pag. 65. de Artic. Fidei ſpectantibus ad humanitatem Chriſti. Nam ſic habet: *Quartus (Articulus)* eſt credere, quod (Chriſtus) deſcendit ad inferos, & liberavit animas Sanctorum Patrum, qui erant ibi expectantes ejus ſanctum adventum.

1 Nam hi quoque utuntur Inſtitutionibus Doctrinæ Chriſtianæ Bellarmini a Scialaxo in Arabicam linguam converſis. Vide Scialaxi ejuſdem Epiſtolam ad Paulum V. P. M. eidem *Doctrinæ* præfixam.

Piſanorum doctrina Mamachium quærentem audiſſet, deſine, quæſo te, inquit. Quoties eadem dicenda ſunt tibi? An verere, Piſanos ea de re umquam dubitaturos, quam continenter ipſis æneæ antiquæ valvæ templi [1] maximi anaglypho opere expreſſam, ut religionis orthodoxæ myſterium, proponant? Moneliæ oratione accepta, Florentiam contendit, qua in urbe altus ipſe, educatus, atque doctus fuit, cujuſque civibus ob maxima beneficia in ſe collata, quantum debeat, cogitatione vix conſequi; oratione autem quamlibet longa attingere, ne vix quidem poteſt.

Eo ut pervenit, magnus eſt ad ipſum factus concurſus illuſtrium eruditionis celebritate Florentinorum. Horum principes Johannes Lamius, & J. Laurentius Bertius fuerunt. Hi appellati, de ſua, civiumque ſuorum ſententia reſponderunt: dogma, quod ubique gentium obtinet, de Patribus Veteris Teſtamenti, tam ſibi videri certum, ut ſuſpicati ſint [2] aliquando, Scriptores Chriſtianos illos, qui piorum modo animas in ſinu Abrahæ manere affirmaſſent, implicari errore Lutheranorum viſionem Dei ad extremum uſque judicii diem differri oportere pugnantium. Id vero ſe numquam fuiſſe ſuſpicaturos, niſi plane ſibi perſuaſiſſent, neminem ante Chriſti Servatoris mortem in ſinu Abrahæ vidiſſe [3] Deum. Iiſdem cum

1 Ejus ego Anaglyphi operis figuram aeri inciſam dabo, ſed tempori.

2 Johannes Lamius *P.* II. *Hodeporici Charitonis*, *& Hippophili pag.* 160. *edit. Florent. an.* 1741. *in animadverſionibus ad Vitam S. Zenobii* a Scriptore neſcio quo ſequiorum temporum compoſitam, verba hæc: *Matre jam in ſinu Abrahæ quieſcente uſque hodie*, notans. » Forſe credea queſto Autore, *inquit*, che i giu» ſti dopo morte non paſſaſſero ſubito alla gloria del cielo; o pure chiama » così il cielo figuratamente ». Hæc autem vir tanta eruditione dixiſſet numquam, ni crederet, in Abrahæ ſinu (*proprie* loquendo) SS. Patres ante Chriſti mortem non vidiſſe Deum, adeoque potitos cæleſti *gloria* non fuiſſe. Alioquin cur alterutrum eſſe concedendum diceret, Auctorem illum aut cenſuiſſe, juſtos poſt mortem ſtatim ad cæleſtem gloriam non migrare; aut *figurate* fuiſſe loquutum?

3 J. Laurentius Bertius *de Theologicis Diſciplinis lib.* III. *cap.* VII. *pag.* 152. *to.* 1. *edit. Monachii an.* 1749. eos refellens, qui cum Enochum, atque Eliam beatitate, quæ in viſione Dei conſiſtit, frui putent; tum ſuæ ſententiæ confirmandæ cauſſa Scripturarum quibuſdam locis niti conſuerunt » ſi de Beatorum, *inquit*, Patria » acci-

cum Mamachius ob facilitatem, atque benevolentiam, qua in ſe uſi maxima eſſent, devinctum perpetuo ſe fore confirmaſſet; Arretium ad J. C. Inghiramium Epiſcopum, quem propter virtutem, Eccleſiaſticæque rei peritiam & facit, & faciet, dum vivet, plurimi, ire feſtinat. Inghiramius perhumaniter hominem alloquutus docet, quanti ad ſalutem populi Chriſtiani interſit, cupidis rerum novarum licentiam ſcribendi, loquendique præcidere. Qua quidem licentia tam effreni, tamque impotenti hoc tempore multi feruntur, ut boni omnes quorſum ſit eruptura timeant. Nihil tamen eſſe, quamobrem ab Cadonico ipſe metuat Diœceſi ſuæ. Satis huic fuiſſe proſpectum vigilantia Antiſtitum ſuperiorum, inprimiſque J. A. Guadagnii Cardinalis integritate, innocentiaque morum ſingulari præditi, planeque digni, cujus res egregie geſtæ commendentur memoriæ hominum ſempiternæ. Decretum namque ab eo fuiſſe in Synodo [1], ut Parochi Catechiſmorum Romani, ac Bellarminiani doctrina plebes ſuæ fidei, curæque commiſſas inſtituant. Cavere autem ſe etiam, atque etiam, ut ne cujuſquam indiligentia id genus decreti obſoleviſſe videatur. Poſtridie ejus diei, quo die Inghiramium adierat, multiſque verbis plenis officii, obſervantiæque erga illum ſuæ conſalutarat, eique quod ſe docuiſſet, gratias egerat, Mamachius Arretio diſceſſit,

Z z

» accipi poſſent loca præfata, ſequeretur, Chriſtum Dominum neqnaquam primum omoium in Cælos aſſumium; contigit namque longe ante Chriſtum iſtorum (Enochi, & Eliæ) raptus ». *Et cap.* IX. *a* XI. *pag.* 164. de loco Apoſtoli ex *Epiſt. ad Hebr cap.* XI. *v.* 39. deque Sanctis Veteris Teſtamenti agens, qui mortui ſunt oon acceptis promiſſionibus, ut ne ſine nobis conſummarentur: » Utique, *inquit*, non fuerunt ſine oobis, & ante Chriſti redemtiooem participes ÆTERNORUM BONORUM, pro quibus fide certarunt; & non erunt ſine nobis &c. »

1 In I. Synodo Arretina ao. 1719. ab Johanne Antooio Guadagnio Epiſcopo, deinde S. R. E. Card. habita *edit. Maſſenſis an.* 1730. *Tit. de Fide Catholica pag.* 3. ſic habetur: Parochos hortamur, *ut quam ſæpiſſime lectitent . . . Catechiſmum Romanum, ex quo proculdubio veram, ac ſolidam haurient doctrinam*: & *pag.* 4 » In explicandis fidei tyrociniis Parochi, aliiqne omnes ſuperius relati, eo dumtaxat utaotur libello, quem ad hunc finem claræ memoriæ Card. Bellarminus maximum Eccleſiæ lumen, ac ſplendor juſſu felicis recordationis Clementis Papæ VIII. edidit ».

Digitized by Google

ſit, neque itinere deſtitit, quoad ſe Romam ad ſuos recepit. Ad duo fere millia paſſuum, cum ei obviam amicorum aliqui proceſſiſſent, atque ex iis, ecquid Roma novi, quæſiſſet, intellexit: Henricum S. R. E. Cardinalem, Epiſcopum Tuſculanum, & Eboracenſium Ducem Rege Patre pio in primis cultore, invictoque vindice religionis dignum maxime Filium ſervandæ, tuendæ, propagandæ veritatis fidei, Eccleſiaſticæque diſciplinæ reſtituendæ ſtudio incenſum in Synodo, quam Tuſculi habuit anno ſuperiore, cujuſque Decreta his diebus paucis publicavit, conſtituiſſe, ut conſenſionis in ratione etiam docendi retinendæ cauſſa, Eccleſiaſtici quique, ac præcipue Parochi ſibi Catechiſmum Romanum parent [1], eumque legant, populoque interpretentur; pueris vero editas juſſu Clementis VIII. P. M. a Roberto S. R. E. Card. Bellarmino Doctrinæ Chriſtianæ Inſtitutiones tradant. Crebris item Leodienſium litteris Romanos eſſe certiores factos ab L. Otremontio Epiſcopo, Principeque ſuo (cui ſecundum religionem, quam integram, atque inviolatam ſervari curat, pax eſt reipublicæ vehementer cordi) ne populus, qui in ejus fidem divino eſt munere permiſſus, vento doctrinæ omni circumferatur, Catechiſmum Romanum typis rurſum excudi, eique encyclicam Clementis XIII. Epiſtolam præfigi, ac miniſtris Eccleſiæ, ut eo maxime in catholicis dogmatibus tradendis, explicandiſque utantur, tranſdi imperaſſe. Romæ

1 Synodalibus Conſtitutiooibus Eccleſiæ Tuſculanæ *cap.* VI. *Art* III. *de Clericor Doctrina pag.* 4c7. decretum ſic eſt: » Omnino clericus quilibet in ſacris or» dinibus conſtitutus Sacram Scripturam habeat, Concilium Tridentinum, EJUS» QUE CATECHISMUM, Rituale Romanum, & Synodales haſce Coſtitu» tiones, præter probatum aliquem Theologiæ Moralis Auctorem». *Et cap.* V. *Art.* I. *pag.* 469. *num.* II. » Ne in explicandis fidei myſteriis aut diverſitas obre» pat, aut novitas, utque idipſum omnes ſapiant, ac dicant (veræ enim fidei » teſſera unitas eſt, certum autem erroris argumentum ſibi diſſimilis, ſemper» que alternans doctrina) ea docendi ratio teneatur, quam in ſuo Doctrinæ Chri» ſtianæ libello, Clementis VIII. juſſu edito, Ven. Card. Bellarminus ſumma bre» vitate, ac perſpicuitate complexus eſt». Affert mox ex litteris encyclicis a Benedicto XIV. 7. Febr. an. 1741. publicatis locum, quibus quidem litteris hoc idem Parochis præſcribi, vidimus. Vide etiam *pag.* 91. ejuſdem Synodi.

Digitized by Google

Romæ ut eſt divulgatum ad Minervæ Mamachium perveniſſe, qui ei conjuncti amicitiæ conſuetudine fuerant, omnes ad unum illius viſendi cauſſa concurrunt. Interrogant, quid Itali, Hiſpani, Britanni, Galli, Belgæ, Germani, Boemi, Pannonii, Dalmatæ, Epirotæ, Poloni, Moſci, Theſſali, Thraces in Europa; Syri, Chaldæi, Perſæ, Malabari, Cocincinenſes, Tunkinenſes, Sinenſes, Japonii in Aſia; Mexicani, ac Peruani in America; Ægyptii, Æthiopes, Angollenſes, Congenſes in Africa de patrum in Abrahæ ſinu ante Chriſti mortem beatitate credendum putent? Interrogantibus Mamachius reſpondet: in iis gentibus Catholicos omnes ſummos, medios, infimos admirabili conſenſione illud ipſum ea de re affirmare, quod eſt ab Catechiſmo Romano in myſteriis numeratum. Quin etiam Græcos e ſecta Photianorum, Monophyſitaſque Coptos, atque Æthiopas, Neſtorianoſque Chaldæos, etiamſi jam inde a multis ſeculis a vera Eccleſia receſſiſſent, tamen conſtantiſſime in eo dogmate perſeverare, quod eſt de iiſdem Patribus ereptis ex inferis morte Servatoris Chriſti, adſertiſque in libertatem. Id vero perſpicuum eſſe perennis, exque Apoſtolis, qui a Chriſto ipſo acceperint, manantis traditionis. Niſi enim ita eſſet, non tam late idem dogma patere; neque ab iis etiam, qui jamdiu ſe a conſortio, communioneque Sedis Apoſtolicæ ſejunxiſſent, coli; neque cum ætatibus hominum propagari, confirmarique potuiſſe. Nam videre nos, opiniones fictas & vanas extabuiſſe diuturnitate. Sed de itinere, quod animo, & cogitatione, non re ſuſcepimus, ſatis dictum eſt. Illud autem rurſum moneo, ne quis me accuſet, propterea quod rem excogitatam, quaſi confectam deſcripſerim. Eo namque egi, non quo luderem, neu quo fucum cuiquam facerem; ſed quo lectores meos aut liberarem (ut alio loco animadverti) aut levarem moleſtia, quam certe maximam cepiſſent, ſi longam ipſis

ſeriem quaſi farraginem ſententiarum ex tam multis Catechiſmis, ac Synodis collectarum ad legendum obtruſiſſem. Qua in re doctiſſimorum mihi, virtuteque præſtantium virorum exempla, quæ ſequerer, non defuerunt. Nam & S Ambroſius [1] Antiſtes Mediolanenſium iter ſe Iſraelitarum conſectatum dixit in *Pſ.* CXVIII. & V. Johannes Palafoxius *De Noctis Bonæ Paſtore* [2] ſcripſit, quo

1 *Serm.* V. *n.* 5. *pag.* 195. *tom. opp.* II. *edit. Veneta an.* 1748. Neque vero intelligo, cur antiquis, & doctis, & Sanctis Patribus de rebus graviſſimis, deque religione ipſa Dialogos, ſeu Colloquia, quæ nuſquam cum iis habuerint, quibuſcum ſe ea habuiſſe dicant, deſcribere licuerit; mihi vero de hoc doctrinæ capite agenti, iter excogitatum animo, etſi reipſa minime ſuſceptum, quaſi confecerim deſcribere (cauſſa levandi moleſtia lectoris mei) non liceat. Quotus autem quiſque eſt, qui hujuſmodi Dialogos ab Hieronymo, ab Auguſtino, ab aliis etiam Eccleſiæ Doctoribus deſcriptos fuiſſe neſciat?

2 Eſt is libellus ab Auctore perſcriptus hiſpanice, converſuſque etiam in communem Italorum linguam ſane utilis, ut quiſque dignoſcat, quæ vitia quibus virtutibus opponantur, rationemque perſpiciat, qua ea vitare, has vero conſectari, & colere diſcat. Deſcribere autem itineris rationem, quam in eo ſuſceptam ab ſe auctor fuiſſe ſcribit, longum eſſet. Quod ſi eſt, qui noſſe cupiat, libellum eumdem legat, ſperoque fore, ut fructum uberem lectionis ferat. Monendus nunc eſt mihi Lector, de animabus PP. Vet. Teſtamenti &c eadem atque in ceteris Catechiſmis legi in *Doctrina Chriſtiana Arabica litteris Syriacis impreſſa Romæ juſſa Gregorii XIII. die 7. Aprilis an.* 1580. Arabica Syriacis characteribus expreſſa in extremum hoc caput tranſtulimus. Idipſum etiam contineri fertur libello inſcripto *Introduzione alla Fede Cattolica fatta in forma di Dialogo da Fabiano Fioghi Lettore di lingua Ebrea nel Collegio de' Neofiti di Roma: dedicata al Sig. Card. Ludoviſio: in Roma* 1628. *cap.* c. *Del ſegno della S. Croce, e del Credo pag.* 572. quo loco ſic habetur: » *Diſceſe all' inferno &c.* Che doveſſe diſcendere » all' inferno, cioè in quella parte dell' inferno più ſoprana chiamata limbo, per » liberare le anime de' Santi Patriarchi, e Profeti, e altri Santi, i quali morirono avanti la venuta di Criſto, ma colla fede di Criſto venturo, vedilo nel » Salmo 24. al v. 7. e in Oſea al cap. XIII. » & libello, cujus hæc eſt inſcriptio: *Dottrina Criſtiana breve tradotta dalla Italiana nella lingua Ebrea da Gio. Batiſta Jona Lettore pubblico della detta lingua in Roma: Nella Stamperia della Sacra Congregazione di Propaganda Fide an* 1658. *pag.* 11. *verſa*. Atque in hoc quidem Auctor allato illuſtri loco ex libro Rabbinorum *Midras* inſcripto: » Dal che, » *inquit*, ſi vede chiaro, che tutti diſcendevano nell' inferno, ma i giuſti ſtavano ſeparati dagli empj, e queſto luogo ſi chiama limbo: quando foſſe venuto il Meſſia, allora ſarebbero ſtati levati di là, e condotti in paradiſo, e » avrebbero cantato il Cantico nuovo &c. » Et opere, cui titulus: *Via della Fede moſtrata agli Ebrei da Giulio Moroſini Veneziano: In Roma* 1683. *nella Stamperia della S. Congr. de Propag. Fide P.* II. *cap.* XXVIII. *pag.* 1097. Et opere inſcripto: » *Le ſaette di Gionata ſcagliate a favor degli Ebrei dal P. Luigi Benetelli de Minimi, ſag.* III. *cap.* XXXIV. *num.* 206. *pag.*470. *ſeq. In Venezia* 1703. His præluſerat Ludovicus Granatenſis vir maximus *lib.* 1. *Catechiſmi minoris cap.* VIII. *de* v. *ſymb. Artic. pag.* 15. *tom.* 1. *opp. edit Colon. an.*1628 Accedit Matthiæ Dannei opuſculum inſcriptum *Catholique Confeſſion de foi preſentée en mai* 1678. *aux habitans de S. Jean en la Vallée de Luſerne par Matthieu Danne ci devant leur Miniſtre: Taurini* 1679. cujus opuſc *Art.* XII. *pag.* 20. *ſic habetur*: » Eccleſia Romana credit, animam D. N. ut ſejuncta fuit a corpore, deſcendiſſe ad infer-

» na

quo in libro narratione rerum, quæ nunquam contigerint, quid de virtutibus, vitiiſque ſtatuendum ſit, lectorem delectando, docet.

§. X.

Antecedentium doctrina paragraphorum efficitur, opinionem Cadonici cum ſententia Eccleſiæ univerſæ pugnare.

I. Ego vero cum id iter deſcriberem, non modo Pontificum Maximorum Effata, Decreta, Conſtitutiones attuli; ſed Chriſtiani etiam orbis univerſi numeravi Synodos plus cccxx. Catechiſmos cc. Synodorum autem illarum perplures fuiſſe *Diœceſanas*, multas *Provinciales*, aliquas *Nationales*, ſeu *Regionales* conſtat. Atque Pontificibus quidem ipſis, quorum eſt ampliſſima, atque maxima, & vero eſſe debet ut in Eccleſiaſtico jure dicundo, ita in re doctrinæ auctoritas; neque ab his ſolum, ſed ab Synodis etiam illis omnibus Catechiſmus aut Romanus, aut Bellarminianus juſſu Clem. VIII. editus, aut eorum, quorum meminimus, aliquis parochis proponitur & ad tradendum Chriſtianæ plebi, & ad explicandum. Quod eo conſilio factum vidimus [1], ut (quod animadverſum ad Pontificibus illis, atque ab Epiſcopis eſt, qui Synodis iiſdem aut interfuerunt, aut præfuerunt) cum unitas doctri-

» na ſeparata ab infernis reproborum ad educendos Patres Veteris Teſtamenti, » qui erant expectantes ejus adventum ». Mitto profeſſionem fidei Alcuini, atque libelles Anonymi *inter opp. S. Aug.* duorumque item Anonymorum, quorum opuſcula edidit Joſephus Blanchinius, Gerſonis item, Boverii, Pacii; Francii, Antoniotti, Nicolii *de Symbolo*, *Chriſtianum Inſtitutum* Pauli Segneri, *Præſcriptiones Catholicas* Dominici Gravinæ, quod de his ſit alio loco mihi inſtituendus ſermo. Interea ex iis, quæ hactenus diſputata ſunt, lector intelligat, quam fuerit vere ſcriptum ab Joſue Arudio *in Lexico Antiquitatum Eccleſiaſticarum ex optimis quibuſcumque Auctoribus antiquis, & recentioribus* expreſſum: *Gripſwaldiæ an.* 1669. *pag.* 8 §. 15. Occurrit & in *veteribus longis ſeculis confirmata ſententia, animas fidelium in Veteri Teſtamento ante Chriſti per mortem in eam ingreſſum, non fuiſſe paradiſo receptas.*

1 Vide ſupra *pag.* 231. *not.* 1. *& pag.* 252. *not.* 1. *& pag.* 253. *in not. & pag.* 266. *not.* 10. *& pag.* 362. *not.* 1. *&c.*

doctrinæ teſſera, ſymbolum, atque inſigne Eccleſiæ veræ ſit; tum nulla ſit prorſus apud cujuſque cœtus catholicos non in dogmate ſolum, ſed in ratione etiam docendi, diſcendique varietas. Jam vero eorumdem Catechiſmorum, quos vel Actis Synodorum complexi Epiſcopi ſunt, vel indicarunt ſolum, ſuiſque ad diſcendum exhibuerunt, nullus eſt, in quo rei certæ loco non habeatur, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti tum primum beatis aſpectu Dei, cum Chriſtus ad inferos deſcendit. Atque abſurdum ſane auribus, animiſque hominum eſt, dicere, quod incertum ſit, idipſum maximo ſtudio paſtores Eccleſiæ inſeri puerorum mentibus curaſſe, nihilque caviſſe magis, quam ut ne illud vel in breviſſimis Chriſtiani hominis Inſtitutionibus prætermiſiſſe viderentur. Quin etiam ſi hoc idem rèi certiſſimæ, divinitus manifeſtatæ, ſcituque magis neceſſariæ numero Epiſcopi non duxiſſent; commiſſuros eos fuiſſe, quis credat, ut cum multa dogmata, Eccleſiæ auctoritate finita, & confirmata, iiſdem Catechiſmis comprehendenda non putarent; tum hoc unum numquam omitterent? Scilicet hoc etiam reſtaret, ut Cadonicus paſtores Eccleſiarum omnes tam imperitos, tamque amentes affirmet eſſe, ut certis, ac definitis dogmatibus prætermiſſis (multa namque ab iis ſilentio prætermitti ſcimus, quorum non tam neceſſaria ſit expreſſa, ſeu explicata cognitio) inanibus, aut ſummum incertis opinionibus delectentur, iiſque onerare ſtudeant mentes rudium non adultorum modo, ſed etiam puerorum. Quod cum ſuſpicari indignum homine orthodoxo ſit, affirmare autem multo magis: ſit ita, ut quoniam Epiſcopi quique ſcientes, prudentes, volentes, etſi multa certa taciti prætereant, hoc tamen ſuis Catechiſmis comprehendunt, & parochis ad docendum, populoque ad diſcendum proponunt; hoc idem certiſſimi dogmatis loco habeant, quod ne a pueris quidem, qui primis doctrinæ chriſtianæ rudimentis imbuuntur, ſit ignorandum.

Quam-

Digitized by Google

Quamobrem iiſdem in Catechiſmis, ut vidimus, & *indubium* illud eſſe ſtatuunt, & *myſterium* vocant, & *doceri* ajunt quinto Articulo Apoſtolici ſymboli. & verbis *Deſcendit ad inferos* eodem articulo contentis *intelligi* confirmant, & *credendum* monent, & id ſe *credere* autumant, & hoc adhibito verbo: *Credo*: per modum ſymboli [1] proponunt, & ab iis, quorum eſt jam vita in extremum deducta caſum, id ut *credant*, utque profiteantur, poſtulant. Quotus autem quiſque eſt, qui dicere audeat, Pontifices Maximos, Epiſcopos totius Chriſtianis orbis, Parochos quoſque, populum denique Catholicum univerſum eo conſpiraſſe, ut id myſterii, dogmatiſque articulo ſymboli Apoſtolici quinto comprehenſi numero ducant, quod aut dubium ſit, aut etiam, ſi velis, falſum? Hoc enim dicere, quid eſt, niſi Eccleſiam Catholicam in re fidei falli dicere? Nam niſi Pontifex, Epiſcopi, Paſtores quique animarum, populuſque Chriſtianus Eccleſiam conſtituant; quinam demum conſtituant, ne ſuſpicari quidem poſſumus. Atque Pontificem, Epiſcopos, Parochos, orthodoxos denique univerſos Europæos, Aſianos, Africanos, Americanos de Patribus Veteris Teſtamenti ita, ut dixi, *credere*, fidemque ea de re ſuam propria quemque lingua *coram gentibus etiam, & Regibus, & filiis Iſrael* [2] profiteri, ex Conſtitutionibus Apoſtolicæ Sedis, ex Synodis Italicis, Gallicis, Hiſpanicis, Luſitanis, Belgicis, Germanicis [3], Pan-

1 Nempe hoc illud eſt, quod *S. Thomas* 2. 2. *q.* 1. *Art.* 10. *ad* 3. ſtatuit eſſe *fidei manifeſtationem per modum ſymboli*.

2 *Act. Apoſt. cap.* 11. *v.* 15.

3 S. Irenæus hæreticos ſui temporis compreſſurus *lib.* 1. *cap.* x. *pag.* 49. veritatem doctrinæ Catholicæ hoc argumento uſus oſtendit. » Eccleſia, & quidem in » univerſum mundum diſſeminata (hanc prædicationem) diligenter cuſtodit, » quaſi unam domum inhabitans; & ſimiliter credit iis, videlicet, quaſi unam » animam habens, & unum cor; & conſonanter hæc prædicat, & docet, & » tradit, quaſi unum poſſidens os. Nam etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſunt, » ſed tamen virtus traditionis una, & eadem eſt. Et neque hæ, quæ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ » in Hiberiis ſunt; neque hæ, quæ in Celtis; neque hæ, quæ in Oriente; neque » hæ, quæ in Ægypto; neque hæ, quæ in Libya; neque hæ, quæ in medio » mun-

Pannonicis, Polonicis, Ruthenis, Armeniacis, Malabaricis, Americanis, quas Antiſtites quique earum regionum aut habuerunt ipſi, aut conſenſione, ſubſcriptioneque ſua firmarunt; exque tot Catechiſmis variarum gentium, atque linguarum omnino quadraginta; quorum quidem Catechiſmorum (vel Apoſtolicæ Sedis vel Synodorum earumdem, vel ſingulorum Epiſcoporum juſſu, vel præconum, propagatorumque religionis opera, probantibus Pontificibus Maximis, pro doctis, pro rudibus, pro pueris, pro neophytis, pro catechumenis, pro convertendis ad catholica ſacra hæreticis, Judæis, ethnicis, regum etiam Alophilorum [1] rogatu) ſcriptorum, atque editorum numerum ſupra recenſui; ex iis, inquam, Conſtitutionibus, Synodis, Catechiſmis tam eſt manifeſtum, ut ne Proteſtantes quidem prætereat [2]. Nam quod Pontifices Maximi, quod Epiſcopi aut congregata Synodo, aut ſuapte ipſi auctoritate Parochis, miniſtris ceteris ſacrorum, ludimagiſtris quoque ad credendum, & docendum proponunt; quodque Parochi, miniſtri ceteri ſacrorum, ludimagiſtri & credere profitentur ipſi, & populo (ne pueris quidem, barbariſque hominibus, quos ad veram religionem inſtituant, exceptis) tanta vigilantia, diligentia, cura explicant, petuntque, idem ut ſe tenere, atque confiteri pronuncient; quod, inquam, ejuſmodi eſt, quis neget, credentibus,

» mundi conſtitutæ; ſed ſicut ſol creatura Dei in univerſo mundo unus, & idem » eſt, ſic & lumen prædicatio veritatis ubique lucet, & illuminat omnes homi» nes, qui volunt ad cognitionem veritatis venire ». Hæc ut ad rem noſtram accommodata ſint, nemo eſt, opinor, quin cernat.

1 Vide ſupra *pag.* 355. *not.* 2.

2 Confer quæ ſcripſi *pag.* 338. *not.* 1. *&* *pag.* 355. *not.* 2. Johannes Chriſtophorus Wagenſeilius in opere, cui titulus *Tela ignea ſatanæ &c. edit. Altdorfien. Noric. an.* 1681. *pag.* 193. *in Confutat. Carminis Rabbi Lipmanni* Judæi accuſantis Chriſtianos, propterea quod credant, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas in infernum locum deſcendiſſe, quoad morte Chriſti inde eriperentur, reſpondet: » Lipmannus ad Romanæ Eccleſiæ Doctores ablegandus eſt, ut cum ipſis tran» ſigat ». Adeo ſcilicet exploratum Hæreticis, Judæiſque eſt, Catholicæ hanc eſſe doctrinam religionis. Sed de Wagenſeilio, quem ut alios de Proteſtantium grege ſequutus videtur eſſe Cadonicus, alias. Etenim quam ipſi cum iis mirifice conveniat, paulo poſt plane demonſtrabo.

tibus, fatentibuſque Pontificibus Maximis, Epiſcopis Catholici Orbis omnibus, Parochis, Populoque orthodoxo univerſo, adeoque Catholica Eccleſia affirmante, atque docente ad doctrinam fidei pertinere? Jam vero populum Chriſtianum univerſum, adeoque Eccleſiam cæco impetu ferri, idque ad credendum proponere, quod falſum, dubiumve ſit, ecquis obſecro, niſi Pelagianus fortaſſe, dicat, aut unus aliquis de grege Lutheranorum Eccleſiam in re fidei labi poſſe jactantium? Et Cadonicus, qui ſe Catholicum, ac tertio quoque verbo Auguſtini ſectatorem, atque diſcipulum clamat eſſe, id audebit de Eccleſia ſcribere, quod aures horreant Catholicorum, quodque ut ex doctrina Pelagianorum conſequens in Pelagianis iiſdem Auguſtinus deteſtabatur? Atque videri ſibi, in re fidei errare Eccleſiam, quemadmodum neget is, qui ita ſe opponat ſententiæ Eccleſiæ, ut falſum, aut dubium eſſe pugnet, quod ipſa & myſterium eſſe, & contineri, intelligi, doceri articulo ſymboli quinto, & credi proinde oportere, adhibita propria ſymboli formula: *Ego credo &c.* ubique gentium prædicat? Credere namque, ac prædicare myſterium eſſe, & doceri articulo ſymboli quinto, & credi propterea aliquid oportere, quod falſum, dubiumve ſit, annon idem eſt atque in re fidei labi, errare, decipere? Non enim in re fidei is errat ſolum, qui dogma quodpiam rejiciat fidei; ſed etiam is, qui quod falſum, dubiumve

aaa ſit,

1 S. Auguſtinus *lib.* III. *contra Julianum cap* I. *num.* 5. *pag.* 366. *tom.* X. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. Pelagiano ajenti *cæcum* a meticuloſis Catholicis extorqueri *aſſenſum &c.* » Novi, *inquit*, hæretici vos eſtis, ſed iſtam pene omnium hære» ticorum veterem vocem cum ceteris agnoviſtis, ac tenuiſtis ». Et *lib.* VI. *cap.* V. *num.* 11. *pag.* 441. » Sed etſi nulla ratione indagetur, nullo ſermone expli» cetur, verum tamen eſt, quod antiquitus veraci fide catholica prædicatur, & » creditur per Eccleſiam totam . . . Fruſtra te intorques argumentationibus vanis, » non adverſus me, ſed adverſus communem matrem ſpiritalem, quæ non te » aliter peperit &c. » S. Auguſtinus eumdem Julianum redarguit, quod ex ejus errore *in Eccleſia veritatis mendaciter exorcizari, exſufflarique* parvulos eſſet conſequens. Qua ex re, quis non concludat, redarguendos perinde eſſe Cadonicianos, qui *in Eccleſia veritatis ab omnibus mendaciter prædicari*, & credi Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti animas non ante beatas fuiſſe aſpectu Dei, ereptaſque ex inferis, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet?

ſit, id eſſe credat, doceatque tenendum fide. Labi autem in re fidei, errare, falli, decipere columna veritatis, hoc eſt Eccleſia omnis quî poterit? Quod ſi (ut cap. hujus operis ſecundo demonſtratum eſt, utque fides docet) non poteſt; jam quod credit, credendumque, ut myſterium religionis articulo ſymboli quinto comprehenſum, proponit; myſterium certe id ſit articulo ſymboli quinto comprehenſum, neceſſe eſt.

§. XI.

Demonſtratur, quos, qualeſque Cadonicus, atque Dalhamus habeant Auctores opinionis novæ ſuæ.

I. Jam quæ ſit, quamque late pateat orthodoxorum de hoc genere omni conſenſio, diximus. Orthodoxorum autem omnium in re doctrinæ conſenſum, Eccleſiæ vocem eſſe oſtendimus, qua quemque ſtare oporteat, qui Catholicus haberi, & eſſe velit. Non enim fieri poteſt, ut omnium, quæ ab Apoſtolis manarint, Eccleſiarum tam fœda fuerit ubique prolapſio. Nam ut ſapienter eſt a Tertulliano *in octavo atque viceſimo libri de Præſcriptionibus capite* ſcriptum: „ Age omnes (Eccleſiæ) er-
„ raverint... Nullam reſpexerit Spiritus Sanctus, ut eam
„ in veritatem deduceret... Neglexerit officium... ſi-
„ nens Eccleſias aliter interim intelligere, aliter credere,
„ quod ipſe per Apoſtolos prædicabat. Ecquid veriſimi-
„ le eſt, ut tot, ac tantæ in unam fidem erraverint?
„ Nullus inter multos eventus unus eſt exitus. Variaſſe
„ debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Ceterum, quod
„ apud multos unum invenitur, NON EST ERRA-
„ TUM, SED TRADITUM. Audeat ergo aliquis (*E.G.*
„ *Cadonicus*) dicere illos erraſſe, qui tradiderunt. Quo-
„ quo modo ſit erratum, tamdiu utique regnavit error,
„ quamdiu... (*Cadonicus*) non erat. Aliquos... (*Ca-*
„ *doni-*

„ *donicianos*) liberanda veritas expectabat. Interea per„ peram evangelizabatur, perperam credebatur &c. „ Quod ſi non tam concordes Cadonicus pugnet orthodoxorum cœtus eſſe, ut liberum ei non ſit, de animabus Veteris Teſtamenti Patrum (beatæ ne ante Chriſti mortem aſpectu Dei, nec ne fuerint) ut libet, ſtatuere; nominet, ſi potis eſt, ullam non Apoſtolicam dico, ſeu ab Apoſtolis fundatam, ſed recens etiam conſtitutam Eccleſiam, quæ tamen, ut Tertullianus ſcribit, in eamdem, atque Apoſtolicæ, conſpiret fidem, *ac non minus Apoſtolica deputetur pro conſanguinitate doctrinæ* [1]; quæ quidem Eccleſia patiatur, eam ut ipſe ſibi libertatem ſentiendi, ſcribendique ſumat. Sic autem ei confirmo: vertat ſeſe quacumque volet, quærat, inveſtiget, nullam ipſum eſſe, quæ tale quidpiam toleret, inventurum. Quid autem Eccleſias nomino, cum ne Catholicorum quidem Cadonicus repererit ullum, quem ſequi auctorem potuerit? Quos vero ſit ſequutus, explicabo brevi. Peto autem ab Cadonico: In inferis ne umquam Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum animas fuiſſe putet? Negat, ſe [2] putare [3]. Tollit ergo earum limbum. Quidni tollat [4], ſi limbi

aaa 2

1 *Ibid Tertull. lib. de Præſcrip. cap.* XXXII.

2 Cadonicus in eo libro, quem inſcripſit: *D. Aurelii Auguſtini &c. quæ videtur ſententia &c. cap.* XVIII. *pag.* 139. *ſeqq. edit. Veneta an.* 1763 Auguſtinum ſe auctorem ſequi jactat, quaſi is Doctor ſtatuerit: *Sinum Abrahæ non partem aliquam inferni intelligi oportere, ſed ſecreta felicitatis, & quietis ſinum, ubi animæ beatifica Dei præſentia, adeoque paradiſi veritate fruerentur.* Quin etiam addit Cadonicus *pag.* 140. eſſe in Eccleſiæ precibus: *juſtos deportari in ſinum Abrahæ*, idque Eccleſiam accepiſſe ex quibuſdam locis Evangelii, quæ loca, *cum antiquos juſtos*, inquit, *proprie reſpiciant, quiſque ſobrius cognaſcet, quid Eccleſia ſenſerit de hoc ipſo ſinu, quando requiem antiquis juſtis in ea conceſſam Chriſti etiam fidelibus fecit communem.* Sed de Auguſtino, precibuſque Eccleſiæ alias.

3 *Cap.* XX. *pag.* 162. & aliquot aliis in locis eadem fere Cadonicus recoquit.

4 *Præfat. ad idem opus num.* 6. *pag.* V. *& num.* 11. *pag.* VII. quo loco: » Quum » Moſes, *inquit*, poſt *tam familiare cum Deo commercium*, poſtque tot inſignia » operata miracula, poſt denique mortem ita obitam, ut ſepulcrum ejus (magna porro ex cauſſa) ignoraretur, LIMBUM, UT VOCANT, adire debuerit, ibique abſque viſione Dei tot ſeculis detineri; neſcio qualis ſtatus aſſignari valeat, poſtquam non in viſionibus, & ænigmatibus, ſed IPSIS OCULIS IN PROPRIO A MORTUIS REVOCATO CORPORE VERE CONSPEXERAT DEUM SUUM (quaſi vero Cadonicus perſuadere nobis poſſit, oculis corporis Moſen vidiſſe Deum) » verum Deum, & hominem in monte transfigura-

Digitized by Google

bi ne nomen [1] quidem in Catechiſmis uſurpandum cenſet? Sat habeo. Venio ad Dalhamum. Quid? Eo ne modo, quo Cadonicus, de inferis, deque limbo ſtatuit? Eo [2] prorſus modo: etſi paulo ſoleat ſcribere confidentius. Nam commune omnium orthodoxorum, atque adeo Eccleſiæ totius enunciatum, quaſi commentum rejicit Scholaſticorum, quos imperitiæ, negligentiæ, audaciæque ſic arguit, ut ipſe ſolus legiſſe Patrum opera, & aſſequutus paradiſi notionem eſſe, verumque comprehendiſſe animo videatur. Jam quid Cadonicus, atque Dalhamus ſentiant, teneo. Sed horum ſententiis Eccleſias quaſque repugnare, Synodorum, Catechiſmorumque auctoritate demonſtratum eſt, quarum quidem Synodorum, quorumque Catechiſmorum magnum attuli numerum. mul-

» guratum, & ad futuram gloriam aſſimilatum. Etenim ſi iſtum poſt tantam » gloriam LIMBO reſtituimus, atque intima, & beatificante præſentia divinitaris volumus deſtitutum; non ſolum donis Dei pœnitentiam affingimus, ſed » ejus animam in eo ſtatu imaginari cogimur, qui omnem vincit rectam imaginationem ». A Drelincurtio Calviniano hæc omnino licentia. Ita Cadonicus Eccleſiæ univerſæ ſententiam de eo myſterio, deque Articulo v. ſymboli Apoſtolici, ut ex Catechiſmorum cc. & Synodorum cccxxv. auctoritate oſtendimus, ita, inquam, ille eam ſententiam *omnem vincere rectam imaginationem* jactat.

1 Confer quæ ſcripſi *pag.* 257. *hujus vol. not.* 1.

2 Dalhamus apud Cadonicum in Opere modo indicato *pag.* xxii. *ſeqq. Hiſtor. Quæſt. & voti*: *Variaſſe* quaque ætate hac in re Patres, SS. Doctores, & Theologos deinceps ceteros, pugnat. *Pag* xxiii. » NON LICET, inquit, *ambigere*, quin » (S. Auguſtinus) revera ſic ſenſerit (ut ſentit Cadonicus)... Quod ſi animus » eſt inquirere in cauſam, cur tandem Scholaſtici in eam ſententiam, veluti communi ſuffragio ſuffultam conſenſerint, veterum Patriarcharum animas divini » conſpectus non fuiſſe participes ante Chriſti deſcenſum ad inferos, id mihi videtur contigiſſe EX NEGLECTA, AUT SALTEM CONFUSA propria ſignificatione nominum ſinus Abrahæ, lacus in quo non erat aqua &c. » *Pag* xxiv. » Non feciſſent hoc utique Theologi illi, ſi in ipſa illa nomina, *paradiſus*, *ſinus* » *Abrahæ &c.* CURAS, STUDIUMQUE CONVERTISSENT; ſi contuliſſent » ſententias veterum, & præſertim notiones illarum vocum, quas Judæi, & » Græci, in quorum vernacula » (*lingua* credo; niſi forte, quid aliud Dalhamus velit; quid autem velit, non indicat) » ſacri noſtri Codices primum exarati » ſunt, illis indiderint ». *Pag.* xxv. Eccleſiam veterem opponens novæ, (quaſi vero non una, atque eadem ſit) novam eſſe Cadonici ſententiam negat, non quo quiſquam jam inde a multis ſeculis in Eccleſia fuerit, qui contra Cadonicum ipſum non ſentiret, afferre namque nullum poteſt; ſed quo dici novam a nemine poſſe arbitretur, QUI HOSPES NON SIT IN REMOTIORIBUS ECCLESIÆ SECULIS, AUT QUEM PLURIMA NON LATEANT AUGUSTINI, ALIORUMQUE PATRUM PLACITA. Sed quam ipſe id Patribus adſcribens fallatur, poſt videro. *Pag.* xxvii. verba duo, quæ ab Johanne Chriſoſtomo ſeſe fuiſſe mutuatum jactat, ſuo arbitratu explicans: *Quis*, inquit, *has beatitudinis* (quam ipſe animabus Patrum Veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, tribuit) *dotes cum triſti inferorum loco, & beatitudinis privatione* AUDEAT *conſociare*?

Digitized by Google

multo etiam majorem, ſi e re fuerit, allaturus. Verumtamen Adverſariorum, quos nominavi, in ea re uterque ſic hæret, uti jam plane diffidat, ullum ſibi orthodoxorum cœtum, ſeu Eccleſiam ullam ſubſidio venturam. Itaque ea ſpe dejectus, alter, hoc eſt Dalhamus, ad Synagogæ præſidium confugit. Nam Thalmudis Rabbinici Codicis auctoritate nullum ſe argumentum fortius reperiſſe ſcribit. Non hercle invideo. Ceterum de hoc ejus argumenti genere, quod ab Lightfooto hæretico Britanno eſt mutuatus, alias. Alter vero, nempe Cadonicus, præiviſſe ſibi Fevardentium Theologum ſane gravem ex Inſtituto Minorum commentus eſt. Quo exitu, ſupra vidimus [1]. Interea quum Catholici cœtus Cadonicum atque Dalhamum deficiant, experiamur, ullumne invenire potuerint hæreticorum, quem ſequerentur? Conſulamus hæreticos. Horum autem quanta ſeges eſt! Principio negari ab Lutheranis Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum ad inferos deſcenſum, tollique ab eis propterea limbum, perſpicue palam eſt [2]. Jam habent adverſarii cœtum unum, cui ſe aſſentiri dicant. Johannes Calvinus, deſcendiſſe Chriſtum ad animas Patrum, qui mortui ſub lege fuerant, ut eas inde erueret, intelligique hoc pacto poſſe pſalmi 107. verſum, inficiatur; neſcireque ſe, dicit, qui factum ſit, ut poſteritas locum putaret eſſe ſubterraneum, cui affinxerit nomen limbi [3]. Atque

1 Vide quæ ſcripſi ſupra *pag* 88. *not.* 1.

2 Id ex Lutheri *Catech. majori Artic* II. *pag.* 622. *tom.* V. *opp. edit.* Witemberg. *an.* 1554. & *Catech. minor. pag.* 649. intelligi poteſt. Zacharias Boverius *Demonſtrat. ſymbol. tom.* II. *pag.* 152. *edit. Lugd. an.* 1617. *de Sanctorum Patrum limbo*, inquit, *de quo in hoc Articulo agunt Apoſtoli, Lutheriſtæ . . . omnes illum æque expellunt, ac anilem fabulam*. Lutheranorum quorumdam loca poſt afferam.

3 Calvinus in II *Inſtitut libro cap.* XVI. *num* 9 *pag.* 112. *tom* I. *opp. edit. Amſtelod. an.* 1667. *Alii*, inquit, *ſecus interpretantur* (Articulum V. ſymboli Apoſtolici) *quod Chriſtus deſcenderit ad animas Patrum, qui ſub lege mortui erant, ut nuncium peractæ redemtionis perferret, ac erueret eas ex carcere, ubi incluſæ tenebantur, & huc perperam trahunt teſtimonia ex Pſal.* 107. *Verum cum pſalmus eorum liberationes prædicet, qui in longinquis regionibus capti, in vincula conjiciuntur &c.* NESCIO QUI FACTUM SIT UT POSTERITAS LOCUM PUTARET ESSE SUBTERRANEUM, CUI AFFINXIT NOMEN LIMBI. Attendant Cadonicus,

Atque is paulo heic moderatius loquitur, quam Cadonicus, atque Dalhamus conſueverint. Theodorus Beza exiſtimat, labi eos, qui Chriſtum ad inferos deſcendiſſe ajunt, ut inde *Veteres Patres erueret*: moxque addit, *quo in errore* (hanc enim ille Catholicorum ſententiæ notam appingit) *mirum eſt, pleroſque veterum fuiſſe verſatos, atque ita ædificatum fuiſſe limbum* [1]. Itaque eſt Genevenſis cœtus, cui Calvinus, & Beza præfuerunt, adſertor Cadonicianæ opinionis.

At hi, dicet Cadonicus, differendam putarunt ſanctis viſionem Dei ad poſtremum judicii diem. De Luthero, & Calvino [2] id quidem dici vere poſſe, fateor. De Beza non reperi. Verum quid hoc ad rem? Fuerint illi quidem in beatitate juſtis omnibus prolatanda, ſi velis, etiam Photianis deteriores. Nos certe non de regni adeptione, ſed de inferis modo quærimus, in iis ne ante Chriſtum Sancti Veteris Teſt. Patres conſtiterint, indeque exempti fuerint poſt Chriſti ipſius Servatoris mortem. Catholici quotquot ubique gentium ſunt, deſcendiſſe Patres illos ad inferos, indeque beneficio Chriſti fuiſſe ereptos, ajunt: contra Cadonicus, & Dalhamus, idipſum poſt Lutherum, & Calvinianos Genevenſes negant. Quod autem hoc inter illos duos, & Cadonicum interſit, ut illi ſerius, quam religio poſtulet; hi autem multo, quam Eccleſia tradat, citius Sanctos Veter. Teſtamenti Deum vidiſ-

nicus, atque Dalhamus, etiam atque etiam conſiderent, quam hæc ſint opinionibus, dictiſque ipſorum ſimilia. Pergit Calvinus: *Sed hæc fabula, tametſi magnos auctores habet, & hodie quoque a multis* SERIO PRO VERITATE DEFENDITUR, *nihil tamen quam fabula eſt*. *Num.* xv. ſuum Calvinus de Chriſti deſcenſu ad inferos hæreticum dogma proponit, ſibique Hilarium *in* IV *de Trinit. cap.* II. & III præſidio eſſe mentitur. Mitto cetera ejus hæreſiarchæ loca, ne longus ſim. Hoc ſatis erit animadvertiſſe, Angelum de Pas *Ord. Minor.* doctum hominem, ſtudioque tuendæ religionis illuſtrem, *lib.* VII. *Expoſit. ſymbol. tom.* I. *edit. Rom. an.* 1596. *pag.* 332. de Calvini vaniloquentia, audaciaque ſic ſcribere: » Calvini auſum reprimamus, qui Patribus imponere non erubuerit, quod negaverint limbum, ac ſinum Abrahæ fuiſſe locum, in quem ſe animæ reciperent. Cujus » MENDACIUM tam citati (Patres) quam Auguſtinus damnant ».

1 Theodorus Beza *in Acta Apoſt. cap.* II. *num.* 24. & 27. *pag.* 348. *verſa. edit. Pariſ. ſeu verius Baſileenſ. an.* 1556. *ſeu potius an.* 1559.

2 Calvinus *in Pſychopannychia pag.* 349. *ſeqq. tom.* VIII. *opp. edit. ejuſd.*

Digitized by Google

vidiſſe, ſtatuant, parvi refert. Nam in re doctrinæ tam eſt in vitio, qui contra atque veritas poſcat, ocius; quam qui tardius aliquid perfectum dicat.

Sed age videamus multi ne fuerint hæreticorum, qui ita omnino, ut Cadonicus, & Dalhamus cenſent, crediderint ac pergant credere, in inferis Patrum Veteris Teſtamenti animas fuiſſe numquam, ſed eas ſtatim atque ſuis fuerunt ſolutæ corporibus, ad regnum, & gloriam perveniſſe. Bucerus ad XXVII. cap. Evang. Matthæi: „ Quæ, *inquit*, Theologi ſuperioris ſeculi de limbo Patrum ... diſputarunt, vana ſunt. Scriptura poſt hanc vitam Sanctis quietem in ſinu Abrahæ, vitam cum Chriſto, & regnum Patris .... promittit, non infernum. Veteres Patres autem memorant ad infernum deſcendiſſe, ſed quo deſcendit omne, quod genitum eſt; nihil de limbo ..... Mittenda igitur hæc ſunt, ut inventa hominum [1] „. Hæc ille. Quo certe revolvitur Cadonici omnis iiſdem de rebus oratio. Nam inferos, in quos animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem transferrentur, Bucerus tollit; regno ipſas, & gloria legis tempore potitas fuiſſe, pronunciat; vana denique eſſe animadvertit, quæ antehac Theologi de limbo Patrum diſputarunt. Atqui in his ſumma conſiſtit ſyntagmatum Cadonicianorum. Cadonicus igitur totus eſt alienus. Nihil aut detrahit, aut adjicit inventis Bucerianis. Eadem atque a Bucero ſtatui adverſus Catholicos video a Franciſco Burmanno in Synopſi Theologiæ [2], ab Johanne Gerardo [3] qui iiſdem fere argumentis, atque Cadonicus, nititur [4], a Samuele [5] Mare-

1 Martinus Bucerus *Enarrat. in cap.* XXVII. *Matth. pag.* 194. *verſa edit. Stephani an.* 1553.

2 *Tom.* II. *edit Genev. an.* 1678. *lib.* V. *cap.* XXI. *num.* XV. *pag.* 129.

3 Confeſſionis Catholicæ &c. *tom.* III. *lib.* II. *P.* II. *Art.* IX. *pag.* 442. *ſeq. edit. Jenen. an.* 1661. & *tom.* II. *lib.* II. *Art.* II. *cap.* III. *pag.* 321. *ſeqq.*

4 *Ibid. pag.* 411. *ſeq.*

5 Theologiæ Elenchticæ nova Synopſ. Controverſia IV. *De Chriſto pag.* 140. *edit. Groning. an.* 1648. quo loco haud ſecus atque Cadonicus: *Ex ſinu Abrahæ*, inquit, *fabri-*

Mareſio, ab Johanne Kuchlino in Catechiſmo Eccleſiarum *Hollandicarum*, & *Weſtfriſicarum* [1], ab Hermanno Witſio in Academia olim Franequeriana, & Trajectina, & Lugdun. Batava Theol. Profeſſore [2], a Moro in *Orationibus ad ſectiones Catechiſmi Eccleſiarum* Calvinianarum *Galliæ* [3], ab Dallæo *in ſermonibus ad eumdem Catechiſmum* [4], a Tur-

fobricantur Pontificii (Cadonicus, quidem ſcribit: *Scholaſtici*: neque tamen idcirco declinabit invidiam) *limbum Patrum ... Nam dicunt hunc fuiſſe carcerem ſubterraneum luce deſtitutum, & pœnalem animabus in eo detentis ſub poteſtate diaboli. At ſinus Abrahæ Lazaro locus epuli, luminis, & gaudii, & ſi in eodem terræ centro fuiſſet cum inferno, tum magnum chaos non fuiſſet inter ſinum Abrahæ, & locum tormentorum. Nec illa phraſis recumbendi in ſinu Abrahæ aliud dicit, quam honoratiorem in epulo cæleſti locum, prout Matth.* VIII. 11. *multi dicuntur venturi ab Oriente, & Occidente, ac menſæ accubituri cum Abrahamo, Iſaaco, & Jacobo in regno Cælorum. Quid quod non ſemper Pontificii per ſinum Abrahæ intellexerunt* (animadverte, hoc item eſſe argumentum, quo fidit maxime Cadonicus) *imaginarium illum limbum Patrum, ſed ipſum paradiſum, & regnum Cælorum, ut patet ex Rituali Romano cap. de Funeribus, ubi id cantandum præcipitur in deducenda funere*; » Suſcipiat te » Chriſtus, qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te &c: »

1 *In Catech. Eccleſiar. Hollandicar. & Weſtfriſicar. edit. an* 1612. *p.*258. *ſeqq. Ad limbum*, inquit, *Patrum præſentive Chriſtum perveniſſe ſtatuunt omnes Pontificii*; (ſed Cadonicus ſcribit: *Scholaſtici*) *& credunt ... Hoc ergo illoc inter ſe committentes, ceteris omiſſis, illud, in quo conſentiunt, & fidei neceſſitatem ponunt, hoc eſt deſcenſum ad limbum Patrum ad Patres liberandos refutabimus. Aſſerimus ergo fictum locum, fictam cauſſam, fictum ergo eſſe deſcenſum ..... In Sacra Scriptura ... limbus comparet numquam. Aſſerunt quidem* PONTIFICII *limbum illum ſuum in Sacra Scriptura ſinum Abrahæ vocari, ſed falſo. Ea enim phraſi tranquillus ille portus, qui ab hujus vitæ navigatione fideles excipit, deſignatur ... Cauſa deſcenſus, quam fingunt, eſt Patrum ex eo limbo liberatio. Docent enim illi* (Pontificii) *ante Chriſti aſcenſionem animas piorum Patrum in Cælo non fuiſſe, ſed poſt mortem ad limbum inferni deſcendiſſe, ibique hæſiſſe ad uſque adventum Chriſti ad ipſos deſcenſu locali. Spiritus Sanctus vero docet, animas Patrum in cælo* BEATAS *fuiſſe, ut oſtenditur* 1. *expreſſis locis Eccleſiaſt.* XII. 9. *&c.* 2. *exemplis Enochi &c.* 3. *rationibus evidentibus* (videat Cadonicus haſce ne *rationes*, quibus ipſe quoque utitur, mutuatus ab Eccleſiis hiſce Hollandicis &c. fuerit) *Patres habuerunt nobiſcum eamdem fidem juſtificantem, idem fidei ſuæ objectum, eumdem Chriſtum. Ergo a Chriſto per fidem eorumdem etiam beneficiorum facti fuerunt participes; & per conſequens, prout nos, ſtatim a morte in vitam tranſierunt. Nec obſtat, quod Chriſtus nondum erat paſſus: paſſio enim ipſis jam erat efficax.*

2 In Exercitationibus ſymbolicis *edit.* IV. *Herbornen. Naſſavior. an.* 1712. *Exercit.* VIII. *num.* XIV. *ſeqq. pag.* 282. *ſeqq. Chriſtum*, inquit, *quoad animam quoque ad inferos deſcendiſſe profitemur, at profecto non eo ſenſu, qui poſt veterum nonnullos, e Romanenſibus nunc ollubuit: quaſi anima Chriſti per mortem a corpore ſeparata revera ... ſubterranea quadam loca viſitaverit, ſive tartari ... ſive* LIMBI, *neſcio cujus, qui ad marginem tartari ſitus eſſe perhibetur, ut ſalutem a ſe partam Patrum animabus annunciaret, eaſque ſecum inde educeret, in cælum evehendas ...: Sed neque limbus ille Patrum, quem in tartari confinio locant accurati inferorum metatores, uſpiam gentium extat; cum Deus ante Chriſti per paſſionem conſummationem* MULTOS FILIOS IN GLORIAM INTRODUXERIT.

3 *Edit. Genev. an.* 1695. *ſect.* X. *pag.* 142. *tom* 1.

4 *Dans les Sermons ſur le Catechiſme des Egliſes reformées tom.* 1. *a Geneve* 1701. *ſect.* X. *pag.* 144. *Point.* III. Dallæi nos verba e gallicis latina fecimus: *Reliquum*

a Turretino [1], a Wittembakio [2], ab Joh. Pearſonio Britanno [3], & ab Joh. Chriſtophoro Wagenſeilio [4] in Academia

 Alt-

liquum eſt, inquit ille, *ut refutemus ſenſum Eccleſiæ Romanæ Articulo huic*: deſcendit J. C. ad inferos: *attributum*. *Eccleſia Romana conſtituit tres ſtationes in inferis, inferiorem pro damnatis, huic proximam pro purgatorio . . . tertiam pro animabus fidelium ſolutis a corporibus ante adventum Jeſu Chriſti in hunc mundum, quem locum appellat limbum* . . . . . Ajunt *igitur* (Catholici) *animam J. C. D. N. momento mortis quamdiu corpus ejus fuit in ſepulcro, deſcendiſſe localiter ad inferos . . . manſiſſeque in ea parte, quam appellant limbum, ad eximendas illinc, ut ipſi dicunt, animas Patrum Veteris Teſtamenti, adducendaſque in paradiſum*. Iiſdem mox argumentis (quibus Cadonicus abutitur) efficere Dallæus conatur, Sanctos Veteris Teſtamenti Patres in inferis non fuiſſe, ſed auctos fuiſſe beatitate ſtatim atque ex hac vita deceſſerunt; refellitque (ut quidem poteſt) iiſdem ipſis, quibus Cadonicus nititur, reſponſis argumenta Catholicorum *pag.* 550. *ſeqq.*

1 Theol. Elenchticæ *loc.* XIII. *Q.* XV. *&* XVI. *p.* 388. *ſeqq. P.* II. *edit. Genev. an.* 1701.

2 Theologiæ Dogmaticæ *tom.* II. *loco* VIII. *pag.* 717. *edit. an.* 1747. quo loco refelli ab ſe dicit *Romanam Eccleſiam*, ajentem, *Servatoris animam a corpore ſeparatam illico deſcendiſſe localiter ad inferos, ibique manſiſſe, quamdiu corpus ſepulcro fuit incluſum, & quidem eum in finem, ut Patrum Veteris Teſtamenti in limbo detentas animas liberaret*.

3 In Expoſitione ſymboli Apoſtolici juxta editionem Anglicanam quintam, *edit. Francfordienſis an.* 1691. *pag.* 424. » Alii, *inquit*, putabant, ᾅδην in Scripturis » numquam accipi pro loco quodam beatitudinis, neque adeo ipſis perſuaderi » poterat, ut crederent Patriarcharum, & Prophetarum animas delatas fuiſſe » in locum ejuſmodi infernum; ac per conſequens deſcenſum Chriſti ad infernum non factum eſſe ad Patriarchas, & Prophetas, quippe qui numquam ibi » fuerint »: *& Not.* » Auguſtinus primus in dubium evocavit rationem iſtam de» ſcenſus vulgo traditam, ut ſcilicet ex inferno reduceret Patriarchas, & Pro» phetas. *In Geneſ. lib.* XI. *cap.* XXXIII. *& epiſt.* LVII. » Satis, ut opinor, appa» ret, non eſſe quamdam partem, & quaſi membrum inferorum tantæ illius fe» licitatis ſinum. *Ep.* 99. » Jam vides Lector, ut, quod ſatis apparere, fretus Auguſtini teſtimoniis, Pearſonius dixerat, idem nunc Cadonicus probet, ac tueatur, iiſdem Auguſtini locis aliorſum, atque Auguſtinus voluerit, acceptis maxime cofidens? Quid? ſi precibus item Eccleſiæ iis, quas contorquet Mareſius, eique opinioni accommodare non dubitat, etiam Cadonicus, ejuſdem opinionis conſtabiliendæ cauſſa, abutatur? De momentis rationum, quæ & adhibet plerumque, & interdum etiam contra Faſſonium, quaſi tela quædam, jacere ſe arbitratur Cadonicus, nihil dico. Nam eſſe eadem ipſa fere vidimus, atque ea, quæ Cuchlinus Batavus in Hollandico Catechiſmo adverſus Catholicos immittere conatur. Itaque nihil eſt in Cadonicianis operibus, quod non acceptum a Proteſtantibus eſſe videatur.

4 In opere inſcripto *Tela ignea Satanæ*. *Edit. Altdorſianæ an.* 1681. *ad Carmen Memoriale Rabbi Lipmanni pag.* 191. *tom.* I. quo loco, ubi omnium Catholicorum de inferis, ſeu limbo, *qui eodem* recidit, pronunciatum commune rejecit; opinionem inde, Dalhamo, & Cadonico probatam, adverſus Catholicos ipſos Romanos defenſurus: » Sed nobis, *inquit*, qui Catholicorum Proteſtantium Eccle» ſiam conſtituimus, alia circa hæc ſententia. Potius arbitramur eos, qui ſub » ſtatu antiqui fœderis pietatem coluerunt, atque in Meſſiam venturum ſpem, » & fiduciam collocantes, propter hunc Dei miſericordiam vivi, morituri que » implorabant, expleto vivendi tempore, quoad meliorem ſui partem acturum » cæli hæredes factos eſſe, ut minime alia, quam QUALI NOS IN NOVO » TESTAMENTO FRUIMUR, IPSI CONDITIONE USI FUERINT: & *p.* 196. » Ex ſupradictis fluit, neceſſe eſſe, ut a NOBIS ALIENUM, ET ROMANÆ » ECCLESIÆ PROPRIUM DOGMA habeatur, Chriſtum ideo ad INFEROS

» DE-

Altdorfiana publici juris profeſſore; ab Antonio Reiſero Auguſtano [1] Comitum Herenloicorum in Cathedrali Ohringanenſi Eccleſiaſte in eo opere, quo ita ut Cadonicus agit, Auguſtinum ſeſe vindicare ſtatuiſſe jactat; a Daniele Chamiero [2] Delphinate Calviniano, a Daniele Tile-

» DESCENDISSE, ut ibi morantes, qui illius adventum anxie præſtolabantur, » Veteris Teſtamenti Patriarchas inde educeret. Catholici PROTESTANTES » non vocamus quidem Chriſti ad inferos deſcenſum in dubium, quem & Scri» pturæ teſtimonia, & ſymbolum Apoſtolicum ſatis comprobant, ſed eumdem » paulo aliter explicamus ». Diſtinguit mox deſcenſum Chriſti *Metaphoricum* ab *Reali*, ac » deſcenſus inferni realis, *inquit*, veruſque nobis eſt deſcenſus trium» phi, gloriæque, quo Chriſtus ſuperatis jam omnibus doloribus mortis, & in» ferni, ad ima tartara reapſe deſcendit, ibique captivam ducens captivitatem » (*non tamen educens SS. Patrum animas, quas in inferis negat fuiſſe*) » cæli terræ» que Dominum, & victorem diaboli, omniumque hoſtium infernalium ſe de» monſtravit ». Abutitur inde *pag.* 199 Wagenſeilius Auguſtini ex Epiſt. XCIX. ad Evodium, quo item Cadonicus abuti conſuevit, loco.

1 Eſt id opus inſcriptum: *S. Auguſtinus Epiſcopus in Africa Hipponenſis &c. contra Bellarminum, & alios Scriptores Papæos antiquos pariter, & recentiores vindicatus, ſtudio, & labore Antonii Reiſeri &c. Francofurti an.* 1678. Perinde Cadonicus opus primum hac de re ſuum *Vindicias Auguſtinianas* inſcribit, in eoque non quidem adverſus Auctores Papæos; ſed adverſus Scholaſticos Auguſtinum ab ſe vindicari teſtatur. In altero, atque etiam in tertio opere, quæ ille opera hac ipſa de re edidit, cauſam ſe Auguſtini adverſus Scholaſticos omnes Pearſonium Britannum *l. indic. pag.* 415. *not. u.* imitatus, & adverſus Bellarminum agere demonſtrat. Redeo ad Reiſerum. Jam in Epigraphe quam ei cum Cadonico conveniat, ſatis conſtat. In re autem, ut conveniat, mox videro. Interea animadverto, ab Reiſero in eodem quod modo indicavi opere, dici: *Auguſtinum veritatis Evangelico Catholicæ* (ſeu Proteſtantium) *in potioribus fidei controverſiis teſtem, & confeſſorem eſſe*. Controverſiæ vero ſecundæ ſuæ caput ſextum ab eodem Reiſero inſcribi: *De deſcenſu Chriſti ad inferos*. Qua ex re intelligitur, Reiſero auctore, *controverſiam* hac de re inter Catholicos, atque Proteſtantes eſſe, eamque *unam e potioribus*. Quod autem ad rem, cauſamque maxime pertinet, *p.* 78. Reiſerus Bellarminum aggreditur, qui contra *tertiam Articuli de deſcenſu Chriſti ad inferos* Proteſtantium *explicationem probandum aſſumſit, animas piorum ante Chriſti aſcenſionem non fuiſſe in cælo, idque Auguſtini auctoritate . . . affirmantis ſinum Abrahæ in inferno fuiſſe; quod examini*, inquit Reiſerus, *ſubjiciendum eſt, an vere ita Auguſtinus ſtatuerit, num ſecus*. Et *pag.* 79. Bellarmino ajenti, Auguſtinum alicubi videri quidem dubitaſſe, an ſinus Abrahæ in inferno eſſet; alibi tamen eum affirmare, in inferno fuiſſe: *eſpondet Reiſerus*: » Auguſtinum, etſi in poſte» riore loco videatur affirmare, ſinum Abrahæ in inferno fuiſſe; alibi tamen » non ambigere, ſed certo ſtatuere, non fuiſſe in inferno ». Atque dubitaſſe eum quidem videri *epiſt.* LVIII. & *lib.* XX. *de Civ. Dei cap.* XV. Sed certo contra ab eo ſtatui *epiſt.* XCIX. & *lib.* XII. *de Gen. ad litt. cap.* XXXIII. quibus quidem monumentis potiſſimum abuti Cadonicus etiam conſuevit.

2 *Panſtratiæ lib.* V. *cap.* III. *pag.* 148. *tom.* II. *edit. Genev. an.* 1716. *num.* X. quo loco, *quid ergo?* inquit, *aut quid negotii Catholicis* (Catholicorum ille nomine ſuos Proteſtantes vocat) *adverſus Papiſtas? Nimirum de re ipſa: ut dicamus, id quod fingunt, Chriſti animam deſcendiſſe localiter ad neſcio quas ſpecus ſubterraneas id eſt locum aliquem, in quo conſervarentur animæ piorum procul a Deo. Hoc inquam figmentum eſſe &c.* Idipſum tuetur Cadonicus adverſus *Scholaſticos*, ut ipſe dicit, ut autem eſt revera, adverſus Catholicos quoſque Romanos, ſeu adver-

ſus

Tileno [1], a Carolo Drelincurtio [2], a Luca Poucqueto Cadomenſi [3], a Weſſelio Groningenſi [4], ab Amando Polano a Polanſdorf [5], ab Johanne Rainoldo Britanno [6], ab Andrea Riveto [7], ab aliis denique, quorum nunc nomina recenſere non vacat; ſententias autem perſequi, multo minus vacat. Nunc ex Cadonico, ex Dalhamo, atque etiam ex Cagliola [8], neſcio quo, Syracuſio (qui Patre ſe, ac magi-

 ſtro

ſus Catholicam Eccleſiam. Confer etiam *lib. ejuſd.* v. *cap.* vi. *num* xi. *ſeq. p* 156. quo loco Chamierus ſtatuit, *limbum Papiſtarum* (Cadonicus habet *Scholaſticorum*) *abſurdiſſimo dogmate niti de Patribus ante ea tempora nonaum beatis*. Addit deinceps. *Mitto, quod alias diſputaturi ſumus, Patres non fuiſſe liberandos*. Et *lib.* xxv. *cap.* v. *num.* vii. *pag.* 1116. *Docent*, inquit, *Papiſtæ eos, quicumque fuere, ante Chriſtum, quantumvis fideles, cum ſeculum reliquerunt, tum corpore, tum anima fuiſſe intra terræ viſcera conditos, qua in ſepulcro, qua in inferno: & corporis quidem adhuc expectare reſurrectionem; ſed animo evectos eſſe in cælos demum a Chriſto reſurgente, qui eis longi terminus fuit exilii: interea intra terram fuiſſe in quiete quidem, ſed nulla luce, aut ullius gloriæ fruitione*. Atque ſic ille expoſuit Catholicorum Romanorum ſententiam. Mox *num.* ix. de ſuis Proteſtantibus agens: *At nos contra*, inquit, *habemus pro certo, uſos Patres privilegio redemtionis itidem ante Chriſti tempora, ut poſtea ſanctos Chriſtianos, expirantiumque animas recta deductas in cælum patriam ſuam* (id facile concedit Dalhamus Rabbinorum, quos ſequitur, auctoritate fretus) *ubi* FRUERENTUR PLENE SUA LUCE, *ideſt* VISIONE DEI. En Cadonicianum dogma ut proprium Calvinianorum habitum a Chamiero, ab eoque oppoſitum Romanæ, Catholicæ, Apoſtolicæque Eccleſiæ. Idem Chamierus *cap.* vi. *pag.* 1116. *Pro certo*, inquit, *habent Papiſtæ profectum* (animæ) *Chriſti ad horum Patrum animas in limbum*. Objicit inde ſibi Chamierus *cap.* vii. & viii. Scripturarum Veteris, & Novi Teſtamenti loca, quibus Catholici ſententiam Eccleſiarum ſuarum tuentur, ut quidem ſibi eadem Cadonicus objicit; quæ quidem loca ita fere contorquentur a Chamiero ipſo, ut ſunt fere contorta, atque implicata ab Cadonico. Confidit inde Chamierus *cap.* ix. *pag.* 1129. & *cap.* x. *pag.* 1131. Auguſtini Epiſtola 99. aliiſque locis, quibus item maxime confidit Cadonicus. Poſtremo rationum momentis iiſdem omnino Proteſtantium illud dogma *cap.* xi. *pag.* 1132. *ſeqq.* confirmare Chamierus ſtudet, quibus idem ipſum confirmare conatur Cadonicus.

1 Daniel Tilenus Sileſius *in diſput. Roberti Bellarmini de Controverſia ſecunda Fidei Chriſtianæ. Edit. Sedanen. an.* 1619. *lib.* iv. *cap.* xiii. *ſeq. pag.* 280. *ſeqq.*

2 *Dialogue ſur la deſcente de Jeſus Chriſt aux enfers contre les Miſſionaires: a Geneve* 1664. *pag.* 473. Is ejus ipſius opinionis, quam Proteſtantium eſſe ait, adſerendæ cauſſa (quam modo Cadonicus invehere in Eccleſiam conatur) iiſdem argumentis nititur, quibus abuti Cadonicus conſuevit.

3 *Diſputat. de Commentitiis peccati pœnis, quæ eſt de limbo Patrum* §. viii. *ſeqq. pag.* 383. *tom.* II. *Theſauri Diſputationum Theologicarum in Sedanenſi Academia variis temporibus habitarum edit. Genev. an.* 1661.

4 *De Purgatorio pag.* 848. *ſeq.* Cujuſnam editionis id opus Weſſelianum ſit, ex Epigraphe intelligere non potui. Caret enim epigraphe exemplum, quo utor.

5 *Syntagm. Theolog. lib.* vi. *cap.* xxi. *pag.* 1330. *ſeq. edit. Hanov. an.* 1624.

6 In Cenſura *Apocryphor. Prælect.* lxxvii. *pag.* 939.

7 Rivetus *Controv. Tract.* II. *queſt.* 42.

8 In libello trium Theſium lineis viginti novem comprehenſarum, cujus libelli hæc eſt inſcriptio: *De Deo viſibili Scholaſtico dogmatico-criticas propoſitiones &c. publico exponit examini D. Joſeph Bugliarello Auguſtanenſis inter Epiſco-*

pii

ſtro gloriari Auguſtino ſcribit) ſciſcitor, eam ne doctrinam, quam recentiores Pſeudo-Eccleſiæ Lutheranorum, Calvinianorumque profitentur, eſſeque Eccleſiæ Romanæ inimicam pugnant, eodem recidere, atque ſuam concedant? Concedent profecto. Nam quo tandem modo rem tam claram, tamque evidentem negent? Etenim, ut ille ajebat: *Ficui, per Cererem, ficus nulla umquam tam ſimilis fuit,*

Σύκῳ, μὰ τὴν Δήμητρα, σῦκον οὐδὲ ἓν
Οὕτω ὅμοιον γέγονεν.

Attendant modo quorſum hæc eorum evadat ratio. Jam Eccleſiæ quæque Catholicæ, quibus eſt cum Apoſtolica Sede communionis conſociatio, Sanctorum Veteris Teſtamenti animas, non ante fuiſſe beatas aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet; ſed eas in inferis, quos limbum vocant [1], ad mortem uſque Servatoris ejuſdem Chriſti conſtitiſſe; idque eſſe & myſterium habendum, & credendum orthodoxo cuique, ductæ certe Scripturarum, & Traditionis auctoritate docent. Labi vero Eccleſiæ Catholicæ omnes, aut decipere quemquam non poſſunt. Nam omnes Eccleſiam unam conſtituunt, quæ eſt columna, atque firmamentum veri. Laberentur autem ipſæ, ſuoſque in errorem inducerent, ſi quid umquam a Scripturarum, Traditioniſque veritate diſcrepans docerent. In hac parte hæc ſunt. Videant, quæ ſint in alte-

pii ſtudioſos vice princeps, Cathedram moderante Proſpero Cagliola S. T. M. Syracuſis 1761. Theſi 2. quæ eſt hujuſmodi. *Sancti Parentis Auguſtini ſententiam de animabus plene purgatis Veteris Teſtamenti, quibus non fuit dilata intuitiva viſio Dei uſque ad Chriſti deſcenſum ad inferos, tanti Doctoris auctoritate firmatam, nimis probabilem judicamus, atque adeo tuto deſendi poſſe cenſemus.*

1 *Inferiores partes terræ*, in quas Chriſtus deſcendit, liberandorum Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum cauſſa, ubi ubi inferorum ſunt, *limbus* a nobis Catholicis appellantur, etſi invito Cadonico novitatem vocabuli reſpuente. Vide ſupra *pag* 257 *not.* 1. Jam unde ſit appellatio LIMBI ducta, ne Proteſtantes quidem præterit. Rainoldus in Cenſura Apocryphorum *Prælect.* LXXIX. *pag.* 919. » Dicitur, *inquit*, metaphora a limbo ducta, quoniam extremitas veſtis, ſive » faſcia, quæ ambit partem extremam veſtis, appellatur limbus ».

Sidoniam picto clamydem circumdata limbo.

» Unde ſuperiorem partem, & extremitatem ipſius inferni, vocant limbum in» ferni ». His aſſentitur Wagenſeilius *pag.* 193. operis inſcripti *Tela Ignea Satanæ tom.* 1. *edit. Altdorſianæ an.* 1681.

Digitized by Google

altera. Genevenſis Calvinianorum cœtus, Hollandicæ præterea, ac Veſtfriſiacæ, Britannicæ quoque, atque aliquot etiam Germanicæ, & quæ in Galliis erant Pſeudo-Reformatorum turbæ (nam eas Eccleſiarum numquam dignabor nomine) hoc ſe adverſus Eccleſiam Romanam Catholicam, atque Apoſtolicam pugnare vociferantur: Sanctorum Veteris Teſtamenti animas nec ereptas ex inferis beneficio Servatoris Chriſti, qui eo deſcenderit, neque in ullum inferorum locum immiſſas umquam fuiſſe (nam de inferis illis, quibus Catholici limbi nomen indiderint, quidquid eſt, id totum eſſe inane ac commenticium) ſed animas eaſdem Veteris Teſtamenti Patrum, ſtatim atque ſuis corporibus ſolutæ fuerunt, frui beatitate illa cœpiſſe, quæ in viſione conſiſtit Dei. Ejus rei confirmandæ cauſſa, Auguſtini quibuſdam locis, precum etiam aliquot formulis, momentiſque rationum, ut putant, theologicarum abutuntur, quibus ab ſe Catholicorum ſententiam debilitatam, atque ſuperatam eſſe gloriantur. Rogo utri parti Cadonicus, Dalhamus, & Cagliola trium theſium lineis vigintinovem comprehenſarum Auctor ſtudeant? Priori ne? Minime vero. Contra enim nituntur quam poſſunt maxime, ut eorum libri, opuſcula, theſes demonſtrant. Non ergo Eccleſiis Catholicis aſſentiuntur. Sic eſt. Sequuntur igitur turbarum ſeu Pſeudo-Eccleſiarum Proteſtantium inane dogma. Res ipſa clamat. Et id quiſquam æquo nobis animo ferendum dicet? Atque hoc quidem Cadonicus, Cadonicianarumque partium ſtudioſi agunt: Auguſtino (qui tantum Eccleſiæ tribuere ſoleret) Eccleſiæque ipſi ſumma injuria conflata, eadem illa tanti Doctoris teſtimonia, eaſdemque formulas precum (contra atque ab Catholicis omnibus [1] intelligantur, & vero intelligi debeant) inanes Proteſtantium interpretationes ſequuti rapiunt

[1] Quemadmodum Auguſtini loca interpretentur Catholici, alio loco dum tempus monuerit, demonſtrabitur.

rapiunt in pejorem partem, momentiſque iiſdem rationum confiſi, verbo quidem Scholaſticos, re autem vera cœtus omnes orthodoxorum fractos ab ſe, victoſque eſſe arbitrantur. Itaque nihil in Cadoniciano ſyſtemate eſt, quod non ánte commenti Proteſtantes fuerint, ac modo ſentiant, & contra Romanæ Eccleſiæ auctoritatem tueantur tam multi, tamque frequentes cœtus hæreticorum. Itaque Cadonicus ne eam quidem tenere poteſt vanam, falſamque gloriam, ut *ασυςάτου*, inanis, abſurdi etiam dogmatis inventor habeatur.

At negabit, ſeſe ab hæreticis accepiſſe. Quid igitur? An accepit ab Catholicis? Negabit hoc item, ſi ſapiet. Nam horum neque nominat ullum, a quo acceperit; neque ullum habet, quem nominet. Meminit quidem Fevardentii, ſed falſo [1]. Quamquam hujus etiam opera, non ante fuiſſe ab ſe lecta indicet, quam primus Vindiciarum, itemque alter Dialogorum ab ſe perſcriptus, edituſque liber fuiſſet. Ita metuit, nequid umquam ab aliis didiciſſe videatur. At enim ſequutum ſe Auguſtinum auctorem, ac ducem ſcribit. Quaſi vero in eamdem ſententiam Proteſtantes non ſcripſerint, neque teſtati ſint, eodem ſe Auguſtino uti, atque gloriari duce. At hos Cadonicus non legit. Caveat, ne perſuadere aliis non queat. Equidem, quod ad me attinet, non laboro. Ei namque etiam non dicenti, nihil tale ſe in Proteſtantium libris legiſſe, facile crederem, ſicut mali ædificii domino glorianti, ſe architectum non habuiſſe. Sed hinc ille quærere legitimam excuſationem non poteſt. Antequam enim ad ſcribendum ſe contuliſſet, noſſe debuerat, quid hæretici contra Catholicos ſtatuant, ut ne ſe periculo errandi committeret, imprudenſque ſententiam communem orthodoxorum oppugnans, inventis, dogmatibuſque heterodoxorum aſſentiretur.

§. XII.

1 Vide *pag.* 88. *hujus operis not.* 1.

§. XII.

Niſi Cadonicianarum partium ſtudioſi documentis, quibus uſi ſumus, ſtandum omnino eſſe concesſerint, neceſſe erit, ut ab Auguſtino contra Pelagianos ſcribente diſſideant.

I. Jam oppoſita Cadoniciano dogmati Sedis Apoſtolicæ, ſeu Bened. XII. Conſtitutio eſt, qua ſatis perſpicue definitur, PP. Veteris Teſtamenti, non ante fuiſſe beatos viſione Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet. Quid vero ei objicere poterunt ſtudioſi partium Cadonicianarum? An ejus non eſſe habendam rationem dicent? Qui poterunt autem ii, qui ſe Auguſtinum magiſtrum ſequi gloriantur? Non enim eos fugit, quam is Doctor decretis Pontificum Maximorum eſſe omnino ſtandum, teſtatus ſit [1]. Expecto de ea quid ſint deinceps dicturi. Nam ejus hactenus neque ab Cadonico, neque ab ullo, qui partes ſit Cadonicianas ſequutus, factam fuiſſe video mentionem. Eam vero lectam ab illorum nemine fuiſſe, qui credam, cum ab Scholaſticis, quos inſectantur, tam ſæpe laudata fuerit in ea, quam de ſententia Johannis XXII. Pont.Max. inſtituunt, diſputatione? Cur vero ejus mentionem prætermittendam putarint, ipſi viderint. Hoc ſcio: idcirco, Cadonicum dicere, liberum ſibi eſſe

1 S. *Aug. ſerm.* cxxxi. *cap.* x. *tom.* v. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. *pag.* 449. » A » Sede, *inquit*, Apoſtolica reſcripta venerunt; CAUSSA FINITA EST: utinam » aliquando finiatur error ». Idem *epiſt.* cxciv. *ad Sixtum Presbyterum Eccl. Romana cap.* 1. *num.* 11. *pag.* 545. *tom.* 11. quæ quidem Epiſtola ſcripta a S. Antiſtite fuit poſt damnatas a Zoſimo Pont Max Pelagianorum impietates: » Sunt qui» dam, *inquit*, qui juſtiſſime DAMNATAS impietates adhuc liberius defen» dendas putant; & ſunt, qui occultius penetrant domos, & quod in aperto jam » clamare metuunt, in ſecreto ſeminare non quieſcunt; ſunt autem qui omnino » ſiluerunt magno timore compreſſi; ſed adhuc corde retinent, quod ore jam » proferre non audent, qui tamen eſſe poſſunt fratribus ex priore ipſius dogmatis » defenſione notiſſimi. Proinde alii ſeverius coercendi; alii vigilantius veſti» gandi; alii tractandi quidem lenius, ſed non ſegnius ſunt docendi, ut ſi non » timentur ne perdant, non tamen negligantur, ne pereant ». Hæc ille adverſus eos ſervanda docet, qui doctrinæ ab Sede Apoſtolica conſtitutæ aut refragati fuiſſent antea quam conſtituta eſſet, aut refragari pergerent.

Digitized by Google

eſſe tueri, quod ab Synodo œcumenica Florentina definitum non ſit. Qua ex re ſuſpicari quis poterit, non æque eum curare, quid fuerit ante a Benedicto XII. conſtitutum. Quod ſi ita eſt, haud dignum certe Chriſtiano eſt, præſertim de Conſtitutione agenti, cui orbis Catholicus univerſus paruerit.

Præter Conſtitutionem Benedicti XII. Synodos plus cccxx. quarum plures Provinciales fuerint, aliquæ etiam Regionales, numeravi, quibus Epiſcopi fere totius Chriſtiani orbis ſubſcribendo aſſenſi ſunt. Catechiſmos etiam attuli permultos Sedis Apoſtolicæ, Epiſcoporumque Catholicorum juſſu ſcriptos, publicatos, populiſque ad diſcendum propoſitos, in quibus eſt, quod de Patribus Veteris Teſtamenti ſcribimus, poſitum in numero dogmatum a quoque Catholico credendorum. Quid, rogo, his objiciet Cadonicus? Hos credo, Præſules ab ſe victos Auguſtini auctoritate, non dicet? Quod ſi dicet, Julianum imitatus, irato certe Auguſtino, dicet. Nam is Doctor poſt ubi non tam multorum, quam ſunt ii, quorum ego Synodos commemoravi, ſed aliquorum Epiſcoporum, qui Eccleſiarum communem ſententiam confirmarant, mentionem fecit; Julianum tandem eidem ſententiæ repugnantem, inaneſque, ut hi quidem ſolent, triumphos agentem reprehendens: „ Ipſe, *inquit*, tibi das palmam contra tot Antiſtites Dei, qui ante nos, ea quæ oppugnas in Eccleſia Chriſti didicerunt, atque docuerunt, „ bibentes, & miniſtrantes de fontibus Iſrael. Hoc ergo, quod facis, non eſt victoriæ poſſeſſione cluere, „ ſed in odioſæ arrogantiæ cloacam deformiter fluere. „ Cluere quippe pollere eſt. Quomodo autem potes „ victoriæ poſſeſſione pollere, qui conaris Catholica dogmata antiqua, & invicta polluere [2] „?

Series

1 Perpaucorum eo in libro, atque etiam in ſuperiore meminit, qui aut ſuo tempore, aut non plus duobus ſeculis ante id tempus, quo ipſe ſcribebat, vixerant. Ego vero innumerabilium pene memini.

2 *Lib.* II. *operis imperfecti contra Julianum cap.* XII. *pag.* 719. *tom.* X. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

Digitized by Google

SERIES LOCORUM

CATECHESEON ORTHODOXARUM

Quæ quidem loca, ea qua primum præſcripta fuere Lingua, in extremum hoc Caput nos eſſe rejecturos promiſimus.

Catech. Bohemici locus a nobis indicatus pag. 343. bujus Operis.

℣. Oznam my paty Clanek Wiry.

℟. Paty Clanek Wyry geſt tento: Zſtaupyl do pekel / třetiho dne wſtal zmrtwych.

℣. Mužely ten Clanek Wiry Piſmem S.tym ſtareho Zakona potwrzen byti?

℟. Owſſem; nebo di Ozeaſs Prorok w. 13. Kap. v. 14. Oſmrti! budu ſmrt twa.

℣. Co wſobě obſahuge tento Clanek Wyry?

℟. Obſahuge to: abychom wěřzily / že Neyſwětlegſſy Duſſe Kryſta Pana po ſmrti Spaſytele naſſeho do pekel geſt zſtaupyla / kdežto tak dlauho trwala / gak dlauho Sto. Tělo w hrobě odpočiwalo; anobrž oſobně ſam Kryſtus Pan do pekel geſt zſtaupyl / poněwadž podle Božſtwy ſe od Duſſe a Těla ſweho neodděly l.

℣. Gakym ſpuſobem Kryſtus Pan geſt do pekel zſtaupyl?

℟. Kryſtus Pan ſam mocy / slawau / a gaſnoſti ſwau račil geſt zſtaupyti / bez negake gynſſy pomocy: kterižto y hned temny Zalař Otcu Swatych ſwau přitomnoſti tak okraſslyl / že w roſkoſſny Raq geſt geq proměnil / nebo onomu kagycymu na Křiži Lotru přiwowediel řka: Dnes budeſs ſemnau w Ragy.

℣. Kam a neb do ktereho Pekla zſtaupyl?

℟. Zſtaupyl geſt do Miſta temneho / genž ſe Před-pekly nazywa / w kterym Swatj Otcowe pozuſtawaly / z ktereho gak ge neyprwe wywedl / y hned ten Zalaře zruſſyl y zkazyl.

℣. Oznam my Spuſob podzemniho Zalařze a neb Wězeni.

℟. Wěřzitj mame / že čtwernaſobny Zalařza neb Wězeni pod Zemy ſe wynachazy. Předně w proſtřzedku? Zemie geſt gedno Wězeni / ktere ſe Peklo nazywa / kdežto Duſſe pro hřzich ſmrtedlny ſpachany / a nekagycy na Wěky ſe trapytj muſy. Druhe geſt myſto nadtim Peklem / w kterem Duſſe / ačkoly bez ſmrtedlneho hřzichu z toho

Swěta ſeſſly / wſſak že zadoſti na tomto Swětě za hřjchy ſwé neučinily / muſy čaſnau pokuťu za ně na negaký čas tam wyſtatj: a to myſto gmenuge ſe Očiſtec. Třetj Myſto geſt wenß nad Očiſtcem / kdežto Duſſe Djtek / které Swatoſti Křjſtu Swatého na tomto Swětě nedoſſly / a tak umřjely / ſe doſta wagj. Čtwrtý Zalařj a neb gynak Předpekly geſt nam neybližſſy / w kteremžto Swatj Otcowe bydleli / kdežto mnoho tiſyc Let očekawaly Wykaupenj a Nawſſtjwenj Spaſytele Naſſého Kryſta Gežjſſe.

V. Takily gſau tam negaké Muky a trapenj Sw. Otcowe w tom Žalařj trpěly?

R. W tom Žalařj Swatj Otcowe / ačkoly cytedlné Muky / gako w Pekle / neb w Očiſtcy gſau neſnaſſely / ani netrpěly / nicméně předce podle Duſſe a Myſle welyké trapenj měly / pokudž ge Pan a Spaſytel Naß Kryſtus Gežjß po ſmrti ſwé newynnic neráčil wywedſtj a wyſwoboditi.

Catech. Hungarici locus indicatus a nobis, pag. 343.

1. ITT a' Poklokon, az újéttok kö'zü'l némellyek, a' koporſot értik; Mint-ha Urunk Kriſtus, a' maga tulajdon koporſójából Szabadéttotta-volna-ki az alatt zſellyérkedő' Szent Atyák Lelkeit! Maga pedig CALVINUS, az irás-ellen, Szem-telenü'l fabulának állèttya, és gyermekes Szo-fia beſzédnek, hogy üdvö'zéttő'nk Lelke poklok-ra ſzállatt volna-alá a' jó Lelkek ki-ſzabadéttáſáért.

2. Mi ü'dvö'ſſégesben az iráſſal, és az egéſz Szent Atyákkal azt hiſzſzü'k, hogy, holta-után, Jeſuſnak ſzent lelke ala'-ſzállot valoſágoſſan poklokra; és valameddig a' koporſoban feküt't meg-Iſteneſéttetett Szent Teſte, mind-addig ott múlatott. Hova'-is, tulajdon maga Iſteni erejével ſzállatt-ala'; nem, mint a' koporſoban, a' hová máſok tették vala ſzent teſtét.

3. Azt kell pedig nékü'nk igaz kereſztényeknek, itt eſzü'nkbe vennü'nk, hogy, keſzdettő'lfogva, moſtanſágig, a' K. K. A. Szent-egy-ház négy kü'lö'mbö'zö' helyet allètt a' fö'ld gyomrában: Egyik, a' pokol tö'mlö'cze; mellyben ö'rö'kö'ſſen zárattatnak a' halálos vètekért el-kárhozott Lelkek. Ezt-is, gyermekes eſzeskedéſnek mondgya CALVINUS; és eſak képezéſnek, vagy-is példának. LUTHER pedig (hogy elébbi tévelygéſét igaznak, s-helyeſnek fitogathaſſa) még azt is tagadgya, hogy az ö'rdö'gö'k pokolban volnának. Máſik:

4. A' melly helyen, az aprolékos vétkekért, és fogyathozáſokért (még egy fillyérig megnem fizetnek,) ideig tartatnak a' jó lelkek; mig tellyeſſéggel meg-nem tiſztúlnak: és ezt, Purgatoriumnak nevezzü'k; mellyrü'l alább ſzóllúnk bö'vebben.

5. A'

5. A' harmadik : holott, a' Kereſztſég - nélkú'l meg - holtt kiſdedek lelkei vannak. A' negyedik pedig, a' hová ala - ſzállott vala ú'dvó'zéttó'nknek Szent Lelke; a' fogſágban tartatott Atyáknak, ú'dvó'zéttendó' Lelkekért; és ezt kó'zó'nſégeſſen Limbuſnak hijúk. Mellyról Szólla P. ZACHARIAS c. 9. *Te - is , a' te teſtamentomodnak vére által ki - bocſátottad a' te foglyaidat a' verembó'l* . Ezt Szent Pál A. néha fóld gyomrának nevezi ; néha abyſſúſnak , mélyſéges helynek . Saent Máté fó'ld Szivének , az - az , fó'ld kó'zepinek ; SZENT LUKA'CS EVANGELISTA pedig, Pokolnak.

6. Ki - ſzabadétván azért Urunk Kriſtus , Sok Keſergéſek , és Sohajtálok - után a' Szent Atyák Lelkeit, mellyek az eredendó' vétekért , oda - alá fogſágba tartattanak ; harmad - napon , tulajdon Iſteni erejével (a' mint eléve meg - mondotta vala) dicſó'ſſégeſſen fel - támadott : és igy mutatta - meg , hogy Ura, és Iſtene a' halálnak, s - diadalmas meg - gyó'zó'je az etó's pitvaros fegyvereſnek. Elébb pedig , nem - akara fel - támadni , ne - talám tévelygéſſel az mondatnék - feló'le, hogy, valoſágoſſan meg - nem hólt.

7. De, ſokára - is, nem akarta hallaſztani, hogy a' Kedves Tanétványok &c. Sokáig kételkedéſſel, talám kétſégben - eſéſſel - is, ne keſeregjenek , s - más - kú'ló'mben vélekedvén meg - oſzollyanak &c.

8. Miért akart pedig, halottaibol fel - támadni ? Reſp. 1. hogy ezzel Iſten ſégét meg mútaſſa ; mert noha meg - feſzéttetett (úgy mond Szent Pál) az eró'telenſégbol , az - az , mellyet fel - válalt az emberi gyarloſággal ; *vivit tamen ex virtute Dei* ; él mind - az - által Iſteni eréjébó'l. Reſp. 2. hogy, a' mi hitú'nket ezzel meg eró'ſétſe, I. COR. 15. Reſp. 3. hogy, jó reményſégú'nk légyen, az idvó'ſſéges fel - támodás - hoz ; és kiváltképpen - valo vigaſztaláſú'nk halálunknak oráján.

Barſalibi locus Syriace a nobis indicatus pag. 353. not. 1.

[illegible]

ܘܟܠܗܘܢ ܢܦ̈ܫܬܐ ܕܩ̈ܕܝܫܐ ܕܒܫܝܘܠ: ܕܚܙܘ ܘܐܬܦܨܝܘ ܐܝܟ̈ ܡܢ
ܫܡܘܐܝܠ ܘܐܠܝܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܥܡ ܢܦܫܗ
ܘܟܒܫܗ ܠܗ ܠܡܘܬܐ ܘܢܦܩ ܡܢܗ ܙܟܝ ܀

Catech. Arabici locus indicatus a nobis pag. 353. not. 2.

انا اومن ان يسوع المسيح هبط بالنفس حين مات
الى الجحيم الى المكان الذى كانوا الابا القديسين
محبوسون فيه وفى اليوم الثالث الذى كان يوم
الاحد قام من الاموات بمجد وغلبه عظيمه ۞

Catech. Mel bit. Arab. locus indicatus a nobis hujus Operis p. 353.

نزلت الى الجحيم لتخلص انفس الابا القديسين
المحبوسين هناك تحت تبعة الخطيه ورقد ۞

Catech. Syriac. indicatus a nobis pag. 353.

ܐܢܐ ܐܘܡܢ ܐܢ ܝܣܘܥ ܐܠܡܣܝܚ ܗܒܛ ܒܐܠܢܦܣ ܚܝܢ ܡܐܬ
ܐܠܝ ܐܠܓܚܝܡ ܐܠܝ ܐܠܡܟܐܢ ܐܠܕܝ ܟܐܢܘܐ ܐܠܐܒܐ
ܐܠܩܕܝܣܝܢ ܡܚܒܘܣܝܢ ܦܝܗ ܘܦܝ ܐܠܝܘܡ ܐܠܬܐܠܬ ܐܠܕܝ ܟܐܢ ܝܘܡ
ܐܠܐܚܕ ܩܐܡ ܡܢ ܐܠܐܡܘܐܬ ܒܡܓܕ ܘܓܠܒܗ ܥܛܝܡܗ.

Catech. Caldaic. l. a nobis indicatus pag. 354. n. 2.

ܐܢܐ ܡܗܝܡܢ ܡܗܝܡܢܢܐ ܕܦܓܪܐ ܗܘ ܢܚܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܒܫܝܘܠ ܕܠܘܬܗܘܢ ܕܢܦ̈ܫܬܐ ܡܢ ܩ̈ܕܝܫܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܗܝܡܢܝܢ
ܘܡܩܒܠܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܥܬܝܕ ܕܢܐܬܐ
ܕܢܦܩ ܥܡܗܘܢ ܕܢܦܫܗ ܐܬܚܕܬ ܒܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܕܢܚܐ
ܥܠ ܕܝܠܗ

Catech. Armenic. indicatus a nobis pag.355.

Հարցումն.

Մեկնեա՛ ինձ, թէ զի՞նչ նշանակէ ասելդ, ՚ի համա_ ռամքին ըղձաքելոյ. Է Ը ՚ԻՂ-Ծ-ՈՒԽՍ.

Պատասխանի.

Ըստ մեռանելոյն ք՞ի որդւոյն ա՛յ և տ՛ն մերոյ ամենասու՞րբ բանական հոգին իւր բաժանեցաւ ՚ի մար_ մնոյն՝ միայնոյ անբաժանելի յա՛ծութէն, և էջ ՚ի դժոխս. այսինքն է ՚ի լիմպոս հարցն ո՞րք՝ վասն ազատելոյ զհոգիս նց՛ ՚ի խաւարային բանտէն յայնմանէ, առ ՚ի փառաւորել զնոսա տեսութե՛ ուշնութե՛ իւրոյ.

Catech. Georg. ſeu Iberic. indicatus a nobis pag.355.n.1.

მღ: რაჟამს იესო- ქრისტე მო-კუდა, ჩ მისი წმიდა ჴო-რცი დაემარხა, მაშინ სული მისი სად წავიდა.

ერ: ჯო-ჯო-ხეთში ჩავიდა გაუყრელის ღ̃თაე-ბითა.

მღ: რიცო-მ ჩავიდა ჯო-ჯო-ხეთში?

ერ: მამათმთავართა, წინასწარმეტყუელთა, და სხუათაცა მრავალთა წმიდათა სულებთა დასაჴსნელად, რო-მელნი იმ ალაგში დაბმულ-ნი იყუნენ ტყუეთა.

Catech.

Catech. Malabar. a nobis indic. pag. 356. not. 1. hujus Operis.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Catech.

Catech. Tunkin. indicatus ſupra pag. 357. bujus Operis.

Hói : Khi đức Chúa Ieſu chịu chết, linh hồn lià xác đoạn, thì đi đâu?

Thưa : Xúông địa ngục.

Hói : Linh hồn đức Chúa Ieſu xúông địa ngục, làm đí gì đéy?

Thưa : Linh hồn đức Chúa Ieſu xúông địa ngục, rứơc lếy linh hồn các thánh phải giam càm đéy, cho được Khỏi, và an ủy, cũ thưởng cho các thánh ấy được xem thêy tình đức Chúa blời ba ngôi tỏ tườ, cừ hưở phúc vui vé phần hồn băng ở trên thiên đàng vậy.

Catech. Ruthenic. locus indicatus pag. 357. bujus operis.

Ꙗкаѧ єстъ часть пѧтаѧ Сѷмвола?
Ѿвѣтъ.

Пѧ́таѧ часть єстъ та́ѧ: въскре́сшаго въ тре́тїй де́нь попѣса́нїихъ. Кото́раѧ насъ наꙋча́етъ, абы́смо вѣ́рили, же Гдь на́ш Їсъ Хсъ, три̇ дни̇ ле́жачи въ Гро́бѣ вста́лъ з̇ мертвыхъ, своѐю Властїю, ꙗкоже самъ Глетъ: Ѿцъ мѧлюбитъ, ꙗко азъ дшꙋ мою полага́ю, да па́ки прїимꙋ ю, никто́же во́зметъ ю ѿ мене̇, но азъ полага̀ю ю ѡ себѣ, ѡвласть имамъ положи́ти ю, и ѡвластъ имамъ паки при́ѧти ю. Треба тржбѣ́дати же тылко Тѣ́ло Гда нашзго Їса Ха, было̀ въ Гро́бѣ презъ три̇ дни а дꙋша встꙋпила на той часъ до пекла, абы ꙋбоанѣ́ла стыхъ ѿцевъ з ѿхла́ни, в кото́рой были затрима́ныи.

Lib.

Lib. Rit. Coptic. cuius locus indicatus, pag. 358 hujus Operis not. 1.

Ⲛ ⲑⲟϥ ⲟⲛ ⲫⲏⲉⲧⲁϥϣⲉⲛⲁϥ ⲉ̀ ⲛⲓ ⲙⲁ ⲉⲧ-
ⲥⲁⲡⲉⲥⲏⲧ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩⲓ.

Ⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲛⲟⲩⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲁⲙⲉⲛϯ ⲁⲩⲛⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟϥ
ⲁⲩⲉⲣϩⲟϯ: ⲁϥⲧⲁⲕⲟ ⲛ̀ⲛⲓⲛⲁⲕϩⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲫⲙⲟⲩ.
ⲙ̀ⲡⲟⲩϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲛ̀ⲁⲙⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ.

Ⲁϥϭⲟⲙϭⲉⲙ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲡⲩⲗⲏ ⲛ̀ϩⲟⲙⲧ.
ⲁϥⲕⲱϣ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲙⲟⲭⲗⲟⲥ ⲙ̀ⲃⲉⲛⲓⲡⲓ.
ⲁϥⲓⲛⲓ ⲛ̀ⲛⲉϥⲥⲱⲧⲡ ⲉ̀ⲃⲟⲗϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲟⲩⲛⲟϥ
ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲑⲉⲗⲏⲗ. Ⲁϥⲟ̀ⲗⲟⲩ ⲉ̀ⲡϭⲓⲥⲓ ⲛⲉⲙⲁϥ:
ⲉ̀ϧⲟⲩⲛ ⲉ̀ⲛⲉϥⲙⲁ ⲛ̀ⲉⲙⲧⲟⲛ: ⲁϥⲛⲁϩⲙⲟⲩ ⲉⲑ-
ⲃⲉ ⲡⲉϥⲣⲁⲛ: ⲁϥⲟⲩⲱⲛϩ ⲛ̀ⲧⲉϥϫⲟⲙ ⲉ̀ⲃⲟⲗ.

Liturg. Æthiopic. locus indic. pag. 358. hujus Operis not. 2.

ንእምን ፡ ንሕነኒ ፡ ከመ ፡ ወልደ ፡ እግዚአብሔር ፡ ተሰብአ ፡
ወሞተ ፡ በእንቲአነ ፡ ወረደ ፡ ውስተ ፡ ሲኦል ፡ ከመ ፡ ያግእዝ ፡
ነፍሰ ፡ ጻድቃኒሁ ፡ በከመ ፡ ይቤ ፡ ቅዱስ ፡ ጴጥሮስ ፡ ሊቀ ፡
ሐዋርያት ፡ ወሐረ ፡ ኀበ ፡ እለ ፡ ሙቁሕታተ ፡ ትነብር ፡ ነፍሶሙ ፡
ለዓለመ ፡ ዓለም ፡ ሎቱ ፡ ስብሐት ፡ ወክብር ፡ አሜን ፡ ወአሜን ፡
ለይኩን ፡ ለይኩን ፡ ዛልፈ ፡

Catechismi Syr. & Arab. locus indic. pag. 364. not. 2. & pag. 502. sq.

ܐܠܣܘܐܠ. ܐܝ ܫܝ ܡܥܢܝ ܟܠܡܗ ܗܘܐ ܐܠܫܡܣ ܐܠܟܐܗܢ. -
ܐܠܓܘܐܒ. ܗ̈ܘ: ܡܥܢܐܗ ܡܟܪܝܠ ܫܡܫܐ ܐܠܡܩܕܣ ܐܠܒܝ
ܡܟܠܐ ܡܥܢܐܗ ܡܢ ܚܝܢ ܐܠܐܡܘܪ ܒܐܠܠ ܒܥܡܠܗ ܐܠܡܩܕܣܗ
ܐܠܝ ܐܠܐܫܟܐܠ ܐܝ ܐܠܝ ܡܟܐܢ ܐܠܐܚܕ ܐܠܡܩܕܣܝܢ
ܘܟܠܗ ܡܢ ܓܡܝܥ ܐܠܐܡܘܪ ܒܟܠܗܐ ܐܠܐܢܒܝܐ ܐܠܡܩܕܣܝܢ
ܦܗܘ ܗܘ ܐܠܫܡܣ ܐܠܟܐܗܢ ܟܡܐ ܡܟܬܘܒ ܒܟܬܐܒ ܐܠܠܗ
ܐܠܡܩܕܣ ܒܟܠܗ ܡܢ ܒܥܕܗ ܐܠܡܩܕܣܗ ܠܗ ܀

CAPUT IV.

I. Quid de monumentis deſcriptis capite ſuperiore excipiendum Cadoniciani putent, qui tamen inſigniter falluntur. II. Quam ſit vetus, utque per Apoſtolos traducta ad nos uſque fuerit, de animabus Sanctorum Vet. Teſtamenti a Chriſto vindicatis in libertatem ſententia. III. Quam hæc late patuerit jam uſque a primordiis Scholaſticorum. IV. Quinam hi ſint Scholaſtici. V. Qua exiſtimatione, auctoritateque præſtent. VI. Utque communis horum de Sanctis Veteris Teſtamenti tum primum beatis aſpectu Dei cum Chriſtus ad inferos deſcendit doctrina Eccleſiæ, univerſæ doctrina ſit.

SED de Eccleſiis omnibus ubique gentium conſtitutis, atque eam credentibus, docentibuſque ſententiam, quam nos tuemur, de Patribus Veteris Teſtamenti exemptis ex inferis, auctiſque beatitate, quæ conſiſtit in intuitiva viſione Dei, multis eſt a me diſputatum capite ſuperiore. Sequitur, ut videam, ecquid ſtudioſi partium Cadonicianarum eſſe contra ſtatuendum putent.

§. I.

Ecquid defenſores Cadonici de monumentis capite ſuperiore deſcriptis ſtatuant.

Monebat Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus Berengarium, ut ſi, quæ fides Eccleſiæ de Sacramento corporis, ſanguiniſque Chriſti eſt, ſcire cuperet, Latinos, Græcos, Armenios [1], cujuſlibet denique gentis Chriſtianos homines percuntaretur. Sic autem ei polli-

1 Vide *not. pag.* 178. *hujus operis*.

cebatur, atque recipiebat: ipſum inquirendo, omnes unius eſſe ſententiæ, cogniturum. Quodſi unam omnium in errore verſari ſententiam poſſe diceret, horum duorum alterutrum ipſi eſſe ingratiis concedendum ſciret, Eccleſiam Catholicam aut fuiſſe numquam, aut funditus periiſſe. Nam gentes Chriſtianas omnes, uni capiti Pontifici Maximo veræ doctrinæ, communioniſque conſociatione junctas, Eccleſiam orthodoxam Catholicam conſtituere. Quare ſi omnes veram doctrinam pervertunt, conſequens eſſe, ut erret Eccleſia. Errare vero orthodoxam, atque Catholicam Eccleſiam non poſſe. Itaque ſi cœtus Chriſtianorum omnes a vera doctrina alieni ſint, aut numquam fuiſſe Eccleſiam Catholicam, aut eſſe denique deſiiſſe. Hoc idem ego Cadonicianos perſæpe monui. Quin etiam ut eos perveſtigandi labore levarem, mihi id eſſe onus ſuſcipiendum putavi. Inquirendo autem comperi id, quod ſuperiore capite demonſtravi, miram eſſe omnium in dogmate de Patribus Veteris Teſtamenti non ante beatis viſione Dei, quam Chriſtus affixus cruci, mortuuſque fuiſſet, non ſolum profitendo, ſed etiam tuendo concordiam. Quod quidem argumentum mihi etiam atque etiam premendum fuit; propterea quod tanti ad rem confirmandam fore arbitrarer, ut eo recte conſtituto, ac fixo, ne tergiverſandi quidem ulla cuiquam ratio relinquatur.

Atque ut ejus argumenti vim Cadonicus, quique Cadonicum auctorem ſequuntur, ſubterfugere queant, non video. Nam quod eorum aliquos dixiſſe intelligo, conſenſione omnium id ſolum ab ſe extorqueri poſſe, ut eam ſententiam eſſe exiſtiment popularem, quale tandem eſt? An contemtim populare id eſſe defendent, quod V. Ribera, quod Bartholomæus de Martyribus, quod S. Thomas a Villanova, quod S. Thuribius, quod S. Carolus Borromæus, quod innumerabiles prope Antiſtites, quod Pontifices Maximi, & crediderunt ipſi, *& gregi, in quo*

eos

Digitized by Google

eos Spiritus Sanctus conſtituit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, ad credendum propoſuerunt? „ His tot, ac tantis mo- „ libus Virorum Sanctorum, Doctorumque vallatus „ (ſic enim S. Auguſtinus adverſus Julianum Pelagianum ſcribit [1]) „ adhuc cauſſam noſtram putabis, nullum aſ- „ ſertorem de tanta multitudine invenire potuiſſe? An „ tantam conſenſionem Sacerdotum Catholicorum, con- „ ſpirationem dicturus es (*popularem*)? . . Itane tuum ſic „ amabis errorem, in quem juvenili confidentia, & hu- „ mano lapſu incautius decideris, ut ab iſtis Catholicæ „ unitatis, & veritatis Sacerdotibus ex diverſis orbis „ terrarum partibus tanta inter ſe fidei concordia con- „ gruentibus in tam magna cauſſa (audeas) diſſentire?

Non pudet autem eos, qui ſe Auguſtini ſectatores, atque diſcipulos jactent eſſe, eo uti genere reſponſionum, quibus Pelagiani adverſus Auguſtinum uti conſueverant, quaſque Auguſtinus ipſe ut gregi Chriſti injurioſas diſpulerat? Atque is quidem Juliano exprobranti [2] „ Remotis omnibus a te advocatarum PLEBECULA- „ RUM catervis, doce, juſtum eſſe, quod per Scriptu- „ ras Sanctas affirmare conaris „: *Plebecularum*, inquit, Auguſtinus, *quas irrides, catervæ* [3] NOVERUNT CATHOLICAM FIDEM, *quæ a Salvatore ſalvari confitetur infantes* (dicam ego: *quæ a Salvatore eductas ex inferis, auctaſque viſione Dei animas confitentur Veteris Teſtamenti Patrum*) *& ideo eorum, qui hoc negant, deteſtantur* opinionem. Sane ut Auguſtinus rationem nullam afferret (vide quantum ei Doctori tribuam) ipſa auctoritate me frangeret. Atque hujus ſententiis etſi libens perſæpe utor, utor tamen in hac cauſa libentiſſime. *Quid enim gratius* mihi poteſt accidere, *quam pura defenſio* veritatis *adverſus* oppugnatores *ejus, ex ore ejus, qui eorumdem*

ddd2 oppu-

1 *Lib. 1. cap. VII. num. 34. pag. 342. tom. X. opp. edit. Antuerp an. 1700.*
2 *Lib. 1. operis imperf. contra Jul. cap. XXXIII. tom. eod. pag. 665.*
3 *Ibid. pag. 666.*

oppugnatorum *magni momenti patronus ante jactabatur* [1].

Rurſum objicienti Juliano: „ Quia rerum eſt ma- „ gna confuſio, & ſtolidorum maxima multitudo, eri- „ piuntur Eccleſiæ gubernacula rationis, ut erecto cor- „ nu velificet DOGMA POPULARE [2] „: Reſpondet S. Doctor [3]: *Si hoc, quod aſſerimus, dogma* POPULARE *eſt, non eſt ergo dogma Manichaeorum hoc, quod in populis Chriſtianis mente perdita oppugnas. Manichaeorum quippe dementiam in paucis merito contemnis, ſed habes & tuam, qua nomine Manichaeorum eos populos, quos judices refugis, reddere nobis conaris infeſtos, quaſi poſſint populi tua loquacitate decepti Manichaeum dicere Ambroſium, Manichaeum dicere Cyprianum ... Tales autem populos non fecit, ſed invenit Ambroſius; non fecit, ſed invenit Cyprianus, tales poſtremo populos Catholicos inveniſtis & vos. Compeſcite vos: Fatemur* DOGMA NOSTRUM ESSE POPULARE: *quia populus ejus ſumus, qui propterea eſt appellatus Jeſus, quia ſalvum fecit populum ſuum a peccatis eorum.* Jam meminerint Adverſarii, Manichæiſmi fere etiam ab Cadonico accuſari eos, qui credunt, Sanctos Veteris Teſtamenti Patres ereptos ex inferis a Chriſto, tumque primum auctos beatitate conſiſtente in viſione Dei intuitiva, cum Chriſtus ipſe ad inferos deſcendit. Niſi enim eos accuſare inſtituiſſet, non illud ſcripſiſſet, quod legitur in ejus *Præfatione* [4] *ad opus* DE DIVI *Aurelii Auguſtini, quæ videtur ſententia &c.* „ *Tanti apud Auguſtinum* (oppoſitam noſtræ) doctrinam *eſſe*, *ut hac* PRÆCIPUE MANICHÆORUM, PELAGIANORUMQUE COMMENTA CORAM ECCLESIA DEBELLARET. Hæc vero cum ita ſe habeant, cur item nobis adverſus Cadonici defenſores ajentes, dogma commune noſtrum eſſe

1 S Auguſtinus *ep.* CXCI. *al.* CIV. *ad Sixtum Presbyterum* (qui poſt Pontif. Max. fuit) *pag.* 539. *tom.* II. *opp. edit. Antuerp. an.* 1765.
2 *Lib.* II. *operis imperf. contra Jul. cap.* II. *tom.* X. *pag.* 716.
3 *Ibid. pag.* 717.
4 *Num.* 4. *pag.* IV. *edit. Veneta an.* 1761.

eſſe *populare*, non liceat ſcribere, quod ab Auguſtino ſcriptum adverſus Julianum eſt? „ ſi hoc, quod aſſerimus, „ dogma POPULARE EST; non eſt ergo dogma Ma- „ nichæorum, quod in populis Chriſtianis oppugnatis. „ Manichæorum quippe dementiam in paucis merito „ contemnitis; ſed habetis etiam & veſtram, qua no- „ mine Manichæorum eos populos, quos judices refu- „ gitis, reddere nobis conamini infeſtos, quaſi poſſint „ populi veſtris *opuſculis* decepti Manichæos dicere „ S. Thomam de Villanova, V. Riberam, Bartholo- „ mæum de Martyribus; Manichæum dicere S. Caro- „ lum Borromæum; Manichæos dicere innumeros pene „ Epiſcopos; Manichæos dicere Pontifices Maximos. „ Tales autem populos non fecit, ſed invenit S. Caro- „ lus Borromæus; tales populos non fecit, ſed invenit „ Clemens VIII. &c. tales poſtremo populos Catholicos „ inveniſtis & vos. Compeſcite vos. FATEMUR DOG- „ MA NOSTRUM ESSE POPULARE, quia populus „ ejus ſumus, qui propterea eſt appellatus Jeſus, quia „ ſalvum fecit populum ſuum „. Ac de priore, quidem inani vindicum Cadonici reſponſione, ſatis dictum eſt.

Sunt præterea ex eo numero, qui exemptas quidem ex inferis deſcenſu Chriſti fuiſſe animas Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum, adſertaſque in libertatem facile concedant Eccleſiarum omnium adducti conſenſu; ſed interim animas eaſdem beatas pugnent fuiſſe aſpectu Dei.

At hi primo cum defendere conantur, tum maxime oppugnant Cadonicum. Nihil enim huic placet minus, quam eas animas fuiſſe ex inferis ereptas deſcenſu Chriſti. 2. Retundunt ipſi telum, quod ab ſe acutiſſimum ex arce Auguſtini in nos fuiſſe immiſſum arbitrabantur. Nam ex hiſce Auguſtini verbis [1] „ juſtis, qui „ in

1 *Epiſt.* CLXIV. *ad Evod. al.* XCIX. *cap.* III. *num.* 8. *pag.* 455. *tom.* II. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

„ in ſinu Abrahæ erant, cum Chriſtus in inferna de-
„ ſcenderet, nondum QUID CONTULISSET INVE-
„ NI „ ex his, inquam Auguſtini verbis (de quibus alio loco videro) argumentum ſane magnum duci affirmabant, quo efficeretur, nihil animabus Patrum in ſinu Abrahæ fuiſſe deſcenſu Chriſti ad inferos collatum. At rem ſe modo contra habere, fateantur neceſſe eſt. Nam ſi ultro dant, ereptas Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti animas fuiſſe ex inferis deſcenſu Chriſti; dabunt item, inventum ab ſe demum eſſe, quid animabus iiſdem Chriſtus *contulerit cum in inferna deſcenderet*. Itaque de præſidio Auguſtini dejectos ſeſe, ac deturbatos confiteantur neceſſe eſt; quo tamen in primis uno confidebant. 3. Si ereptas ex inferis, adſertaſque in libertatem eaſdem animas fuiſſe fatentur; quo demum modo efficient, fuiſſe eas, cum eſſent in inferis, beatas aſpectu Dei? Annon repugnat, ut quo tempore quiſquam liber non eſt, is eodem tempore ſumma libertate gaudeat? Quæ autem eſſe major libertas poteſt ea, qua gaudent animæ videntes Deum? Beatitudinem ne *eſſentialem*, hoc eſt libertatem maximam cum captivitate, inferorumque anguſtiis componi dicent, nec irriſiones verebuntur, ſibiloſque hominum eruditorum? Quis enim eum non rideat, qui animam, quæ Deum intueatur, ſummaque proinde libertate, incredibilique gaudio cumulata ſit, captivam teneri, mœrere, egereque propterea vindice, ac liberatore dicat? 4. Quiſnam umquam mortalium ſimile quidpiam non oſcitans quidem, ſed ſomnians hallucinatus eſt? Quod ſi nemo (nam proferre neminem poſſunt, qui ſi minus crediderit, at ſuſpicatus ſaltem id fuerit) fruſtra ad id genus reſponſi confugiunt, ut ne ab Synodis, Catechiſmiſque Eccleſiarum omnium diſſentire videantur. Sed ab Synodis, Catechimiſque tam diſſentit is, qui Synodorum earumdem decreta, comprehenſaque Catechiſmis dogmata non probat; quam is, qui

qui decreta ipſa, ac dogmata contra interpretatur, atque voluerint ii, qui celebrarunt Synodos, Catechiſmoſque aut condiderunt, aut conditos adprobarunt. Contra autem voluiſſe Pontifices, Antiſtiteſque, a quibus celebratæ Synodi, & vel conditi Catechiſmi, vel adprobati fuerunt, cum ex Conſtitutione Benedicti XII. & ex Catechiſmis Romano, ac Bellarminiano copioſiore; tum ex aliis multis Doctrinæ Chriſtianæ Inſtitutionibus, ex quibus loca deſcripſimus, plane conſtat. Hactenus quæ Cadoniciani de conſenſione hac mira Eccleſiarum non tam ſcribunt, quam miſcent, ac turbant, repulimus: niſi quid ad hæc habent. Verum quid habeant, ne fingere quidem poſſumus.

§. II.

Quam ſit communis omnium Eccleſiarum hac de re vetus, utque illa a Chriſto per Apoſtolos ad nos uſque manarit ſententia.

Hanc unam ab Cadonicianis video poſſe tentari veritatis eludendæ viam, ſi ferre *hujus temporis doctrinam*, dicant, ſecus atque doctrina tulerit temporum ſuperiorum. Quo fere revolvi intelligo, quod ſcribit Angelus Maria Feltrius in ea, quam Romæ *de Canone S. Auguſtini*: „ Quod univerſa tenet Eccleſia &c. „ publicavit *Diſſertatione* [1]. Atque is, niſi iis, quæ *num.* XXXIV. compre-

[1] Nam *pag.* 34. *ſeq.* ſic ſtatuit: » diſſimulandum non eſt, eos imprudenter ad- » modum ſe gerere, qui novarum rerum cupidi, quidquid ab uno, vel altero, » aut nonnullis ex antiquis Patribus pronunciatum inveniunt, quam citiſſime ar- » ripiunt, ac ſibi ad defendendum proponunt, nihili, aut minimi facientes eo- » rum auctoritates, qui numero longe plurimi in oppoſita verſati ſunt ſententia. » Memores hos eſſe volo ejus, quod ſapientiſſime monuit Canus *lib* 7. *cap.* 3. » *concl.* 2. unius ſcilicet, aut duorum Sanctorum auctoritatem, etiam in his, » quæ ad ſacras litteras, & doctrinam fidei pertinent, *deſpicere*, *& pro nihilo* » *habere* IMPUDENTIS *eſſe*; *ſuſcipere*, *& habere pro certo*, *eſſe omnino* IMPRU- » DENTIS... *Non enim quæcumque ibi legerint* (*Theologi*) *ea ſunt probanda om-* » *nia*. *Nec quemquam hoc errore duci oportet, ut ſi quid Ambroſius, aut Hieronymus*, » *con-*

prehendit, hoc ſibi velit, ut hujuſce temporis doctri-
nam

» *contra morem, doctrinamque hujus temporis, fecerint, locutive fuerint, idem ſibi* » *arbitretur licere*. Quo ductus præclariſſimo, egregioque monito plane intellexi, » aperteque ſum alibi etiam profeſſus, quod licet Auguſtinus, Hilarius, Chry- » ſoſtomus, aliique nonnulli ex veteribus fortaſſe ſenſerint, Patriarchis, ceteriſ- » que piis hominibus Vet. Teſtam. in ſinu Abrahæ ante Chriſti paſſionem detentis » veram beatitudinem, quæ in Dei viſione conſiſtit, fuiſſe ſtatim poſt mortem » tributam, ejuſmodi tamen ſententia hac noſtra ætate propugnanda non ſit, » quippe quæ contra morem eſt, doctrinamque hujus temporis, quam ſatis ſu- » perque manifeſtam efficiunt tum Catechiſmi omnium Eccleſiarum ſuffragio re- » cepti, tum etiam Scholaſticorum omnium conſenſus; qua de re egregie ſuo » more diſſeruit Johannes Vincentius Patuzzi in noviſſimo opere *de Sede inferni* » *in terris quærenda Parte* III. *cap.* 2. 7. & 8. Quæ aliaque id genus plura ſi per- » ſcrutari datum fuiſſet Anonymo cuidam Auctori Epiſtolarum hoc de argumento » italice editarum; non dubito, quin moderate magis, atque caute rem fuiſſet » ille acturus, magiſque conſulturus ſibi, rebuſque ſuis. At ſatis de his ». Hæc Feltrius: quæ cujuſmodi ſint, quam breviſſime potero, exponam. Ergo ille 1. non *cupidos* quoſque *novitatis*, ſed eos ſolum *magna imprudentia* arguere videtur, qui non quidem ſenſim, ſed *quam citiſſime*; non ſuſcipiunt, ſed *arripiunt*; neque *arripiunt* ſolum, ſed etiam *ſibi ad defendendum proponunt*; non aliquid, *ſed quidquid a nonnullis ex antiquis Patribus pronunciatum inveniunt*; nec modo id *defendunt*, verum & *nihili faciunt eorum auctoritates, qui numero longe plurimi in oppoſita verſati ſunt ſententia*. Qua ex re ſequitur, *cupidos novitatis* in iis etiam rebus, quæ ad *fidei doctrinam pertinent* (nam de his hoc loco agit Feltrius) non admodum imprudenter agere, ſi ſenſim ſuſcipiant, aut ſi velis *arripiant*, atque etiam defendant non *quidquid*, ſed aliquid a nonnullis ex antiquis *Patribus pronunciatum*; nec tamen *nihili*, aut *minimi faciant eorum auctoritates, qui numero longe plurimi in oppoſita verſati ſunt ſententia*. Atque hos, qui non niſi *imprudentia* accuſantur, non videri majore cenſura dignos. Quod ſi ſecus ſe putare Feltrius dicat, eloquatur, cur τὸ *quam citiſſime*, cur τὸ *quidquid*, cur tot alia vocabula adhibeat, quæ vi ſua efficiant, non quoſque novitatis in re, quæ ad fidei doctrinam pertineat, cupidos, ſed eos dumtaxat, quos diximus, imprudentiæ magnæ quidem, at imprudentiæ ſolum argui oportere, quaſi a cujuſque alterius vitii reprehenſione abſint? 2. Loco Melchioris Cani locum alioſum accipit, atque Canus idem acceperit. Quod cum demonſtratum ſupra a nobis *pag.* 50 *ſeqq. in not.* fuerit, nunc omittatur. Hoc tamen heic unum animadverti volo: Canum in ea *Concluſione ſecunda* non de rebus egiſſe, quas in certis omnium Eccleſiarum conſenſio ponat; ſed de iis, quæ non ut certæ omnino, ſed ut multo ad veritatem propenſiores omnibus fere Theologis hujuſce temporis probarentur. Quare: *unius*, inquit, *aut duorum Sanctorum auctoritas etiam in his, quæ ad ſacras litteras, & doctrinam fidei pertinent*, PROBABILE *quidem argumentum ſubminiſtrare poteſt, certum non poteſt*. Ac ſi oppoſita ei unius, duorumve Patrum auctoritati ſententia omnium Eccleſiarum conſenſione certa haberetur, quo demum modo eadem unius, duorumve Patrum auctoritas ſubminiſtrare PROBABILE ARGUMENTUM poſſet? Nam contra certum non modo non dari *probabile* poteſt ullum, ſed ne fingi quidem. At Feltrius de doctrina diſputat, quæ omnium Eccleſiarum conſenſu ita ſuſcepta, tamque certa ſit, ut in Catechiſmis earumdem omnium vel pueris ipſis proponatur ad credendum. Adverſus hanc vero qui agunt, non ſolum imprudenter, quod idem Feltrius ſcribit; ſed ſic etiam agunt, ut multo ſit eis gravior inurenda nota. 1. Cani monito *probe ſeſe intellexiſſe*, *teſtatur Feltrius, aperteque ſe fuiſſe alibi profeſſum, quod licet Auguſtinus, Hilarius, Chryſoſtomus, aliique nonnulli ex veteribus* FORTASSE *ſenſerint, Patriarchis &c. Vet. Teſtam. ante Chriſti paſſionem veram beatitudinem, quæ in Dei viſione conſiſtit, fuiſſe ſtatim poſt mortem tributam, ejuſmodi tamen ſententia hac noſtra ætate propugnanda non ſit*,

nam ab doctrina ſuperioris ætatis diſſidere poſſe confi-
e e e tea-

ſit, quippe qua contra morem DOCTRINAMQUE *hujus temporis, quam ſatis ſuperque manifeſtam efficiunt tum* CATECHISMI OMNIUM ECCLESIARUM *ſuffragio recepti, tum etiam Scholaſticorum omnium conſenſus*. Quam is multa tam paucis verbis turbat. Principio, nihil tale intelligere ex *Cani monito* potuit. Nam Cano ſimile quidpiam numquam venit in mentem. Quod ſi paullo diligentius Cani ſententias conſideraſſet, cognoſſet profecto (*ut pag.* 54. oſtendi) *dogma fidei de deſcenſu Chriſti ad inferos, ut animam Adæ, & reliquorum Patrum, qui ibi tenebantur erueret, Patres ab initio ſecundum ſuorum temporum ſucceſſionem concordiſſime tenuiſſe*. Deinde quod Feltrius alibi ſe profeſſum ait, *Auguſtinum* FORTASSE *&c.* quale tandem eſt? Unde nunc repente ortum eſt *τὸ fortaſſe*? Nam in libro, quem *de S. Hilarii ſententia &c.* edidit, & in quo uno his de rebus egit, nullum dedit hæſitationi locum. Quin adeo fidenter cauſſam egit Cadonici, ut nihil tam ſit veritus, quam ne de Hilarii, Auguſtini, Chryſoſtomique in tuendo dogmate Cadoniciano concordia dubitare videretur. *Numero ejus opuſculi ſeptimo pag.* 4. *de Hilario* agens: » Sic, *inquit*, inſtituo argumentum.
» Eadem habet Hilarius de Piorum animis, antequam mortem Chriſtus obiret,
» & de iiſdem poſt Chriſti mortem. Vel ergo utroſque a Dei præſentia amovit,
» vel utroſque ea donatos exiſtimavit ». Primum eſſe nequit &c » Cetera, quæ de Hilario affirmare ſcribit, mox, & alio etiam loco opportunius perſequar. Jam de Auguſtino quid loquar? de quo: *num.* 6. *pag.* 3. » Ubi præſtantiſſimum,
» *inquit*, doctiſſimumque Johannis Cadonici Cremonenſis Canonici opus *Vindiciæ Auguſtinianæ ab imputatione Regni Millenarii*, ACCURATE, SUMMAQUE
» CUM VOLUPTATE PERVOLVI, animadverti virum tantum, ac tam eminentæ naria IN EAMDEM CONCESSISSE SENTENTIAM ... APERTEQUE
» addere *cap.* XVI. *pag.* 266. *Sed interim notabunt lectores, alium item Eccleſiæ*
» *doctorem* (Hilarium) CUM AUGUSTINO HOC EXPRESSE DOCERE: tanti
» viri auctoritas apud me magnopere valuit ». Et *num.* 8. *pag.* 4. *ſeq.* » Intelli-
» gebam, *inquit*, Chriſtianæ Reipublicæ conſultum magis iri, ſi propendiſſe
» demonſtretur Hilarius in eam ſententiam, quæ cum nullo Eccleſiæ judicio de-
» finita ſit, ad fidem non pertinet, & in qua FUIT ETIAM AUGUSTINUS, ID
» AD EVIDENTIAM CONFICIENTE PRÆLAUDATO JOHANNE CADO-
» NICI, immo fuiſſe invenirentur & alii Patres, ſi in eorum ſcriptis perſcru-
» tandis ſedulam quis operam collocaret ». Denique de Hilario, Auguſtino, Chryſoſtomo, aliiſque Patribus ſimul *in Corollario pag.* 66. ſic habet: » Duas res
» uno, & eodem labore aſſequutum me eſſe NEMO DIFFITEBITUR. Primo
» ſcilicet Hilarii Pictavienſis Epiſcopi ſententiam IN APERTUM POSUI, itaque
» ni fallor, exornavi, ut penes æquum rerum æſtimatorem NULLUM SUPERES-
» SE POSSE DUBIUM confidam: alterum de quo MIHI GAUDEO MAGNO-
» PERE, eſt, Auguſtinum Hipponenſem Antiſtitem ... ab ea me vindicaſſe
» macula, quam hypothetice licet, tanti doctoris nomini inſidere nonnulli pa-
» tiuntur ... Mihi verò aliunde PERSUASUM EST, RATUMQUE, ID RE-
» IPSA CREDIDISSE AUGUSTINUM, ET MAJORUM NIHILOMINUS IN-
» STITUTIONI FIDELISSIME ADHÆSISSE. ADHÆSIT ENIM HILARIO,
» qui, ut hac in Diſſertatione PROBATUM EST, ID ANTEA TRADIDERAT.
» Adhæſit JOHANNI CHYSOSTOMO, quem idipſum ſenſiſſe ſubodoratus eſt
» Cl. Petavius, & SUO EGO LOCO OPPORTUNE DEMONSTRABO. AD-
» HÆSIT ET ALIIS PATRIBUS, QUI IN PUBLICUM QUAM PRIMUM
» PRODIBUNT. Quis vero aſſerat, tantos ſectari Magiſtros, ac inſignes in
» Eccleſia doctores, eſſe *ab inſtitutione majorum deficere* »? Hæc Feltrius, quæ affirmantis profecto ſunt, hæſitantis autem nullo modo. Unde igitur nunc *τὸ fortaſſe*, repente profectum eſt? Nam in opere illo Feltrii ne indicium quidem ullum apparet dubitationis, unde exiſtere ſuſpicio poſſit adhibiti ab eo uſpiam *τοῦ fortaſſe*. Tertio autem loco, quibuſnam, obſecro, perſuadere ſe poſſe Fel-
trius

Digitized by Google

teamur, quid ſibi denique velit, neſcio. Nam *ſi doctrinam*

trius credidit, ipſum ſe *aperte* fuiſſe alibi profeſſum, *id quod Auguſtinus, Hilarius &c. de animabus SS. Patriarcharum &c. fortaſſe ſenſerint, hac noſtra ætate propugnandum non eſſe*? Indicet locum aliquem Diſſertationis ſuæ, in qua quidquam tale *profeſſus* fuerit *aperte*. Sed nolo illi moleſtus eſſe. Age, condonetur τὸ *aperte*. At oſtendat ſaltem, ut id alicubi obſcure innuerit. Id ne eum ſaltem *obſcure* indicaſſe putem, qui tantopere, ut modo vidimus, Cadoniei opus laudet? Qui *pag.* 5. & 6. *in nota* ſcribat: » Rite quiſque intelligat, me apte accommodateque pronunciaſſe cauſſam hanc, *cum nullo Eccleſiæ judicio definita ſit, ad fidem non pertinere*, nihilque proinde de ejus ſanctitate, ſapientia, auctoritateque detrahi, QUI AFFIRMATIVAM TUERETUR OPINIONEM... Cumque ab » Auguſtini temporibus, nullum adhuc Eccleſia judicium protulerit, hinc fit, » ut ABSQUE ULLO Sanctitatis, ſapientiæ, auctoritatiſque detrimento MODO » ETIAM DEFENDI ID POSSIT »? Quid autem hoc eſt, niſi, quod fas etiam nunc eſſe tueri (in *opere de S. Hilarii ſententia*) Feltrius dixerit; idem modo fas non eſſe tueri (in poſtrema *de S. Auguſtini Canone Diſſertatione*) ſtatuere? Niſi vero pugnans id eſt, ecquid umquam excogitari poterit, quod eſſes pugnans, atque contrarium videatur? Et is, cui tanta eſt ſecum pugna, atque luctatio, ſperabit, habere fidem ea, quæ ſcribit, poſſe? Quanto conſultius proſpexiſſet exiſtimationi ſuæ, ſi quod reipſa dixit, & ſe tamen dixiſſe tam fidenter negat; dictum quidem ab ſe fuiſſe, at rejici modo, reprobarique confiteretur? Atque is quidem, qui ſeſe tam magnifice effert, *ac ſibi gaudere magnopere gloriatur*, quaſi *Auguſtinum* (qui certe hoc præſertim in genere non eget vindice) a neſcio qua *macula vindicarit*, is inquam meminiſſe debuerat, Auguſtinum non minore laude Contra Mendacium ſcripſiſſe, quam ſcripſerit Retractationum libros. Spero autem fore, ut horum deinceps recordetur, atque Auguſtinum, ut in dicendo vero, ita etiam retractando, quod minus recte aliquando, minuſve accurate ſcripſerit, imitetur. Quarto loco, peto a Feltrio, cur ſententiam, quæ Cadonici eſt, *hoc tempore propugnandam* neget eſſe? *Quia*, inquit, *contra morem eſt, doctrinamque hujus temporis*. Quid igitur? A *moribus* ne temporum doctrinam pendere arbitratur? Nam niſi velit, doctrinam ita a moribus temporum pendere, ut eam ſequi oporteat, quam mos temporum, ut ſequamur, ferat; quid aliud velit, intelligere profecto non poſſum. Non enim committet, ut dicat, ad doctrinam morum, ſeu ad *moralem Theologiam* ſpectare, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti non ante auctis beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet. Nam id ſi dixerit, non equidem video, ut effugere irriſionem, ſibiloſque poſſit non ſolum doctorum hominum, ſed etiam imperitorum. Etenim nihil in eo dogmate eſt, quod conferat aut ad informandos, aut ad componendos, inſtituendoſque mores. Quod cum ita ſit, videri Feltrio, *doctrinam ita a moribus temporum pendere, ut ſit ad mores temporum exigenda*, confitendum eſt. Rurſum quæ tandem ea eſt, quam memorat, *doctrina hujus temporis*? De medicorum ne, an de phyſicorum doctrina ab ſe agi putat, quæ mutari ſecundum tempora conſuerit, ut eam *hujus temporis doctrinam* vocet? Atqui ab ſe de ea *doctrina* ſermonem inſtitui fatetur, *quam ſatis ſuperque manifeſtam efficiunt Catechiſmi* OMNIUM ECCLESIARUM SUFFRAGIO RECEPTI; quæque, ut nos oſtendimus, in Catechiſmis, quos Eccleſiæ omnes tradunt Chriſtianæ plebi, & *myſterium* appellatur, & per ſymboli modum, hiſce verbis: *ego credo*: ad credendum orthodoxis quibuſque proponitur; quod quidem plane demonſtrat doctrinam eamdem doctrinam eſſe Eccleſiarum firmam, immotam, certam, quam omnes oporteat & corde credere ad juſtitiam, & ore ad ſalutem profiteri? Hujuſmodi autem doctrinam Eccleſiarum, *doctrinam hujus temporis* qui poteſt Feltrius dicere? An ita immutari doctrinam poſſe putat Eccleſiarum, ut modo hoc, modo illud, ut lubet, credant, adeout, quæ olim ejus doctrina fuit, ea ſit ab horum temporum doctrina diſcrepans? Fuit hæc in Arianis

Digitized by Google

nam hujuſce temporis Catechiſmis omnium Eccleſiarum ſuffragio receptis contentam eamdem eſſe, atque antecedentium temporum doctrinam cenſet, cur ita diſputat, ut eo uno nomine *imprudentiæ* arguendum eum dicat eſſe, qui (ut heic quidem ſcribit) veteres aliquos (ut vero in *Coroll. Diſſert. de S. Hilarii ſententia*) Hilarium, Chryſoſtomum, Auguſtinum, *alios* demum *Patres* ſequatur contra *doctrinam hujuſce temporis*? Rurſum cur eamdem doctrinam Scholaſticorum omnium conſenſu conſiſtere dicit; Patrum non

eee 2 dicit?

nis levitas, quorum fides (ut eſt ab S. Hilario in altero ad Conſtantinum libro *num 4. pag.* 431. *edit. Veneta an* 1750. animadverſum) FACTA FUERAT FIDES TEMPORUM, DUM ET SECUNDUM ANNOS DESCRIBERETUR. Eſt item in Proteſtantibus, quorum, ut verbis Hilarii ejuſdem utar, *tot fides exiſtunt, quot voluntates*. At varietas, & inconſtantia, & ſententiarum (ut mores ferunt, ac tempora) commutatio, cadere in columnam, atque in firmamentum veri, hoc eſt in Catholicam, Apoſtolicam, Romanam Eccleſiam non poteſt. Itaque quæ hujus nunc eſt, eadem ſemper & fuit, & erit perpetuo doctrina. Verum cum Feltrius ſtatuat: *propugnandam hac noſtra ætate non eſſe ſententiam* (quam, ut vidimus, *Hilarii, Chryſoſtomi, Auguſtini, aliorumque denique Patrum, ſententiam eſſe* ſcribit, *quorum opera fore*, minatur, *ut quam primum prodeant*) cum inquam Feltrius ſtatuat, *ejuſmodi ſententiam propugnandam hac noſtra ætate non eſſe, quippe, quæ contra morem eſt, doctrinamque hujus temporis, quam ſatis ſuperque manifeſtam efficiunt Catechiſmi omnium Eccleſiarum ſuffragio recepti*; quid, quæſo, ſtatuit, niſi doctrinam Eccleſiarum hujuſce temporis, non eamdem eſſe, aut eſſe non eamdem poſſe ac doctrinam temporum ſuperiorum? At enim Canus etiam doctrinæ hujus temporis meminit. Fateor. Verum quo ſenſu meminerit, oſtendimus *pag* 50. *ſeqq. hujuſce operis in not* Contra quid Feltrius verba illa uſurpans ſibi voluerit, neſcio; nam ſolus quid voluerit, ipſe novit; quid dixerit, hactenus eſt demonſtratum. Quod quidem ferendum non videtur, præſertim, cum eſſe nunc conſtet novitatis reos, qui errore ducti, non Eccleſiæ novæ, ſed veteris ſe doctrinam conſectari dictitent, quaſi hæc Eccleſia ab vetere non minus ſententiis diſcrepet, quam a vetere Academia Platonicorum diſcreparit nova. Quinto loco, plurimum me Feltrio debere profiteor, quod certiorem me fecerit, Auctorem ſe non fuiſſe Epiſtolarum ſex italice de hoc argumento ſcriptarum. Nam etſi ego nunquam fore dixeram, ut ab eo ſcriptas illas fuiſſe crederem, (Vide ſupra *pag.* 57. *ſeq. huj. operis*) tamen moleſte ferebam, eſſe aliquos, qui eaſdem eſſe ei tribuendas arbitrarentur, quos nullo documento poſſem refellere. Hoc inſuper mihi vehementer diſplicet, quod cum Feltrius auctorem ejuſmodi Epiſtolarum ab Cadonico ſtetiſſe, acriterque pro nova opinione Cadonico ipſi probata pugnaſſe ſciret, tum eum non revocaturum, ac rejecturum eam ipſam, quam defenderat, opinionem; ſed ſolum *moderatius*, cautiuſque fuiſſe acturum pronunciarit, ſi eam *Catechiſmis omnium Eccleſiarum ſuffragia receptis* repugnare intellexiſſet. Quid ais Feltri? Doctrinam ne (quam eſſe *propugnandum hoc tempore* negaſti, propterea quod *Catechiſmis omnium Eccleſiarum ſuffragia receptis* adverſetur) Anonymo ſex Epiſtolarum auctori concedis fas fuiſſe defendere, modo cautius, moderatiuſque ageret? Quid autem, obſecro, hoc concedere eſt, niſi res inter ſe pugnantes concedere? Niſi enim pugnans ſit, *propugnandum aliquid* non eſſe, idemque, modo cautius agatur, *propugnandum* eſſe, dicere, quid demum ſit pugnans, intelligere, Feltri, qui poſſumus? Sed de Feltrio plura dixi, quam initio conſtitueram. Quamquam ſic lectori confirmo, multo me plura deinceps dicturum, ſi pergat haud recte ſcribere.

Digitized by Google

dicit? Quod ſi de Patribus quoque idipſum ſentire ſeſe reſpondeat; addatque eo ſe, cauſſa purgandi ſui, modis illis loquendi fuiſſe uſum, quo neque reprobare, quæ in *Diſſertat. de Hilarii ſententia* ſcripſerat, neque tamen ea ſcripſiſſe videri vellet; caveat, ne dum ſic æſtuat, ac tergiverſatur, reſque involvit, ſecuſque effert, atque ſint revera; ipſe ſe non excuſaſſe quidem, ſed implicaſſe credendus ſit. At recte ſe quidem ſenſiſſe dicet, dum initio poſtremæ *Diſſertationis ſuæ*[1] *num.* 4. *&* 6. generatim de dignoſcendis Traditionibus divinis Melchiorem Canum ſequutus ageret. Id ego facile patior. Sed *num.* 34. ita differit, ut turbans omnia, aut revocaſſe, quæ recte ſenſerat, aut eorum oblitus fuiſſe videatur. Quamquam non is ſum, qui eum, etſi videri ea revocaſſe exiſtimem; eadem tamen reipſa revocaſſe, recteque ſentire deſiiſſe pugnem. Non enim ſum neſcius, ſolitos quoſdam eſſe, ea de quibus recte animo ſentiant, non jam dicendo, aut ſcribendo exponere accurate, ſed mire ſic obſcurare, ut eadem non infirmare modo, ſed labefactare, atque ſubvertere videantur. Quod ſi Feltrius oſtenderit, ſuam recte non ſentiendi modo, ſed etiam ſcribendi rationem conſtantem, ac firmam ſemper fuiſſe: tantum abeſt, ut me vinci moleſte feram, ut contra proſpiciam, ob id mihi maximo eſſe opere gaudendum. Quid enim homini Chriſtiano accidere poteſt lætius, quam oſtendi ſibi, quem minus apte ad vera dogmata, minuſque accurate ſi non ſenſiſſe, at tamen ſcripſiſſe arbitretur, eum recte non ſenſiſſe tantum, ſed etiam ſcripſiſſe? Jam ſtatuerit Feltrius, quæ hujus temporis doctrina

1 Nam Feltrius in Diſſertat. quam inſcripſit: *De Canone S. Auguſtini*. » Quod » univerſa tenet Eccleſia &c. » *edit. Rom. an.* 1764. *num.* 4. *pag.* 2. » Tertia via, » *inquit*, *inveſtigandarum Apoſtolicarum traditionum eſt*: Si quidquam eſt nunc » in Eccleſia communi fidelium conſenſione probatum, quod tamen humana po» teſtas efficere non potuit, id ex Apoſtolorum traditione neceſſario derivatum » eſt ». Et *num.* 6. » Id ſine dubio credendum eſt ex Apoſtolica traditione de» ſcendere, quod pro tali habetur in illis Eccleſiis, ubi eſt integra, & continua» ta ſucceſſio ab Apoſtolis ».

Digitized by Google

ctrina Eccleſiarum omnium de rebus ad religionem pertinentibus ſit, eamdem etiam fuiſſe doctrinam temporum ſuperiorum; Cadonico certe, niſi dixerit, Eccleſiarum omnium hujuſce ætatis de Patribus Veteris Teſtamenti non ante beatis viſione Dei, quam Chriſtus fuiſſet mortuus, doctrinam non eſſe eamdem atque doctrinam Eccleſiæ temporum ſuperiorum; nulla erit reliqua veritatis eludendæ via.

Verumtamen quemadmodum id dici ab homine Catholico impune poſſit, non video. Proteſtantium enim, ut Albertini, ut Dallæi, ut aliorum peſtium generis ejuſdem is error eſt, nova dogmata a ſententia Eccleſiæ veteris aliena in Eccleſiam hujuſce ætatis inlata fuiſſe jactantium. Nihiloſecius ſi quis Cadonicianæ opinionis adſertor, hiſce Proteſtantibus aſſentiri, quam Eccleſiæ univerſæ malit; is noverit, non ſecus me adverſus illum eſſe acturum, quam adverſus Proteſtantes eoſdem cauſſam egerint religionis ii, qui de *Reali Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento præſentia* commentarios ediderunt.

Fac autem quiſquam Cadonicianorum neget, doctrinam Eccleſiæ hujus temporis de animabus Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem in ſinu Abrahæ conſiſtentibus &c., eamdem atque antiquæ Eccleſiæ doctrinam eſſe; equidem ſic eum alloquar. Quærenti diligenter mihi, & quoad longiſſime poteſt mens mea reſpicere ſpatium præteriti temporis, communiſque hujus, pro qua pugnamus, ſententiæ memoriam recordari ultimam, inde uſque repetenti ſeculum poſt Apoſtolos occurrit nullum, quo eadem ſententia introduci primum in Eccleſiam cœpiſſe videatur. Itaque ipſi mihi canonem Auguſtini [1], auctoritatemque ſequuto illud eſt reliqui, ut id

1 S. Auguſtinus *lib.* IV. *contra Donatiſtas cap.* XXIV. *num.* 31. *pag.* 94. *tom.* IX. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. » Quod univerſa, *inquit*, tenet Eccleſia, nec Conciliis inſtitutum, *ſed ſemper retentum eſt, non niſi auctoritate Apoſtolica tradi» tum rectiſſime creditur* ». Ad hanc S. Auguſtini regulam reſpexit Jacobus Benignus Boſſuetius Epiſcopus Meldenſis, qui *in Expoſitione Doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ*

ut id ſententiæ genus Apoſtolorum eorumdem opera, qui certe a Chriſto acceperunt, ad nos uſque fuiſſe propagatum credam. Tu qui contra eſſe ſtatuendum putas, & Auguſtino tamen magiſtro, ac duce gloriare, indicato, ſi minus ſententiæ auctorem, at tempus ſaltem Apoſtolorum ætate recentius, quo ea fingi, defendique cœperit.

§. III.

Quam hæc ſententia late patuerit jam uſque a primordiis Scholaſticorum.

Jam ſi Cadonicum [1], Feltrium [2], Dalhamum audis [3], fateare neceſſe eſt, firmam hanc eſſe conſenſu omnium Scholaſticorum ſententiam. Quod ſi omnium, jam ab eo uſque tempore in Eccleſia obtinuerit neceſſe eſt, quo valere ubique cœperunt placita Scholaſticorum. Scholaſticos autem quo antiquiores dices eſſe, eo tu quidem, dogma, quo de agitur, antiquius in Eccleſia eſſe, fatebere. Quare cavebis, ne altius, quam vulgo ſtatui ſoleat, primordia repetas Scholaſticorum. Nihil enim magis curandum tibi eſt, quam ut ne illud tua opera vetus videatur eſſe, quod tu novitatis potiſſimum rejicias nomine. At eo ſane vetuſtius idem effeciſſe videbere, quo patro-

tholica §. XVIII. *pag.* 106. *ſeq. tom.* 1. *opp. edit. Veneta an.* 1716. ſcribit hoc modo: » La marque certaine qu' une doctrine vient des Apôtres, eſt lors qu' elle eſt » embraſsée par toutes les Egliſes Chrétiennes ſans qu' on en puiſſe marquer le » commencement ». Hoc eſt: *Certa doctrina ab Apoſtolis profecta nota eſt, cum eam Eccleſiæ Chriſtianæ omnes ſic amplectuntur, quin ejus indicari poſſit initium.* Hæc probat Feltrius *in Diſſertatione de Canone S. Auguſtini*: » Quod univerſa te» net Eccleſia » *num.* 2. *& not.* 1. *pag.* 1. *ſeq. edit Rom. an.* 1764. Ante S. Auguſtinum eadem de dignoſcendis Apoſtolicis traditionibus ſcripſerant S. Irenæus, Tertullianus, Origenes, Cyprianus, Euſebius Cæſarienſis, Lactantius, Alexander Alexandrinus, Baſilius Magnus, Gregorius Nazianzenus &c. Confer, quæ ſupra diſputavi *pag.* 117. *ſeqq. hujuſce operis*.

1 Cadonicus *Vindiciar. Auguſtinianar. Præfat. pag.* 3 *edit. Cremon. an.* 1747. & libro *De D. Aurelii Auguſtini Hipponenſis Epiſc. ſententia &c. Præfat. num.* 5. *ſeq. pag.* 5. *ſeqq. edit. Veneta an.* 1761.

2 Dalhamus *in Hiſtoria Quæſtionis & voto pag.* XXV. *ſeq.*

3 Feltrii locum attuli *pag.* 400. *hujus vol. in not.*

Digitized by Google

patronos ei vetuſtiores adſciveris. Itaque ſi ſapies, negabis Scholaſticorum diſciplinam ſeculo eſſe duodecimo antiquiorem. Qua quidem in re, ut alios haud paucos, ita Fleurium [1] habere auctorem poteris, quem ſequare.

Verum etiam ſi terminis hiſce ætatem coarctaris Scholaſticorum, eo tamen redigare neceſſe eſt, ut ſeculis ſeptem id dogma ſumma conſenſione Scholaſticorum fuiſſe adſertum confiteare.

§. IV.

Quinam hi ſint Scholaſtici.

Quæro autem quoſnam demum voces Scholaſticos? Omnes ne doctrinæ laude illuſtres homines, qui ab XII. ſeculo ad hoc uſque noſtrum claruerunt? An eos ſolum, qui inſtituendorum in Theologicis adoleſcentium cauſſa, non ornate, neque polite, neque copioſe ut alii; ſed, ſiccitate quadam uſi orationis, dialecticorum more, quid quoque ex dogmate conſequens ſit ſubtiliter inveſtigantes brevibus comprehenderunt? Jam ſi Scholaſticos eos appelles omnes, qui ab XII. ad hoc uſque ſeculum doctrinæ cauſſa ſibi laudem aliquam compararunt, ecquid reſtat, niſi ut Eccleſiam univerſam ad novum dogma defendendum conſpiraſſe, ſeptemque ipſis ſeculis in errore fuiſſe verſatam dicas, ac ſi rem incertam certi dogmatis loco habuerit? Nam ſi docti & laici, & qui e Clero ſunt univerſi, inprimiſque Presbyteri, atque Epiſcopi ſeptem ipſis ſeculis errarunt; plebs etiam, quæ ab iis eſt inſtituta, adeoque Eccleſia univerſa, quæ certe a Clero, & Populo conſtituitur, errarit neceſſe eſt. Sin autem eos ſolum Scholaſticorum indices nomine, qui ſeptem his ſeculis more dialecticorum de rebus Theologicis ſubtilius, quam ætas ſuperior tuliſſet, diſputaverunt, iiſdemque de rebus com-

1 *Tom.* II. *de' diſcorſi ſulla Iſtoria Eccleſiaſtica pag.* 57. *edit. Venetæ an.*1761.

Digitized by Google

commentarios ediderunt; ſic te involves, atque implicabis, ut evadere, teque expedire non poſſis, quin, ut ſequenti §. demonſtrabo, concedas, Eccleſiam item univerſam in errore ſeptem ipſis ſeculis perſtitiſſe.

Interea videamus, qui, qualeſque Theologi his ſeptem ſeculis ſententiæ huic noſtræ adhæſerint, ut ſibi ab ea nullo eſſe modo recedendum arbitrarentur. Ordiar autem ab iis, qui hoc, quo ipſi vivimus, ſeculo floruerunt, ac retro hinc ordine cedens ad ultimum uſque perveniam præſtantium ſeculi XII. Scriptorum. Igitur communi ſententiæ aſſenſi ſunt

SECULO XVIII.

Johannes de Ulloa in ea, quam anno 1719. Auguſtæ Vindelicorum *de primis, & ultimis temporibus &c.* ſcripſit, ediditque Tractatione [1], Ludovicus Habertus [2], Natalis Alexander [3], Honoratus Tournelius [4], Johannes Laurentius Bertius [5], Carolus Witaſſe [6], Martinus Grandinus [7], Hyacinthus Amatus de Graveſon [8], Marcus Antonius Trivellatus [9], Gallus Carterius Monachus Benedictinus Monaſterii S.Ettonis vulgo Ettenheim Minſter [10], Au-

1 *De primis, & ultimis Temporibus diſp.* I. *cap.* III. *num.* XL. *pag.* 30. *edit. Auguſta Vindelicor. an.* 1719.

2 *Theolog. Tractat. de Deo &c. cap.* XIII. §. VI. *pag.* 69. *tom.* I. *edit. Auguſtan. an.* 1751.

3 *Tom.* I. *Theolog. Dogmat. & Moral. Tract. De Fide, & Symb. Qu.* II. *art.* VI. §. I. *n* V. *pag.* 121. *edit. Pariſ. an.* 1714.

4 *Tractat. de Incarnat. Quaſt.* XI. *Art.* I. *pag.* 347. *ſeq. edit. Veneta an.* 1731.

5 *Tom.* V. *de Theologicis Diſciplinis: Tract. de Deo facto homine lib* XXVIII. *cap.* IX. *pag* 461. *edit. Rom. an.* 1740. *& lib.* XXII. *cap.* VII. *ad Artic.* IV. *Symboli tom.* IV. *edit. ejuſd.*

6 *Tract. Theolog. tom.* I. *de Deo Quaſt.* XI. *Art.* II. *Sect.* V. *pag.* 270. *edit. Veneta an.* 1718.

7 *Operum Theologicor. vol.* I. *Quaſt.* XII. *Sect.* III. *pag.* 131. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1710.

8 *Tract. de Myſter. & Annis Chriſti tom.* II. *Diſſert.* XXI. §. II. *pag.* 1105. *edit. Venet. an.* 1728.

9 *De Verbi Incarnat. cap.* LXVIII. *pag.* 447. *ſeqq. edit. Patav. an.* 1750.

10 *Tom.* II. *Theologia Univerſalis Tract.* III. *cap.* V. *num.* 151 *pag.* 71. *edit. Auguſt. Vindelicor. an.* 1757. » ORTHODOXI, inquit, OMNES COMMUNI » SUF-

Auctor operis inſcripti *Meditations ſur les Epitres Catholiques de S. Jacques, S. Pierre, & S. Jean avec le texte latin, & francois* [1], Johannes Baptiſta Freſcobaldus [2], Petrus Daniel Huetius Epiſcopus Abrincenſis [3], Auguſtinus Calmetius [4], Auctor Anonymus operis Gallice perſcripti: *De libro Geneſis, in quo juxta methodum Sanctorum Patrum myſteria Jeſu Chriſti manifeſtantur* [5], Nonnoſus Abbas Attilenſis [6], Ludovicus S. R. E. Card. Gottius [7], Jacobus Boudartius S. Th. Licentiatus Lovanienſis [8], Carolus Biluartus Ord. Præd. [9], Jordanus Preingue Ord. Præd. [10], Petrus Daneſius Doctor Lovanienſis [11], Antonius Auguſtinus Touteeus Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri [12], Renatus Maſſuetius Monachus item Benedictinus Congregationis ejuſdem S. Mauri [13], Jacobus Hyacinthus Serryus Ord. Præd. [14], Auctor Anonymus operis e Gallica lingua in Italicam verſi, inſcriptique

fff *Pietas*

» SUFFRAGIO HOC NOMINE INFERNI INTELLIGUNT INFERIORES
» PARTES TERRÆ, QUAS LIMBUM VOCAMUS, ad quas deſcendit anima
» Chriſti poſt mortem, ut inde animas Patriarcharum, & Prophetarum, &
» aliorum Sanctorum Veteris Teſtamenti expectantes beatam ſpem, & Adven-
» tum gloriæ magni Dei erueret, ac liberaret ».

1 *Tom. 3. edit. Pariſ. an. 1754. ad cap. III. epiſt. 1. S. Petri v. 19. pag. 60. ſeq.*

2 *In lib. inſcripto: hoc doce ad Parochos pag. 223. edit. Florent. an. 1719.*

3 *Demonſtrat. Evangel. Prop.* IX. *cap.* CXLV. *p. 615. ſeq.. edit. Francof. an. 1722.*

4 *In Dictionar. Biblico ad v. Limbus pag. 439.. edit. Lucen. an. 1725.*

5 *Tom.* V. *edit. Pariſ. an. 1732. pag. 64. 65.*

6 *In Pſalm.* XV. *num. 10. p. 8. tom. 1. opp. edit. Monachii an. 1741.*

7 *In vera Jeſu Chriſti Eccleſia. Art. x. de Purgator. §. II. num. 5. pag. 325. edit. Veneta an. 1750. & art.* XIV. *de Invocatione Sanctorum §. IX. num. 68. pag. 472.* quo loco argumentum ſolvit hæretici hominis Jacobi Picenini de Sanctis Veteris Teſtamenti, ſi fuiſſent in limbo, non interceſſuris pro populo, quod quidem argumentum eodem atque Cadonicianum revolvitur. Qua ex re conſtat, Cadonicum argumentis hæreticorum conatum fuiſſe ſententiam omnium Orthodoxarum Eccleſiarum convellere.

8 *Tom. 1. Theologia Univerſa. Edit.* IV. *Inſul. an. 1710. pag. 103. §. 22.*

9 *Theolog. tom.* IV. *art.* III. *de Deſcenſu Chriſti ad Inferos pag. 811. edit. Bonon. an. 1762.*

10 *Tract. de Incarnat. to.* VIII. *Theolog. Inſtit. pag. 280. edit. Gandav. an. 1743.*

11 *Inſtitut. Doctrina Chriſtiana tom. 1. cap.* XXII. *qu.* IV. *pag. 170. edit. Iprenſis an. 1718.*

12 *In notis ad Catecheſim* IV. *S. Cyrilli Hieroſolymitani num.* XI. *pag. 57. not. 2. edit. Pariſ an. 1720.*

13 *Diſſert.* III. *in libros S. Irenai art.* VI. *num. 73. tom* II. *opp. ejuſd. S. Irenai edit. Veneta an. 1734. pag. 126.*

14 *In Exercitationibus Hiſtoricis Criticis Polemicis de Chriſto &c. Exercit.* LVIII. *num. 5. pag. 406. edit. Mediol. an. 1719.*

Digitized by Google

Pietas erga Jeſum Chriſtum [1], Alexander Pinius Ord. Præd. [2], Joſephus Patinus Ord. Præd. [3], Guillelmus Fellius Ord. Præd. [4], Paulus a Lugduno Ord. Capuccinorum [5], Antonius Sandinius [6], Nicolaus Buſius [7], Franciſcus Van Ranſtius Ord. Præd. [8], Bernardus Lamius [9], Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri, qui operum S Baſilii Magni editionem curarunt [10], Auctor Anonymus operis gallice inſcripti: *De Cognitione Jeſu Chriſti* [11], Bernardus Ribera Ord. Præd. [12], David Huguenius e Pſeudo-Reformato Catholicus [13], Dominicus de Verthamon Epiſcopus Lucionenſis [14], Cajetanus Maria Meratius Clericus Regularis Theatinus [15], Maximus a Va-

1 *La devozione verſo Gesù Criſto P.* II. *pag.* 182. *edit. Romanæ an.* 1759. Quiſnam autem ejus fuerit auctor intelligi ex gallica inſcriptione poterit. *La piete envers J. C. par le R. P. Q. . . . Pretre de l'Ocatoire*: Vide, ſi licet, hujus edit. *Leod. an.* 1757. *Tit. Deſcente de J. C. dans les enfers p.*126. & 127. Vide præterea A. C. A. egregias *Adnot. in Vitam J. C. italice redditam, edit. Urbini an.* 1750. *p.* 342.

2 *Summa Angelica S. Thomæ Aquin. Compend. tom.* IV. *qu.* LII. *art.* V. & VI. *pag.* 258. *edit. Lugdun. an.* 1681. Obiit is Auctor an. 1709.

3 *In Theologia Evangelica, ſeu in Opuſculis de Vita, Morte, Reſurrectione, & Aſcenſione Chriſti, edit. Avenion. an.* 1705.

4 *In breviſſimo Fidei Propugnaculo pag.* 2. *edit. Venetæ an.* 1684. Is Auctor obiit hujus ſeculi an. 1710.

5 *In totius Theol. Specim. to.* II. *Tract. de Deo uno pag.* 108. *edit. Lugd. an.*1754.

6 *In Hiſtor. Familiæ Sacræ ex Antiquis monumentis collecta edit. Patav. an.*1734. *cap.* XIV. *pag.* 207. *not.* 14.

7 *Saggio Teologico Tit. Redenz. num.* VI. *pag.* 152. *edit. Rom. an.* 1720.

8 *Hiſtor. Hæreticor. & Hæreſ. edit. Venetæ an.* 1720. *pag.* 147.

9 *Concord. Evang. tom.* I. *lib.* V. *cap.* XXXIV. *v.* 12. 40. *pag.* 595. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1699.

10 In Vita S. Baſilii *cap.* XLI. *num.* V. *pag.* CLXXVIII. *tom.* III. *opp. S. Baſil. edit. Pariſ. an.* 1730.

11 *Tom.* I. *P.* I. *cap.* II. *pag.* 141. *edit. Pariſ. an.* 1760.

12 In opere inſcripto *Echo Fidei ab Orientali Eccleſia Moskoviæ perſonans &c. edit. Viennen. an.* 1733. *qu.* XLIX. *num.* I. *ſeq. pag.* 317. *ſeqq. & qu.* LXVII. *num.* 2. *pag.* 498.

13 *In Catholicæ religionis veritate, quam ad ſuæ converſionis Apologiam ex ſolo Sacræ Scripturæ uſu analytice demonſtrat Par.* II. *cap.* XIX. *pag.* 363. *edit. Colon. an.* 1701.

14 *In Catechiſmo ſeu Doctrina Chriſtiana* cura Epiſcoporum Andegavenſis, Rupellenſis, & Lucionenſis edita, rurſumque ejuſdem D. de Verthamon juſſu typis excuſſa gallice, poſtremoque italice verſa, publicataque Venetiis an. 1761. *Explicat. Symboli lect.* X. *pag.* 183. » CREDO, *inquit*, che l' anima di Gesù Cristo » dopo eſſerſi ſeparata dal corpo . . . ſia diſceſa all' inferno, non già per patire » pena veruna, ma per trionfar de' demonj, e per liberare le anime degli antichi » Giuſti, che ivi detenute aſpettavano il Redentore del Mondo ».

15 In libro inſcripto: *La verità della religione Criſtiana, e Cattolica dimoſtrata ne' ſuoi fondamenti &c P.* II. *Ragionam.* XXVII. *num.* III. *pag.* 303. *edit. Venetæ an.* 1722. quo loco ſententiam, de qua agimus, *veritatem* vocat.

Valentia Ord. Capuccinorum [1], Johannes Marangonius Canonicus Ananienſis [2], D. T. P. D. L. O. in ſelectis ſermonibus gallice editis [3], Bernardus Marechalus Monachus Benedictinus [4], Wilibaldus Monrenwaldus Ord. Præd. [5], Nicolaus Nourrius Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri [6], Remigius Celerius Monachus item Benedictinus Congregationis S. Hydulphi &c. [7], Carolus Hureus olim in Academia Pariſienſi ſacrarum litterarum Profeſſor [8], Bernardinus a Piconio Ord. Minor. Capuccinorum [9], Euſebius Amortius Germanus Canonicus Regularis [10], Vincentius Maria S. R. E. Card. Urſinus Ord. Præd. qui poſt ad Pontificatum Maximum evectus Benedictus XIII. eſt appellatus [11], Proſper Lambertinus

1 *In Lectionario Catechiſtico lect.* II. *de Symbolo Apoſtolico num.* 10. *pag.* 15. *edit. Veneta an.* 1720. quo loco: *Dobbiamo*, inquit, *ſapere*, e CREDERE, *che Criſto per gloria maggiore del ſuo trionfo diſceſe coll'anima all'inferno, non tanto per incatenare, e confondere il demonio, ma molto più per liberare le anime elette, che ſi trovavano in quelle carceri detenute... In quel luogo le anime* (*de' Santi Padri*) *non pativano le pene del ſenſo, ma ſolamente quella del danno, che conſiſteva nella privazione della viſta di Dio.*

2 In libello inſcripto: *L'Ammirabile Converſione di S. Diſma detto volgarmente il buon Ladrone, lib.* 1. *cap.* XV. *pag* 97. *ſeqq. edit. Rom. an.* 1741.

3 *Lugduni an.* 1757. *ſermone de Paſs. Jeſu Chriſti pag.* 328.

4 Tomo II. operis inſcripti: *Concordance des Saints Peres de l'Egliſe &c. edit. Pariſ an.* 1739. *pag.* 188.

5 In Commentariis *Scholaſticis in* 1. *P.* Summæ Theologicæ *S. Thomæ Aquinatis Tract.* III. *qu.* V. *pag.* 122. *edit. Ginsburgenſis an.* 1759

6 *Apparatu ad Bibliothecam Maximam Veterum Patrum &c. tom.* 1. *Diſſert.* II. *de omnibus Clem Alexandr operibus. Art.* VIII. *p.* 972. *edit. Pariſ. an.* 1703.

7 *In Hiſtor. Generali Auctorum Sacrorum, tom.* X. *De S. Hieronymo Eccleſiæ Doctore cap.* VIII. *art.* VIII. *num.* XIV. *pag.* 383. *edit. Pariſ. an.* 1742.

8 *In Lexico Univerſali Sacræ Scripturæ: tom.* 1. *ad v. Inferior. num.* 6. *pag.* 831. *& ad v. Infernus: pag* 832 *col* 2. *edit Pariſ. an.* 1715.

9 *In Epiſt. S. Pauli ad Hebræos cap.* XI. *v* 39. *edit. Pariſ. an.* 1703. *pag.* 1443. *& pag.* 1454.

10 *Theologia Eclectica Moralis & Scholaſtica tom.* 1. *diſp.* IV. *de Viſione Dei pag.* 76. *ad* 3. *edit. Auguſtæ Vindelicor. an.* 1732.

11 *Tomo* II. *operum ſerm.* XCII. *pag.* 208. *col.* 2. *edit. Ravennatenſis an.* 1728. Idem tomo III. *ſerm.* XI. *pag.* 12. de Purgatorio crimini dat Abbati Joachimo, & Petro Johanni, quod limbum negarint Sanctorum Patrum: *& num.* XI. *pag.* 13. » *Audacter* riſpondo, *inquit*, che credo bene i quattro narrati ricettacoli, (Inferno, Purgatorio, Limbo de fanciulli morti ſenza il batteſimo, e limbo de' Santi Padri, nominato il ſeno di Abramo) E GLI CREDO DE FIDE, due per detto del Vangelo, cioè l'inferno, e il LIMBO DE' PADRI, e gli altri due per la definizion della Chieſa; ma niente affatto credo alla certa ſituazione di eſſi, perciocchè di cadauno di loro *non invenitur aliquid expreſſe determinatum in Scriptura*, come del Purgatorio inſegna il noſtro Angelico *in* 4. *ſent. Qu.* 1. *Art.* 1. *Quæſtiunc.* 2.

Digitized by Google

tinus S. R. E. Cardinalis, qui deinceps ſummo Pontificatu potitus impoſuit ſibi Benedicti XIV. nomen [1]. Mitto ceteros, ne ſim in re non neceſſaria nimius [2]. Hoc dicam

1 *De Servorum Dei Beatificat. & Beator. Canoniz. lib.* IV. *P.* II. *cap.* XX. *num* XI. *ſeqq. pag.* 14. *to.* IV. *edit. Patav. an.* 1743. Et *lib. de Feſtis D. N. J. C. n.* CCCXLVIII. *pag.* 153. *edit. Patav. an.* 1745.

2 Confer *Theologia Speculat & Dogmatica* ad uſum Seminarii Petrocorenſis *to.* I. *lib.* II *qu.* VII. *pag.* 170. *edit. Patav. an.* 1735. Johannis Baptiſtæ Hamelii *Theologia Speculatricis, & Practica lib.* III. *de Viſion. Dei cap.* IV. *pag.* 65. *tom.* I. *edit. Veneta an.* 1734. Claudii Sommierii *Hiſtor. Dogmat. Religion. ſub lege Gratia &c. tom.* I. *lib* I. *cap.* X *pag.* 149. *edit. an.* 1714. Edmundi Simonnetii *Inſtitut. Theologicarum tract.* I. *de Deo uno diſp.* V. *pag.* 45. *edit. Veneta an.* 1731. Nicolai Hermiuinerti *ſumma Theologica tom.* III. *edit. Pariſ. an.* 1709. *pag.* 409. *ſeq.* Michaelis Lequienii *Adnotationes in lib.* IV. *cap.* XXIX. *Johannis Damaſceni de Fide Orthodoxa pag.* 252. *ſeq. not* 2. *tom.* I. *edit. Pariſ. an.* 1712. Adalberti Tylkowskii *Breviarium Concionator. pro Feria* V. *poſt Dominicam* II. *Quadrag. pag.* 274. *edit. Conſtantienſis ann.* 1721. Lucii Ferrarii Ord. Minor. Regular. Obſervantiæ *Bibliotheca Canonica &c. tom.* IV. *ad v. Infernus pag* 158. *ſeqq. edit. Romana an.* 1759. Auctor *Appendicis ſive novi de Inferno Articuli ad eumdem Ferrarii locum num.* VI. *pag.* 164. etſi multa peccat, de quibus alio loco videro; hoc tamen quod eſt de *Abraha ſinu inferorum nomine in ſcripturis quandoque deſignato non negat; immo vero eumdem ſinum Abraha ea ratione inferorum nomine deſignari potuiſſe concedis, qua locum indicaret illis excipiendis defunctorum animabus aeſtinatum, qua expectarent* RETRIBUTIONEM, ATQUE ÆTERNAM BEATITUDINEM. Quid ? quod *omnes fere* Patres *convenire* agnoſcat, *Chriſti animam poſt ipſius mortem præſentia ſua omnibus ſeſe exhibuiſſe animabus in quocumque illa loco degerent, iis nempe, qua in ſinu Abraha erant, ut eas gloria ſua participes efficeret, reliquis vero alios ob fines?* Conſule præterea Couſtantii, ceterorumque Monachor. Congregationis S. Mauri, qui operum S. Hilarii editionem curarunt, adnotationes *in Tract in Pſalm.* LVIII. *num.* X. *pag.* 116. *to.* I. *opp. Hilarii not.* e. *edit. Veneta an.* 1749. Nicolai Comneni Papadopoli *Pranotionum Myſtagogicarum Reſponſ.* VI. *ſect.* X. *num.* XI. *pag.* 427. *edit. Patav. an.* 1697. Ludovici Antonii Muratorii *de Paradiſo &c. adverſus Thoma Bournetii librum de Statu Mortuorum cap.* III. *pag.* 17. *ſeq. edit. Veron. an.* 1758. Johannis Chryſoſtomi Trombelli Canonici Regularis Congregationis Rhenanæ *tom.* I. *de Cultu Sanctorum P.* II. *Diſſert.* V. *cap.* IV. *pag.* 9. *edit. Bonon. an.* 1740. Bernardi Rabaudi Ord. Præd. *Exercitationum Theologicarum vol.* III. *Exercit.* III. *cap.* I. *pag.* 457. *edit. Toloſana an.* 1715. Johannis Scheffmacheri opus inſcriptum: *Lettres d' un Theologien de l' Univerſitè Catholique de Strasbourg a un des Principaux Magiſtrats de la meme ville faiſant Profeſſion de ſuivre la Confeſſion d' Auſbourg. Epiſt.* IV. *pag.* 161. *edit. Argentin. an.* 1732. Franciſci Mariæ Ferretti Anconitani ex Judaica ſuperſtitione in Chriſtianam Catholicam fidem converſi: *Le verità della Fede Criſtiana ſvelate alla Sinagoga &c. edit. Veneta an.* 1741. *tract.* VII. *pag.* 228. *& pag.* 237. P. Henno Scriptoris ex Ord. Minor. *tom.* II. *Tract. Brevis ſect.* XVII. *Peut* 9. *edit. Colon. an.* 1718. *pag.* 270. quo loco, anima ejus, *inquit, deſcendit ad inferos ſubſtantialiter, ſeu ad Patrum limbum ... ubi animas detentas ſua præſentia fuit conſolatus, immo ſua divinitate fidenter exhibita beatificavit convertendo carcerem in palatium, & limbum in paradiſum, ut tenent communiter Catholici, & Benedictus XI. Extravaganti Unigenitus &c.* V. Avvocati *Demonſtrat. Biblicam p.* 179. *edit. Panorm. an.* 1742. *tom.* II. *F. Erardi Iſag. tom.* II. *pag.* 265. *edit. Aug. an.* 1735. A Alfonſi Nicolai Societat. Jeſu *Diſſertationes &c. in ſacr. Scriptur. Lect.* XC. *in Geneſim pag.* 75. *tom.* VII. *edit. Florent. ann.* 1762. Alexandri Mazzinelli *Adnotationes ad Officium Hebdom. ſancta edit. Rom. an.* 1742. *pag.* 499. Bailleti *les vies des Saints tom.* IV. *edit. Pariſ. an.* 1701. *Feſt. Mob. Samedy*

cam breve: ne eos quidem, qui Eccleſiæ in aliis pleriſque rebus parere recuſaſſent, auſos fuiſſe de hoc ſententiæ genere dubitare, ut Queſnellum [1], ut D' Huguetium [2], ut Meſenguium [3], ut alios, quos prætereo.

SECULO XVII.

Hoc idem docuerunt Gamachæus [4], Andreas Duvallius [5], Adamus Tannerus [6], Laurentius Forerius [7], Martinus Beca-

medy-Saint pag. 270. Anonymi Auctoris Galli opus inſcriptum *Traitè des Principes de la foi Chretienne tom.* 1. *cap.* XXVI. *Art.* IV. *pag.* 477. *ſeq. edit. Pariſ.* 1737. Athanaſii Baruchæ Monachi Cretenſis *Orationes utiles animæ de Salvatoris paſſione*, & *Glorioſa Reſurrectione edit. Venetæ an.* 1711. *pag.* 177. Vincentii Ferrerii Valentini Ord. Præd. *Epitomen curſus Theologici tom.* IV. *edit. Valentinæ an.* 1730. *Tractat. de Incarnat. diſp.* III. *dub.* 3. *pag.* 43. & *dub.* IV. *pag.* 48. & 50. Hyacinthi Tonti Ord. Eremit. S. Auguſtini *I dogmi della Chieſa Romana difeſi contra Giacomo Picenino*: *In Padova* 1713. *Della Invocaz. de Santi cap.* XII. §. XIX. *e* XX. *pag.* 766. & 769. Pauli Medici *Dialogorum ſacrorum tom.* VIII. *P.* III. *in Epiſt. S. Pauli ad Hebræos cap.* XI. *pag.* 170. *edit. Venetæ an.* 1734. Bartholomæi Durandi Ord. Minor. *Fidei Vindicatæ lib.* 1. *art.* XLIV. §. 1. *pag.* 151. *edit. Avenion. an.* 1709. R. P. Richardi Ord. Præd. *Dictionarium Univerſale Theologicum &c. tom.* III. *edit. Pariſ. an.* 1760. *ad v. Limbus pag.* 629. Felicis Verani Cler. Regul. *Theolog. Polemicæ to.* 2. *edit. Auguſtæ Vindelicor. an* 1719. *lib.* IV. *cap.* VII. *pag.* 153. *ſeqq.* & *cap.* VIII. *pag.* 258. D. Cnevaſlui Parochi olim in Diœceſi S. Claudii *Conferences ſur le ſymbole des Apotres &c. tom.* 1. *Conf.* XII. *pag.* 215. *ſeq. edit. Lugd. an.* 1755. Johannis Bartholomæi Maſchardi Canonici Sarzanenſis *Opuſculum de Doctrina Chriſtianæ edit. Lucenſis an.* 1710. *pag.* 20. uno verbo omnium Scriptorum hujus ſeculi opera, qui ante Cadonicum hac de re egerunt.

1 Vide ſupra *not.* 1. *pag.* 410.

2 D' Huguet *Traitè de la Croix de notre Seigneur Jeſu Chriſt, ou explication du Myſtere de la Paſſion de N.S.J.C. ſelon la concorde. chap.* XX. *art.* II. *pag.* 435. 436.

3 *Expoſit. de la Doctr. Chretienne tom.* 1. *a Utrecht* 1744. *Artic.* IV. *du ſymbol.* §. II. *pag.* 355. *Utrech* 1748. *pag.* 224. & *a Cologne* 1758. *Art.* IV. §. III. *pag.* 337. & *edit. Neapol. an.* 1758. *ad Art.* IV. *Symbol.* §. II. *pag.* 264. *num.* II. quo loco ſic ſcribit: *Dalla tradizione principalmente apprendiamo queſte verità* del diſcendimento di Gesù Criſto all' inferno per conſolare i Santi Patriarchi, e Profeti, e per amminiſtrar loro il fine della loro ſchiavitu &c. *delle quali* (verità) *ſi vedono alcuni veſtigj nella Scrittura.* Ex *edit. Venetæ an.* 1761. *pag.* 244. *In edit. Colonienſi num.* IV. *pag.* 337. *ſupra indicata. Hæc nos ab Eccleſia doceri animadvertit.* » Voilà, » *inquit*, ce que l' Egliſe nous enſeigne la-deſſus ſuivant la Tradition Apoſtolique » a la quelle les Saints Peres rendent temoignage &c. »

4 *Summæ Theologicæ tom.* III. *Diſp. de Purgator, cap.* III. *pag.* 854. *edit. Pariſ. an.* 1627.

5 *Tractat. de* IV. *Noviſſimis qu.* V. *pag.* 622. *edit. Pariſ. an.* 1636. & *pag.* 623. & *qu.* 1. *pag.* 482.

6 *Theologiæ Seholaſt. tom.* IV. *pag.* 632. *edit. Ingolſtad. an.* 1627. *diſp.* II. *de Myſteriis Vitæ Chriſti qu.* III. *dub.* III. *Certa*, inquit, *eſt*, & *communis doctrina doctorum, adeo ut hæc res* EX FIDE CERTA *videatur*, QUIDQUID CONTRA NOVATORES QUIDAM DIXISSE VIDEANTUR:

7 *In Manuali Lutheranorum, ſeu in Vindiciis, quibus demonſtratur, doctrinam Lutheranorum a Fide Catholica eſſe a lienam cap.* VIII. *pag.* 353. *ſeq. edit. Diling. an.* 1628.

Becanus [1], Archangelus Rubeus [2], Mauritius de Gregorio Siculus Ord. Præd. [3], Thomas a Jeſu Ord. Carmelit. [4], Antonius Raguccius Beneventanæ Eccleſiæ Pœnitentiarius [5], Dionyſius Petavius [6], Dominicus Gravina Ord. Præd. [7], Johannes Baptiſta Caſalius Romanus [8], Sanctes Francus Ord. Præd. [9], Euſtachius a S. Paulo e Congregatione Fulienſi [10], Ludovicus Tena Accitanus olim in Complutenſi Academia Primarius Theologiæ Profeſſor, deinde S. E. Toletanæ Canonicus [11], Johannes Dominicus Maurus Rector Eccleſiæ S. Salvatoris [12], Franciſcus Feu Arvernus [13], Michael Nau [14], P. Amelotius Oratorii D. J. Presbyter [15], Gummarus Hugenius Belga [16], Nicolaus Yſambertus Doctor, & Socius Sorboni-

1 *Opuſcul. Theologicor. tom.* II. *edit. Lugd. an.* 1621 *de Purgator. Calviniſtar. cap.* II. *num.* 3. *pag* 569. *& num* 7. *pag.* 572. *& tom.* II. *P.* II. *cap.* III.

2 *De Opere Incarnat. in* III. *ſentent. diſt.* XXI. *&* XXII. *pag* 178. *ſeq. edit. Rom. an.* 1614.

3 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII *qu.* I. *pag.* 633. *edit Neap an.* 1645.

4 *De Converſ Omnium Gentium lib* VI. *cap.* V. *pag.* 264 *edit. Antuerp. an.* 1613.

5 *Tractat. de Statu Animarum edit. Neapol. an* 1616. *quaſito* XLIII. *pag.* 65. *n.* X.

6 *Theologicor. Dogmat. tom.* IV. *Tract. de Incarnat. P.* II. *lib.* XIII. *cap.* XVIII. *num.* V. *pag.* 172. *edit. Pariſ. an.* 1650.

7 *Catholicar. Praſcription. adverſus Hareticos lib.* IV. *controv.* I. *de Symbolo Apoſtolor. art.* VI. *Confut. Hareticor. ex Orthodoxorum Firmamentis pag.* 572. *to.* II. *edit. Neapol. an.* 1619.

8 *De Veterib. Chriſtianor. Ritibus edit. Rom. an.* 1644. *cap.* XCVII. *pag.* 478. *ſeqq.*

9 *In Symbol. Apoſtolor. cap.* X. §. 2. *ſeqq edit. Neapol. an.* 1647. *pag.* 197. *ſeqq.*

10 II. *P. Summa Theologica tract.* II. *diſput.* VI. *Prop.* IV. *pag* 492. *edit. Pariſ. an.* 1616. Pro certo tenendum eſt, Chriſtum liberaſſe omnes Sanctorum Patrum » animas, quas per triduum mortis ſuæ glorioſæ animæ præſentia, nec non » etiam ſuæ divinitatis manifeſtatione glorificavit ».

11 *Commentariorum & Diſputationum in S. Pauli Epiſtolam ad Hebreos cap.* XI. *pag.* 901. *edit. Toletana an.* 1611.

12 *Explicat. Salutat. Angelica, Oration. Domin. Decalogi, Symboli Apoſtolici &c. lib.* III. *cap.* XIII. *pag.* 56. *edit. Rom. an.* 1683. » C' inſegna la SANTA » FEDE, che ſeparata l' anima dal corpo di Criſto, diſceſe al limbo de' Santi » Padri, ovvero ſeno d' Abramo per dare libertà a quelle anime, che con tanta » anſietà l' aſpettavano. Che ſe pur anco andaſſe nel Purgatorio, e parimente » liberaſſe alcune, o tutte quelle anime colà eſiſtenti, è opinione ».

13 *Tractatuum Theologicor. tom.* II. *edit. Pariſ. an.* 1695. *pag.* 185 *&* 272. *ſeqq.*

14 *In Eccleſia Romana, Gracaque vera effigie edit. Pariſ. ann.* 1680. *Dialogo* V. *pag.* 103. *ſeq. &* 105.

15 *In Compendio Theologia* gallice ſcripto, in quo agit *de pracipuis veritatibus religionis edit. Pariſ. ann.* 1675. *lib.* VI. *pag.* 312. quo loco » Abraham, *inquit*, » non adhuc lumine gloriæ gaudebat, niſi PROTESTANTES eam ipſi dare ve» lint ante Chriſtum, contra teſtimonium, quod ipſe reddidit Nicodemo ».

16 In Brevibus Obſervationibus de Verbo Incarnato *cap.* XXXVIII. *edit. Leodien. an.* 1695. *pag.* 463.

Digitized by Google

bonicus [1], Theophilus Raynaudus [2], Ludovicus Thomaſſinus Oratorii D. J. in Gallia Presbyter [3], Zacharias Boverius Ord. Minor. Capuccinorum [4], Stephanus Petiotus [5], Bernardinus Vetweiſius Ord. FF. Minor. [6], Cardinalis Richelius [7], Leo Allatius Chius [8], Petrus Arcudius [9], Sebaſtianus Tillemontius [10], Nicolaus Divionenſis Ord. Minor. Capuccinorum [11], Baſilius Sveſſionenſis Ord. ejuſdem [12], Lazarus Andreas Bocquillotius [13], Carolus Cangius Dufreſnius [14], Johannes Laurentius Neeſenius

1 *Diſput. in* 1. *P. S. Thomæ od quaſt.* XXI. *diſp.* 1. *art.* VI. *pag.* 92. *edit. Pariſ. an.* 1641. *tom.* 1. *opp. Theologicor.*

2 *In Hagiologio Exotico*. *De S. Latrone cop.* X. *pag.* 529. *num.* 16. » Certum » eſt, *inquit*, Chriſtum illuc (hoc eſt in ſinum Abrahæ, in quem locum amandabantur viri ſancti interim dum portæ æternales recluderentur &c) Chriſtum » deſcendiſſe, ut captivos ſuos abduceret ». *Tom.* IX. *opp. edit. Lugd. an.* 1665.

3 *Theologicorum Dogmatum lib.* V. *cap.* XVIII. *num.* IV. *pag.* 398. *edit. Pariſ. an.* 1684. *tom.* 1.

4 *Demonſtrationum Symbol. vera*, *& falſa Religionis*. *Demonſtrat.* II. *artic.* V. *pag.* 63. *tom.* 1. *edit. Lugd. an.* 1617. » Tertium (*dogma religionis orthodoxa*) eſt » de limbo Patrum, quem fabulam putant Calvinus, quem tamen aſſerunt graviſſimi Patres ».

5 *Dans les Demonſtrat. Theologiques*. *Tom.* 1. *a Metz* 1674. *pog.* 693. *ſeq.*

6 *In Speculo vera Eccleſia Chriſti lib.* VI. *cap.* VI. *art.* II. *pag.* 246. *edit. Colon. an.* 1664.

7 In Tractatu, *qui contient la methode la plus facile & la plus aſſeurée pour convertir ceux qui ſe font ſeparez de l' Egliſe edit. Pariſ. an.* 1651. *lib.* IV. *cap.* VI. *de Purgator. pag.* 604.

8 *De libris Eccleſiaſticis Gracorum*, *Differt. de Pentecoſtario num.* 263. *pag.* 178. *& num.* 275. *pag* 187. *ſeqq. edit. Hamburg. an.* 1712. *tom* V. *Biblioth. Graca* Johannis Alberti Fabricii: *& de utriuſque Eccleſia Occidentalis*, *atque Orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio conſenſione n.* XXX. *pag.* 228. *edit. Rom. an.* 1655.

9 Περὶ τοῦ καθαρτηρίου *de Purgatorio p.* 55. *edit. Rom. an.* 1637.

10 *Monum. Hiſt. Eccl. Vit. J. Chr. art.* XIX. *p.* 19. *& not.* XXXIV. *p.* 193. *tom.* 1. *edit. Bruxell. an.* 1732.

11 *De Evangeliis totius anni tom.* III *edit. Lugd. an.* 1687. *p.* 583.

12 *Dans le fondement inebranlable de la Doctrine Chretienne edit. Pariſ. an.* 1681: *art.* XXIV. *p.* 321. *to.* 1. *& p.* 326. quo loco id dogma *myſterium* appellat. Et *p.* 330. ubi confirmari idipſum dogma articulo ſymboli quinto animadvertit.

13 *In Symbol. Apoſtolor. tom.* III. *edit. Pariſ. an.* 1689. *homil.* X *p.* 246. » Credimus 1. *inquit*, animam J. C. junctam divinæ perſonæ ſuæ vere deſcendiſſe ad » inferos, non in locum, in quo cruciantur damnati, ſed in quo veluti depoſiti » loco erant animæ illorum, qui ab initio mundi mortui in gratia Dei fuerant » quæ (animæ) erant in ea requie, quam Scriptura vocat ſinum Abrahæ . . . Nos » credimus 1. Jeſum Chriſtum, qui deſcendit ad inferos, illuminaſſe eos, qui » tempore vitæ ſuæ ſpem in eo ſuam collocarant, expectarantque ſpe certa fore, » ut eos aliquando liberaret . . . locus in quo erant hæ animæ juſtæ . . . erat revera veluti genus quoddam carceris, in quo erant detentæ uti captivæ uſque dum » cælum aperiretur virtute ſanguinis Chriſti, & quamvis non ſentirent dolorem, & eſſent in requie, deerat tamen felicitati earum illuminatio lucis gloriæ. Ecce fratres mei quod nos credimus priore hujuſce articuli parte ».

14 *Gloſſar. Med. & infima latinit. to.* III. *edit. Ven. an.* 1739. *ad v. Limbus p.* 204.

ſenius Canonicus S. E. Mechlinienſis [1], Laurentius Beyerlinckius [2], Franciſcus Bonæſpei Ord. Carmel. [3], Armandus Hermannus Ord. Minor. [4], Didacus Baeza [5], Thomas a Jeſu Eremit. Auguſtinianus [6], Octavius Worſtius Amſtelodamenſis Catholicus [7], Petrus de Comitibus Eremita Auguſtinianus [8], Jacobus Dumetzius [9], Adrianus, & Petrus Vallemburgici fratres Epiſcopi doctrina, triumphiſque adverſus hæreticos partis illuſtres [10], Petrus Simon Tiletanus Epiſcopus Yprenſis [11], Petrus Bogdanus Archiepiſcopus Scopienſis [12], Jacobus Gretſerus [13], Felix Antonius Guarnerius Ord. Minor. Conventualium [14], Laurentius S. R. E. Card. Brancatus de Lauria [15], Dominicus a S. Trinitate Carmelita Excalceatus [16], Angelus Petricca Ord. Minor. Conventualium Vicarius olim Patriarchalis Conſtantinopolitanus [17], Antonius Balinghemius,

1 *Tractat. Theolog. Moral. edit. Colon. Agripp. an.* 1687. *tract.* v. *tom* II *qu.*VI. *de Purgat. dub.* II. *pag.* 259. FIDE TENENDUM EST, *inquit*, LIMBUM PATRUM ESSE SUBTERRANEUM, quod probatur 1. ex Symbolo Apoſtolorum &c. »

2 *Tom.* IV. *Theatri vitæ humanæ p.* 500. *edit. Lugd. an.* 1678. » Et quidem limbum, *inquit*, in quo Patres Veteris Teſtamenti expectaverunt redemtionem, quæ per Chriſti adventum illis obtigit, ET AD QUOS EUM DESCENDISSE IN SYMBOLO PROFITEMUR, fuiſſe ſubterraneum conſtat ».

3 *Tractat. de ultimo fine hominis dub.* VIII. *p.* 19. *edit. Antuerp. an.* 1662.

4 *In* III. *ſentent. tom.* III. *edit. Colon. an.* 1693. *tract.* I. *diſp.* XXII. *quæſt.* VI. *num.* VII. & VIII. *p.* 427.

5 *Tom.* I. *Commentarior. Moral. in Evangelic. Hiſtor. lib.* IV. *cap.* VI. §. IV. *p.* 738. *edit. Veneta an.* 1628.

6 *Travagli di Gesù num.* 32. *p.* 575. *edit. Veneta*, & *Genuenſis an.* 1656. & 1657.

7 In opere inſcripto: *Liber Chriſtus ſignatus ſeptem ſigillis : ſigillo* IV. *num.* 1. *p.* 229 *ſed. edit. Rom. an.* 1666.

8 *Tractat. de Peccato Originali diſp.* V. *art.* V. *p.* 163. *num.*2. *edit. Rom. an.*1690.

9 II. *P. Theolog. continuat. de Myſterio Incarnat. cap.* VI. *ſect.* XIV. *art.*2. *p.*726. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1680.

10 *Tract. de deſcenſu Chriſti ad inferos p.* 59. *num.* 18. *tom.* II. *controverſiarum. Colon. Agripp. an.* 1670.

11 *De Jeſu Chriſti cum Moſe, & Elia colloquio. Opp. p.*464 *edit. Antuerp. an.*169.

12 *Della infallibile verità della Cattolica Fede : ſcal.* III. *diſc.*IV. *p.*128. *edit. Venete an.* 1691.

13 *Controverſiar. Roberti Bellarmini defenſione tom.* II. *de Chriſto &c. lib.* IV. *cap.* XI. *ſeqq. p.* 313. *ſeq. edit. Ingolſtad. an.* 1609.

14 *De Eccleſia Purgante lib.* I. *cap.* I. *num.* 87. *p.* 20. *edit. Rom. an.* 178.

15 *In* III. *ſententiar. diſp.* XX. *art.* III. §. II. & *ſeqq. edit. Rom. an.* 1682.

16 *Bibliotheca Theologica tom.* V. *P.*1. *ſect.* X. *cap.* XXVI. *p.* 775. *ſeqq. edit. Roman. an.*1671.

17 *De Militante, ac Triumphante Eccleſia lib.* XII. *diſp.*1. *p.* 419. *ſeq. edit. Rom. an.* 1643.

Digitized by Google

mius [1], Fortunatus Scacchus Ord. Eremitarum S. Auguſtini [2], Johannes Matthæus Caryophilus Archiepiſcopus Iconienſis in ἐλέγχῳ τῆς Ψευδοχριςιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίου τοῦ Γεργάνου, quo loco [3], μιλεῖ, inquit, τὸ λοιπὸν ὁ Προφήτης κατὰ τὸ γράμμα διὰ τὸν λάκκον τῶν ἁγίων πατέρων, τοὺς ὁποίους ἐλευθέρωσεν ὁ Χριςὸς μὲ τὸ αἷμα τοῦ πάθους του· ἀλλ᾽ οἱ ἑβραῖοι ἐξηγοῦσιν διὰ τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἰουδαίων ἀπὸ τὴν ἐχμαλωσίαν τῆς βαβυλῶνος, καθὼς λέγει καὶ ὁ Γεργάνος. ὅμως μὲ δίκαιον ἡμεῖς ἀκολουθοῦμεν τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησίας, ὄχι τοὺς ἑβραίους. Ludovicus Abellyus Epiſcopus Ruthenenſis [4], Inſtitutiones Theologicæ ad uſum Seminarii Pictavienſis [5], Johannes Lorinus [6], Marinus Merſennius Ord. Minimorum [7],

Bene-

1 *In locos communes ſacræ Scripturæ p. 62. edit. Trivoltin. an.1705.*

2 *De Cultu, & Veneratione Servorum Dei. lib. 1. ſect. 1. cap. v. p. 48. edit. Rom. an.* 1639.

3 *In Refutatione Pſeudo-Chriſtianæ Catecheſis editæ a Zacharia Gergano edit. Rom. an.* 1631. *p.* 390. *ſeq.* ubi » Loquitur ergo, *inquit*, Propheta ad litteram, » ut vult Hieronymus, de lacu Sanctorum Patrum, quos ſuæ paſſionis ſanguine li- » beravit Chriſtus. Hebræi vero interpretantur locum de liberatione Judæorum » e captivitate Babylonica, ut etiam dicit Gerganus » (*nimirum, ut neget temporale illud receptaculum Sanctorum Patrum*, hæc enim addit in ſua interpretatione latina Caryophilus, quæ omiſit in textu Græco. Pergit porro) » At nos jure ſequi- » mur non Hebræos, ſed Sanctos Patres ». Paulo ante, hoc eſt *p.* 389. *ſeq.* idem ſcripſerat: » Homo audax (Gerganus) Judaico ſenſu exponit Prophetæ voces, » citanſque in margine Hieronymum, non ſequitur illius expoſitionem, ſed He- » bræorum dicta; ſumma certe calliditate, ut lacum Sanctorum Patrum neget » :

4 In libro, cujus titulus *Veritates præcipuæ fidei &c. Inſtit.* xı. *p.* 74. *ſeq. edit. Senogal. an.* 1698. Fuit is liber converſus italice, ac loco modo indicato ſic habet. » Che ſignificano quelle parole del ſimbolo *diſceſe all' inferno*? Significano, che » l' anima di Gesù Criſto, che fu ſeparata dal ſuo corpo, diſceſe all' inferno per » far ivi conoſcere la ſua potenza, e la ſua Divinità, e per TRARNE, E LIBE- » RARNE LE ANIME DE' SANTI PADRI, E DEGLI ALTRI GIUSTI, ch' » erano trattenuti in que' luoghi ſotterranei, come in una prigione, d' onde non » poteano uſcire ſin tanto, che Gesù Criſto non aveſſe pagato il prezzo della loro » redenzione . . . Ora quando noi diciamo nel ſimbolo, che Gesù Criſto è diſceſo » all' inferno, DOBBIAMO INTENDERE, che l' anima ſua diſceſe colla preſen- » za reale al LIMBO DE' SANTI PADRI, E DE' GIUSTI ».

5 Juſſu Johannis Claudii de la Poype de Vertrieu Pictavienſis Epiſcopi editæ; *tom.* 1. *de Deo. Qu.* III. *art.* v. §. ıv. *p.* 266. *tom.* 1. *edit. tertia an.*1723.

6 *In Commentariis in Actorum Apoſtolicor. cap.* II *v.* 24. *p.* 117. *edit. Lugdun. an.* 1605. Et *in Comment. in Pſ.* CII. *p.* 100. *edit. Mogunt. an.* 1678.

7 In opere inſcripto: *Obſervationes, & Emendationes ad Franciſci Georgii Veneti Problemata*, quo quidem *in opere cabala evertitur: & Editio vulgata, & Inquiſitores ſanctæ Fidei Catholicæ ab hæreticorum, & politicorum calumniis vindicantur, edit. Pariſ an.* 1623. *Probl.* CCLX. *p.* 314. 315. ubi auctor refellit hæreticos tollentes limbum Sanctorum Patrum.

Benedictus Juſtinianus [1], Philippus Paulus Mertzius [2], Simon Muiſius Archidiaconus olim Sveſſionenſis [3], Thomas le Blanc, qui in Academia Remenſi ſacra Biblia interpretatus eſt [4], Balthaſar Corderus [5], Libertus Fromondus [6], Cornelius a Lapide [7], Dominicus Ginnaſius S. R. E. Card. [8], Claudius Fraſſenius Ord. Minor. Conventual. in eo, quem ante annum 1699. perſcripſit diſquiſitionum Biblicarum, libro [9], Carolus Scribanius [10], Thomas Malvenda Ord. Præd. [11], Carolus Dorronius Gallus Presbyter Oratorii Domini Jeſu [12], Bartholomæus Barberius Ord. Minorum Capuccinorum [13], Richardus Simonius Pr Orat. D. J. [14], Johannes Phelippeus S. J. [15], Joh. Gab. Boyvinus Ord. Minor. qui quam tuemur, *communem* dicit eſſe ſententiam *Catholicorum* [16], Vinc. Contenſonius Ord. Præd. [17], Gaſpar Jueninus Congregationis

1 *In cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos v.* 39. *p.* 842. *ſeq. edit. Lugd. an.*1613. & alibi.
2 In Theſauro Biblico *L. tit.* XV. *de limbo Patrum p.* 352. *edit. Venet. an.* 1737.
3 *In Pſ.* XV. *al.* XVI. *v.* 10. *p.* 70. *opp. edit. Pariſ. an.* 1650.
4 *In Pſ.* VI. *v.* 6. *num.* 40. *p.* 773. *tom.* 1. *edit. Lugd. an.* 1665. *& in Pſal.* XV. *v.* X. *art.* V. *p.* 1546.
5 *Adnotat. in Catenam ſexaginta quinque Græcorum Patrum in Lucam edit. Antuerp. an.* 1628. *p.* 410.
6 *In cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos v.* 39. *ſeq. p.* 494. *edit. Lovanienſis an.* 1663.
7 Ut aliis in locis permultis, ita in *Comment. ad cap.* XI. *Ep. ad Hebræos v.* 40. *p.* 949. *edit. Antuerp. an.* 1665. ubi *perverſe agi a Beza*, ſcribit, qui ante mortem Chriſti *patefactam* fuiſſe Sanctorum viam, hoc eſt beatitatem in Dei viſione conſiſtentem, exiſtimavit. Atque Cornelius quidem: *Beatitudinem animæ*, inquit, *quæ conſiſtit in Dei viſione, & fruitione, Patres priſci non ſunt adepti ante nos, ideſt ante tempus noſtrum, puta Chriſtianiſmi, & Chriſti, qui pretio perſoluto Cæli januam reſeravit, ut ſtatim a morte eo evolare poſſit anima ſancta.* Confer ejuſdem *Comment. in cap.* XXXVI. *Geneſ. v.* 35. *p.* 272. *tom.* 1. *opp. edit. Antuerp. an.* 1671.
8 *Tom.* 1. *Enarrat. in Pſalmos edit. Rom. an.* 1636. *Pſ.* XV. *p.* 155.
9 *In cap.* XXXVI. *Geneſ. qu.* V. *p.* 367. *edit. Pariſ. an.* 1705.
10 *In Chriſto patiente cap.* XIV. *edit. Antuerp. an.* 1629. *p.* 546.
11 *De Paradiſo Voluptatis cap.* LXXXVI. *p.* 280. *ſeq. edit. Rom. an.* 1605.
12 In opere inſcripto: *Jeſus Chriſt dans les Ecritures ſelon l' interpretation des Peres*: XXIII. *Paſſage. p.*648. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1658. quo loco, *nemo eſt*, ait, *quin ſciat, Dei filium poſt mortem ſuam liberaſſe animas detentas in limbo &c.*
13 *In Pſ.* XV. *num.* 31. *p.* 44. *tom.* II. *Gloſſar. S. Scripturæ edit. Lugd. an.* 1681.
14 Huc enim ſpectare videntur, quæ in *Hiſtor. Critica Novi Teſtamenti cap.*XXII. *p.* 269. *P.* 1. *edit. Roterod. an.* 1689. ſcribit, *de ſubterraneis locis, in quæ animæ abibant, poſtquam a corporibus erant ſeparatæ.*
15 *Commentarior. in Oſeæ caput* III. *v.* III. *num.* X. *p.* 638. *edit. Pariſ. an.*1636.
16 *De Incarnat. cap.* XIV. *qu.* III. *quæres* X. *Reſp.* 1. *p.* 264. *edit. Pariſ. an.* 1678. *& Reſp.* II.
17 *Theologia mentis & cordis lib.* X. *Diſſert.* IV. *cap.* II. *ſpeculat.* II. *p.* 151. *to.* II. *edit. Lugdun. an.* 1687.

nis Oratorii Domini Jeſu Preſbyter [1], Carolus Thomaſius [2], Ludovicus de Morano [3], Johannes Georgius Rhetus [4], Joſephus Maria a Turre Ord Præd. [5], Johannes Laurentius Helbigius Parochus Kiſſingenſis [6], Raymundus Capiſſuccus e Magiſtro Sacri Palat. Apoſtolici S.R.E. Card. [7], Franciſcus Sylvius olim in Academia Duacena Regius, ac Ordinarius Theologicor. Dogmatum Interpres [8], Matthias Daneus [9], Georgius Ambianates Ord. Minor. Capuccinor. [10], Jacobus Bonſrerius S. J. [11], Georgius ab Eyſchen S. E. Colonienſis Canonicus [12], Raphael Averſa a S. Severino ex Ord. Clericor. Regularium Minorum [13], Theodorus Gennarius Ord. Minor. Epiſcopus Velienſis [14], Marcellus Regienſis Ord. Minor. Capuccinorum [15], Johannes Franciſcus Durazzius [16], Carolus

 Fe-

1 *Theolog. tom.* II. *p.* 144. *&* 146. *edit. Pariſ. an.* 1700.
2 *In Arbore uberrima ſacra Doctrina* III. *P. Aphoriſmo* LII. *p.* 621. *edit. Rom. an.* 1556
3 Ord. Minorum in opere inſcripto: *Scotus Dogmaticus p.* 92. *edit. Pat. an.* 1706.
4 In libro inſcripto: *Converſio Johannis Georgii Rheti*, quo quidem libro Auctor adverſus Proteſtantes ſcribens rationem reddit converſionis ad ſacra Catholicorum ſuæ, *Ratione* III. *p.* 56. *&* 66. *edit. an.* 1666.
5 In opere Inſtitutionum ad Verbi Dei intelligentiam, quod extremo ſeculo ſuperiore orſus fuerat, quodque perfecit, edidítque Parmæ anno hujus ſec XI. *to.* III. *Tractatu Acceſſorio. qu.* IV. *art.* VI. *de Articulis Fidei. num.* II. *p.* 260.
6 Commentariorum in Pentateuchum *tom.* I. *ad Geneſeos cap.* XXXVII. *v.* 35. *p.* 755 *edit. Colon. an.* 1713.
7 *De Deſcenſu Chriſti ad inferos controv.* XXVIII. §. XXIII. *p.* 806. *ſeq. edit. Rom. an.* 1670.
8 *Commentarior. in* III. *P. Summa Theologica S. Thomæ Aquinatis quæſt.* LII. *art.* V. *p.* 172. *tom.* III. *edit. Antuerp. an.* 1667.
9 *In Confeſſione Catholica Fidei exhibita menſe Majo an.* 1678. *incolis Vallis Lucernæ &c. Vide ſupra hujus operis* 364. *not.* 2.
10 *In Trina Pauli Theologia. in cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios ſect.* V. *p.* 57. *tom.* III. *edit. Lugd. an* 1664.
11 *In Geneſ. cap.* XXXVII. *p.* 286. *edit. Antuerp. an.* 1625.
12 Paſſione D. J. Chr. *ſecundum Evangelium Matthæi* §. 236. *cap.* XXVII. *p.* 561.
13 III. *P. Theolog. de Incarnat. qu.* XLVI. *ſect* VIII. *p.* 572. *edit. Genuen. an.* 1640. » Vere, *inquit*, deſcendit Chriſtus ad illum locum, qui dicebatur ſinus Abrahæ, » & limbus Patrum, & ibi invenit animas Sanctorum, qui ante eum deceſſerant, ac proinde adhuc beatitudinem non obtinuerant, eaſque inde liberavit, » & ad perennem gloriam traduxit. HÆC QUIDEM ASSERTIO CONTINET » FIDEM HUJUS MYSTERII. Traditur ab omnibus Theologis cum D. Thoma, & cum Magiſtro, & a Scriptoribus contra recentiores hæreticos... Eſt » item communis traditio Patrum, & perpetuus Eccleſiæ ſenſus ».
14 *Explic. Artic Symboli Apoſtolici art.* V. *edit. Veneta an.* 1674.
15 *Summa Seraphica D. Bonaventura edit. Maſſilienſis an.* 1669. *tom.* II. *tract.* II. *diſput* XII *qu* I. *quo loco, aſſertionem hanc eſſe*, ait, *indubitatam*.
16 *Della Paſs. del Figliuolo di Dio to.* II. *P.* III. *trat.* VI § III. *p.* 168. *ed. Rom. an.* 1704.

Felix de Mattha Cremonenſis Epiſcopus S. Severi [1], Felix Contelorius [2], Benedictus de Benedictis [3], Amadeus Antoniottus Clericus Regularis ex Inſtituto Barnabitarum [4], Petrus Nicolius, quem Cadoniciani minus fuiſſe in Auguſtini doctrina verſatum, numquam dicent, niſi ſecum ipſos pugnare non pudeat [5], Aloyſius Maria Benetellus Ord. Minimor. S.Franciſci a Paula [6], Hyacinthus Chalvetus Ord.Præd.[7], Jacobus Marchantius oppidi Covvinienſis Paſtor [8], Antonius Bucatus Ord. Minimorum S. Fran-

1 *Tract. de Sanctorum Canonizatione P.* IV. *cap.* III. *num.* 10. *p.* 310. *edit. Rom. an.* 1678. » Quantumcumque, *inquit*, Sancti Veteris Teſtamenti perſonaliter eſ- » ſent ſancti, claritas tamen divinæ viſionis eis fuit clauſa nondum ſoluto pretio » humanæ naturæ per mortem Chriſti, in cujus figura dicit Apoſtolus ad He- » bræos IX. . . . nondum propalatam eſſe Sanctorum viam &c. Ita quidem Cremonenſis civis a Cremonenſibus inſtitutus fuerat. At Cadonicus eam nunc inſtitutionem apud Cremonenſes delere conatur.

2 *Tractat. & Praxi de Canonizatione Sanctorum cap.* XI. *num.* 10. *p.* 126. *edit. Lugd. an.* 1634.

3 *In Jaculis Eccleſiæ Chriſti Catholicæ num.* CCCCLXXIV. *p.*329. *edit. Ven. an.*1608. » Limbum Sanctorum Patrum eſſe, *inquit*, hæretici negant Zuinglius, Luthe- » rus, Bucerus, Calvinus, & Beza; ſed iſta impiorum caterva, & dæmoniorum » hæc doctrina omnino proſcinditur, & rejicitur a Chriſtianis doctoribus ».

4 *Del ſimbolo della Fede: Conſideraz. ſopra il quinto Articolo &c. p.* 63. *edit. Mediol. an.* 1692. » Quando ſi dice, *inquit*, che l' anima di Gesù Criſto ſceſe » all' inferno, SI DEE CREDERE PER CERTISSIMO, CHE (ſceſe) AL » LIMBO DE SANTI PADRI. Così è ſtato definito da' Santi Padri, e da' Sa- » cri Concilj &c. »

5 *Dans les Inſtructions Theologiques, & Morales ſur le Symbole: Inſtruct.* VI. *ſur le* V. *Article chap.*1. *to.*11. *edit. Pariſ.* 1741. *p.*310. Ubi quærit, quid *egerit Chriſtus in inferis*? ſicque ſtatuit. » Inviſit Patriarcharum, & Prophetarum, aliorumque » animas, quæ etſi mundatæ a peccatis fuerant, eo tamen loco detinebantur, qui » decretus ipſis a Deo fuerat, propterea quod nondum reſeratus paradiſus eſſet ». Rurſum quærenti diſcipulo, in inferis ne Patriarchæ, atque Prophetæ fuerint, reſpondet: » S. Auguſtinus ait, late infernum extendi. Locus in quo erant Patriar- » chæ, ceterique juſti, etſi longe diſtabat ab loco tormentorum, ambitu tamen » inferni comprehendebatur ».

6 *Ne' Dardi Rabbinici, dardo* XLI. *Appendice* V. *p.* 100. *ſeqq. edit. an.* 1705. Adverſus Judæos multis demonſtrat, auctos beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei, vindicatoſque in libertatem fuiſſe Sanctos Veteris Teſtamenti deſcenſu Chriſti ad inferos; & *p.* 108. » Erano, *inquit*, diſceſi i Santi Padri nell' inferno, e » vi erano imprigionati, e privi della gloria eterna, ch' è vita: ma egli eſſendo » libero fra que' morti, li traſſe dalla man della morte, e li riduſſe alla vita. » Così reſtano dilucidate le Profezie ». Confer etiam, quæ ſcribit: *Nelle ſaette di Gionata cap.* VII. *p.* 118. *edit. Veneta an.* 1703. *& p.* 470.

7 Theologi Eccleſiaſtis *tomo* IX. *de Paſs. Chriſti Domini qu.* X. *p.* 352. *edit. Burdigal. an.* 1679.

8 *Hort. Paſtor. lib.* 3. *tract.* III. *lect.* XXIII. *Prop.* I. *p.*103. *edit. Veneta an.* 1667. » Ad (limbum SS. PP.) CERTUM EST CHRISTUM DESCENDISSE EX SCRI- » PTURIS, ET SANCTIS PATRIBUS &c. Chriſtus ergo illuc deſcendit, ut » animas Sanctorum Patrum liberaret, quia jam pretium redemtionis ſolutum » erat. Unde per ejus præſentiam beatificati ſunt viſione eſſentiæ divinæ, ſicque » limbum in paradiſum convertit ».

Digitized by Google

S. Franciſci a Paula [1], Julius Moroſinus Bibliothecæ Vaticanæ ſcriptor, & Hebraicæ linguæ in Collegio de Propaganda Fide Profeſſor [2], Johannes Paulus Pallanterius Epiſcopus Aquilonienſis [3], Joſephus Voiſinius [4], Didacus de Janguas Ord. Prædicatorum [5], Johannes Chryſoſtomus a S. Paulo ex Inſtituto Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum [6], Silveſter Maurus [7], Johann. Ciampinius Romanus *Magiſter Brevium gratiæ* [8], Franciſcus Vavaſſorius Soc. Jeſu [9], Lauretus Matthæus Reatinus Civis [10], Franciſcus Ghetius Ord. Præd. [11], Joh. Laurentius Guadagnius Theologus Neapolitanus [12]. Mitto Johannem Ludovicum de la Cerda [13], innumerabileſque prope alios, qui XVII. ſeculo hac eadem de re aut copioſe, aut breviter diſputaverunt.

SECU-

1 *Tom.* I. *Theologia Patrum Dogmatica differt.* IV. *de Tempore quo ſancti donantur viſione Dei art.* II. *p.* 66. *obj.* 5. *edit. Pariſ. an.* 1718.

2 *Via della Fede moſtrata agli Ebrei P.* 1. *p.* 45. *ſeq. edit. Rom. an* 1681. » Noi » Criſtiani crediamo, *inquit*, che Gesù Criſto morto che fu, calò coll' anima all' » inferno per redimere le anime . . . L' inferno è l' iſteſſo, che luogo ſotterraneo » detto da voi (Ebrei) *ſchol*, e ha molti gradi. La più ſuprema libera da' dolori » propriamente tali era la ſtanza de' Santi Padri del Vecchio Teſtamento Abramo, » Iſacco, e altri purificati da ogni colpa, e macchia, i quali in qualche modo ſi » può dire, che aveano dolori, perchè ſoſpiravano la venuta del Meſſia, ac- » ciocchè apriſſe loro il Cielo ».

3 *Explanatione in Hymnos Eccleſiaſticos ad Paulum V. P. M. p.* 279. *edit. Rom. an.* 1606. *& p.* 187. *ſeq. ſeq.*

4 *In Adnotationibus ad Pugionem Fidei Raymundi Martini p.* 618. *edit. Lipſ. an.* 1687. *& in Proœm. p.*159. *edit. ejuſd.*

5 *De Cardinalibus, & præcipuis Jeſu Chriſti, & Sanctorum Operibus lib.*1. *Tract. de Latronis Converſione p.* 291. *edit. Pariſ.*

6 *In Philopiſto Orthodoxa Fidei Veritate Inſtructo, oblatoque Caſimiro Opalenſchio Culmenſi Epiſcopo edit. Varſav. an.* 1691. *argum.* VI. *p.*242.

7 *Tom.* 1. *oper. Theol. lib.* III. *qu.* CXCI. *num.* XII. *p.* 563. *edit. Rom. an.* 1687.

8 *P.* 1. *Veter. Monumentor. cap.* VI. *p.* 49. *litt. R. edit. Rom. an.* 1690. quo loco de vetuſti Piſani Templi valvis diſputat, *& cap.* IV. *num.* XXII. *p.* 37. quo loco agit de valvis Baſilicæ S. Pauli Urbis Romæ, & *tom.* II. *cap.* V. *p.* 34. *num.* 39. *edit. item Rom. an.* 1699.

9 *Orat. de Aſcenſ. Chriſti p.* 274. *edit. opp. Amſtelod. an.* 1709.

10 In Hymnodia ſacra: *edit. Bonon. an.* 1689. *p.* 149. Hymnum: *Aurora cælum purpurat*, explicans: verſus illos extremos duos ſtrophæ 2. *Patrum ſenatum liberum educit ad vitæ jubar*, ſic interpretatur:

E della vita allo ſplendor bramato
Ne trae de' Padri il prigionier Senato.

11 *In Arcanis Theologiæ Selectioribus qu.* XXXVI. *edit. Ticinen. an.* 1650.

12 *Nel Teſoro della Dottrina di Criſto noſtro Signore: ad art.* V. *Symb. p.* 375. *ſeq. edit. Veneta, & Baſſanen.*

13 Hujus ego operum indicabo locum, cum de Tertulliano agam.

SECULO XVI.

Johannes Echius is, cujus illuſtres adverſus Lutherum fuerunt pugnæ [1], Johannes Oſorius [2], Matthæus Oryus Ord. Prædic. hæreticæ pravitatis in Galliis olim Quæſitor [3], Alonſus de Oroſco Eremita Auguſtinianus vir doctrina, vitæque ſanctitate conſpicuus [4], Franciſcus Titelmannus Haſſelenſis Ordinis Minorum [5], Johannes Baptiſta Tolengius Mantuanus Monachus Benedictinus Caſinas [6], Johannes Arboreus [7], Franciſcus Lucas Brugenſis [8], Alfonſus Salmero [9], Seraphinus Capponius a Porrecta Ord. Prædic. [10], Georgius Ederus J. C. Friſingenſis Ferdinando I. & Maximiliano II. a conſiliis aulicis [11], Johannes Mariana [12], Hieronymus Torrenſis [13], Bernar-

1 *Homiliarum tom.* II. *p.*197. *Dom.* II. *Pentec. edit. anni* 1557. Ubi: *ſinus*, inquit, *Abrahæ limbus ipſe eſt, in quo Patres illi ante adventum Chriſti detinebantur. Plane hic locus, de quo* DICIMUS IN SYMBOLO, CHRISTUM DESCENDISSE AD INFEROS.

2 *Tom.* 1. *Concion. De Juſto Latrone p.*710. *edit. Veneta an* 1595.

3 *In Alexipharmaco ad hæreſum redivivas affectiones: edit. Veneta ann.* 1551: » CERTA FIDE HABEMUS, animam Chriſti unitam Divinitati ad Patres deſcendiſſe, qui illic detinebantur, & per ſuam virtutem illos liberaſſe, & in » aliis locis inferni virtutem ſuæ potentiæ, & Divinitatis oſtendiſſe. Sed quia » illa pœna, quam ſufferebant Patres in limbo ſive manſione inferni, non erat » pro peccatis actualibus, ideo non patiebantur in eo loco pœnam ſenſus &c. »

4 *In brevi declaratione Symboli*, quæ extat poſt ejus *opera ſpiritualia* italice edita *Venetiis an.* 1596. *Ad verba*: deſcendit ad inferos: » Quì noi confeſſiamo, » *inquit*, che Dio è vero, e fedele nelle ſue promeſſe, e che mandò il ſuo Unigenito Figliuolo, ſiccome l'avea promeſſo, agli antichi Padri dicendo loro, » che avrebbe loro mandato il Meſſia, nella cui fede eſſi fecero penitenza, e morendo andavano al limbo. CREDIAMO ANCORA, CHE NELL' ISTANTE, » CHE IL REDENTORE NOSTRO MORI', LA SUA BENEDETTA ANIMA » CONGIUNTA ALLA DIVINITA' SCESE LA GIU' PER LIBERARE QUEI » SANTI PADRI DA QUELLA PRIGIONE, DOVE ESSI ERANO DEPOSITATI, E DARGLI ALLEGREZZA, E GLORIA ».

5 *In Pſalm.* XV. *p.* 32. *edit. Antuerp. an.* 1540.

6 *In Pſalm.* LXXXVI. *p.* 37. *edit. Rom. an.* 1585.

7 *Lib.* IX. *Theoſophiæ cap.* XV. *p.* 276. *ſeq. edit. Pariſ. opp. an.* 1540.

8 *Tomo* II. *Commentariorum in Lucam, ad cap.* XVI. *pag.* 258. *edit. Antuerp. an.* 1712. » Hic ſinus Abrahæ, *inquit*, in Symbolo Apoſtolorum vocatur infernus, ubi dicitur Chriſtus ad infernum, ſeu inferos deſcendiſſe, quia ſubterraneus, diſtinctus tamen ab inferno inferiori ».

9 *In cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos diſput.* XXI. *p.*778. *tom.* XV. *opp. edit. Colonienſis an.* 1604.

10 *In Pſalm.* XV. *tom.* 1. *Commentarior. edit. Bonon. an.* 1692. *p.* 252.

11 *In Partitionibus Catechiſmi Catholici art.* V. *edit. Colon. an.* 1568. *p.* 14.

12 *In Scholiis ad vetus, & Nov. Teſtam. ad cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos v.* 39. *p.* 868. *edit. Colon. an.* 1620.

13 *In Confeſſione Auguſtiniana ex D. Aurelii Auguſtini operibus compilata edit. Colon. an.* 1676. *lib.* 1. *p.* 34.

nardus Bonjohannes Epiſcopus Camertum [1], Bartholomæus Botta Presbyter Ticinenſis [2], Ambroſius Catharinus Politus Ord. Præd. [3], Johannes Pineda [4], Franciſcus Ribera [5], Maronitarum Patriarcha Petrus [6], Bartholomæus Sybilla Ord. Prædic. [7], Chryſoſtomus Javellus Ordinis Prædicator. hæreticæ pravitatis Inquiſitor [8], Melchior Canus Ord. Præd. [9], Bartholomæus Medina Ord. item Prædicatorum [10], Guillelmus Eſtius [11], Petrus Galatinus Ord. Minorum [12], Ludovicus Granatenſis Ordinis Prædicatorum [13], Gregorius de Valentia S. J. [14], Alexander Sardus [15], Lelius Zecchius Canonicus olim Pænitentiarius Brixienſis [16], Franciſcus Vicus [17] Ooſtovii Dominus

1 *In Compendio Theologiæ* III. *P. cap.* LII. *p.* 45. *edit. an.* 1564.

2 *De Pſalmodia ; edit. Ticin. an.* 1580. *in Pſ.* XV. *p.* 13. *verſa* .

3 *In Epiſt. ad Hebræos cap.* XI. *p.* 552. *Commentar. in Epiſtolas Pauli edit. Venetæ an.* 1551.

4 *In cap.* VII. *v.* 9. *Jobi p.* 364. *tom.* I. *edit. Colon. an.* 1605.

5 *In lib.* XII. *Prophetar. ad Zachariæ cap.* IX. *n.* 11. *p.* 922. *edit. Colon. an.* 1599.

6 Epiſtola ad Leonem X. P. M. quæ quidem Epiſtola ſcripta an. 1514. continenſque fidei Profeſſionem extat *poſt Acta Synodi* v. *Lateranen. tom.* IX. *Concilior. edit. Pariſ. Harduini an* 1714. » *Deſcendit* (Chriſtus) *ad inferos* , *& liberavit juſtos* . . . » *Et ita credimus &c.* »

7 *In Speculo Peregrinarum Quæſtionum cap.* III. *quæſt.* V. *edit. Venetæ an.* 1582. *pag.* 215

8 In libro inſcripto : *Philoſophia Chriſtiana tract.* IV. *cap.* III. *p.* 662. *edit. Lugd. an.* 1568. *tom* II.

9 *Lib.* III. *locor. Theologicor. c.* IV. §. *ſecunda via* . » Si quod FIDEI DOGMA, » *inquit* , Patres ab initio ſecundum ſuorum temporum ſucceſſionem concordiſ» ſime tenuerunt , hujuſque contrarium ut hæreticum refutarunt , quod tamen » e ſacris litteris non habetur, id nimirum per Apoſtolicam traditionem habet » Eccleſia . Exempla ſunt perpetua B. Mariæ virginitas , deſcenſus Chriſti ad » inferos , ut animam Adæ , & RELIQUORUM PATRUM , QUI IBI TENE» BANTUR , ERUERET » . *Pag.* 96. *edit. Baſſan. an.* 1746.

10 *In* III. *P. Summæ Theologicæ S. Th. qu.* LII. *art.* IV. *&* V. *edit. Colon. an.* 1618. In hoc myſterii rationem conſiſtere teſtatur .

11 *In* III. *librum ſententiarum diſtinct.* XXII. §. III. *pag.* 60. *edit. Pariſ. an.* 1672. » Chriſtum , *inquit* , ad infernum deſcendiſſe , ut Juſtorum animas educeret , » OMNIUM EST PATRUM DOCTRINA » . Confer etiam quæ ſcribit *in* IV. *ſentent. diſtinct.* XLV. §. 1. *p.* 212.

12 *Lib.* VI. *Arcanor. &c. cap* VII. VIII. IX *p* 344 *ſeqq. edit. Francof an.* 1612.

13 Vide quæ ſcripſi ſupra *p.* 264. *hujus vol. not* 2.

14 *In* III. *P S. Thomæ diſp.* II. *qu.* IV. *puncto* III. *p.* 482. *edit. Venetæ an.* 1680. quo loco ait , *certum* id eſſe , quod propugnamus ; *& puncto* II *p.* 473. » Ceterum , » *inquit* , ſententia Eccleſiæ Catholicæ certa , & indubitata eſt &c. »

15 *De Chriſti Salvatoris humanitate edit. Bonon. an.* 1586. *p.* 99.

16 *Tom.* I. *Tract. Theolog. edit Brixien. an.* 1591. *de Chriſto cap.* XXXV. *p.* 597.

17 *De deſcenſu Chriſti ad inferos ex ſymbolo Apoſtolorum ; & ſacris Scripturis edit. Antuerp. an.* 1586. *p.* 41. *ſeqq.*

Digitized by Google

nus, Damianus Roſcius Ordinis Prædicatorum [1], Angelus de Pas Ordinis Minorum [2], Didacus Yſtella Ordinis Præd. Sacri Palatii Apoſtolici olim Magiſter [3], Johannes Maldonatus [4], Jacobus Naclantius Ord. Præd. Clodienſis Epiſcopus, qui Synodo Tridentinæ interfuit [5], Benedictus Pererius Soc. J. [6], H. Oleaſter [7], Felicianus Ninguarda Ord. Præd. [8], Thomas Beauxalmiſius [9], Nicolaus de Nyſe Ordinis Minorum [10], Dominicus Sotus [11], Franciſcus Penia S. Rotæ Romanæ olim Auditor [12], Johannes Tabienſis Ord. Præd. [13], Thomas de Vio S. R. E. Cardin. Cajetanus [14], Franciſcus Sonnius Epiſcopus Buſcoducenſis [15], Petrus Creſpetius Monachus Cæleſtinus Pariſienſis [16], Stanislaus Socolovius Canonicus Cracovienſis, & apud Ste-

1 *Lib.* II. *de Manifeſtandis &c. Hæreſibus, atque hæreticis num.* 59. *ſeq. p.* 7. *verſa edit. Vicet. an.* 1582.

2 *Expoſit. in Symbolum Apoſtolorum lib.* VII. *cap.* XV. *de art.* V. *p.* 335. » Primum » ſe offert limbus Patrum, qui & Abrahæ ſinus. Veteris itaque Teſtamenti Patres » in fide Mediatoris venturi, & in ſpe firma, atque credulitate certa, quod » aliquando ad gloriam, & requiem ſempiternam erant aſſumendi, & a tenebris » ad lucem inacceſſibilem transferendi per lumen Dei, ac verbum, quod tem» pore opportuno veniret, extremum diem claudebant. Deſcendiſſe (Chriſtum) » in hunc locum, UNIVERSA ECCLESIA AFFIRMAT ». *edit. Rom. an.* 1596.

3 *In cap.* XV. *Evang. Lucæ p.* 295. *Commentar. edit. Lugd. an.* 1583.

4 *In Evangelium Lucæ cap.* XVI. *v.* 22. *num.* 59. *p.* 1129. *edit. Lugd. an.* 1682. & multo clarius *in Matth. cap.* XVII. *p.* 651.

5 *In Epiſt. ad Epheſios cap.* IV. *p.* 109. *edit. opp. Lugd. an.* 1657. » Propter quod » non ſolum ex parte corporis, quo jacuit in ſepulcro, ſed & magis ex parte » animæ, qua manſit in limbo, UT RITE ASSERIT ORTHODOXA FIDES; » Chriſtus in terræ viſceribus fuit ».

6 *In cap.* XXXVII. *Geneſ. diſp.* VIII. *num.* 98. *p.* 429. *edit. Rom. an.* 1598. *& in Daniel. lib.* X *p.* 147. *operum Theologicor. edit. Colon. an.* 1620. quo loco ab hæreticis id defendi ait, quod modo tuetur Cadonicus.

7 *Commentar. in cap.* XXXII. *Geneſ. p.* 63. *verſa edit. Antuerp. an.* 1569. quo loco hac de re agens adverſus Fagium hominem, ut Pererius ſcribit, *damnatæ memoriæ* diſputat.

8 *Aſſert. Fidei Catholicæ &c. edit. Venetæ an.* 1563. *art.* XXVI. *p.* 191. *verſa ſeq.*

9 *Compend. Vocabulor. Theologicor. p.* 68. *edit. an.* 1567.

10 *In* IV. *ſententiar. tract.* VII. *P.* I. *qu.* I. *p.* 419. *verſa edit. Venetæ an.* 1568.

11 *In* IV. *ſententiar. diſt.* XLV. *qu.* I. *art.* I. *p.* 460. *edit. Salmant. an.* 1560.

12 *In Direct. Inquiſitor. Eymerici p.* 157. *edit. Rom. an.* 1585.

13 *In Summa Tabienna ad v. Infernus num.* 2. *&* 4. *p.* 88. *ſeq. tom.* II. *edit. Venetæ an.* 1569.

14 *Ad Lucæ cap.* XVI. *p.* 285. *Commentarior. in Evangelia edit. Pariſ. an.* 1540. *& in* III. *P. Summæ S. Th. qu.* LII. *art.* V.

15 *Demonſtrat. Religionis Chriſtianæ ex Verbo Dei. De Symbolo tract.* IV. *De Infernis ad Artic.* Deſcendit ad inferos: *cap.* 4. *p.* 63. *ſeq. edit. Colon. an.* 1563.

16 *In Summa Catholicæ Fidei &c. ad vocem Chriſtus. De Deſcenſu ad Inferos p.* 129. *edit. Lugd. an.* 1598.

Digitized by Google

Stephanum I. Poloniæ Regem concionator [1], Robertus S. R. E. Cardinalis Bellarminus [2], Jodocus Coccius [3], Johannes Fiſcherus Roffenſis in Britannia Epiſcopus [4], Staniſlaus S. R. E. Card Hoſius [5], Paulus Griſaldus Peruſinus Ord. Prædic. [6], Benedictus Arias Montanus Hiſpalenſis vir linguarum peritia, doctrinæque laude præſtantiſſimus [7], Jacobus Paremius Velentinus Epiſcopus Chriſtopoleos [8], de quo *pag.* 428. rurſum agam, Cornelius Janſenius Epiſcopus Gandavenſis [9]: atque ab hoc cognomine quidem ſuo non diſſidet Cornelius alter Janſenius is, qui tam ſe in Auguſtini operibus verſatum jactabat eſſe, quam modo jactet Cadonicus. Nam ut hic ſeſe effert, ita ille viginti ipſos annos ſe in legendis Auguſtini operibus conſumſiſſe gloriabatur. Quaſi vero res novas conſe-

hhh ctari

1 *In Juſto Joſeph, ſeu de Paſſione J. Ch. medit.* IX. *p.* 736. *ſeq. edit. operum Cracov. an* 1591.

2 *De Chriſto lib.* IV. *cap.* XVI. *p.* 230. *opp. tom.* 1. *edit. Veneta an.* 1721. » Reſpondeo, *inquit*, cum communi Catholicorum ſententia, duo magna bona » (Sanctis Vet. Teſt.) contuliſſe Chriſtum: Primo Beatitudinem eſſentialem; » ſecundo, eductionem ex eo carcere, ac deductionem in cælum, quorum pri» mum continuo (atque ad inferos deſcendit) illis præſtitit, ſecundum autem » non diu poſtea ». *Et lib.* 1. *de Cultu Sanctorum cap.* III. *p.* 343. *to* II. *& p.* 345. *& cap.* VI. *p.* 354.

3 *In Theſauro Catholico lib.* II. *art.* IV. *p.* 160. *edit. Colon. an.* 1619. » In Ve» teri lege, *inquit*, Sanctorum animas licet in loco refrigerii, tamen in limbo » inferorum fuiſſe: Chriſti Servatoris animam in ara crucis morte a corpore ſe» paratam, vere ad inferos deſcendiſſe ... ut Sanctorum, non autem impiorum, » animas liberaret, negant (hæretici) ... Martinus Bucerus &c. ... Aſſerunt » ſacræ litteræ ... aſſerunt PP. Græci ... aſſerunt Patres Latini ».

4 *Adverſus Articulum* XXXVIII *Lutheri p.* 731. *operum edit. Wirceburg. an.* 1597. *& Oratione de juſtitia Chriſtianorum, & Phariſaeorum ibid. p.* 1679.

5 *De Fide, & Symbolo cap.* III. *p* 2. *edit. opp. Antuerp. an.* 1572.

6 *In Deciſionibus Catholicis ad v. Chriſtus num.* 30. *p.* 172. *edit. Veneta an.* 1582. quo loco hæreſim eorum refellit, qui dicerent: *Chriſtus non deſcendit ad inferos:* oſtenditque mox, *ad inferos* Chriſtum *deſcendiſſe*, atque hoc, inquit, *non ſolum repetit & cantat Eccleſia in ſymbolo, ſed & legitur:* deſcendit in inferiores partes terræ *ad Epheſ.* IV. *Hic monitos reddo lectores, quod cum dicimus Chriſtum in infernum deſcendiſſe*, SENSUS EST, QUOD QUOAD SUAM ESSENTIAM NON DESCENDIT AD INFERNUM DAMNATORUM, SED TANTUM SANCTORUM, QUOS SUA PRÆSENTIA VISITAVIT. *Pag.* 302. de Patrum limbo agens, ſic habet: Limbus Patrum nullus fuit. HÆRESIS. Confutatur hæc HÆRESIS a Theologis *in* IV. *ſentent. diſt.* XLV.

7 *In lib. Generationis, & Regenerationis Adami edit. Antuerp. an.* 1593. *lib.* VII. *cap.* XXVII. *p.* 531.

8 *Comment. in Pſalmos edit. Veneta an.* 1568. *in Pſ.* XV. *p.* 182.

9 *In Concordia Evangel. cap.* XCVII. *P.* III. *pag.* 243. *ſeq. edit. Lovan. an.* 1572. *& cap.* CXLIII. *p.* 595. *& Commentariorum in Concordiam cap.* XCVII. *p.* 592. *ſeq. edit. Moguntina an.* 1612.

Digitized by Google

ctari liceat iis, qui *vicennalia* celebrare queant conſumtæ in expendendis Auguſtini libris operæ, diligentiæque ſuæ. Verum hoc inter Cadonicum, Janſeniumque intereſt. Janſenius etſi Auguſtinum perpetuo crepans, ab hoc perſæpe recedens errat; hoc tamen in genere Auguſtino, Patribus ceteris, Eccleſiæ denique univerſæ aſſenſus non [1] errat: contra Cadonicus ut aliis permultis in rebus, ita in hac ipſa, quæ de Sanctis Veteris Teſtamenti eſt, cauſſa, cùm maxime magiſtro Auguſtino gloriatur, tum minime Auguſtinum ſequens, labitur. Sed *vicennales* hoſce, uti ſibi quidem videntur, Auguſtinianos mittamus. Nam ad ſexti ac decimi ſeculi ſcriptores redire malo. Sunt autem in iis Johannes Viguerius Ordinis Prædicatorum [2], Johannes Gagnejus Pariſinus Chriſtianiſſimi Francorum Regis Theologus [3]. Theodorus Peltanus [4], Johannes Paulus Pallanterius Ordinis Minorum Conventualium [5], Georgius Wicelicus [6], Auctor opuſculi inſcripti Methodus Confeſſionis &c. [7], Thomas Stapletonus [8], Paulus Corteſius, quem ſacrarum

1 *In Tetrateucha ad cap.* XVI. *Evang. S. Lucæ p.* 593. *edit Lugd. an.* 1676. quo loco: » Significatur, *inquit*, per ſinum Abrahæ remora quædam, & ſecreta ſe- » des quietis in ſocietate Abraham, ut Ambroſius hic, & Auguſtinus *lib.* IV. *de* » *Anima cap.* XVI. *& epiſt.* XCIX. Hunc ſinum, SATIS APERTE TRADIT IDEM » AUGUSTINUS *in Pſalm.* LXXXV. *& Gregor. lib.* IV. *Moral. cap.* XXVII. fuiſſe » apud inferos limbum, quem dicimus Patrum: nam diſtinguunt ab eo quem- » dam infernum inferiorem, ubi ſunt animæ damnatorum. Porro ex hoc loco » manaverunt illæ phraſes apud Chriſtianos, ut animæ Juſtorum dicantur a mor- » te deferri in ſinum Abrahæ, quamvis a Chriſti ASCENSIONE STATUS RE- » RUM MUTATUS SIT: nam ut Cyrillus *lib.* III. *in Joh. cap.* XXXVI. ex quo » Chriſtus moriens dixit: *Pater in manus tua commendo ſpiritum meum*, certam » ſpem & fidem habemus, quod ad Deum Patrem tranſituri ſimus ».

2 *Inſtitutianum Theologicar. cap.* X. *de Virtute Fidei* §. III. *p.* 593. *ſeq. edit. Venetæ an.* 1584.

3 *In cap.* XVI. *Evang. Lucæ p.* 144. *verſa edit. Pariſ. an.* 1552.

4 *In Doctrina Catholica de Purgatorio P.* I. *p.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1568.

5 *In* III. *ſentent. lect.* LXXIX. *p.* 134. *ſeqq. edit. Venetæ an.* 1599.

6 *In Exegeſi Apoſtolici Symboli edita Lugd. an.* 1555. *poſt Examen Ordinandor. ab Joh. Fero Metropolit. Eccl. Maguntinæ Cancionatore, & poſt Expoſit. Canonis Miſſæ ab Odone Cameracenſi perſcriptam.*

7 Vide libellum inſcriptum: *Methodus Confeſſionis, hoc eſt ars, & brevis quædam via confitendi &c. edit. Lugd. an.* 1555. a viro docto, qui inſtituendis pueris in Collegio Navarrico Pariſ. præfectus fuerat.

8 *In Promptuario Catholico Feria* V. *Hebd.* II. *Quadrageſimæ p.*718. *tom.* IV. *opp. edit. Pariſ. an.* 1620. quo loco explicans Evangelii Lucæ *cap.* XVI. verſum de deportato

rum Litterarum, omniumque diſciplinarum ſcientia ſummum fuiſſe virum ejus, quo vixit, ſeculi Scriptores tradiderunt [1], Petrus Cottonus [2], A. Genebrardus [3], Hadrianus VI. P. Max. [4], Franciſcus Turrianus [5], Sixtus Senenſis [6], Elias Patriarcha Babylonis, & Archiepiſcopi, atque Epiſcopi nationis Chaldæorum [7], Jacobus Paniſcoctius Ord. Minorum [8], Franciſcus Suareſius S. J. Theo-

h h h 2 logus,

portato ab Angelis Lazaro in ſinum Abrahæ: » Locus, *inquit*, ab HÆRETICO-
» RUM hodie CORRUPTIONE vindicandus. Quum enim duo hic loca diverſa
» ab Evangeliſta recenſeantur, locus tormentorum divitis in inferno, & depor-
» tatio mendici in ſinum Abrahæ, POSTERIOREM HUNC LOCUM DEPRA-
» VANT, ne inter cælum, & locum damnatorum medius aliquis locus ſtatua-
» tur, in quo DEFUNCTORUM ANIMÆ VEL ANTE CHRISTI ADVEN-
» TUM, SI JUSTI, ET PII ERANT, REQUIESCERENT, vel tam ante,
» quam poſt, ſi aliquas ſordes expiandas ſecum deferrent, *pœna quadam* (ut
» Auguſtinus loquitur, *emendatoria* purgarentur. Volunt quippe hunc ſinum
» Abrahæ eſſe Cælum, UBI ANIMÆ FRUUNTUR VISIONE DEI, ET NON
» QUEMDAM INFERORUM LOCUM, QUEM LIMBUM PATRUM vete-
» res Patres appellaverunt. Quare impius Calvinus diſtinctum hunc tam a Cæ-
» lo, quam ab inferno damnatorum locum impudenter, & procaciter fabulam
» vocat... Sed hoc eſt toti huic Evangelio bellum apertum decernere, & in ejus
» everſionem machinas in omnium conſpectu erigere... Nunc ergo contra im-
» pium Calvinum oſtendetur SINUM ABRAHÆ ET CERTUM LOCUM FUIS-
» SE, ET NON IN CÆLIS, SED IN INFERIS LOCOQUE SUBTERRANEO
» SUUM SITUM HABUISSE... Hoc exemplo LOCUM ESSE MEDIUM IN-
» TELLIGIMUS INTER STATUM BEATORUM, ET DAMNATORUM,
» qualis tum Purgatorii locus eſt, tum ille INFERNUS ERAT, IN QUEM
» CHRISTUS POST MORTEM DESCENDIT, UT PIORUM ANIMAS IN-
» DE ERIPERET. QUOD UTRUMQUE HODIE HÆRETICI IMPIE NE-
» GANT, eumque ob finem hujus Evangelii textum depravare contendunt. Sed
» Chriſtum ad hunc infernum, ubi erat ſinus Abrahæ, & limbus Patrum, vere de-
» ſcendiſſe, nec locum illum fabulam eſſe, ut profanus, & impius Calvinus gar-
» rit... in noſtris Antidotis Apoſtolicis explicatum eſt ». Confer ejuſdem *Antidota in Acta Apoſtolor. cap.* II. *p.* 159. *tom.* III. Advertant ad hæc animum Cadonicus, & Daſhamus, qui hunc Evangelii Lucæ locum eodem, atque Calvinus (Stapletono teſte) voluit, contorquent, inferorumque illum locum, quem vocamus limbum, ſtatumque Sanctorum Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem medium inter Beatorum, damnatorumque ſtatum tollunt, rejiciuntque in commenta Scholaſticorum.

1 *In* III. *ſententiar. diſt.* v. *p.* 72. *edit. Baſileenſis an.* 1540.

2 *Inſtitut. Catholic. tom.* II. *edit. Pariſ. an.* 1610. *lib.* IV. *p.* 141. *ſeqq.*

3 *In Pſalterium Davidis Pſ.* XV. *p.* 40. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1588.

4 *In* IV. *ſententiar. de Indulgentiis p.*CLVIII. *verſa.* §. *ex ſecunda via: edit. Rom. an.* 1522. quo loco: *Abraham*, inquit, *& Patriarchæ pro divino decreto debebant apud inferos ferre pœnam damni &c.*

5 *Adverſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum &c. lib.* IV. *cap.* XII. *p.* 465. *edit. Colon. an.* 1573.

6 Bibliothecæ Sanctæ *lib.* VI. *adnotat.* CCXXXVI. *p.* 895. *& lib.* V. *adnotat.* CCLXVI. *p.* 720. *edit. Neap. an.* 1742. *tom.* II.

7 *In Profeſſione Fidei ad ipſos ab Apoſtolica Sede miſſa p.*79. *edit. Rom. an.*1617.

8 *De Sancta Fidei Articulis art.* VII. *cap.* I. *p.* 40. *verſa edit. Venetæ an.* 1537.

Chri-

Digitized by Google

logus [1], Donatus Marra Ordinis Eremitarum S. Auguſtini [2], Johannes Driedo Sacræ Theologiæ apud Lovanienſes Profeſſor [3], Joannes Faber Epiſcopus Viennenſis in Auſtria [4], Hippolitus Chizzuola Canonicus Lateranenſis [5], Johannes Altenſtaigius [6], Andreas Crocquetius Monachus Benedictinus [7], Silveſter Prieras Ord. Præd. S. P. Apoſtolici olim Magiſter [8], Antonius Boickuvius Ord. Minor. Obſervant. [9], Jacobus de Valentia Epiſcopus Chri-

Chriſtum ad inferos deſcendiſſe ait, *ut ſervos ibi captivos ab inferis liberaret &c. Quod quidem tenendum eſt*, inquit: *aliter ad Domini noſtri principis aulam nullis eſt adeundum*. Et *cap. III. p. 41. Illi Sancti Patres*, inquit, *qui ſine peccato mortali deceſſerunt ſive actuali, ſive originali, inde liberati fuerunt*. Et *cap. V. p. 42. Pater æternus ordinaverat, numquam aliquam animam actualiter ingredi vitam æternam* (ſeu ut ipſe *ibid.* ait) aſſequi viſionem Dei, *niſi celebrata paſſione, & morte filii ſui*.

1 *In III. P. Summæ S. Thomæ qu. LII. diſput. XLII. ſect. I. pag. 431. edit. Lugd. an. 1614. tom. II de Myſt. Vitæ Chriſti*: » Certa fide tenendum eſt, ante Chriſti » mortem nullam animam quantumvis ſanctam, & puram, eſſentialem beatitudi» nem accepiſſe ». *Et ſect. II. p. 436.* » Dicendum eſt, locum, in quo animæ » ſanctæ detinebantur uſque ad Chriſti mortem, quem ſinum Abrahæ vel lim» bum Sanctorum Patrum appellamus, fuiſſe in inferioribus partibus terræ. Con» cluſio hæc certa eſt ». *Et p. 418.* » Secundo obſervandum eſt, incertum eſſe, » & hactenus non ſatis explicatum, quo ſitu, & ordine hæc loca collocentur, & » an contigua ſint, vel quantum inter ſe diſtent, & quibus terminis claudantur, » & denique an interea ſint interjecta aliqua ſolida corpora, quibus ſecernantur ».

2 *Enarrat. in Hymnos omnes, qui cantantur in Eccleſia &c edit. Neap. an. 1578. Expoſit. Hymni Laud. temp. Paſchal. p. 131.* ad ea verba *ſolvit a pœna miſeros* » a » pœna, *inquit*, quam patiebantur ibi, non ſenſus tamen, ſed damni. Deti» nebantur enim ibi non propter reatum perſonæ, ſed propter reatum naturæ, » & a pœna, quam patiebantur in anima ex dilatione, & privatione ſperatæ glo» riæ . . . Chriſtus manipulos plurimos inde eruit, quia magnum Sanctorum Pa» trum numerum inde eduxit, videlicet Abraham, Iſaac, & Jacob ». Confer *& pag. 132. ſeqq.* Et *Exp. Hymni Veſperar. p. 125. verſa*.

3 *Tract. II. de Captivitate & Redemt. generis human. pag. 7. verſa edit. Lovan. an. 1548.* » Dicens Propheta ſeſe liberatum ab inferno inferiori, dedit intelligere » quemdam infernum eſſe ſuperiorem . . . Quod Chriſtiani vocant LIMBUM » PATRIARCHARUM, VEL SINUM ABRAHÆ ANTE CHRISTI MOR» TEM, hoc Hebræi vocant apothecam, cellarium, vel locum conſervatorinm » animarum Juſtorum hominum, ET ISTE INFERNUS EST, AD QUEM » DESCENDIT CHRISTUS . . . . . QUEMADMODUM CANIT ECCLESIA: » *inferni clauſtra penetrans tuos captivos redimens*.

4 *In Adſertione Veritatis de Euchariſtia Sacramento adverſus novum errorem Gaſparis Schuuenckfelderi Sileſitæ §. Porro ſi diligenter*.

5 *Diſcorſi per confutare le particolari ereſie: edit. Veneta an. 1562. P. II. cap. III. p. 210 ſeqq.*

6 In Lexico Theologico *ad v. Limbus edit. Antuerp. an. 1576. p. 176.*

7 *In Catecheſibus Chriſtianis. Catech. XX. p. 69. edit. Lugd. an. 1591.*

8 *Tractat. II. Dom. II. poſt Trinitatem Aureæ Roſæ p. 259. edit. Venet. an. 1582.* Sanctorum hanc eſſe doctrinam ſcribit.

9 *Enarrat. in IV. Evangelia P. I. art. XC. p. 208. verſa edit. Veneta an. 1548.*

Digitized by Google

Chriſtopolitanus [1], Hieronymus Lauretus Cervarienſis Monachus Benedictinus [2], Clemens S. R. E. Cardinalis de Olera Monilianus Michaelis Ghiſlerii (qui poſt ad Pontificatum Maximum evectus indidit ſibi Pii V. nomen) in munere Inquiſitoris fugendo collega [3], Ferdinandus Velloſillus Epiſcopus Lucenſis [4], Franciſcus Fevardentius [5], S. Thomas de Villanova Eremita Auguſtinianus Archiepiſcopus Valentinus [6], Johannes Juſtus Lanſpergius Carthuſianus [7], Gabriel Flamma Canonicus Lateranenſis [8], Antonius Panthera Parentinus [9], quibus quidem Scriptoribus ſuperiore Thomas Caccinius Ordinis Prædicatorum Theologus [10], & hoc, quo vivimus ſeculo, Auguſtinus Quintana Ord. ejuſdem [11], ut & ceteri omnes qui hiſce de rebus ſcripſerunt ante editum ab Cadonico vindiciarum librum, aſſenſi ſunt. Adeundi præ-

1 *In Symbolum Fidei Catholicæ Athanaſii p.* 1491. *edit. Venetæ an.* 1474. *& in Pſalm.* 85. *p.*643. *edit. ejuſd.*

2 *In Silva Allegoriarum totius Sacræ Scripturæ tom.* II. *p.* 820. *verſa edit. Venetæ an.* 1575.

3 *In Compendio Theologicarum Inſtitutionum: de Symboli Articulo* VIII. *qui eſt de deſcenſu Chriſti ad inferos cap.*XXIII. *ſeq. p.*51. *verſa ſeqq. edit. Rom. an.*1562.

4 *In Advertentiis Theolog. in B. Chryſoſt. & quatuor Doctores Eccleſiæ: in* VI. *tomum opp. S. Hieronymi qu.* VIII. *p.* 146. *edit Venetæ an.* 1601.

5 *Vide p.* 88. *hujus operis num.* 1. Sed de hoc alio loco copioſius diſſeram.

6 Vide locum indicatum a nobis *p.* 311. *ſeq. not.* 4.

7 *Enarration in Evangel. Dom.* 1. *poſt S. Trinit. p.* CLV. *edit. Colon. an.* 1541.

8 *Rime ſpirituali: p.* 346. *in Venezia* 1555. de Patribus agens Veteris Teſtamenti, qui in inferis ante Chriſti mortem conſiſtebant, ſic habet:

» Voi, che aveſte a provar sì lunga notte,
» Mentre era chiuſo, e non s' apriva il Cielo,
» Sant' alme, a Dio dilette in queſta vita;
» Ecco il chiaro per voi felice giorno;
» Che vi trarrà dal centro della terra,
» E fuor dell' ombre oſcure della notte.

Confer, quæ pergit ſcribere *ibid. & p.* 147 *ſeq.*

9 *Monarchia del noſtro Signor Gesù Criſto: edit. Venetæ an.* 1565. *lib.*VI. *cap.* I. *pag.* 461. *ſeq.*

10 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ *vol.* I. *edit. Flor. an.* 1639. *ad an Chriſti* XXXIV. *p.* 155. » La Fede CATTOLICA INSEGNA, CHE DISCESE (l' anima di Gesù Criſto) » AL LIMBO POSTO nel centro della terra PER VISITARE, E CONSOLA- » RE, E BEATIFICARE LE ANIME DE' SANTI PADRI, quali con gran de- » ſiderio l' aſpettavano colà, il che ſi contiene nell'Articolo *deſcendit ad inferos* ».

11 *Inſtruccion Chriſtiana: En la Puebla ano de* 1729. *cap* XVIII. *p.* 463. *num* 6. Is liber inſtituendorum ejus Provinciæ Americanorum cauſſa perſcriptus a Quintana fuit.

præterea Gregorius Primaticius Ord. Præd. [1] **, Thomas Elyſius Neapolitanus Ord. Præd.** [2] **, Marcus Antonius** Flaminius [3], Anonymus Ordinis Minorum Operis, quod *Triumphus Chriſti* inſcribitur, Auctor [4], Matthias Bredembacchius [5], Michael Epiſcopus Merſpurgenſis [6], Nicolaus Gorranus Ord. Præd. [7], Coſmus Philarchus Piſtorienſis [8], Johannes Bunderius Gandavenſis Ord. Prædicatorum [9], Angelus Sangrinus Abbas Monaſterii S. Juſtinæ Ord. S. Bened. [10], Sebaſtianus Cattaneus Ord. Præd. Epiſcopus Chiemenſis [11], Johannes Suareſius Epiſcopus Conimbricenſis, & Arganilli Comes [12], Paulus de Palacio Granatenſis in Luſitanorum Conimbricenſi Academia Sacrarum Scripturarum Interpres [13]. Sed omnes perſequi longum eſſet.

SECU-

1 *In Epiſt. Pauli ad cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. edit. Veneta an.* 1564. *p.* 213. & *ad cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos p.* 365.

2 In Piorum Clypeo adverſus veterum, recentiorumque hæreticorum pravitatem: *edit. Veneta an.* 1563. *qu.* VIII. *de Purgat. art.* 2. *p.* 80. *verſa*.

3 *In libr. Pſalmor. Brev. Explanat. Paraph. Pſ.* XV. *p.* 129. *edit. Lugd. an.* 1569. & *Paraphr. Pſ.* XXIV. *p.* 209.

4 *Tit.* XIV. *p.* 193. *ſeqq. edit. Salmant. an.* 1524.

5 *In Pſ.* XV. *p.* 73. *edit. Colon an.* 1560.

6 *In Catechiſmo Catholico. De Symbolo p.* 18. *edit. Colon. an.* 1562.

7 *In Poſtilla ad Epiſt. Pauli ad cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos pag.* 281. *verſa edit. Pariſ. an.* 1531. & *ad cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios p.* 162.

8 *Eſpoſiz. de' Salmi de' tre Notturni dell' Offizio della B. Vergine: edit. Florent. an.* 1582. *p.* 296. *ſeqq.*

9 *In Compendio Concertation. hujus ſeculi: edit. Pariſ. an.* 1546. *tit* XVIII. *de Purgator. p.* 122. *ſeqq.*

10 *In Poeſi Chriſtiana edit. Patav an.* 1563. *Medit.* II. *p.* 42. *ſeqq.*

11 *Explicat. Catech. Romani. De Artic. Fidei art.* V. *p.* 16. *edit. Ingolſt. an.* 1590. Confer præterea Antonium *de Laval* Paraphr. de CL. Pſaumes: *In Pſ.* XV. *p.* 68. *edit. Pariſ. an.* 1621. Johannem Baptiſtam Rubeum Congregat. Clericor. Regular. Somaſchæ: *Commentar. in Pſalter. Rom. edit. Veneta an.* 1627. *Pſal.* XV. *pag.* 78. & *in Hymnum Veſperar. Paſch. p* 867. *ſeqq.* & *p.* 869. Torquatum Pariſianum *in Commentat. Piis in omnia Evangelia totius anni tom.* 1. *edit. Roman. ann.* 1690. *p.* 904. qui *abſque dubio limbum S. PP.* admittendum ſtatuit. Johannem Baptiſtam Cavorum Ord. Minor. de Obſervant. *In Lectionib. Moralib. in Jobum edit. Rom. an.* 1618. *lect.* XXXI. *p.* 458. Sebaſtianum Barradam *tom.* IV. *Commentariar. In Hiſtor. & Concord Evang. lib.* VII. *cap.* XIV. *p.* 585. Johannem a Jeſu Maria Carmelitam Diſcalceatum *Paraph. in lib. Job. edit. Rom. an.* 1611. *p* 205. *ſeq.* Andream Gerardum Vapicenſem *in Medulla omnium Epiſtolarum S. Pauli &c. edit. Lugd. an.* 1671. *Epiſt. ad Hebr. cap.* XI. *p.* 445.

12 *Commentar. in Luca cap.* XVI. *tract.* CLXXXIII. *p.* 874. *ſeqq. edit. Pariſ. an* 1578.

13 *Enarrat. in S. Chr. Evang. ſecund. Matth. ad cap.* XXVII. *c.* IV. & V. *p.* 938 *ſeq. edit. Antuerp. an.* 1572.

Digitized by Google

SECULO XV.

Johannes Gerſon Cancellarius Academ. Sorb. Pariſienſis [1], Chriſtophorus Landinus [2], Dionyſius Carthuſianus [3], S. Vincentius Ferrerius Ord. Præd. [4], Sanctus Antoninus Ord. Præd. Archiepiſcopus Florentinus [5], Johannes Ord. Præd. S. R. E. Cardinalis a Turrecremata, qui non modo interfuit Florentinæ Synodo, ſed etiam adverſus Græcos Photianos cauſſam egit Religionis [6], Johannes Dominici Ord. Præd. S. R. E. Card., & Archiepiſcopus Raguſinus [7], Hieronymus Savonarola Ord. Prædica-

1 *In Compend. Theologiæ. Expoſit.* v. *Artic. Symboli tom.* I. *opp. edit. Antuerp. an.* 1706. » Quintus Articulus principalis in numero, & quartus eorum, qui ſpectant ad Filium, pertinet ad redemptionis Sacramentum eorum, QUI ERANT IN LIMBO INFERNI CONCLUSI. *Deſcendit* tantum ſcilicet in anima Deitati unita, quia corpus in ſepulcro quievit, & Deitas ubique erat. Unde ſine ea deſcendere non potuit AD INFERNA, IDEST AD LIMBUM, partem ſcilicet inferni ſuperiorem, quo detinebantur ſalvandi, quouſque debitum primi parentis per mortem Chriſti ſolveretur ». Eadem habet pluribus aliis in locis, quæ numerare non vacat.

2 *In Prologo ad cant.* I. *Dantis Aligherii de Purgatorio p.* CXXXIV. *verſa edit. Veneta an.* 1507.

3 *In Elementat. Theologica de Incarnat. Prop.* CXXVI. & IV. *ſent. D.* XLV. *qu.* I. *edit. Veneta an.* 1584. *pag.* 491.

4 *Serm. unico de Sabbatho Sancto pag.* 548. *Sermonum Hyemalium edit. Veneta an.* 1571. » Sciendum eſt, quod doctrina ſacra eſt generalis, & CERTA FIDEI CHRISTIANÆ, quod poſt mortem corporalem Chriſti, anima ejus deſcendit in infernum, & eſt Articulus fidei dicentis *mortuus*, & *ſepultus* quantum ad corpus, deſcendit ad inferos quantum ad animam ... Voluit deſcendere principaliter ad confortandum SS. Patres, ad ipſos liberandum ... Et quamdiu corpus ejus fuit in ſepulcro, tamdiu fuit anima ejus in limbo, & craſtina die anima Chriſti ſimul cum Sanctis Patribus exivit de limbo, & aſſumto corpore glorioſo reſurrexit. ISTA EST DOCTRINA VERA FIDEI CHRISTIANÆ ». Vide etiam *p.* 549. *ſeq.* & *p.* 552.

5 I. *P. Summa Moralis tit.* VIII. *cap.* I. §. VII. *p.* 906. *edit. Florent. an.* 1741. » Ad *limbum Sanctorum Patrum* deſcendit anima Chriſti divinitate ſociata, quando (Chriſtus) in cruce expiravit. Et ſic in SYMBOLO DICITUR DESCENDIT AD INFEROS, ET TUNC EOS BEATIFICAVIT EDUCENS EOS INDE IN SUA RESURRECTIONE. Non autem alia loca inferni viſitavit, nec ab eis viſus fuit, nec eos eduxit. Erat autem ibi in limbo illo etſi non pœna ignis, tamen pœna damni. Scilicet de retardatione gloriæ, quam expectabant, quæ aliqualiter affligebat eos ... Unde Eccleſia in *Hymno*: *ſolvis a pœna miſeros &c.* ſcilicet Chriſtus ».

6 *Apparat. ad Decretum Synodi Florentinæ Eugenii IV. pro Unione Græcorum p.* 14. *edit. Veneta an.* 1561.

7 *Trattato della Carità cap.* XXXVII. *p.* 163. *edit. an.* 1513.

Digitized by Google

dicatorum [1], Johan. Picus Mirandula Concord. Comes [2], Petrus Hieremias Ord. Præd. [3], Antonius Bitontinus Ordinis Minorum [4], Nicolaus de Orbellis Ordin. Minorum [5], Hieronymus a S. Fide ex Judæo Chriſtianus [6], Gennadius Scholarius, ſeu quiſquis ille eſt Græcus Scriptor Expoſitionis pro Concilio Florentino [7], Richardus Eremita [8], S. Bernardinus Senenſis Ord. Minorum [9], Johannes Major,

1 *In Triumpho Crucis*, *ſive de Veritate Fidei lib.* III. *cap.* x. *p.* 259. *edit. Rom. de Propaganda Fide*. Sic autem is docet ignaros veritatis Chriſtianæ religionis. » Opportunum ſane fuit (Chriſti) defuncti animam ad Patres uſque deſcendere, » ut illorum animas de ſinu limbi educeret, eaſdemque ſuo lumine illuſtraret &c. »

2 *In Apologia qu.* I. *edit. Bononien. opp. an.* 1486. Etſi ſine hæreſeos nota negati verum animæ Chriſti deſcenſum ad inferos poſſe pugnat, qua quidem de re agens turpiſſime labitur; tamen de Sanctorum animabus ante Chriſti mortem expertibus in ſinu Abrahæ viſionis intuitivæ Dei, & de Chriſti morte, eoque deſcenſus genere, quod ipſe proponit, vindicatis, aſſertiſque in libertatem, ſimulque beatis aſpectu Dei, non dubitat, *fol.* 6. *pag. verſa*, & *fol.* 12. *ſeqq.* Confer ejuſdem XII. *regulas dirigentes homines in ſpirituali pugna*. *ad Pſ.* XV. verſum: *Non derelinques animam meam in inferno &c.*

3 *Serm.* XIX *de Deſcenſu Chriſti ad inferos p.* 52. *edit. Brixienſis*. » Eſt notan- » dum, quod vera CONCLUSIO EST IN SACRA THEOLOGIA PER FIDEM » CATHOLICAM APPROBATA, quod poſtquam Chriſtus mortuus eſt, anima » fuit ſeparata a corpore, & corpus fuit poſitum in ſepulcro, anima vero de- » ſcendit ad infernum, Deitas autem remanſit unita cum utroque, ſcilicet quod » perſona filii Dei remanſit unita cum corpore in ſepulcro, & cum anima in lim- » bo .... HÆC HABENTUR IN COMPENDIO THEOLOGICÆ VERITA- » TIS ». Confer etiam *pagg. ſeqq. & pag.* 55.

4 *In Quæſtionibus in Epiſt. & Evangel. totius anni*. *Quæſt.* CV. *in Epiſt. pag.* 76. *verſa edit. Lugd. an.* 1569.

5 *In* III. *lib. Sententiar. diſt.* XXII. *qu.* 2. *&* 3. *edit. Rotomag.*

6 *Lib.* 1. *contra Judæos p.* 531. *tom* XXVI. *Bibliotheca Patrum edit. Lugd. an.* 1677. » Ante omnia oportet videre, quot, & quas conditiones in Domino J. Chr. repe- » rimus, quibus per Sacram Scripturam bene conſideratis, ego reperio XXIV con- » ditiones ». XVII. cond. » Omnes humani generis animæ ab Adam uſque ad » ipſum (Chriſtum) propter ipſius primi parentis peccatum deſcendebant in in- » fernum; x. Quod receperit mortem, & paſſionem, ut animas Juſtorum, qui » ante ipſum fuerunt, ſalvaret &c.

7 *Expoſit. pro Concilio Florentino cap.* III. *ſect.* 1. *to.* XXV. *Bibl. PP. edit. ejuſd. p.* 180. » Etiam addimus, primos Patres, Patriarchas, & Juſtos, quos ſuo ad- » ventu Chriſtus ab inferni vinculis liberatos in Cælum deduxit, & ut eo frue- » rentur, dignos effecit ». Et *cap.* IV. *ſect.* IV. *p.* 588. » Animæ Juſtorum poſt » Chriſti adventum ſunt in paradiſo, non enim propter latronis juſti animam » tantum Chriſtus Deus noſter Paradiſum aperuit, ſed propter omnes deinque » Sanctorum animas ».

8 *Enarrat. in Symb. Apoſt. tom.* XXVI. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p* 620. » Ad hunc locum (*limbum SS. PP.* in quo erat CARENTIA DIVINÆ VISIO- » NIS, ſed non pœna ſenſus) Chriſtus deſcendit ... SOLUM ergo deſcendit AD » INFERNUM PATRUM, ibique moram fecit, quantum ei placuit ... bonos » inde ſecum aſſumens, malos relinquens &c. »

9 *Serm.* XVI. *poſt primam Dominicam Quadrag. de Divite, & Lazaro P.* III. *p.* 213. *tom.* III. *opp. edit. Lugd. an.* 1659. *& ſerm.* XLVIII. *in Die Paſcha P.* I. *p.* 332. *& ſerm.* I. *de S. Joſepho cap.* III. *tom.* IV.

Digitized by Google

jor [1], Joh. Capreolus Ord. Prædic. [2], Stephanus Bruleferus [3], Joh. Eugenicus, qui in eo Libello, quem adverſus Synodum Florentinam ſcripſit, Eccleſiæ Latinæ vitio dare non dubitat, quod Limbum Patrum olim fuiſſe credat: *πόῤῥω δὲ τοῦδε καὶ ἀνωτέρῳ τὸν τῆς ἀναπαύσεως παρ' αὐτοῖς μυθευόμενον τόπον, ὃν καὶ Λίμπον τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν γλώττῃ, ἐπονομάζουσιν. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἀδὰμ αἱ ἄξιαι τῶν ἀποβιωσάντων ψυχαὶ τύχειν σωτηρίας μέχρι καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως διὰ τοῦ πουργατωρίου ἤγουν καθαρτικοῦ πυρὸς εἰς τὸν τῆς ἀναπαύσεως τόπον τὸν παρ' αὐτοῖς λίμπος ὀνομαζόμενον ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα διήρχοντο* [4]. Quamquam non ſolum Eccleſia Catholica, ſed Græci etiam Photiani plerique omnes ex inferis fuiſſe deſcenſu Chriſti ereptos Sanctos Patres confiteantur. Quod & ex libris eorum Eccleſiaſticis, ut poſt demonſtrabimus, & ex Catechiſmis, quorum eſt ſupra inſtituta mentio, intelligi plane poteſt [5]. Quare Athanaſius Barucha Græcus Monachus Cretenſis in opere, quod inſcribitur: *λόγοι ψυχωφελεῖς εἰς τὸ σωτήριον πάθος, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ſic inducit loquentem Deiparam filio ſuo, atque Servatori generis humani Chriſto [6]: *κατέβα εἰς τὸν ᾅδην υἱέ μου καὶ λύτρωσε τὰς ψυχὰς τῶν προπατόρων μας, καὶ πάλιν ἀναστήσου κ.τ.λ.* Sed texere pergam XV. ſeculi ſcriptorum ſeriem. Itaque addantur iis, quos paulo ante numeravi, Petrus de Al-

1 Confer ejus *Commentar. in* IV. *lib. Sententiar. diſt.* XLIV. *qu.* IV. *p.* 140. *edit. an.* 1519.

2 *In* III. *Sententiar. diſt.* XXI. *&* XXII. *quæſt. unica tom.* III. *p.* 162. *edit. Veneta an.* 1558.

3 III. *Sententiar. fol.* CCCXXV. *edit. an.* 1507.

4 Apud Allatium *De Purgator. p.* 221. » Longe vero, & loco ſublimiori requie- » tis, quem ipſi (latini) fabulantur, & limbum ſua lingua nominant. Et ab » Adamo demortuorum animæ, quæ ſalutem conſequi dignæ fuere, uſque ad » Chriſti reſurrectionem per Purgatorium ignem ad requietis locum, quem ipſi » limbum vocant, per illa loca perveniebant ».

5 Vide *pag.* 148. *hujuſce operis*.

6 *Edit. an.* 1711. *pag* 177. » Deſcende ad inferos fili mi, & libera animas præ- » cedentium noſtrorum Patrum, rurſumque reſurge ». Mitto cetera, quod hæc ſatis eſſe ad rem confirmandam videam.

Digitized by Google

liaco S. R. E. Card. & Antiſtes Cameracenſium [1], Gabriel Biel [2], Laurentius Wartembergerus Prior Carthuſiæ Waldicenſis [3], Leonardus Matthæus de Utino Ord. Præd. [4], Alanus a Rupe Ord. Præd. [5], Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis [6], Paulus a S. Maria Antiſtes Burgenſium [7], S. Laurentius Juſtinianus [8], Franciſcus Zabarella S. R. E. Cardinalis [9], Robertus Ord. Minorum Epiſcop. Aquinas [10], Johannes Aquilanus Ord. Præd. [11], Auctor ſermonum, quos nondum editos eſſe arbitror, quique Caſanatenſi xv. ſec. codice membranaceo *n.* 24. *Plut. B.* IV. continentur [12], Palmerius de Yſcitella [13], Auctor anonymus ſermonum, qui Cod. ſeculi xv. Caſanatenſi mem-

1 *De Adventu Domini ſer.* I. §. I. *Ecce Salvator. Edit. opp. Argentinen. an.* 1490. » Hunc Dei filii ſalutarem adventum antiqui Patrex ob primorum parentum lapſum in lacu miſeriæ, & laqueo principis nequitiæ a claritate divinæ viſionix privati magnis ſuſpiriis affectabant &c. »

2 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *dub.* III. *p.* 190. *edit. Brixien. an.* 1574. & Themate *de Paſſione Chriſti art.* II. *P.* IV. *p.* 78. *edit. Brixien. an.* 1583. *& ſerm.* XX. qui eſt I. *de Paſchate p.* 116. *edit. Brixien. an.* 1583.

3 *In Contemplat. de Vita Chriſti* §. XXII. *p.* 263. *to.* VI. *Bibliotheca Aſcetic. Bernardi Pezii Benedictini, & Bibliothecarii Mellicenſis edit. Ratisb. an.* 1724. Huic aſſentitur Hilarion Danichius item Carthuſianus ſeculi ſuperioris Scriptor *in ſerm. Capitularib. ſerm* VI. *p.* 383. *tom.* I. *Biblioth. Aſcetica edit. Ratisb. an.* 1723.

4 *Serm. de Deſcenſu Chriſti ad inferos: Sabb. Sanct. ſermonum tom.* I. *edit. Veneta an.* 1691.

5 *In ſermonib. de Temp.* Hujus opera illuſtravit Johannes Andreas Coppeſteinius Ord. Præd. Theologus & Parochus Heidelbergenſis, cujus etiam extat opus inſcriptum: *Ex Card. Bellarm. Cantroverſiarum omnium hujus avi epitome &c.* Parte autem hujuſce operis *prima Quaſt.* LV. *&* LVI. *p.* 87. *ſeq. edit Mogunt. an.* 1624. agit de Chriſti deſcenſu ad inferos, atque ubi deſiit adverſus hæreticos oppugnatores communis, pervulgatæque ſententiæ de ſinu Abrahæ in inferis &c. ſcribere: *narraverant*, inquit, *mihi iniqui Calviniſta fabulationes, ſed non ut lex tua.*

6 *Paradoxo* V. *cap.* CV. *ſeq. p.* 90. *ſeq. & cap.* CXVIII. *p.* 93. *verſa & cap.* CXXVII. *ſeqq. p.* 95. *verſa, ſeqq. edit. Opuſculor. varior. Veneta an.* 1615.

7 *In Dialogo, qui vocatur Scrutinium Scripturarum lib.* IV. *c.* I. *perſcripto a.* 1434.

8 *Serm. de Aſcenſione Domini fol.* XXXIV. *tom.* II. *edit. opp. Brixien. an.* 1506. *& ſerm. de Reſurrect. Domini fol.* XXVII. *& ſermone de Paſs. Domini p.* XXIV. *verſa.*

9 *In tertium Decretalium Tit. de Baptiſmo in cap. Majores p.* 258. *edit. Veneta an.* 1602.

10 *Serm.* XXVI. *de Reſurrect. cap.* II. *pag.* CVII.

11 *Serm.* LIV. *de Reſurrect. Triumpho* III. *edit. an.* 1522.

12 *Serm.* 101. qui eſt extremus de Paſs Chriſti, quique ſic habet: » Chriſtus enim vectes ferreos frangebat, Sancti Patres, qui ibi erant, jubilabant, dæmones ululabant, damnati flebant ». Paria *ibid.* leguntur *ſerm.* 102. *de Sabbatho Sancto.*

13 *In Floribus florum Cod. Chartac. MS.* 26. *Plut. B.* IV. *Biblioth. Caſanat. ſerm. in Paraſc.* » Sancti, *inquit*, qui erant in limbo, exinde extracti ſunt ».

membranaceo *n.* 28. *Plut. B.* IV. comprehenduntur [1], Auctor item anonymus ſermonum Codice ſeculi ejuſdem chartaceo Caſanatenſi *n.* 22. *Plut. B.* IV. comprehenſorum [2], Anonymus ex Ord. Prædicatorum Scriptor *Expoſitionis Symboli Apoſtolici*, quæ continentur Cod. ſec. XV. membranaceo *n.* 19. ejuſdem Bibliothecæ *Plut. B.* IV. [3], Albertus Patavinus Ord. Eremitarum Auguſtinianorum [4], Franciſcus ab Oſſuna Bæticus Ord. Minorum, qui XV. exeunte, & ineunte XVI. Eccleſiæ ſeculo claruit [5], Guillelmus Pepinus Ord. Præd. [6], Gabriel Barletta Ord. Præd. [7], Fridericus Frezza Ord. Præd. Epiſcopus Fulginenſium [8], Auctor anonymus ſermonum, quos Codex ſeculi XIV. vel ſummum XV. ineuntis membranaceus Caſanat. *n.* 44. *Plut.*

iii 2 *B.* IV.

1 *Serm.* 2. *de Domin. in Ram. Palmar.* de ſanctis agens in inferis conſtitutis: » Ideo vos, *inquit*, qui inferno tenemini doloribus afflicti, tranſite ad felicitatem paradiſi ».

2 *Serm. de Paſcha* §. 2. » Non omnes Dominus eripuit de inferno, ſed tantum » electos. Unde Gregorius *in quadam Homilia infra octavam Paſchæ*: ait, *quod* » *ante paſſionem ſuam docuit, in reſurrectione ſua Dominus implevit. Si exaltatus* » *fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. Omnia enim trahit, qui de electis ſuis* » *apud inferos nullum reliquit. Omnia abſtulit, utique electa; unde & recte per* » *Oſeam dicitur, ero mors tua mors, & morſus tuus ero inferne. Quia enim in* » *electis ſuis funditus occidit mortem, mors mortis exitiit. Quia vero in inferno* » *partem abſtulit, & partem reliquit, non occidit funditus, ſed momordit infer-* » *num*: hoc eſt non ſunt ab inferno liberati per Chriſtum damnati. Nam, ut in- » quit *Th.* 3. *P. qu.* 92. *&c.* » Deſcribit mox ſententiam S. Thomæ de Patribus *Sanctis* Veteris Teſtamenti *in inferis detentis, ſed capacibus illius liberationis, quam Chriſtus attulit deſcendens ad inferos*.

3 *Serm. de Articulis Fidei*. Is Auctor de quinto Articulo diſſerens: » Voluit, » *inquit*, quod ad inferna deſcenderet 1. propter triumphum. Tunc enim quis » perfecte de hoſte triumphat, quando non ſolum in campo eum vincit, ſed & » ipſum expoliat, & in domo ſua ligat. Chriſtus diabolum in cruce vicit, ſed » in inferno eum ligavit, & expoliavit . . . Secundo, propter remedium, ut ſcili- » cet Sanctis Patribus ſubveniret, & eos inde educeret ».

4 *In Sermone Quadrageſimali* XXXVIII. *p.* 106. *ſeqq. edit. Veneta an* 1584.

5 *Expoſition. Evangelior. &c. ſerm.* LXII. *p.* 751. *edit. Veneta an.* 1583.

6 *Serm.* 1. *Dominic. in Die Paſcha. De Epiſt. p.* 247. *verſa edit. Ven. an.* 1588.

7 *Serm. de Reſurrect. p.* 247. *ſeq. edit. ſermonum Quadrageſimalium an.* 1577.

8 Quadriregii *lib.* II. *cap.* IV. *pag.* 106. *edit. Fulgin. an.* 1725.

» In queſto limbo, ovvero in queſto Egitto
» È pena privativa, e ſol di danno,
» E nullo ſenſo in queſto loco è afflitto.
» Dentro è la gran prigion di quel tiranno,
» Che tenne già gli amici da Dio eletti.

Eodem pertinent, quæ ſeculo XVI. animadvertit Alphonſus de Caſtro Ordinis Minorum magnus videlicet vir, atque ſapiens *lib.* III. *adverſus Hæreſes Hæreſi* VI. *p.* 222. *ſeqq. tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. an.* 1578.

B. IV. continet [1], Anonymus item alter, cujus Orationes *de Tempore* continentur Codice XIV. vel XV. ſec. membranaceo Bibliothecæ Caſanatenſis [2], Anonymi quoque Scriptores ſermonum, quos continent Codices ſeculi XIV. chartaceus *num.* 47. ejuſdem Bibliothecæ [3], chartaceus *n.* 17. *Plut.* C. V. [4], & membranaceus *n.* 8. *Plut. C.* VI. [5], Michael de Mediolano Ord. Minorum [6], Auctor ſermonum Bibl. Caſanatenſis Codice membr. MS. *n.* 7. *Plut. C.* VI. comprehenſorum [7] (utque mittam ceteros auctores ſermonum, quorum aliquot extant in membranaceis, chartaceiſque Codicibus Caſanaten. Bibl.) Ægidius Belmeranus [8]. Sed

1 *Serm. pro die veneris ſancti* §. *Morietur Filius*, quo loco: » Infernus, *inquit*, » (*Chriſto moriente*) prædam non ſuam reddidit ».

2 *Serm. de Reſurrect. Chriſti*. » Janua paradiſi, quæ a principio Mundi clauſa » exriterat, & operta, ita quod ante ipſam diem (*mortis Chriſti*) nullus Patriar- » cha, nullus Propheta, nullus juſtus paradiſum intraverat, ideſt in Dei viſione » beatus fuerat; ſed hodie omnes Sancti Patres, qui in limbo detenti fuerant, Pa- » radiſum habitaverunt: Deitatis eſſentiam viſione beatifica in Chriſto Jeſu con- » templationis radio agnoſcebant. Ideo dictum eſt latroni: *Hodie mecum eris in* » *Paradiſo &c.* »

3 *Serm. de Nativ. pag.* 28. quo loco ſcribit, *Sanctos obſcuriſſimo carcere fuiſſe clauſos* ante Chriſti Servatoris adventum.

4 *Serm. in Domin. Reſurrect.* §. *Quantum ad primum*.

5 *Serm. de Paſſione Domini* §. *tertia vox*.

6 *Serm. de Paſſione. P.* VI. *ut eſt in Cod. MS.* Chartaceo *ſec* XV. *Biblioth. Caſanat.* » Fuit neceſſarium Chriſtum mori r. inferni, ratione ſpoliationis, ſcilicet ut » ipſum ſpoliaret, & Sanctos Patres de limbo liberaret... quantum ad reatum » carentiæ viſionis, ratione cujus habebat poteſtatem diabolus detinendi eos in » limbo &c. »

7 *Serm. de Reſurrect. p.* 12. *verſa* §. *Tertio vicit diabolum infernali expulſione, in quo erant Sancti Patres*.

8 *Cap.* 11. *de Reliquiis, & Veneratione Sanctorum*. Adiſis etiam Clandium de Sainctes Epiſcopum Ebroicenſem *de Rebus Euchariſticis Repet.* IV. *cap.* XI. *De deſcenſu Chriſti ad inferos p.* 259. *edit. Pariſ. an.* 1576. Nam is auctor, qui ſexto ac decimo Eccleſiæ ſæculo claruit ſingulari laude doctrinæ, Synodoque Tridentinæ interfuit, originem demonſtrans ejus dogmatis, quod modo tuetur Cadonicus: » Calviniſtæ, *inquit*, ... ne limbo ... in inferioribus partibus dent locum, ne- » gant ullas piorum animas in illis inferorum regionibus habitaſſe, ſed ajunt, » ab origine mundi, continuo poſt mortem in cælum evolaſſe, UBI FRUE- » RENTUR SEMPITERNA BEATITUDINE. Epulonis adhibent hiſtoriam, » in qua ſinus Abrahæ adeo remotus ab inferis deſcribitur, ut magnum chaos, » & totius Mundi vaſtitas, & moles videatur interjacere. NOS magis convenien- » ter cum Scripturis CREDIMUS, ET DOCEMUS, januam cæli nemini patuiſſe » ante Chriſtum..... Antea adhuc regni poſſeſſio impediebatur ». *Pag.* eadem *verſa*; poſt ubi oſtendit Scripturarum auctoritate, ante Chriſti mortem nondum propalatam fuiſſe Sanctorum viam, Patreſque in inferis fuiſſe, expectaſſeque repromiſſionem, hoc eſt beatitudinem &c. » NON DUBIUM, *inquit*, quin no- » ſtra ſententia OMNIUM CHRISTIANORUM CONSENSU CONFIRME- » TUR &c. »

Sed tempus me deficeret, ſi Scriptores XV. ſeculi omnes numerare pergerem. Hoc autem de iis omnibus dicam breve: legiſſe eorum permultorum opera me, neque horum aliquod inveniſſe, in quo, ſi ſit de Chriſti ad inferos deſcenſu mentio, non hæc etiam, quæ eſt de Sanctis Patriarchis ereptis ex limbo, ſententia ſtatuatur.

SECULO XIV.

Itaque venio ad eos, qui quarto, ac decimo Eccleſiæ ſeculo floruerunt. Horum autem aliquos commemorabo. Sic autem Cadonico recipio, perplures me deinceps eſſe, ſi modo voluerit, commemoraturum. Atque in Scriptoribus quidem ejus temporis numerari merito poterunt Auguſtinus Triumphus Eremita Auguſtinianus [1], Guido de Monte Rocherii [2], Theologi Pariſienſes [3], Durandus a S. Portiano Ord. Præd. Epiſcopus Meldenſis [4], Marſilius Patavinus [5], Franciſcus Mayronus [6], Michael Ayguanus Gen. M. Ord. Camelitarum [7], Thomas de Argentina Eremita Auguſtinianus [8], Robertus Holcotius Ord. Præd. [9], Ludolphus Carthuſianus Monachus,

1 *De Poteſt. Eccl. qu.* XXXIII. *art.* III. *edit. Rom. an.* 1584. *pag.* 189.

2 Confer, quæ ſcripſi *p.* 321. *hujus vol. not.* 3.

3 Vide *pag* 326. *hujus operis not.* 1.

4 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *qu.* III. & IV. *pag.* 225. *ſeq. edit. Lugd. an.* 1558. Is vero Auctor etſi eo progreſſus fuerit, ut errans in controverſiam revocarit, reipſane, an virtute ſolum anima Chriſti ad inferna deſcenderit; tamen auſus non eſt a communi ſententia de vindicatis ex inferis Patribus Veteris Teſtamenti, beatiſque poſt Chriſti mortem aſpectu Dei vel latum, ut ajunt, digitum recedere. Scilicet homo confidens, & arrogans, qui oſtentandi potius ingenii, quam veritatis inveſtigandæ cauſſa, cavillando res aliquot certas imprudens perverterat; hanc tamen, de qua nunc agimus, doctrinam tam auctoritate divina conſtantem, firmam, immotam judicavit eſſe, ut ab ſe impune de ea dubitari non poſſe arbitraretur.

5 III. *ſentent. diſt.* XXII. *qu.* XIII. *art.* II. & *in Defenſore Pacis P.* 1. *cap.* VI. Vide Cangii *Gloſſar. Med. & Inf. Lat. ad v. Limbus*.

6 *Lib.* IV. *ſentent. diſt.* XLIII. *qu.* 3. & 4. *p.* 417. *verſa*: *edit. Veneta an.* 1520. *Certum* dicit eſſe, quod nos propugnamus.

7 *In* IV. *ſentent. diſt.* XLVIII. *p.* 499. *edit. Veneta an.* 1623. Et *in Pſal.* XV. *p.* 115. *edit. Lugd. an.* 1673.

8 *In* IV. *ſententiar. diſt* XLV. *quæſt.* I. *art.* I. *pag.* 183. *ſeq. edit. Genuen. an.* 1585.

9 *In lib. Sapient. lect.* XXXI. *art.* 1. *p.* 54. & *lect.* CLXXXIX. *art. unico p.* 328. *edit. Colon. an.* 1689. » Limbus Patrum fuit conjunctus inferno. Alias enim Chriſtus » non diceretur in infernum deſcendiſſe ».

nachus [1], Johannes Taulerus Ord. Præd. [2], Richardus Radulfi [3], Franciſcus Petrarcha [4], Auctor anonymus operis italice inſcripti *Quadriga ſpirituale* [5], Dominicus Cavalca Ord. Præd. [6], Raynerius Piſanus Ord. ejuſd. [7], Jordanus Piſanus perinde Dominicanus [8], Guillelmus de Vorrilongo [9], Petrus de Palude Ord. Præd. Patriarcha Hieroſolymit. [10], Jordanus Quedelimburgius Ord. Eremitar. S. Auguſtini [11], Johan. Duns Scotus Subtilis Doctor Ord. Minor. [12], Franciſcus Maro [13], Gerardus Zutphanienſis vir pius, & doctus [14], Bened. XII. Pontif. Maximus is, qui Joh. XXII. ſucceſſerat [15], Nicolaus de Lyra item Ord. Mino-

1 *De Vita Jeſu Chriſti P.* II. *cap.* LXVIII. *p.* 679. *ſeq. edit. Veneta an.* 1581. & *Commentar. in Pſalter. ad Pſalmum* XV. *p.* 55. *edit. an.* 1542. & *ad Pſ.* LXXXV. *p.* 214. *verſa*: & *ad Pſalm.* XXIII. *p.* 55. *verſa*.
2 *Serm.* I. *in Paraſc. p.* 181. *edit. Calan.*
3 Archiepiſcopus Armachanus *lib* XII. *in Quæſt. Armeniar. c.* VI. *p.* XCII. *verſa*: & *cap.* XII. *p.* XCV. *verſa*, & *cap.* XXII. *p.* XCVIII. *verſa ſeq. edit. Pariſ. an.* 1511.
4 *Lib.* I. *epiſt.* IV. *ad Dionyſium e Burgo S. Sepulcri p.* 80. *tom.* III. *opp. edit. Baſileenſis an.* 1581.

» . . . . nos vita relinquens
» Quæ fugit, unde numquam poſthac reditura fuiſſet,
» Ni domitor mortis, qui quondam tartara victor
» Ingreſſus rediit clauſo ſua membra ſepulcro
» Vi repetens, ſecumque trahens felicia Patrum
» Agmina &c.

5 Vide *pag.* 302. *hujus operis not.* 8.
6 Confer *pag.* 208 *hujus operis not.* 3.
7 Pantheologiæ *tom.* III. *pag.* 474. *edit. Lugd. an.* 1670.
8 *In Cancianib. edit. Florent. an* 1739. *concion.* XIX. *p* 84. » Dicono i Santi, che » quello adopera il batteſimo, che allora operava la circonciſione: ſalvo, che » quella non apriva la porta del Paradiſo, e il batteſimo &c. » *Et in Quadrageſim. conciane* XXXVI. *p.* 303. » La ſua compagnia furono i SS. Padri, e le altre giuſte » anime, le quali traſſe dall' inferno ».
9 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *p.* 193. *edit. an.* 1502. communem ſententiam ut certam ſtatuit.
10 Palud. *in* IV. *ſentent. diſt.* XXII. *qu.* III. §. *de tertio*: *p.* 172. *verſa*, *edit. Pariſ. an.* 1517. certi dogmatis loco id, quod defendimus, habendum ſtatuit.
11 Jordanus Quedelimburgius Ord. Eremitar. S. Auguſt. *Oper. Paſtillar.* & *Sermonum*. *In Paraſc. Theorem.* CCLI. *edit. Argentin. an.* 1483.
12 *In* III. *ſentent. diſt.* XIX. *Quæſt. unica p.* 418. *tom.* VII. *edit. Lugd. an.* 1639.
13 Franciſcus Maro *in Adnatat. ad cap.* XV. *lib.* XX. *S. Auguſt. de Civit. Dei*: *edit. Narimb. an.* 1520.
14 Gerardus Zutphan. *lib. de Reformatione virium animæ cap.* XXXIX. *ſeq. p.* 273. *tom.* XXVI. *Bibl. PP. edit. Lugd. an.* 1677.
15 Benedicti locum deſcripſimus *pag.* 224. *ſeq. hujus val.* quo loco: *Neminem*, inquit, *oportet dubitare longe alium ſinum* (nempe poſt Chriſtum) *eſſe*, *quam illum* (requiei ante Chr. mortem) *cum ille in tenebris*, *hic in luce multa*; *in inferno ille fuerit*, *iſte in cœlo*.

Minor. [1], Epiſcopi, qui ad Synodum Benevent. a Bernardo Guidardio indictam an. 1374. convenerant [2], Manuel Calecas Ord. Præd. catholicorum dogmatum adverſus Photianos adſertor, ac vindex [3]. Ὀυκ ἐκρατήθη ὑπὸ τοῦ θανάτου, *inquit*, ἡ αὐτοζωὴ, ἀλλ᾽ ὡς κύριος τῆς δόξης ὑπερβαλλούσῃ ἐξουσίᾳ τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, καὶ τὰς ὑπ᾽ αὐτοῦ δυνάμεις κατήνεγκε, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐκείνων διέλυσε· καὶ οὕτω, τὰς μὲν ψυχὰς τῶν ἁγίων, ὃ καὶ αὐτὸν ἐξεδέχοντο, τοὺς δεσμοὺς διαῤῥήξας ἀπέλυσε, καὶ μεθ᾽ ἑαυτοῦ πάντας ἀνήγαγεν, ἐλευθερίᾳ τιμήσας· ἀνελάβετο δὲ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, καὶ ἀνέστη τριήμερος νικητὴς τοῦ θανάτου, τὰ σκεύη τοῦ ἄρχοντος συντρίψας κ. τ. λ. Sed modum faciam. Nam ſi Johann. Neapolitanum, ſi Durandum Aureliacenſem, quem Durandellum vocant, ſi Thomam Wallenſem vulgo Anglicum appellatum, ſi Dominicanos ceteros, quin ſi omnium Ordinum Theologos, Exegetas Sacrorum Bibliorum, Catechetas, Canonum Interpretes [4], Poetas qui [5] quarto ac decimo ſecu-

1 *In cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. p.* 550. *tom.* 1. *Biblior. Sacror. edit. Lugd. an.* 1589. *& in cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos ibid. p.* 938. *& in cap.* II. *Actor. Apoſtolicor. ibid. pag.* 999

2 Vide ſupra *p.* 270. *not.* 1. *hujus vol.*

3 De Principiis *Fidei Catholicæ cap.* V. *P.* 1. *Auctarii Bibliothecæ Sanctor. PP. edit. Combefis. Pariſ. an.* 1672. *p.* 254. » Teneri a morte ipſa vera vita non po-
» tuit; ſed tamquam Dominus gloriæ excellenti potentia tenebrarum principem,
» & ſubjectas ei poteſtates profligavit, earumque robur diſſolvit, ſicque Sancto-
» rum quidem animas, cujus ſpe tenebantur, diſruptis vinculis abſolvit, liber-
» tatiſque honore auctas una ſecum reduxit . . . reſumtoque ſuo corpore tridua-
» nus mortis victor, revixit, contritis principis vaſis &c. »

4 Johannes Andreas *in* III. *lib. Decretal. Tit. de Bapt. cap. Majores pag.* 227. *edit. Venetæ an.* 1612.

5 Dantes Aligherius *De Inferno cant.* IV. *pag.* 117. *edit. Florent. an.* 1595. unum aliquem eorum, quos in priore circulo inferorum ſeſe offendiſſe fingit, alloquens, ſcribit hoc modo:

» Dimmi Maeſtro mio, dimmi Signore,
» Comincia' io per voler eſſer certo
» DI QUELLA FEDE, CHE VINCE OGNI ERRORE:
» Uſcinne mai alcuno o per ſuo merto
» O per altrui, che poi foſſe BEATO?
» E quei, che inteſe il mio parlar coverto,
» Riſpoſe: io era nuovo in queſto ſtato,
» Qnando ci vidi venire un poſſente
» Con ſegno di vittoria incoronato.

4 Traſ-

præterea Gregorius Primaticius Ord. Præd. [1], Thomas Elyſius Neapolitanus Ord. Præd. [2], Marcus Antonius Flaminius [3], Anonymus Ordinis Minorum Operis, quod *Triumphus Chriſti* inſcribitur, Auctor [4], Matthias Bredembacchius [5], Michael Epiſcopus Merſpurgenſis [6], Nicolaus Gorranus Ord. Præd. [7], Coſmus Philarchus Piſtorienſis [8], Johannes Bunderius Gandavenſis Ord. Prædicatorum [9], Angelus Sangrinus Abbas Monaſterii S. Juſtinæ Ord. S. Bened. [10], Sebaſtianus Cattaneus Ord. Præd. Epiſcopus Chiemenſis [11], Johannes Suareſius Epiſcopus Conimbricenſis, & Arganilli Comes [12], Paulus de Palacio Granatenſis in Luſitanorum Conimbricenſi Academia Sacrarum Scripturarum Interpres [13]. Sed omnes perſequi longum eſſet.

SECU-

1 *In Epiſt. Pauli ad cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. edit. Veneta an.* 1564. *p.* 213. & *ad cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos p.* 365.

2 In Piorum Clypeo adverſus veterum, recentiorumque hæreticorum pravitatem: *edit. Veneta an.* 1565. *qu.* VIII. *de Purgat. art.* 2. *p.* 80. *verſo*.

3 *In libr. Pſalmor. Brev. Explanat. Paraph. Pſ.* XV. *p.* 129. *edit. Lugd. an.* 1569. & *Paraphr. Pſ.* XXIV. *p.* 209.

4 *Tit.* XIV. *p.* 193. *ſeqq. edit. Salmant. an.* 1514.

5 *In Pſ.* XV. *p.* 73. *edit. Colon an.* 1560.

6 *In Catechiſmo Catholico. De Symbolo p.* 18. *edit. Colon. an.* 1562.

7 *In Poſtilla ad Epiſt. Pauli ad cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos pag.* 282. *verſo edit. Pariſ. an.* 1531. & *ad cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios p.* 162.

8 *Eſpoſiz. de' Salmi de' tre Notturni dell' Offizio della B. Vergine: edit. Florent. an.* 1582. *p.* 296. *ſeqq.*

9 *In Compendio Concertation. hujus ſeculi: edit. Pariſ. an.* 1546. *tit* XVIII. *de Purgator. p.* 122. *ſeqq.*

10 *In Poeſi Chriſtiana edit. Patav an.* 1565. *Medit.* II. *p.* 42. *ſeqq.*

11 *Explicat. Catech. Romani. De Artic. Fidei art.* V. *p.* 36. *edit. Ingolſt. an.* 1590. Confer præterea Antonium *de Laval* Paraphr. de ez. Pſaumes: *In Pſ.* XV. *p* 68. *edit. Pariſ. an.* 1621. Johannem Baptiſtam Rubeum Congregat. Clericor. Regular. Somaſchæ: *Commentar. in Pſalter. Rom. edit. Veneta an.* 1627. *Pſal.* XV. *pag.* 78. & *in Hymnum Veſperar. Paſch. p* 867. *ſeqq.* & *p.* 869. Torquatum Pariſianum *in Commentat. Piis in omnia Evangelia totius anni tom.* I. *edit. Roman. ann.* 1690. *p.* 904. qui *abſque dubio limbum S. PP.* admittendum ſtatuit. Johannem Baptiſtam Cavotum Ord. Minor. de Obſervant. *In Lectionib. Moralib. in Jobum edit. Rom. an.* 1618. *lect.* XXXI. *p.* 458. Sebaſtianum Barradam *tom.* IV. *Commentarior. In Hiſtor.* & *Concord Evang. lib.* VII. *cap.* XIV. *p.* 585. Johannem a Jeſu Maria Carmelitam Diſcalceatum *Paraph. in lib. Job. edit. Rom. an.* 1611. *p* 205. *ſeq.* Andream Gerardum Hypericenſem *in Medulla omnium Epiſtolarum S. Pauli &c. edit. Lugd. an.* 1672. *Epiſt. ad Hebr. cap.* 11. *p.* 445.

12 *Commentar. in Luca cap.* XVI. *tract.* CLXXXIII. *p.* 874. *ſeqq. edit. Pariſ. an* 1578.

13 *Enarrat. in S. Chr. Evang. ſecund. Matth. ad cap.* XXVII. *c.* IV. & V. *p.* 938 *ſeq. edit. Antuerp. an.* 1572.

Digitized by Google

SECULO XV.

Johannes Gerſon Cancellarius Academ. Sorb. Pariſienſis [1], Chriſtophorus Landinus [2], Dionyſius Carthuſianus [3], S. Vincentius Ferrerius Ord. Præd. [4], Sanctus Antoninus Ord. Præd. Archiepiſcopus Florentinus [5], Johannes Ord. Præd. S. R. E. Cardinalis a Turrecremata, qui non modo interfuit Florentinæ Synodo, ſed etiam adverſus Græcos Photianos cauſſam egit Religionis [6], Johannes Dominici Ord. Præd. S. R. E. Card., & Archiepiſcopus Raguſinus [7], Hieronymus Savonarola Ord. Prædica-

1 *In Compend. Theologiæ. Expoſit. v. Artic. Symboli tom. I. opp. edit. Antuerp. an.* 1706. » Quintus Articulus principalis in numero, & quartus eorum, qui ſpe-
» ctant ad Filium, pertinet ad redemptionis Sacramentum eorum, QUI ERANT
» IN LIMBO INFERNI CONCLUSI. *Deſcendit* tantum ſcilicet in anima Dei-
» tati unita, quia corpus in ſepulcro quievit, & Deitas ubique erat. Unde ſine
» ea deſcendere non potuit AD INFERNA, IDEST AD LIMBUM, partem ſci-
» licet inferni ſuperiorem, quo detinebantur ſalvandi, quouſque debitum primi
» parentis per mortem Chriſti ſolveretur ». Eadem habet pluribus aliis in locis, quæ numerare non vacat.

2 *In Prologo ad cant.* I. *Dantis Aligherii de Purgatorio p.* CXXXIV. *verſa edit. Veneta an.* 1507.

3 *In Elementat. Theologica de Incarnat. Prop.* CIXVI. *&* IV. *ſent. D.* XLV. *qu.* I. *edit. Veneta an.* 1584. *pag.* 491.

4 *Serm. unico de Sabbatho Sancto pag.* 548. *Sermonum Hyemalium edit. Veneta an.* 1571. » Sciendum eſt, quod doctrina ſacta eſt generalis, & CERTA FIDEI
» CHRISTIANÆ, quod poſt mortem corporalem Chriſti, anima ejus deſcendit
» in infernum, & eſt Articulus fidei dicentis *mortuus*, & *ſepultus* quantum ad
» corpus, deſcendit ad inferos quantum ad animam ... Voluit deſcendere prin-
» cipaliter ad confortandum SS. Patres, ad ipſos liberandum ... Et quamdiu cor-
» pus ejus fuit in ſepulcro, tamdiu fuit anima ejus in limbo, & craſtina die ani-
» ma Chriſti ſimul cum Sanctis Patribus exivit de limbo, & aſſumto corpore glo-
» rioſo reſurrexit. ISTA EST DOCTRINA VERA FIDEI CHRISTIANÆ ». Vide etiam *p.* 549. *ſeq. & p.* 552.

5 I. *P. Summa Moralis tit.* VIII. *cap.* I. *§.* VII. *p.* 906. *edit. Florent. an.* 1741.
» Ad *limbum Sanctorum Patrum* deſcendit anima Chriſti divinitate ſociata, quan-
» do (Chriſtus) in cruce expiravit. Et ſic in SYMBOLO DICITUR DESCEN-
» DIT AD INFEROS, ET TUNC EOS BEATIFICAVIT EDUCENS EOS
» INDE IN SUA RESURRECTIONE. Non autem alia loca inferni viſitavit,
» nec ab eis viſus fuit, nec eos eduxit. Erat autem ibi in limbo illo etſi non
» pœna ignis, tamen pœna damni. Scilicet de retardatione gloriæ, quam expe-
» ctabant, quæ aliqualiter affligebat eos ... Unde Eccleſia in *Hymno*: *ſolvit a pœ-*
» *na miſeros &c.* ſcilicet Chriſtus ».

6 *Apparat. ad Decretum Synodi Florentinæ Eugenii IV. pro Unione Græcorum p.* 14. *edit. Veneta an.* 1561.

7 *Trattato della Carità cap.* XXXVII. *p.* 163. *edit. an.* 1513.

dicatorum [1], Johan. Picus Mirandula Concord. Comes [2], Petrus Hieremias Ord. Præd. [3], Antonius Bitontinus Ordinis Minorum [4], Nicolaus de Orbellis Ordin. Minorum [5], Hieronymus a S. Fide ex Judæo Chriſtianus [6], Gennadius Scholarius, ſeu quiſquis ille eſt Græcus Scriptor Expoſitionis pro Concilio Florentino [7], Richardus Eremita [8], S. Bernardinus Senenſis Ord. Minorum [9], Johannes Major,

1 *In Triumpho Crucis, ſive de Veritate Fidei lib.* III. *cap.* X. *p.* 259. *edit. Rom. de Propaganda Fide*. Sic autem is docet ignaros veritatis Chriſtianæ religionis.
» Opportunum ſane fuit (Chriſti) defuncti animam ad Patres uſque deſcendere,
» ut illorum animas de ſinu limbi educeret, eaſdemque ſuo lumine illuſtraret &c.»

2 *In Apologia qu.* 5. *edit. Bononien. opp. an.* 1486. Etſi ſine hæreſeos nota negari verum animæ Chriſti deſcenſum ad inferos poſſe pugnat, qua quidem de re agens turpiſſime labitur; tamen de Sanctorum animabus ante Chriſti mortem expertibus in ſinu Abrahæ viſionis intuivæ Dei, & de Chriſti morte, eoque deſcenſus genere, quod ipſe proponit, vindicatis, aſſertiſque in libertatem, ſimulque beatis aſpectu Dei, non dubitat, *fol.* 6. *pag. verſa*, & *fol.* 12. *ſeqq.* Confer ejuſdem XII. *regulas dirigentes homines in ſpirituali pugna. ad Pſ.* XV. verſum: *Non derelinques animam meam in inferno &c.*

3 *Serm.* XIX *de Deſcenſu Chriſti ad inferos p.* 52. *edit. Brixienſis*. » Eſt notan-
» dum, quod vera CONCLUSIO EST IN SACRA THEOLOGIA PER FIDEM
» CATHOLICAM APPROBATA, quod poſtquam Chriſtus mortuus eſt, anima
» fuit ſeparata a corpore, & corpus fuit poſitum in ſepulcro, anima vero de-
» ſcendit ad infernum, Deitas autem remanſit unita cum utroque, ſcilicet quod
» perſona filii Dei remanſit unita cum corpore in ſepulcro, & cum anima in lim-
» bo .... HÆC HABENTUR IN COMPENDIO THEOLOGICÆ VERITA-
» TIS », Confer etiam *pagg. ſeqq.* & *pag.* 55.

4 *In Quæſtionibus in Epiſt. & Evangel. totius anni. Quæſt.* CV. *in Epiſt. pag.* 76. *verſa edit. Lugd. an.* 1569.

5 *In* III. *lib. Sententiar. diſt.* XXII. *qu.* 2. & 3. *edit. Rotomag.*

6 *Lib.* 1. *contra Judæos p.* 531. *tom.* XXVI. *Bibliotheca Patrum edit. Lugd. an.* 1677.
» Ante omnia oportet videre, quot, & quas conditiones in Domino J. Chr. repe-
» rimus, quibus per Sacram Scripturam bene conſideratis, ego reperio XXIV con-
» ditiones ». XVII. cond. » Omnes humani generis animæ ab Adam uſque ad
» ipſum (Chriſtum) propter ipſius primi parentis peccatum deſcendebant in in-
» fernum: X. Quod receperit mortem, & paſſionem, ut animas Juſtorum, qui
» ante ipſum fuerunt, ſalvaret &c.

7 *Expoſit. pro Concilio Florentino cap.* III. *ſect.* 1. *to.* XXV. *Bibl. PP. edit. ejuſd. p.* 580. » Etiam addimus, primos Patres, Patriarchas, & Juſtos, quos ſuo ad-
» ventu Chriſtus ab inferni vinculis liberatos in Cælum deduxit, & ut eo frue-
» rentur, dignos effecit ». Et *cap.* IV. *ſect.* IV. *p.* 588. » Animæ Juſtorum poſt
» Chriſti adventum ſunt in paradiſo, non enim propter latronis juſti animam
» tantum Chriſtus Deus noſter Paradiſum aperuit, ſed propter omnes denique
» Sanctorum animas ».

8 *Enarrat. in Symb. Apoſt tom.* XXVI. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p* 610.
» Ad hunc locum (*limbum SS. PP.* in quo erat CARENTIA DIVINÆ VISIO-
» NIS, ſed non pœna ſenſus) Chriſtus deſcendit... SOLUM ergo deſcendit AD
» INFERNUM PATRUM, ibique moram fecit, quantum ei placuit... bonos
» inde ſecum aſſumens, malos relinquens &c. »

9 *Serm.* XVI. *poſt primam Dominicam Quadrag. de Divite, & Lazaro P.* III. *p.* 213. *tom.* III. *opp. edit. Lugd. an.* 1659. & *ſerm.* XLVIII. *in Die Paſcha P.* 1. *p.* 332. & *ſerm.* 1. *de S. Joſepho cap.* III. *tom.* IV.

Digitized by Google

jor [1], Joh. Capreolus Ord. Prædic. [2], Stephanus Bruleſerus [3], Joh. Eugenicus, qui in eo Libello, quem adverſus Synodum Florentinam ſcripſit, Eccleſiæ Latinæ vitio dare non dubitat, quod Limbum Patrum olim fuiſſe credat: *πόῤῥω δὲ τοῦδε καὶ ἀνωτέρῳ τὸν τῆς ἀναπαύσεως παρ' αὐτοῖς μυθευόμενον τόπον, ὃν καὶ Λίμπον τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν γλώττῃ, ἐπονομάζουσιν. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἀδὰμ αἱ ἄξιαι τῶν ἀποβιωσάντων Ψυχαὶ τύχειν σωτηρίας μέχρι καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως διὰ τοῦ πουργατωρίου ἤγουν καθαρτικοῦ πυρὸς εἰς τὸν τῆς ἀναπαύσεως τόπον τὸν παρ' αὐτοῖς λίμπος ὀνομαζόμενον ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα διήρχοντο* [4]. Quamquam non ſolum Eccleſia Catholica, ſed Græci etiam Photiani plerique omnes ex inferis fuiſſe deſcenſu Chriſti ereptos Sanctos Patres confiteantur. Quod & ex libris eorum Eccleſiaſticis, ut poſt demonſtrabimus, & ex Catechiſmis, quorum eſt ſupra inſtituta mentio, intelligi plane poteſt [5]. Quare Athanaſius Barucha Græcus Monachus Cretenſis in opere, quod inſcribitur: *λόγοι Ψυχωφελεῖς εἰς τὸ σωτήριον πάθος, καὶ εἰς τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ſic inducit loquentem Deiparam filio ſuo, atque Servatori generis humani Chriſto [6]: *κατέβα εἰς τὸν ἅδην υἱέ μου καὶ λύτρωσε τὰς Ψυχὰς τῶν προπατόρων μας, καὶ πάλιν ἀναστήσου κ. τ. λ.* Sed texere pergam xv. ſeculi ſcriptorum ſeriem. Itaque addantur iis, quos paulo ante numeravi, Petrus de Al-

iii liaco

1 Confer ejus *Commentar. in* IV. *lib. Sententiar. diſt.* XLIV. *qu.* IV. *p.* 340. *edit. an.* 1519.
2 *In* III. *Sententiar. diſt.* XXI. & XXII. *quaſt. unica tom.* III. *p.* 161. *edit. Veneta an.* 1558.
3 III. *Sententiar. fol.* CCCXXV. *edit. an.* 1507.
4 Apud Allatium *De Purgator. p.* 221. » Longe vero, & loco ſublimiori requie» tis, quem ipſi (latini) fabulantur, & limbum ſua lingua nominant. Et ab » Adamo demortuorum animæ, quæ ſalutem conſequi dignæ fuere, uſque ad » Chriſti reſurrectionem per Purgatorium ignem ad requietis locum, quem ipſi » limbum vocant, per illa loca perveniebant ».
5 Vide *pag.* 148. *hujuſce operis*.
6 *Edit. an.* 1711. *pag* 177. » Deſcende ad inferos fili mi, & libera animas præ» cedentium noſtrorum Patrum, rurſumque reſurge ». Mitto cetera, quod hæc ſatis eſſe ad rem confirmandam videam.

liaco S.R.E. Card. & Antiſtes Cameracenſium [1], Gabriel Biel [2], Laurentius Wartembergerus Prior Carthuſiæ Waldicenſis [3], Leonardus Matthæus de Utino Ord. Præd. [4], Alanus a Rupe Ord. Præd. [5], Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis [6], Paulus a S. Maria Antiſtes Burgenſium [7], S. Laurentius Juſtinianus [8], Franciſcus Zabarella S. R. E. Cardinalis [9], Robertus Ord. Minorum Epiſcop. Aquinas [10], Johannes Aquilanus Ord. Præd. [11], Auctor ſermonum, quos nondum editos eſſe arbitror, quique Caſanatenſi xv. ſec. codice membranaceo *n.* 24. *Plut. B.* IV. continentur [12], Palmerius de Yſcitella [13], Auctor anonymus ſermonum, qui Cod. ſeculi xv. Caſanatenſi mem-

1 *De Adventu Domini ſer.* I. §. I. *Ecce Salvator. Edit. opp. Argentinen. an.* 1490. » Hunc Dei filii ſalutarem adventum antiqui Patres ob primorum parentum lapſum in lacu miſeriæ, & laqueo principis nequitiæ a claritate divinæ viſionis » privati magnis ſuſpiriis affectabant &c. »

2 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *dub.* III. *p.* 190. *edit. Brixien. an.* 1574. & Themate *de Paſſione Chriſti art.* II. *P.* IV. *p.* 78. *edit. Brixien. an.* 1583. *& ſerm.* XX. qui eſt I. *de Paſchate p.* 116. *edit. Brixien. an.* 1583.

3 *In Contemplat. de Vita Chriſti* §. XXII. *p.* 263. *to.* VI. *Bibliotheca Aſcetic. Bernardi Pezii Benedictini, & Bibliothecarii Mellicenſis edit. Ratisb. an.* 1724. Huic aſſentitur Hilarion Danichius item Carthuſianus ſeculi ſuperioris Scriptor *in ſerm. Capitularib. ſerm* VI. *p.* 385. *tom.* I. *Biblioth. Aſcetica edit. Ratisb. an.* 1723.

4 *Serm. de Deſcenſu Chriſti ad inferos: Sabb. Sanct. ſermonum tom.* I. *edit. Veneta an.* 1691.

5 *In ſermonib. de Temp.* Hujus opera illuſtravit Johannes Andreas Coppeſteinius Ord. Præd. Theologus & Parochus Heidelbergenſis, cujus etiam extat opus inſcriptum: *Ex Card. Bellarm. Controverſiarum omnium hujus avi epitome &c.* Parte autem hujuſce operis *prima Quæſt.* LV. *&* LVI. *p.* 87. *ſeq. edit Mogunt. an.* 1624. agit de Chriſti deſcenſu ad inferos, atque ubi deſiit adverſus hæreticos oppugnatores communis, pervulgatæque ſententiæ de ſinu Abrahæ in inferis &c. ſcribere: *narraverunt*, inquit, *mihi iniqui Calviniſtæ fabulationes, ſed non ut lex tua*.

6 *Paradoxo* V. *cap.* CV. *ſeq. p.* 90. *ſeq. & cap.* CXVIII. *p.* 91. *verſa & cap.* CXXVII. *ſeqq. p.* 95. *verſa, ſeqq. edit. Opuſculor. varior. Veneta an.* 1615.

7 *In Dialogo, qui vocatur Scrutinium Scripturarum lib.* IV. *c.* I. *perſcripto a.* 1434.

8 *Serm. de Aſcenſione Domini fol* XXXIV. *tom.* II. *edit. opp. Brixien. an.* 1506. *& ſerm. de Reſurrect. Domini fol.* XXVII. *& ſermone de Paſs. Domini p.* XXIV. *verſa*.

9 *In tertium Decretalium Tit. de Baptiſmo in cap. Majores p.* 258. *edit. Veneta an.* 1602.

10 *Serm.* XXVI. *de Reſurrect. cap.* II. *pag.* CVII.

11 *Serm.* LIV. *de Reſurrect. Triumpho* III. *edit. an.* 1522.

12 *Serm.* 101. qui eſt extremus de Paſs. Chriſti, quique ſic habet: » Chriſtus » enim vectes ferreos frangebat, Sancti Patres, qui ibi erant, jubilabant, dæ» mones ululabant, damnati flebant ». Paria *ibid.* leguntur *ſerm.* 102. *de Sabbatho Sancto*.

13 *In Floribus florum Cod. Chartac. MS.* 26. *Plut. B.* IV. *Biblioth. Caſanat. ſerm. in Paraſc.* » Sancti, *inquit*, qui erant in limbo, exinde extracti ſunt ».

Digitized by Google

membranaceo *n.* 28. *Plut. B.* IV. comprehenduntur [1], Auctor item anonymus ſermonum Codice ſeculi ejuſdem chartaceo Caſanatenſi *n.* 22. *Plut. B.* IV. comprehenſorum [2], Anonymus ex Ord. Prædicatorum Scriptor *Expoſitionis Symboli Apoſtolici*, quæ continentur Cod. ſec. XV. membranaceo *n.* 19. ejuſdem Bibliothecæ *Plut. B.* IV. [3], Albertus Patavinus Ord. Eremitarum Auguſtinianorum [4], Franciſcus ab Oſſuna Bæticus Ord. Minorum, qui XV. exeunte, & ineunte XVI. Eccleſiæ ſeculo claruit [5], Guillelmus Pepinus Ord. Præd. [6], Gabriel Barletta Ord. Præd. [7], Fridericus Frezza Ord. Præd. Epiſcopus Fulginenſium [8], Auctor anonymus ſermonum, quos Codex ſeculi XIV. vel ſummum XV. ineuntis membranaceus Caſanat. *n.* 44. *Plut.*

 B. IV.

1 *Serm.* 2. *de Domin. in Ram. Palmar.* de ſanctis agens in inferis conſtitutis: » Ideo vos, *inquit*, qui inferno tenemini doloribus afflicti, tranſite ad felicita» tem paradiſi ».

2 *Serm. de Paſcha* §. 2. » Non omnes Dominus eripuit de inferno, ſed tantum » electos. Unde Gregorius *in quadam Homilia infra octavam Paſcha*: ait, *quod* » *ante paſſionem ſuam docuit, in reſurrectione ſua Dominus implevit. Si exaltatus* » *fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. Omnia enim trahit, qui de electis ſuis* » *apud inferos nullum reliquit. Omnia abſtulit, utique electa; unde & recte per* » *Oſeam dicitur, ero mors tua mors, & morſus tuus ero inferne. Quia enim in* » *electis ſuis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero in inferno* » *partem abſtulit, & partem reliquit, non occidit funditus, ſed momordit infer-* » *num*: hoc eſt non ſunt ab inferno liberati per Chriſtum damnati. Nam, ut in» quit *Th.* 3. *P. qu.* 52. *&c.* » Deſcribit mox ſententiam S. Thomæ de Patribus *Sanctis* Veteris Teſtamenti *in inferis detentis, ſed capacibus illius liberationis, quam Chriſtus attulit deſcendens ad inferos*.

3 *Serm. de Articulis Fidei*. Is Auctor de quinto Articulo diſſerens: » Voluit, » *inquit*, quod ad inferna deſcenderet 1. propter triumphum. Tunc enim quis » perfecte de hoſte triumphat, quando non ſolum in campo eum vincit, ſed & » ipſum expoliat, & in domo ſua ligat. Chriſtus diabolum in cruce vicit, ſed » in inferno eum ligavit, & expoliavit . . . Secundo, propter remedium, ut ſcili» cet Sanctis Patribus ſubveniret, & eos inde educeret ».

4 *In Sermone Quadrageſimali* XXXVIII. *p.* 106. *ſeqq. edit. Veneta an* 1584.

5 *Expoſition. Evangelior. &c. ſerm.* LXIII. *p.* 751. *edit. Veneta an.* 1583.

6 *Serm.* 1. *Dominic. in Die Paſcha. De Epiſt. p.* 247. *verſo edit. Ven. an.* 1588.

7 *Serm. de Reſurrect. p.* 247. *ſeq. edit. ſermonum Quadrageſimalium an.* 1577.

8 Quadriregii *lib.* II. *cap.* IV. *pag.* 106. *edit. Fulgin. an.* 1725.

» In queſto limbo, ovvero in queſto Egitto
» È pena privativa, e ſol di danno,
» E nullo ſenſo in queſto loco è afflitto.
» Dentro è la gran prigion di quel tiranno,
» Che tenne già gli amici da Dio eletti.

Eodem pertinent, quæ ſeculo XVI. animadvertit Alphonſus de Caſtro Ordinis Minorum magnus videlicet vir, atque ſapiens *lib.* III. *adverſus Hæreſes Hæreſi* VI. *p.* 222. *ſeqq. tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. an.* 1578.

Digitized by Google

B. IV. continet [1], Anonymus item alter, cujus Orationes *de Tempore* continentur Codice XIV. vel XV. ſec. membranaceo Bibliothecæ Caſanatenſis [2], Anonymi quoque Scriptores ſermonum, quos continent Codices ſeculi XIV. chartaceus *num.* 47. ejuſdem Bibliothecæ [3], chartaceus *n.* 17. *Plut.* C. V. [4], & membranaceus *n.* 8. *Plut. C.* VI. [5], Michael de Mediolano Ord. Minorum [6], Auctor ſermonum Bibl. Caſanatenſis Codice membr. MS. *n.* 7. *Plut. C.* VI. comprehenſorum [7] (utque mittam ceteros auctores ſermonum, quorum aliquot extant in membranaceis, chartaceiſque Codicibus Caſanaten. Bibl.) Ægidius Belmeranus [8]. Sed

1 *Serm. pro die veneris ſancti* §. *Moritur Filius*, quo loco: » Infernus, *inquit*, » (*Chriſto moriente*) prædam non ſuam reddidit ».

2 *Serm. de Reſurrect. Chriſti*. » Janua paradiſi, quæ a principio Mundi clauſa » extiterat, & operta, ita quod ante ipſam diem (*mortis Chriſti*) nullus Patriar- » cha, nullus Propheta, nullus juſtus paradiſum intraverat, ideſt in Dei viſione » beatus fuerat; ſed hodie omnes Sancti Patres, qui in limbo detenti fuerant, Pa- » radiſum habitaverunt: Deitatis eſſentiam viſione beatifica in Chriſto Jeſu con- » templationis radio agnoſcebant. Ideo dictum eſt latroni: *Hodie mecum eris in* » *Paradiſo &c.* ».

3 *Serm. de Nativ. pag.* 28. quo loco ſcribit, *Sanctos obſcuriſſimo carcere fuiſſe clauſos* ante Chriſti Servatoris adventum.

4 *Serm. in Domin. Reſurrect.* §. *Quantum ad primum*.

5 *Serm. de Paſſione Domini* §. *tertia vox*.

6 *Serm. de Paſſione. P.* VI. *ut eſt in Cod. MS.* Chartaceo *ſec* XV. *Biblioth. Caſanat.* » Fuit neceſſarium Chriſtum mori r. inferni, ratione ſpoliationis, ſcilicet ne » ipſum ſpoliaret, & Sanctos Patres de limbo liberaret... quantum ad reatum » carentiæ viſionis, ratione cujus habebat poteſtatem diabolus detinendi eos in » limbo &c. »

7 *Serm. de Reſurrect. p.* 12. *verſa* §. *Tertio vicit diabolum infernali expulſione, in quo erant Sancti Patres*.

8 *Cap.* 11. *de Reliquiis, & Veneratione Sanctorum*. Adiſis etiam Claudium de Sainctes Epiſcopum Ebroicenſem *de Rebus Euchariſticis Repet.* IV. *cap.* XI. *De deſcenſu Chriſti ad inferos p.* 259. *edit. Pariſ. an.* 1576. Nam is auctor, qui ſexto ac decimo Eccleſiæ ſæculo claruit ſingulari laude doctrinæ, Synodoque Tridentinæ interfuit, originem demonſtrans ejus dogmatis, quod modo tuetur Cadonicus: » Calviniſtæ, *inquit*, ... ne limbo ... in inferioribus partibus dent locum, ne- » gant ullas piorum animas in illis inferorum regionibus habitaſſe, ſed ajunt, » ab origine mundi, continuo poſt mortem in cælum evolaſſe, UBI FRUE- » RENTUR SEMPITERNA BEATITUDINE. Epulonis adhibent hiſtoriam, » in qua ſinus Abrahæ adeo remotus ab inferis deſcribitur, ut magnum chaos, » & totius Mundi vaſtitas, & moles videatur interjacere. NOS magis convenien- » ter cum Scripturis CREDIMUS, ET DOCEMUS, januam cæli nemini patuiſſe » ante Chriſtum..... Antea adhuc regni poſſeſſio impediebatur ». *Pag.* eadem *verſa*; poſt ubi oſtendit Scripturarum auctoritate, ante Chriſti mortem nondum propalatam fuiſſe Sanctorum viam, Patreſque in inferis fuiſſe, expectaſſeque repromiſſionem, hoc eſt beatitudinem &c. » NON DUBIUM, *inquit*, quin no- » ſtra ſententia OMNIUM CHRISTIANORUM CONSENSU CONFIRME- » TUR &c. »

Digitized by Google

Sed tempus me deficeret, ſi Scriptores xv. ſeculi omnes numerare pergerem. Hoc autem de iis omnibus dicam breve: legiſſe eorum permultorum opera me, neque horum aliquod inveniſſe, in quo, ſi ſit de Chriſti ad inferos deſcenſu mentio, non hæc etiam, quæ eſt de Sanctis Patriarchis ereptis ex limbo, ſententia ſtatuatur.

SECULO XIV.

Itaque venio ad eos, qui quarto, ac decimo Eccleſiæ ſeculo floruerunt. Horum autem aliquos commemorabo. Sic autem Cadonico recipio, perplures me deinceps eſſe, ſi modo voluerit, commemoraturum. Atque in Scriptoribus quidem ejus temporis numerari merito poterunt Auguſtinus Triumphus Eremita Auguſtinianus [1], Guido de Monte Rocherii [2], Theologi Pariſienſes [3], Durandus a S. Portiano Ord. Præd. Epiſcopus Meldenſis [4], Marſilius Patavinus [5], Franciſcus Mayronus [6], Michael Ayguanus Gen. M. Ord. Camelitarum [7], Thomas de Argentina Eremita Auguſtinianus [8], Robertus Holcotius Ord. Præd. [9], Ludolphus Carthuſianus Monachus,

1 *De Poteſt. Eccl. qu.* XXXIII. *art.* III. *edit. Rom. an.* 1584. *pag.* 189.
2 Confer, quæ ſcripſi *p.* 321. *hujus vol. not.* 3.
3 Vide *pag* 316. *hujus operis not.* 1.
4 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *qu.* III. *&* IV. *pag.* 215. *ſeq. edit. Lugd. an.* 1558. Is vero Auctor etſi eo progreſſus fuerit, ut errans in controverſiam revocarit, reipſa ne, an virtute ſolum anima Chriſti ad inferna deſcenderit; tamen auſus non eſt a communi ſententia de vindicatis ex inferis Patribus Veteris Teſtamenti, beatiſque poſt Chriſti mortem aſpectu Dei vel latum, ut ajunt, digitum recedere. Scilicet homo confident, & atrogans, qui oſtentandi potius ingenii, quam veritatis inveſtigandæ cauſſa, cavillando res aliquot certas imprudens perverterat; hanc tamen, de qua nunc agimus, doctrinam tam auctoritate divina conſtantem, firmam, immotam judicavit eſſe, ut ab ſe impune de ea dubitari non poſſe arbitraretur.
5 III. *ſentent. diſt.* XXII. *qu* XIII. *art.* 31. *& in Defenſore Pacis P.* I. *cap.* VI. Vide Cangii *Gloſſar. Med. & Inf. Lat. ad v. Limbus*.
6 *Lib.* IV. *ſentent. diſt.* XLIII. *qu.* 3. *&* 4. *p.* 457. *verſa*: *edit. Veneta an.* 1520. *Certum* dicit eſſe, quod nos propugnamus.
7 *In* IV. *ſentent. diſt.* XLVIII. *p.* 499. *edit. Veneta an.* 1623. Et *in Pſal.* XV. *p.* 115. *edit. Lugd. an.* 1673.
8 *In* IV. *ſententiar. diſt* XLV. *quæſt.* I. *art.* I. *pag.* 183. *ſeq. edit. Genuen. an.* 1585.
9 *In lib. Sapient. lect.* XXXI. *art.* I. *p.* 54. *& lect.* CLXXXIX. *art. unico p.* 328. *edit. Colon. an.* 1689. » Limbus Patrum fuit conjunctus inferno. Alias enim Chriſtus » non diceretur in infernum deſcendiſſe ».

Digitized by Google

nachus [1], Johannes Taulerus Ord. Præd. [2], Richardus Radulfi [3], Franciſcus Petrarcha [4], Auctor anonymus operis italice inſcripti *Quadriga ſpirituale* [5], Dominicus Cavalca Ord. Præd. [6], Raynerius Piſanus Ord. ejuſd. [7], Jordanus Piſanus perinde Dominicanus [8], Guillelmus de Vorrilongo [9], Petrus de Palude Ord. Præd. Patriarcha Hieroſolymit. [10], Jordanus Quedelimburgius Ord. Eremitar. S. Auguſtini [11], Johan. Duns Scotus Subtilis Doctor Ord. Minor. [12], Franciſcus Maro [13], Gerardus Zutphanienſis vir pius, & doctus [14], Bened. XII. Pontif. Maximus is, qui Joh. XXII. ſucceſſerat [15], Nicolaus de Lyra item Ord. Mino-

1 *De Vita Jeſu Chriſti P.* II. *cap.* LXVIII. *p.* 679. *ſeq. edit. Veneta an.* 1581. *& Commentar. in Pſalter. ad Pſalmum* XV. *p.* 35. *edit. an.* 1542. *& ad Pſ.* LXXXV. *p.* 214. *verſa : & ad Pſalm.* XXIII. *p.* 55. *verſa*.
2 *Serm.* 1. *in Paraſe. p.* 181. *edit. Colon.*
3 Archiepiſcopus Armachanus *lib* XII. *in Quaſt. Armenior. c.* VI. *p.* XCII. *verſa: & cap.* XII. *p.* XCV. *verſa*, *& cap.* XXII. *p.* XCVIII. *verſa ſeq. edit. Pariſ. an.* 1511.
4 *Lib.* 1. *epiſt.* IV. *ad Dionyſium e Burgo S. Sepulcri p.* 80. *tom.* III. *opp. edit. Baſileenſis an.* 1581.

» . . . . nos vita relinquens
» Quæ fugit, unde numquam poſthac reditura fuiſſet,
» Ni domitor mortis, qui quondam tartara victor
» Ingreſſus redit clauſo ſua membra ſepulcro
» Vi repetens, ſecumque trahens felicia Patrum
» Agmina &c.

5 Vide *pag.* 302. *hujus operis not.* 8.
6 Confer *pag.* 208 *hujus operis not.* 3.
7 Pantheologiæ *tom.* III. *pag.* 474. *edit. Lugd. an.* 1670.
8 *In Concionib. edit. Florent. an.* 1739. *concion.* XIX. *p* 84. » Dicono i Santi, che » quello adopera il batteſimo, che allora operava la circonciſione: ſalvo, che » quella non apriva la porta del Paradiſo, e il batteſimo &c. » *Et in Quadrageſim. concione* XXXVI. *p.* 303. » La ſua compagnia furono i SS. Padri, e le altre giuſte » anime, le quali traſſe dall' inferno ».
9 *In* III. *ſentent. diſt.* XXII. *p.* 193. *edit. an.* 1502. communem ſententiam ut certam ſtatuit.
10 Palud. *in* IV. *ſentent. diſt.* XXII. *qu.* III. §. *de tertio: p.* 112. *verſa*, *edit. Pariſ. an.* 1517. certi dogmatis loco id, quod defendimus, habendum ſtatuit.
11 Jordanus Quedelimburgius Ord. Eremitar. S. Auguſt. *Oper. Poſtillar. & Sermonum. In Paraſe. Theorem.* CCLI. *edit. Argentin. an.* 1483.
12 *In* III. *ſentent. diſt.* XIX. *Quaſt. unica p.* 418. *tom.* VII. *edit. Lugd. an.* 1639.
13 Franciſcus Maro *in Adnotat. ad cap.* XV. *lib.* XX. *S. Auguſt. de Civit. Dei: edit. Norimb. an.* 1520.
14 Gerardus Zutphan. *lib. de Reformatione virium anima cap.* XXXIX. *ſeq. p.* 273. *tom.* XXVI. *Bibl. PP. edit. Lugd. an.* 1677.
15 Benedicti locum deſcripſimus *pag.* 224. *ſeq. hujus vol.* quo loco: *Neminem*, inquit, *oportet dubitare longe alium ſinum* (nempe poſt Chriſtum) *eſſe*, *quam illum* (requiei ante Chr. mortem) *cum ille in tenebris*, *hic in luce multa; in inferno ille fuerit*, *iſte in cœlo*.

Digitized by Google

Minor. [1], Epiſcopi, qui ad Synodum Benevent. a Bernardo Guidardio indictam an. 1374. convenerant [2], Manuel Calecas Ord. Præd. catholicorum dogmatum adverſus Photianos adſertor, ac vindex [3]. Οὐκ ἐκρατήθη ὑπὸ τοῦ θανάτου, *inquit*, ἡ αὐτοζωή, ἀλλ' ὡς κύριος τῆς δόξης ὑπερβαλλούσῃ ἐξουσίᾳ τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῦ δυνάμεις κατήνεγκε, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐκείνων διέλυσε· καὶ οὕτω, τὰς μὲν ψυχὰς τῶν ἁγίων, ὃ καὶ αὐτὸν ἐξεδέχοντο, τοὺς δεσμοὺς διαῤῥήξας ἀπέλυσε, καὶ μεθ' ἑαυτοῦ ταύτας ἀνήγαγεν, ἐλευθερίᾳ τιμήσας· ἀνελάβετο δὲ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα, καὶ ἀνέστη τριήμερος νικητὴς τοῦ θανάτου, τὰ σκεύη τοῦ ἄρχοντος συντρίψας κ. τ. λ. Sed modum faciam. Nam ſi Johann. Neapolitanum, ſi Durandum Aureliacenſem, quem Durandellum vocant, ſi Thomam Wallenſem vulgo Anglicum appellatum, ſi Dominicanos ceteros, quin ſi omnium Ordinum Theologos, Exegetas Sacrorum Bibliorum, Catechetas, Canonum Interpretes [4], Poetas qui [5] quarto ac decimo ſecu-

1 *In cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. p.* 550. *tom.* 1. *Biblior. Sacror. edit. Lugd. an.* 1589. *& in cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos ibid. p.* 938. *& in cap.* 11. *Actor. Apoſtolicor. ibid. pag.* 999

2 Vide ſupra *p.* 270. *not.* 1. *hujus vol.*

3 De Principiis *Fidei Catholicæ cap.* V. *P.* 1. *Auctarii Bibliothecæ Sanctor. PP. edit. Combefis. Pariſ. an.* 1672. *p.* 254. » Teneri a morte ipſa vera vita non potuit; ſed tamquam Dominus gloriæ excellenti potentia tenebrarum principem, » & ſubjectas ei poteſtates profligavit, earumque robur diſſolvit, ſicque Sanctorum quidem animas, cujus ſpe tenebantur, diſruptis vinculis abſolvit, libertatiſque honore auctas una ſecum reduxit . . . reſumtoque ſuo corpore triduanus mortis victor, revixit, contritis principis vaſis &c. »

4 Johannes Andreas *in* III. *lib. Decretal. Tit. de Bapt. cap. Majores pag.* 227. *edit. Veneta an.* 1612.

5 Dantes Aligherius *De Inferno cant.* IV. *pag.* 117. *edit. Florent. an.* 1595. unum aliquem eorum, quos in priore circulo inferorum ſeſe offendiſſe fingit, alloquens, ſcribit hoc modo:

» Dimmi Maeſtro mio, dimmi Signore,
» Comincia' io per voler eſſer certo
» DI QUELLA FEDE, CHE VINCE OGNI ERRORE:
» Uſcinne mai alcuno o per ſuo merto
» O per altrui, che poi foſſe BEATO?
» E quei, che inteſe il mio parlar coverto,
» Riſpoſe: io era nuovo in queſto ſtato,
» Quando ci vidi venire un poſſente
» Con ſegno di vittoria incoronato.

4 Traſ-

Digitized by Google

ſeculo hac de re aut obiter, aut data opera ſcripſerunt, perſequi numerando ſtatuerem, prope infinitus eſſem. Quoniam tamen Græci Calecæ facta eſt mentio, ferent, opinor, Lectores, ut ejus nationis Scriptores aliquos memorem, quorum auctoritate plane conſtabit, tam id, pro quo modo pugnamus, dogma conſtans apud Orientis Eccleſiam ſemper fuiſſe, ut indicari tempus poſſit omnino nullum, quo quiſquam tam fuerit cupidus novarum rerum, ut ab eo recedere auderet. Atque ad Græcornm ejus ætatis numerum adſcribendi ſunt Andronicus Comnenus [1], Nicephorus Calliſtus, qui *lib.* I. *H. E. cap.* XXXI. ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης Χριστὸς μετὰ ψυχῆς μόνης διαιρεθείσης τῷ θανάτῳ τοῦ σώματος ἐπιφανεὶς ταῖς ἐν ᾅδου τῶν δικαίων ψυχαῖς τῆς πρὸς τὸν παράδεισον ὁδοιπορίας ὁδηγὸς ἐχρημάτιζε, φωτὸς ἀρχηγὸς, καὶ ἡγεμὼν αὐτοῖς τῆς ὁδοῦ ὥσπερ δὴ καὶ τῷ λῃστῇ γεγονώς [2], Nilus Cabaſilas [3], Nilus Monachus, qui ſcribit hoc modo [4]: Σώματι προσβαλὼν ὁ θάνατος ἀνθρωπίνῳ δυνάμει θεότητος κατασπαράσσεται, καὶ ἀνάγονται ἐκεῖθεν αἱ ἀπ' αἰῶνος τῶν δικαίων πεπεδημέναι ψυχαί. ἀπὸ γὰρ ἀδὰμ μέχρι καὶ τῆς

» Traſſeci l' ombra del primo parente,
» D' Abel ſuo figlio, e quella di Noè
» Di Mosè leggiſta, e ubbidiente.

» Abramo Patriarca, e David Re,
» Iſrael con ſu' Padre, e co' ſuoi nati,
» E con Rachele, per cui tanto fè,
» E altri molti, E FECELI BEATI.

1 *In Dialogo contra Judæos cap.* LXI. *pag.* 78. *tom.* XXVI. *Bibliotheca PP. edit. Lugd. an.* 1677. » Chriſto ad inferos deſcendente Sanctorum animas inde fuiſſe » liberatas » ſcribit.

2 *Pag.*109. *edit. Pariſ. an.*1630. Ipſe juſtitiæ ſol Chriſtus anima ſola per mortem » a corpore ſegregata apud inferos Juſtorum animis præſto fuit, & dux itineris » ad Paradiſum ferentis præiit lucis princeps, viæque ductor eis perinde, atque » latroni factus ».

3 *Lib.* IV. *de Vita in Chriſto p.* 158. *ejuſd. Bibl. PP. tom.* XXVI.

4 Nilus *Epiſt. ad Philippum ſacerdotem de Trinit. & Incarnat. apud Allatium diſſert.* II. *de lib. Eccl. Græcor. Exam. Pentecoſtarii num.* 267. *pag.* 181 *tom.* V. *Bibliotheca Græca J. A. Fabricii edit. Hamburg. an.* 1712. » Cum corpori humano » mors incidiſſet, potentia deitatis diſrumpitur *infernus*, & educuntur ex eo loco, quæ a ſeculo Juſtorum animæ vinctæ erant. Ab Adamo enim uſque ad » præſentiam Chriſti, OMNES HOMINUM SIVE JUSTORUM, ſive impiorum ANIMÆ inibi detinebantur, inobedientiæ pœnas perſolventes. Veniens » vero Chriſtus ad inferos non omnes penitus ab eo detentos liberavit, ſed eos » tantum, qui ipſum noverant, & in eum crediderant, eumque confeſſi ſunt ».

ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίας πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων δικαίων τε, καὶ ἀδίκων ἐκεῖσε κατείχοντο δίκας τῆς παρακοῆς ἐκτινόμεναι. Ἐλθὼν δὲ ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ οὐ πάντας ἁπλῶς τὰς κρατουμένας ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀνεσώσατο, ἀλλ᾽ ὅσοι Θεὸν αὐτὸν ᾔδεισαν, καὶ ἐπεπιστεύκεισαν, καὶ ἀνωμολόγησαν. & Maximus Planudes Oratione *in ſepulturam Domini*[1]: εἰ γὰρ, inquit, ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ μετανοίᾳ προσιόντος, ἡδονὴν μεγάλην ἥδομένοι, τίνα οὐκ ἂν ἔλαβον εὐθυμίαν τῶν ψυχῶν, ὥσπερ ἐξ ἀφ᾽ ἑτέρας ἅμα, καὶ σφοδρῷ τάχει ὀπίσω ἑαυτῶν ποιουμένων τὸν ᾅδην, καὶ νῦν δὴ συγχαίρουσι συνοῦσαις, αὐτοῖς καὶ ταῖς ψυχαῖς· τοῦ γὰρ ᾅδου κενωθέντος, γέμει μὲν πνευμάτων προφητικῶν οὐρανὸς, γέμει δὲ καὶ δικαίων, γέμει πατριαρχῶν.

SECULO XIII.

S. Thomas Aquinas Ord. Præd. Eccleſiæ Doctor is, cujus de moribus, & religione dogmata[2] non doctiſſimi

kkk mo-

1 Apud Allatium *ibid. num.* 258. *pag.* 175. » Si uno peccatore per pœnitentiam » prope adveniente, lætitia ingenti exultant, quonam ſeſe immerſiſſent gandio, » animabus tamquam ex alia regione immoderata celeritate, derelictis inferis, » concomitantibus; quare & nunc una cum illis ſimul commorantibus, & ani» mabus reliquis colletentur. Etenim vacuis inferis factis, cælum repletur Pro» pheticis ſpiritibus, repletur Juſtis, repletur Patriarchis ».

2 III. *P. Summa Theologica qu.* LII. *art.*V. *&* III. *ſentent. diſt.*XXII. *qu.*II. *art.*II. *quæſtiunc.* 1. *& Opuſc.* II. quod inſcribitur: *Compendium Theologiæ cap.* CCXXXV. *p.* 78. *edit. Bergom. an.* 1741. ubi » Anima Chriſti deſcendit ad inferos, *inquit*, » ſecundum locum, non autem ut ibi pœnam ſubiret, ſed magis ut alios a pœ» na abſolveret, qui propter peccatum primi parentis illic detinebantur, pro quo » plene jam ſatisfecerat mortem patiendo. Unde poſt mortem nihil patiendum » reſtabat, ſed abſque omni pœnæ paſſione localiter ad infernum deſcendit, ut » ſe vivorum, & mortuorum liberatorem oſtenderet. Ex hoc etiam dicitur, » quod ſolus inter mortuos fuit liber, quia anima ejus in inferno non ſubjacuit » pœnæ, nec corpus ejus corruptioni in ſepulcro. Quamvis autem Chriſtus de» ſcendens ad inferos eos liberavit, qui pro peccato primi parentis ibi teneban» tur; illos tamen reliquit, qui pro peccatis propriis ibidem pœnis erant addicti, » & ideo dicitur momordiſſe infernum, non abſorbuiſſe, quia ſcilicet partem » liberavit, & partem dimiſit. Hos igitur Chriſti defectus SYMBOLUM TAN» GIT CUM DICIT: *paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſe» pultus, deſcendit ad inferos* ». Et opuſc. III. *Contra Error. Græcor. Armenior. » & Saraceno*r. *cap.* IX *p* 96. » Non ſolum, *inquit*, impii pro peccatis propriis, » ſed etiam JUSTI ANTE PASSIONEM CHRISTI pro peccato primi parentis in » morte ad inferos deſcendebant; unde Jacob dicebat *Gen.* XXXVII. *deſcendam ad » filium meum lugens in infernum*; UNDE IPSE CHRISTUS MORIENS AD » IN-

Digitized by Google

modo, ſanctitateque illuſtres viri, ſed Pontifices etiam Maximi tutiſſima, atque inconcuſſa & agnorunt, & laudarunt [1]; S. Thomæ Inſtitutor, atque Magiſter B. Albertus Magnus, qui Ordinis item Prædicatorum fuit, & Epiſcopus Ratisbonenſium [2], Petrus de Tarantaſia perinde Ordinis Prædicatorum, qui vir cum creatus S. R. E. Car-

» INFERNA DESCENDIT, UT IN SYMBOLO CONTINETUR, ſicut ante
» per Prophetam prædictum fuerat: *non derelinques animam meam in inferno.*
» *Pſalm.* xv. Quod Petrus *in Actibus* de Chriſto exponit. Licet Chriſtus alio
» modo ad inferos deſcenderit, non quaſi peccaio obonxius, ſed ſolum inter
» mortuos liber ad hnc deſcendit, *ut captivam duceret captivitatem &c.* » Et *opuſc.* vi. quod eſt de *Symbolo* §. *Deſcendit ad inferos pag.* 125. ita intelligi oportere oſtendit articulum ſymboli ejuſdem quiorum, ut a oobis intelligitur. Sive autem a S. Thoma perſcriptum id opuſculum fuerit, ſive ex S. Thomæ dictis a F. Petro de Adria conflatum, doctrinam certe S. ejuſdem Magiſtri continet. Et *lect.* iiI. *in cap.* iv. *Epiſt. ad Epheſios pag.* 467. *edit. Lugdun. an.* 1689.
„ Humarum genus captivum erat, & ſancti in caritate decedentes, qui meruc-
„ tant gloriam, in captivitate diaboli detinebantur, quaſi captivi in limbo. Hanc
„ ergo captivitatem Chriſtus liberavit, & ſecum dux i in cælum „. Et *lect.* viii. *in cap.* xi. *Epiſt. ad Hebræos p.* 718. „ Præmium eſſentiale, ſcilicet beatitudinem
„ non habuerunt Sancti Veteris Teſtamenti „ ante Chriſti mortem. Et in *Pſ.* xv. *tom.* xiii. *opp. edit. Rom. an.* 1570. *pag.* 15. *verſa*. Sed quæ *ibi* continentur, cum implicata aliquanto ſint, ope Codicis MS. qui extat in Prædicatorum Neapolitanorum S. Domioici majoris Bibliotheca, explicavi, vetuſtæque lectioni ſuæ teſtitui. Eſt autem ei veteri Codici a viro docto, oeſcio quo, adſcripta hæc adnotatio, aliena, atqne ea fortaſſe paulo recentiore mann: *Incipit Poſtilla ... per F Thomam de Aquino Ord. Fratrum Prædicator. Quæ ſunt in marginibus, non ſunt Fratris Thomæ*. Hinc perſpicitur 1. adſcriptam Codici eam adnotationem *fuiſſe*, antequam Angelicus Doctor relatus in Sanctorum nnmerum fuiſſet. Nam alioqui *Sanctum*, aut *Beatum*, non *Fratrem* Thomam Adnotator appellaviſſet. 2. Ea, quæ ſunt in Codicis margine, non eſſe accepta referenda Thomæ. At eadem, quæ ſunt in margine, ita permixta in vulgatis, atqne turbata cum S. Doctoris interpretatione ſunt, ut ſumma ſit inde orta confuſio. Habet vero textus S. Thomæ, ut fert Neap. Codex, hoc modo 1 „ Reſurrectio reqnirit uoionem corporis, & animæ,
„ & ideo non debuit anima (uſque ad diem judicii) relinqui in inferno, ubi de-
„ ſcenderat ad liberandum SS. Patres Ecc. 29. *penetrabo omnes inferiores partes*
„ *terræ, circumſpiciam omnes dormientes, & liberabo, & illuminabo omnes ſpe-*
„ *rantes in Domino* „. Hæc ibi. Ad marginem vero hæc ſnnt adſcripta. „ Anima
„ conjuncta divinitati. Sed tamdiu debebat ibi ſtare, donec probaretur veritas
„ humanitatis, & veræ carnis „. Et *lect.* iiI. *in cap.* x. *libri Job. tom. ejuſd.* xiii.
„ *p.*16. „ Ad infernum animæ omnium deſcendebant, etiam Juſtorum, ante mor-
„ tem Chriſti; licet juſti ibi pœnas ſenſibiles oon paterentur, ſed ſolum tenebras
„ ... Accipiendo ergo infernum ſic, communiter dicitur terra tenebroſa, in-
„ quantum caret claritate divinæ viſionis &c. „

1 Teſtimonia Scriptorum illuſtrium, Pontificumque Maximorum partim deſcribam, partim indicabo in hujus operis *ſecundo libro cap.* 1.

2 *In* iiI. *ſententiarum. Diſt.* xxii. *art.* iv. *in ſolut. p.*220. *tom.* xv. *opp. edit. Lugd. an.* 1651. „ Dicendum ABSQUE DUBIO SECUNDUM DICTA SANCTORUM,
„ QUOD CHRISTUS IN INFERNO SANCTIS SUIS DEITATEM OSTEN-
„ DIT, & eis locum horrendi carceris in PARADISUM CONVERTIT &c. „ Et *art.* v. *p.* 221. & *in c.* xv. *Evang. Lucæ p.* 104. *to.* x. *opp. edit. ejuſd.* Et in *Pſ.* xvi. *p.* 86. *tom.* vii. *opp. ejuſd. edit.* Et in *Pſ.* lxxxv. *p.* 122.

Cardinalis eſſet, ad Pontificatum denique Maximum evectus, indidit ſibi Innocentii V. nomen [1], S. Bonaventura Ord. Minor. S. R. E. Card. & Eccleſiæ Doctor Seraphicus [2], Alexander Alenſis item Ord. Minor. [3], Richardus de Mediavilla ejuſdem Ordinis [4], Auctor Compendii Theologici, quod Alberti Magni nomine circumfertur [5], Hugo a S. Caro Ord. Præd. S. R. E. Card. [6], Jacobus de Voragine Ord. Præd. & Archiepiſcopus Genuenſium [7], Johannes de Janua ejuſd. Ordinis [8], Lucas Epiſcopus Tudenſis [9], Thomas Argentinenſis [10], Raymundus Martinius Ord. Præd. in iis libris, quos expugnandæ judaicæ ſuperſtitionis cauſſa egregios perſcripſit [11], Moneta Cremonen. Ord. Præd. [12], Scriptor Anonymus is, qui opus adverſus Patarenos edidit, quod Edmundus Martenius in v. Theſauri Anecdotorum volu-

1 *In* III. *ſententiar. diſt.* XXII. *qu.* II. *art.* I. *ad ſecundam quaſt. pag.* 163. *edit. Toloſ. an.* 16[?]2.

2 *In* III. *ſententiar. diſt.* XXII. *qu.* IV. *&* V. *p.* 262. 263. *tom.* V. *opp. edit. Rom: an.* 1596.

3 III. *P. Summæ. Membro* IV. *p.* 60. *ſeq. edit. Veneta an.*1575. *& in Pſ.* XV. *p.*30. *edit. an.* 1496.

4 *In* III. *Sentent. diſt.* XXII. *art.* II. *qu.* I. *& art.* III. *qu.* I. *p.* 228. *edit. Brixien. an.* 1591.

5 *Lib.* IV. *cap.* XXII. *p* 83. *ſeq. tom.* XIII. *opp. Alberti M. edit. Lugd. an.* 1651.

6 *In Expoſit. Epiſt. ad Hebræos cap.* XI. *p.* 267. *edit. Lugd an.* 1669.

7 *Sermone de Paſſione p.* 260. *tom.* V. *opp. edit. Lugd. an.* 1688. » Mortuo Jeſu, » illa die anima ſeparata a corpore, ſociata divinitate, deſcendit ad limbum Pa- » trum. Deſcendit non ad infernum damnatorum, vel purgatorium; ſed ad » limbum, ubi clare (latronis anima) videns divinitatem Chriſti fuit beata. » Et hoc eſt vere paradiſus. » *Et ſerm.* I. *de S. Paſchate p.* 530. » Gaviſi ſunt Pa- » tres in limbo poſiti . . . Hodie exultaverunt valde, quia Chriſtus de loco infimo » eos extraxit . . . Habuerunt enim gaudium, quia aſſequuti ſunt divinæ viſionis » aſpectum ».

8 In opere inſcripto *Catholicon ad v. Limbellus. edit. an.* 1460. » Limbus ponitur » pro quadam parte inferni. Quatuor enim ſunt loca inferni, ſcilicet infernus » damnatorum, limbus puerorum, purgatorium, & limbus Patrum ».

9 *Lib.* II. *Adverſus Albigenſes cap.* XIII. *tom.* XXV. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 227.

10 *In* IV. *Sententiar. diſt.* XLV. *art.* II. *edit. an.*1585. *pag.* 185. *verſa*.

11 III. *P. diſt.* II. *cap.* VIII. *pag.* 603. *ſeqq. Edit. Lipſ. an.*1687.

12 *Lib.* IV. *contra Catharos, & Valdenſes cap.* IX. §. VII. *pag.* 377. *edit. Rom. an.* 1743. » Si dicas (*Cathare*) de Lazaro quod erat in ſinu Abrahæ, quod non- » dum erat in Paradiſo, concedo hoc. Et tamen conſolabatur, non cruciaba- » tur. Quod autem non erat in Paradiſo, hoc erat, quia nondum facta erat » redemtio, nondum ſolutum erat pretium mundi ».

Digitized by Google

mine typis excudi curavit [1], Ægidius Columna Ord. Eremitarum S. Auguſtini [2], Vincentius Bellovacenſis Ordinis Prædicatorum [3], Guillelmus Peraldus Ord. Prædicatorum [4], Jacobus Vitriacenſis S. R. E. Card. & Epiſcopus Tuſculanus [5], Albertus Patavinus Ord. Eremitarum S. Auguſtini, qui extremo XIII. ſeculo claruit, produxitque ad ſeculum XIV. vitam [6], S. Antonius Patavinus

1 Diſpot. inter Catholicum, & Patareoum *e vetuſto Cod. Prædicatorum Claromontenſium cap.* IX. *pag.* 1715. *Theſaur. Anecdotor. Edmundi Martenii edit. Pariſ. an.* 1717 quo loco Anonymus idem Manichæo quærenti, *ubi inveniatur in divina pagina, quod de pœnis poſt mortem animæ extrahuntur, vel quod Deus ad inferna deſcendit*: ſic demum, allatis aliquot locis Sacrorum Bibliorum, reſpondet: » Iſtis » auctoritatibus ſtulti DEBETIS CREDERE, QUOD CHRISTUS INFERNUM » SANCTIS ANIMABUS SPOLIAVIT. Neque obſtat, quod dicitur: *in infer-* » *no nulla eſt redemtio*, quia de inferno inferiori intelligitur, ubi Sanctorum » animæ non erant, ſed erant in quadam parte, quæ dicitur ſinus Abrahæ, ubi » non aliqua pœna afficiebantur, NISI DESIDERIO VIDENDI DEUM ».

2 *In* III. *Sentent. diſt.* XX *P.* 1. *qu.* 1. *art.* 1. *p.* 538. *edit. Rom. an.*1623. » Omnes » præcedentes Patres cum decedebant ex hac vita, ibant ad limbum „ & nullus po- » terat intrare januam Paradiſi ».

3 *Speculi Hiſtorialis lib.* VII. *cap.* LII. *p.* 240. *edit. Duacenſis an.* 1624.

4 *Summa virtutum, ac vitiorum P.* II. *cap.*V. *de Articulis Fidei pag.* 45. *edit. Pariſ. an.* 1668. » Tertius articulus pertinens ad humanitatem eſt: *deſcendit ad in-* » *ferna*, & hoc ſecundum animam, ut extraheret SUOS, QUI IN LIMBO » erant ».

5 *Sermon. in vigil. Paſchæ pag.* 398. *edit. Antuerp. an.* 1575. » Hodie, qui in » LIMBO inferni detinebantur, Paradiſum in inferno invenerunt, dum præ- » ſentialiter fuerunt cum Chriſto ... Occurrentes igitur SANCTI Domino ſuo, » captivi Redemtori ſuo, cujus adventum diu expectaverant, cujus deſideratam » præſentiam multis miſeriis prævenerant, in voce exultationis, & confeſſionis » clamaverunt dicentes: adveniſti nobis Redemtor noſter. Benedictus qui venit » in nomine Domini Deus Dominus & illuxit nobis SEDENTIBUS IN TENE- » BRIS, ET UMBRA MORTIS. Cum enim ſit duplex effectus remiſſionis, unus » carere pœna, alius frui gloria: PRIMUM OBTINUERUNT SANCTI AN- » TE CHRISTI INCARNATIONEM, SECUNDUM OBTINUERUNT POST » EJUS PASSIONEM „. *Et Serm. in Die S. Paſchæ p.*371. *ſeq. & ſerm.*III. *poſt* 1. *Dominicam Pentecoſtes p.* 610. » Lazarus in ſinu Abrahæ, ideſt in loco quietis col- » locatus eſt ab Angelis. Ille autem quietis locus aliquid ſplendoris, & lucis » habebat, ſed dicitur tenebroſus reſpectu æternæ claritatis ... Limbus etiam in- » ferni, in quo ſancti detinebantur, longe eſt, & valde remotus ab inferno in- » feriori &c. »

6 Doctor. Pariſienſ. *ſerm.* LXXVI. *in Evang. qui ſermo eſt tertius Fer.* V. *poſt ſecundam Dominicam in Quadrag. p.* 112. *edit. Venetæ an.* 1523. » Ante Chriſti ad- » ventum Juſtorum animæ a corporibus egreſſæ non perducebantur ad portum cæ- » leſtis patriæ; ſed interim in regione quietis manebant, quæ dicitur limbus Pa- » trum, qui propter ſui tranquillitatem etiam ſinus dicitur, & creditur eſſe ſu- » pra locum pœnarum, & ibi eſt claritas Angelorum, & felicitas quanta poteſt » eſſe citra Dei viſionem apertam ... De hoc ſinu Job ait: *in profundiſſimum in-* » *fernum deſcendent omnia mea, putas ne ſaltem ibi erit requies mihi*; in quo ſinu » quieverunt Juſtorum animæ uſque ad mortem Chriſti; ſed inde eductæ ſunt » ad portum cæleſtis patriæ, & manſit locus ille vacuus &c. „ Hæc ille: cui conſonat Auguſtinianus alter ſec XVI. Sebaſtianus Ammianus *ne' Diſcorſi per documento del viver Criſtiano. Diſc.* CLXXV. *edit. Venet. an.* 1563. *p.* 181.

Digitized by Google

nus Ord. Minorum vir ut rebus præclare, ſanɛteque geſtis, ita doctrinæ laude in primis clarus [1], Bertrandus Ord. Minor. S. R. E. Cardinalis, qui extremo XIII. & ineunte XIV. ſeculo floruit [2], Antonius Andreas Ord. Minorum, qui item, ut arbitror, natus XIII. ſeculo, vitam ad multum jam ſeculum XIV. traduxit [3], Oddo S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, qui Pontificibus Maximis Alexandro IV., Urbano IV., & Clemente IV. non dignitate ſolum, ſed etiam ſingulari doctrina illuſtris fuit [4], Guibertus Tornacenſis Ord. Minorum [5], Humbertus de Romanis Magiſter Generalis Ord. Præd. [6], Innocen-

1 *Serm. Dom. in Ram. Palmar. p. 163. edit. Lugd. an. 1653.* » Venit Hieroſolymam negotium noſtræ ſalutis, pro quo venerat, completurus; humanum » genus per quinque fere millia annorum INFERNI CARCERE CAPTIVUM ſuo » ſanguine de manu diaboli redemturus ».

2 *Serm. in Die S. Paſcha pag. 3. verſa edit. Argentin. an. 1501.* » Speculum intelligitur congregatio Juſtorum, qui erant in limbo, qui quamvis eſſent in te» nebris, continuo tamen ſpeculabantur oculis mentalibus expectantes liberatorem » ... Miſertus fuit hodie Chriſtus, quia omnes illas animas de limbo eduxit &c. »

3 *In III. Sententiar. diſt. XIX. qu. I. p. 105. verſa edit. Veneta an. 1578.* » Dico » quod præmium proprie, & principaliter correſpondens in nobis pro merito » Chriſti eſt gloria æterna, QUÆ NULLI FUIT DATA ANTE CHRISTI PAS» SIONEM POSITAM IN EFFECTU „. *Et in IV. Sentent. diſt. XLV. quæſt. IV. pag. 171.* » Tempore, quo Iſaias dixit illa verba: *Abraham non novit nos &c.* » Abraham, & Jacob adhuc erant in limbo ... Nondum erant beati &c. »

4 Hujus ſermones de variis generibus argumentorum Codicibus VI. MSS. Membranaceis in fol. comprehenſi extant in Tabulario Magiſtri Ord. Prædic. Romæ. Atque in eo quidem ſermone, qui *Quadrageſimalium quidem* eſt centeſimus octogeſimus primus *de Sabbatho in vigilia Paſchæ*. » Anima, *inquit*, Chriſti de» ſcendit ad inferos, ut illos, qui in inferno erant, erueret. Unde Zachar. VIII. „ *Tu vero in ſanguine Teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua,* » *& hoc eſt, quod dicit Apoſtolus ad Epheſ. IV. quod autem aſcendit quid eſt, niſi* » *quod & deſcendit in inferiores partes terræ*. Iſte eſt Banajas, qui deſcendit » cum baculo, & percuſſit Leonem in ciſterna 2. *Reg.* 23. Sancti, qui erant in lim» bo, erant quaſi in ore diaboli; damnati vero, qui remanſerunt, erant quaſi » in ventre ejus. Unde non dicit (*Job*) *numquid perforabit armilla* ventrem *ejus*, » ſed *maxillam*; quaſi dicat non tu, ſed ego ... *Et Iſaia* XLIX. dicit Pater ad » Filium: *dedi te in fœdus populi in lucem gentium, ut aperirem oculos cæcorum, ut* „ *educerem de concluſione vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris* ... Anima „ ad animas deſcendit &c. „

5 *Tract. de Officio Epiſcopi cap. XXV. p. 409 tom. XXV. Biblioth. PP. edit. Lugd. an. 1677.* „ Licet in feſto Innocentum non cantetur ſymbolum, quod tamen can„ tari debuerat, quia erat infra octavas nativitatis Domini, tamen quia vox in „ Rama audita eſt ploratus, & ululatus, ET QUIA DESCENDERUNT AD „ INFEROS, ideo canticum lætitiæ tollitur, nec hymnus Angelorum, nec al„ leluja, nec ſymbolum dicitur &c. „

6 *De modo prompte cudendi ſermones lib. II. cap. XLII. p. 534. to. XXV. Bibl. PP. modo indicatæ Lugdunenſis editionis.*

Digitized by Google

nocentius III. P. M. [1], Guillelmus Durantes Epiſcopus Mimatenſis [2], & qui Presbyteri Synodo Cadurcenſi interfuerunt [3].

SECULO XII.

Guerricus Abbas [4], Auctor ſoliloquiorum, quæ Sancti Auguſtini nomine circumferuntur [5], Joſephus Epiſcopus Sveſſionenſis [6], Hugo Rotomagenſium Antiſtes [7], Petrus Comeſtor Auctor Hiſtoriæ Scholaſticæ [8], Petrus Ble-

1 *Serm. in Dom. I. poſt Paſcha p. 54. edit. Colon. an. 1575.* „ Ubi cum eo, inquit, „ *fuerunt* Sanctorum animæ, quas eduxit de inferno, uſque dum aſcendens in „ cælum captivam duxit captivitatem, juxta quod dixit latroni hodie mecum eris „ in Paradiſo „.

2 In Rationali *Divinor. Officior. de Symbolo edit. an. 1473. Et de die Paraſceves*. „ Paſſiones, *inquit*, Patrum Veteris Teſtamenti, quia ad inferos deſcendebant, non celebramus „. Confer quæ ſcribit de *Aſcenſionis* feſto die, & quæ habet *lib.* VI. quo loco agit de *Machabæis*, & de *Sanctis Innocentibus*.

3 *Apud Martenium tom.* IV. *Theſauri Anecdotor. pag. 678. edit. Pariſ. an. 1717.* „ Doceant ſacerdotes populum, & maxime cum infirmos communicant, UT „ CREDANT FIRMITER . . . DEI FILIUM . . . . IN ANIMA, ET DIVINI„ TATE AD INFEROS DESCENDISSE, ET AB INDE SANCTORUM ANI„ MAS EDUXISSE „.

4 *Sermone* II. *de Paſchate edit. opp. Lugd. an. 1630. p. 257.* „ Regnavit mors ab „ Adam uſque ad Moyſen etiam in eos, qui non peccaverant in ſimilitudinem „ prævaricationis Adæ . . . Itaque in Beatis illis nec mors ſecunda poteſtatem ha„ bebit, nec prima poteſtatem, quam ad tempus habuit, retinebit „. Vide & *ſermonem* III. *pag.* 263.

5 *Cap.* XXXII. Inter *opera S. Auguſt. tom.* VI. *in Append. pag.* 580. *edit. Antuerp. an.* 1700. „ Qui pati dignatus es . . . atque ad inferos, ubi SEDEBANT IN TE„ NEBRIS PATRES NOSTRI, auctor luminis deſcendiſti „.

6 *In Expoſit. Symboli Apoſtolici*: apud Martenium *tom.* IX. *Veterum Scriptorum edit Pariſ. an. 1733. pag.* 1108. „ *Deſcendit ad inferna*. Non fuit otioſa illa „ tridui mora inter mortem, & reſurrectionem; quoniam dum corpus jacuit „ in ſepulcro, anima deſcendit in infernum, ut animas Sanctorum, qui iſtam „ expectabant redemtionem, ſecum duceret in Paradiſum . . . . & Paradiſi porta, „ quæ in pœnam ab initio clauſa fuerat . . . tunc aperta fuit, ubi ſimul intrarent „ boni: Nec præceſſerunt Johannes Baptiſta, & Sancti Innocentes latronem, qui „ audierat a Domino: hodie mecum eris in Paradiſo &c. „

7 *Tractat. de Memoria lib.* II. *apud Martenium ibid. pag.* 1201. Antiqui Patres „ noſtri fideles, & ſancti regenerationem iſtam (baptiſmi) actualiter minime „ ſuſceperunt, ſed in Chriſto per fidem, & ſacramenta eam quæſierunt. AD „ INFERNUM DESCENDEBANT, quia renati non fuerant. Chriſtus ad eos de„ ſcendit, & quos in ſacramento fidei manifeſte cognovit, ſecum eduxit „.

8 *Hiſtor. Evang. cap.* CIII. *edit. Benevent. an. 1699. pag.* 625. „ Erat in ſuperiori „ margine INFERNI locus aliquantam habens lucem ſine omni pœna materiali, „ in quo erant animæ Prædeſtinatorum uſque ad Chriſti deſcenſum ad inferos, „ qui locus propter ſui tranquillitatem ſinus Abrahæ dictus eſt, ut ſinum matris „ dicimus: & dicebatur Abrahæ, quia fuit prima credendi via „.

Digitized by Google

Bleſenſis [1], Petrus Lombardus Mag. Sentent. [2], Robertus Pullus S. R. E. Card. [3], Ecbertus Schonaugenſis [4], S. Bernardus [5], Gloſſa Ordinaria Sacror. Bibliorum [6], Philip-
pus

1 *Sermone de Aſcenſione Domini*, qui eſt xxiii. *tom.* xxiv. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 1101. „ Omnes antiqui ad inferos deſcendebant . . . Chriſtus,
„ qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit, ut impleret omnia, quæ adimplere vo-
„ luit &c. „

2 *In Pſalm.* lxxxi. *pag.* 191. *verſa edit. Pariſ. an.* 1541. Et *in Epiſt. ad Epheſ. cap.* iv. *pag.* clxx. *edit. an.* 1535. Et *cap.* xii. *Epiſt. ad Hebræos pag.* cclxi. „ Non
„ acceperunt ſtatim repromiſſionem, ideſt promiſſam vitam uſque ad Chriſtum.
„ Cur non? Deo providente aliquid melius, ſcilicet, ut naturam noſtram aſſu-
„ meret, & glorioſus eos nobiſcum exaltaret, *ut ne ſine nobis conſumarentur*, ideſt
„ requie, & VISIONE DEI FRUERENTUR: & ſi illi tenuerunt fidem, qui
„ tamdiu expectaverunt requiem, multo magis nos teneamus, qui ſtatim acci-
„ pimus „.

3 *Sententiar. P.* iv. *cap.* xvii. *pag.* 139. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1655. „ Infernus lo-
„ cus eſt tam deterior, quam inferior, quem virtus Dei ita aptavit ſuis, ut ibi,
„ quam hic, ſibi melius foret, id tantum anxietatis habentibus, quod a gloria
„ debita cælicolis arcerentur. Neque enim id virtutis eorum merita habebant,
„ ut quos mala ad inferna traxerant, eos bona ad cælos ſublevarent, donec ve-
„ niret Chriſtus, cujus merita præcedentium Patrum inſufficientiam ſupplerent,
„ ut merita antiquorum per Chriſtum accepta digna tandem fierent munerati cæ-
„ lo . . . Unde tempore gratiæ ab inferis regreſſi ſunt tamquam culpa dimiſſa, ad
„ cælum conſcenderunt tamquam completa juſtitia. Antiqui igitur Sancti, quod
„ prius non habent, tempore gratiæ conſequuntur &c. „

4 *Serm.* vii. *contra Catharos tom.* xxiii. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. pag.* 613.
„ Tantam virtutem ſalvationis non habebat circumciſio in veteri populo. Nemini
„ quippe puſillo, & magno, quantumcumque innocens, aut ſanctus eſſet, in-
„ troitus regni Dei aperiebatur per circumciſionem &c. Sed quicumque electi
„ erant ad regnum Dei in populo illo, detinebantur animæ eorum in locis ſibi
„ deſignatis a Deo expectantes, donec per virtutem Chriſti pateſieret eis acceſ-
„ ſus ad perfectæ beatitudinis gloriam „. *Et ſermone* ix. *pag.* 616. „ Primum di-
„ cite mihi (Cathari): an CREDITIS, quia Dominus Jeſus Chriſtus in paſſione
„ crucis emiſit ſpiritum, & ſecundum corpus quidem ſepultus eſt, ſecundum
„ animam vero deſcendit ad INFERNA, & ſpoliavit PRINCIPES TENEBRA-
„ RUM AB ANIMABUS ELECTORUM, qui vel ante legem, vel ſub lege
„ Moyſi, quæ ſalvare neminem poterat, ab hac vita migraverant, & promiſſam
„ a prioribus ſeculis remiſſionis ſuæ gratiam, quæ per Chriſtum facta eſt, fideli-
„ ter expectaverant? SI VERO HOC CREDENDUM EST, QUOD ANIMÆ
„ ILLÆ A PŒNIS ILLIS, IN QUIBUS DETENTÆ, PER CHRISTUM LI-
„ BERATÆ SUNT, CERTUM EST, QUONIAM MENDACES PRÆDICA-
„ TORES ESTIS, qui dicitis nullas eſſe pœnas animarum præter æterna ſuppli-
„ cia damnandorum . . . At ſi non creditis, Chriſtum ad inferos deſcendiſſe poſt
„ paſſionem ſuam, neque illud Athanaſii ſymbolum recipitis, in quo hæc con-
„ tinentur, pariterque illud Catholicum ſymbolum, quod publice in ſervitio Dei
„ decantatur, rejicitis, in quo ſimiliter hoc confitetur Eccleſia, Scripturarum te-
„ ſtimonia ſuper hoc inducenda vobis ſunt „. Atque ita ille quidem adverſus Ca-
thæros hæreticos xii. Eccleſiæ ſeculo diſputabat. Confer, quæ pergit ſcribere.

5 Vide quæ ſcripſi *pag.* 220. *ſeq. not.* 3. *hujuſce operis*. Satis enim demonſtrant, quænam hac de re fuerit Bernardi, quamque firma ſententia. Vide etiam S. ejuſdem *epiſt.* xcviii. *pag.* 103. *ſeq. edit. Pariſ. opp. an.* 1690.

6 *In Epiſt. ad Epheſ. cap.* iv. *pag.* 550. *tom.* vi. *edit. Lugd. an.* 1589. *Et in Epiſt. ad Hebræos cap.* xi. *pag.* 917. ad ea verba *ut ne Sancti Veteris Teſtamenti ſine no-
bis*

pus Abbas Bonæ Spei [1], Petrus Abaëlardus [2], Honorius Auguſtodunenſis [3], Gehordus Reiherſpergenſis [4], S. Bruno Epiſcopus Signienſis [5], S. Hildegardis [6], Petrus Cellenſis [7], Ebrardus Bethunienſis [8], Petrus Mauricius Abbas

bis conſumarentur, ubi „ id eſt, *inquit*, REQUIE, ET VISIONE DEI FRUE- » RENTUR. Et ad ea verba *Deo pro nobis melius aliquid providente:* Pront, *in-* » *quit*, naturam noſtram (verbum divinum) aſſumeret, & ſi illi (Sancti Vete- » ris Teſtamenti) tenuerunt fidem, qui tamdiu EXPECTAVERUNT REQUIEM, » MULTO MAGIS NOS teneamus, qui STATIM ACCIPIMUS ».

1 *De Salute Hominis cap.* xxv. *pag.* 359. *ſeq edit. opp. Duacenſis an.* 1621.

2 *Expoſit. in Symbolum Apoſtolorum pag.* 377. *ſeqq. opp. edit. Pariſ. an.* 1616. *Deſcendit ad inferos*. Cum hoc ſecundum animam intelligatur . . . Paſſionis effi- » caciam juſti ſenſerant antiqui per eam a pœnis liberati. Inferos dicit pœnales » illas tenebras, quas juſti etiam ſuſtinebant adhuc extra divinæ gloriæ conſpe- » ctum conſtituti, ad quam totis deſideriis anhelabant. Cujus quidem gloriæ » viſio ſumma eſt illa felicitas ab omni pœna penitus immunis &c. »

3 In Sacramentario *cap.* xiv. apud Pezium *tom* II. *P.* 1 *Theſauri Anecdotor. edit. Auguſtæ Vindelicor. an.* 1721. *pag.* 272. *& cap.* xlvi. quo loco agit *de Decollatione S. Joh. Baptiſtæ pag.* 213.

4 *In Pſalm.* lxxxiv. apud Pezium. *tom.* v. *Theſauri Anecdotor. pag.* 1662. Duo inferna concedit, in quorum *uno quieverunt animæ Juſtorum, in altero torquebantur animæ impiorum*. *Et in Pſal.* xv. *pag.* 203. de anima Chriſti agens » quæ, » *inquit*, deſcendet ad inferna propter electos, qui illic in tenebris, & in umbra » mortis ſedent, expectantes liberationem: ſed velociter inde redibit, ſolutis » doloribus inferni &c. » Vide ſi placet cetera, quæ *ibid.* Gehordus hac de re ſcribit, quæque mihi non eſt otium perſequi.

5 S. Bruno Epiſcopus Signienſis *Homil. in Domin. S. Paſch. pag.* 69. *tom* II. *opp. edit. Venetæ an.* 1651. » Sciendum eſt, quod illa hora, qua Salvator noſter » inclinato capite ſpiritum emiſit, corpore in cruce relicto, anima ſimul cum » divinitate ad inferna ſpolianda deſcendit . . . Ingreſſus igitur Dominus loca te- » nebrarum circumquaque ſuo ſplendore illuminavit . . . . Tunc Patriarchæ, & » Prophetæ obviam ruunt, tum omnis Sanctorum exercitus ejus pedibus ſe pro- » ſternit. O inquiunt diu deſiderate &c. »

6 In Explicatione ſymboli Athanaſiani *tom.* xxiii. *Bibl. PP. edit. Lugd. an* 1677. » Vulneratus deſcendit ſpiritualiter (*hoc eſt anima*) in puteum infernalis profun- » di, illicque perplurimos ſibi attraxit, ſcilicet eidem inferno primum hominem » abſtulit, & omnes, qui Deum in moribus humanæ honorificentiæ UMQUAM » tetigerant, & eos in locum deliciarum, & gaudiorum, quem in primo paren- » te perdiderant, locavit ».

7 *Sermone* 1. *de Reſurrect. Domini pag.* 687. *tom. eod Biblioth. PP.* » Tyranno » ſubacto ad nidum, in quo pater Adam, & mater Eva cum quibuſdam pullis » ſuis incubabat, convolavit, & de infernali nido tamquam gallum gallinaceum » OMNIUM FIDELIUM ANIMAS ASPORTAVIT ». Rurſum Petrus Bleſenſis, cujus quidem nos paullo ante meminimus, *Tract. de S. Euchariſtia cap* xvi. *pag.* 1175. *tom.* xxiv. *Bibl. PP. edit. ejuſdem* ſic habet:

» PRIMITUS OBTRUSA PATRIARCHIS, ATQUE PROPHETIS,
» Nunc facta eſt PATENS LATRONI PORTA QUIETIS.
» Portavere Patres ponduſque æſtuſque diei:
» Pervolat iſte latro prior ad ſedem requiei &c.

Confer ejuſdem Tract. *Contra Perfidiam Judæorum cap.* xx. *ſeq. p.* 1198. *tom. ejuſd.*

8 *In libro Contra Valdenſes cap.* II. *tom. eod. Biblioth. PP. pag.* 1531. poſt ubi oſten-

bas Cluniacenſis [1]; Anonymus Auctor Tractatus adverſus Judæos a Martenio editi Tomo quinto Theſauri Anecdotorum [2], Rupertus Abbas Tuitienſis [3], Hugo de S. Victore [4], S. Bruno Ordinis Carthuſianorum Inſtitutor [5], Hugo Etherianus [6], Auctor Expoſitionis Symboli a Joſepho

111

oſtendit, Patres Veteris Teſtamenti Sanctos ſalutem eſſe conſequutos, Valdenſes, ſeu potius Catharos alloquens: » Ideo ne, *inquit*, damnationi eos (Patres) de-
» putatis, quia, ſtatim poſt deceſſum, ad inferos deſcendebant? Sed ideo Chriſtus
» ad inferos deſcendit, eis aſſimilari volens, ut & eos ab inferis revocaret. Unde
» Paulus ad Epheſios: *Quod autem aſcendit &c.* cui ſatis conſonat Zacharias Pro-
» pheta dicens: *tu quoque in ſanguine teſtamenti &c.* & Oſee Propheta: *Ero mors &c.*
» . . . Juſti, qui tunc ad inferos deſcendebant, per Chriſti reſurrectionem ab in-
» feris reſurgentes cum eo nunc in regno cælorum gaudent &c. »

1 *Rhythmo in laudem Salvatoris tom.* XXII, *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1679.

» Cruce deponitur, ſepulcro conditur ſumta mortalitas.
» Inferni torrida fortis, & ſplendida ſubdit Divinitas.
» Æternas tenebras, & cæcas latebras fulgens irradiat.
» SANCTORUM hominum cognoſcens Dominum CHORUS TRIPUDIAT,
» Dira repagula, vectes, & peſſula potenter conterit.
» Diſſolvit fortia forti potentia reorum vincula.
» Hæc Chriſtus ſpolia victor poſt prælia vexit ab inferis &c.

2 *Pag.* 1134. *edit. Pariſ. an* 1717. » Jacob in benedictionibus filiorum, *inquit*;
» expectationem ſuam ad Chriſtum refert ita dicens: *Salutare tuum expectabo Do-*
» *mine*, ac ſi diceret: expectabo Salvatorem, qui mihi veram, & æternam ſa-
» lutem reſtituet. Reſponde ubi expectavit ille ſalutare Domini, qui ſtatim com-
» pleta benedictione ſe collegit in lectulo, & ex luce migravit, & ad Patres ſuos
» appoſitus ad animarum loca deſcendit? Et tamen ibi per Salvatorem ſalvari ſe
» credidit ».

3 *Lib.* XII. *de Victoria Dei cap.* XII. *tom.* II. *opp. edit. Pariſ. an.* 1638. *pag.* 706.
„ Illis, qui mortui fuerant, FIDELIBUS miro modo in illa ſpecie, qua pependit in
„ cruce, factus, vel datus eſt cibus, ita ut anima ejus ad animas illorum in infer-
„ num . . . . . deſcenderet, eſſetque tribus diebus, & tribus noctibus in corde
„ terræ „. *Et cap.* XXIII. *pag.* 709. „ Quis præter (Chriſtum) potuiſſet educere
„ de inferno tot ELECTORUM MILLIA juxta illud Zachariæ Prophetæ: *Tu*
„ *quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu* „. Et *lib.* VIII. *in Geneſ. cap.* XXVI. *pag.* 128. *tom.* I. *opp. edit. ejuſd.* de Jacobo Patriarcha agens, qui dixerat, *deſcendam ad filium meum lugens in infernum*: „ Omnes mortui, *in-*
„ *quit*, quamquam juſti, ante Chriſti adventum, deſcendebant in infernum „. Confer etiam *lib.* IV. *Commentarior. in cap.* IX. *Zachariæ pag.* 959. *tom. eod.*

4 *Serm.* C. *in feſto S. Crucis. tom.* II. *opp. edit Rotomag. an.* 1648. „ Conſumma-
„ tum eſt quod JUSTI ſperaverunt in Mundo. Conſummatum eſt, quod poſtea
„ præſtolati ſunt IN INFERNO. Conſummatum eſt, quod ſancte vivendo me-
„ ruerunt poſſidere cælum „.

5 *In cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos pag.* CCCCXXVIII. *verſa*: *edit. an.* 1724. „ *Et hi*
„ *omnes teſtimonio fidei probati non acceperunt repromiſſionem*, ideſt repromiſſam
„ hæreditatem, Deo providente aliquid melius pro nobis, ut ſcilicet priores
„ Sancti non conſumarentur in perfecta jucunditate ſine nobis: ſi enim ſine incar-
„ nato Chriſto acciperent ILLAM ÆTERNAM BEATITUDINEM, Chriſtus
„ non incarnaretur „.

6 *De Animarum regreſſu ab inferis cap.* XI. *pag.* 1185. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. *tom.* XXII.

Digitized by Google

ſepho Blanchino Congregationis Oratorii Romani Preſbytero editæ [1], Simeon Junior [2], Arnoldus Carnotenſis [3], Petrus Alfonſus ex Judæo Chriſtianus [4], Philippus

1 *Pag.* 505. *tom.* 1. *P.* II. *opp. Card. Thomaſii edit. Roman. Joſephi Blanchini an.* 1741. „ Deſcendit ad infetna, ut SANCTOS, qui per prima mortis debita „ (ſic) libit, in ſe liberaret „. Codicem, ex quo hæc accepta ſunt, ſcriptum videri IX. vel X. ſeculo, Blanchinius *ibid.* ſcribit *pag.* 497. *ad marg.* Sed fac ſit ſcriptus XII.

2 *Oratione* I. *pag.* 619. *tom.* XXII. *Bibl. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. „ Ob id
„ Verbum, ac Filius Dei hominem induit, ac mortem pertulit, ſeque ipſum
„ pro toto genere humano liberando pretium dedit. Verum pro piis, qui ante
„ obdormierant, magnum, & auguſtum, ac proptetea repulſæ neſcium ſacrificium factus eſt; quando poſt Adami lapſum JUSTORUM NULLUS ADIPISCI SALUTEM POTUIT ... quod nemo extaret, quem flamminea illa romphæa Paradiſi cuſtos poſt ejectum inde protoplaſtum, facile admitteret, quo ro
„ impolluta, & ab omni delicto munda, & ſancta tabernacula intrare, & in ſanctis Sanctorum attiis permanere poſſet; quoniam, ut etiam Apoſtolus ait, corruprio incorruptionem non hæreditabit, oportebatque incorruptibile Dei Verbum in carne ſua mortali oblato ſacrificio Juſtos a corruptione eximere „.

3 *Tractatu* II. *de Noviſſimis* VII. *Verbis Domini pag.* 1267. *tom* XXII. *Bibl. PP. modo indicata editionis*: „ Præmittitur in Paradiſum hic noſtræ nuncius abſolutionis
„ (latro), & primitias libertatis noſtræ teſtis libertate donatus Paradiſi civibus
„ (nempe *Angelis*, ut ex ſequenti Arnoldi teſtimonio liquet) id expectantibus,
„ & deſiderantibus primus invexit „. *Et tract.* VI. *pag.* 1275 „ Victoriæ ſuæ gloriam (Chriſtus) cælo exhibet, & inferno; abſtractiſque iis, qui in illa expectatione diu languerant, etiam Angelorum deſideria complevit, quibus hæc hominum reſtitutio grata fuit ... Itaque alterum ex altero conſtitit, ut eadem
„ hora & repleret ſuperos, & inferos captivaret ... Neque ſtatim reverſa eſt ad
„ corpus ſuum anima Chriſti, ſed interim HIS, QUOS DE TAM ANTIQUIS
„ TENEBRIS LIBERAVERAT, SPLENDORIS DIVINI GRATULABUNDAM
„ EXHIBEBAT PRÆSENTIAM „. Nempe Sanctis Patribus eam exhibebat. Nam hominum neminem Angelorum conſortium conſequutum ante fuiſſe; idque ut conſequerentur homines, Angelos expetiiſſe Arnoldus ſcribit.

4 *In Dialogo contra Judæos tit.* XII. *tom.* XXI. *Biblioth. PP. edit. ejuſd. pag.* 108.
» Cum fortibus, *inquit*, ſpolia diviſit (Chriſtus) quia cum principibus inferni, qui Mundum iſtum ſpoliaverant, quaſi prædam partitus, partem ſuam
» aſportavit, quando eos, qui ipſum venturum eſſe crediderant, inde eripuit ».
Et tit. XIII. *p.* 111. *ſeq.* quo loco agit de anima Samuelis. » Verum ne, *inquit*, an
» falſum fuerit (*excitatum nimirum revera a Pythoniſſa fuiſſe Samuelem*) diutius
» diſputare non placet. Sed ſi ita eſt Judæe, ut aſſeris, qualis per artem necromanticam potuit ſuſcitari, ſi in cælo eſſet? Quod ſi in Cælo non erat, PROCULDUBIO ... IN INFERNO QUIESCEBAT ». Quærenti autem Judæo » Cur
» inde *Samuelem* Deus eduxerit, eum decidere perpeſſus eſſet »? Reſpondet Petrus:
» Damnato genere humano ex ſerpentis conſilio, & primi parentis Adæ peccato,
» QUONIAM FUERUNT MULTI SANCTI VIRI, QUI NULLO COMMISSO SUO IN LAQUEUM DECIDERANT DIABOLI ... intuitus hoc generis
» conditor humani, pietate motus, ac miſericordia, eos inde voluit liberare »,
Rurſum objicienti Judæo. » Quare eos ibidem tamdiu detineri eſt paſſus, videlicet ad illius, quem Chriſtum appellaris, tempus »? Reſpondet Petrus: » Non
» hoc ſane juſtitia aliqua, ſed ſola fecit pietate ſua, ac ſimplici bonitate; &
» ſimplex quidem bonitas, ut in noſtræ collocutionis exordio diximus, nec menſuram, nec terminum debet habere „. Viden' ut id religionis orthodoxæ caput adverſus Judæos defendendum majores noſtri putaverint?

Digitized by Google

pus Solitarius [1], Guibertus Abbas [2], Theorianus Philoſophus [3].

Jam tenes Cadonice, quos Theologos, quam graves, quamque multos teſtes habeam ut gravitatis ſententiæ noſtræ, ita etiam levitatis tuæ. Atque horum quidem ductam ſeriem cernis eſſe jam uſque a primis Scholaſticorum temporibus. Ne autem puta, aut hos me ſolum habuiſſe, quos numerarem; aut inquirendo unum aliquem reperiſſe ſi minus ſuffragatorem, at ſaltem non adverſarium, & infeſtum tibi. Nam & eorum, quos pro communi dogmate pugnare noveram, plus ſexcentos tacitus prætermiſi, ne inutiliter multus eſſem; & innumerabilium prope, quorum libros pervolveram, etſi plures eſſe animadverti, qui ea de re (propterea quod ad eorum inſtitutum non pertinuiſſet) agendum non putarant; offendi tamen omnino neminem, qui ſi ageret, non tibi vehementer adverſaretur.

Scio te ad Fevardentium provocare [4], quaſi is *Doctrinam* iſtam tuam in *Auguſtini* libris *invenerit*. Sed cave, ne qui verbo diſcipulus Auguſtini videri volueris, re tandem ipſa Cæleſtium confectere. Nam Cæleſtii ab Auguſtino reprobata opinio eſt, ad rem quampiam doctrinæ, ſecus atque omnium ferat conſenſio, ſtatuendam ſatis eſſe unius presbyteri auctoritatem poſſe. Age vero tu, qui contra Theologos quoſque, unum,

1112 quam

1 *In Dioptra Rei Chriſtianæ ad Callinicum Monachum cap.* XVII. *pag.* 612 *tom. eodem* XXI. *Bibl. PP.* quo loco ſcribit poſt mortem, & reſurrectionem Chriſti, ingreſſum in cælum omnibus eſſe patefactum, ut & nos ſimus, ubi ipſe eſt &c. Confer, ſi placet, idem integrum ejus, quod indicavimus, libri caput.

2 *De Pignoribus Sanctorum lib.* IV. *cap.* VII *pag.* 365. *edit. opp Pariſ. an.* 1651: „ Ii, qui de inferno, Domino reſurgente, ſunt eruti, dum inibi eſſent, in tene- „ bris dicuntur fuiſſe conſtituti, cum nullas ibi tenebras, niſi ſolius faſtidii pate- „ rentur, quæ divinæ viſionis diuturnis privationibus quotidie augerentur; qui „ ſpe tamen ejus aliquando potiundæ nullatenus privabantur „.

3 Hujus Epiſtolam de *Jejunio Sabbathi &c.* commemorat Allatius *de Utriuſque Eccleſiæ in dogmate de Purgatorio Conſenſ. pag.* 690. *&* 822. *edit Rom. an* 1655. Eam mihi Epiſtolam videre non licuit. Inde tamen afferri video ab Jodoco Coccio *lib.* II. *Controverſ. art.* IV. *pag* 167. *edit Colon. an.* 1619. locum qui ſic habet: „ Non jejunant Græci Sabbatho, quia eo die animæ Juſtorum, ſtatim poſt deſcen- „ ſum Domini ad inferos, liberatæ fuerunt „.

4 Confer Cadonici *verba pag.* 87. *hujus operis not.* 1.

quam falſo mox videro, at unum certe catholicum nominas Fevardentium, quid agis, obſecro, id ni agas, idque labores, ut unius teſtimonio novam ſtatuas, ac veterem, communemque omnium orthodoxorum evertas ſententiam? Quiſquam ne vero tam levis, tam varius, tamque inconſtans ſit, ut quod hactenus in Cæleſtio reprobaverit, id nunc demum eſſe probandum cenſeat in Cadonico?

Verum quo tu ore exiſtimationem, quæ ſane maxima ſemper in re præſertim doctrinæ fuit, manetque Franciſci Fevardentii Franciſcanæ familiæ decoris, atque ornamenti audeas lædere, cum ille non ſolum quidquam tale in Auguſtini operibus non deprehenderit, ſed ne ſomniarit quidem? Lectorum ego fidem imploro. Legant, quem in notationem primam pag. hujuſce operis 88. ex Commentariis Fevardentii in S. Irenæi libros tranſtuli inſignem locum: etiam atque etiam conſiderent, ac niſi contraria eorum, quæ ſcribis, ab eo fuiſſe in Auguſtini operibus animadverſa plane perſpexerint, tum patiar, uti me non victum modo, ſed fide etiam non bona in hac cauſa verſatum fuiſſe ſtatuant.

Quid? Te ne igitur, Cadonice, teſte eam in Auguſtini operibus doctrinam Fevardentius reperit, quam idem ipſe Fevardentius in hæreſibus ponendam arbitrabatur? Adſit Lector animo, cognoſcat, animadvertat, quid *Theomachia Calviniſtica ſexdecim libris profligata libro* VI. *capite* I. [1] Fevardentius ſcribat. *Secundam*, inquit, *nunc* (*hæreſim*) *propone. Ea eſt Buceri, Calvini, Gualtheri, Vireti, & aliorum ejuſdem farinæ virorum, qui aniles putant eſſe fabulas quidquid de tertio inferorum loco* (*limbum Patrum, aut Abrahæ ſinum communiter vocant*) *in quem veterum Sanctorum animæ, Chriſti adventum expectaturæ, deſcenderent, hactenus docuerunt Theologi*.

1 *Pag.* 174. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1604.

logi. Nam Calvinus hanc piam, & Catholicam ſententiam ſuperbiſſime contemnit. Quid ais, Lector? Annon quod hic hæreſeos condemnatur a Fevardentio, illud ipſum eſt, quod Auguſtino Cadonicus placuiſſe cenſet? Sed perge legere. *Cedo,* inquit Fevardentius, *hæreſim eorum* (Proteſtantium) *quartam, quæ ADVERSUS FIDEI ARTICULUM PUGNET. Negant Chriſtum ab inferorum locis redeuntem inde ſecum animas Veterum Patrum eduxiſſe, eaſdemque Cælo in die Aſcenſionis ſuæ donaſſe. Nam illas vel alicubi adhuc quaſi ſopitas, dormitanteſque ultimum Chriſti adventum expectare; vel longe antea in cælis BEATAS REGNASSE contendunt... TOTO CORDE, OREQUE CONFITEOR hæc, quæ in Symbolo Apoſtolorum continentur, idque juxta ordinem, germanumque ſenſum verborum, quibus de Chriſto dicitur,* paſſus, mortuus, ſepultus, deſcendit ad inferna. *At vero non deſcendit ad inferos ſecundum corpus, ſed illud in ſepulcro novo exciſo in petra conditum fuit. Ergo ad animam ſolam pertinet hic deſcenſus. Nec anima ejus, quamdiu corpus proprium informavit, & vegetavit, deſcendit ad inferos, cum mors præcedat, & deſcenſus iſte ſequatur. Igitur juxta ordinem a Spiritu Sancto per Apoſtolos in Symbolo conſtitutum, vere, ac reipſa illuc deſcendit, poſteaquam moriens exclamavit:* Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. *Non autem deſcendit ad inferos reproborum, quoniam ex eo nulla eſt redemtio. Igitur ad EUM LOCUM DESCENDIT, qui VEL SINUS ABRAHÆ, VEL communiter LIMBUS PATRUM appellatur. NEC AMBIGO VERBA ISTA* Deſcendit ad inferos *in propria ſignificatione ſua capienda eſſe... NON AUTEM DESCENDIT AD EOS SPIRITUS PATRUM FRUSTRA. IGITUR UT EOS ILLUMINARET, SOLVERET, ET BEATOS SECUM IN CÆLOS ABDUCERET. Cum itaque VERUS, AC germanus SIT ISTE APOSTOLICORUM VERBORUM SENSUS, EOS OMNES APOSTOLICÆ FIDEI, AC* DO-

DOCTRINÆ HOSTES ESSE CONSTANTER AFFIRMO, QVI GLOSSEMATIBVS IMPIIS AVT ILLA PERVERTERE, AVT ETIAM PENITVS ABROGARE, AC DELERE CONANTVR. Et paulo poſt quam Calvinianos ejus temporis pleroſque refutavit: *Liquet*, inquit, *Calvinianos & in oppugnanda Romana Fide pro SACRILEGIS jure haberi, cum negant, aut oblaterant; PRO INFIDELIBVS, cum non credunt; & pro PERVERSISSIMIS HÆRETICIS REPVTARI, CVM NOLVNT nobiſcum ſibi perſuadere, Chriſti animam vere deſcendiſſe ad quadam inferorum loca, VT VETERVM SERVORVM ANIMAS ILLINC EDVCERET, SECVMQVE IN CÆLIS BEARET*. Allato inde Calvini quodam ex Commentariis in XIV. caput Evangelii Johannis loco, ex quo intelligitur ſecum Calvinum ipſum pugnare: *Hinc* (inquit Fevardentius) *primum agnoſcit* Calvinus *Limbi ſententiam VVLGO, IDEST COMMVNI OMNIVM CHRISTIANORVM CONSENSV RECEPTAM, ET PROBATAM FVISSE, quam & alibi fatetur magnos habere auctores, hodieque etiam a multis pro veritate ſerio defendi; unde conſequitur CONTRARIAM SENTENTIAM A MAGNIS AVCTORIBVS, IDEST VETERIBVS THEOLOGIS, CVNCTISQVE PIIS VIRIS DAMNARI, ET REPROBARI. Deinde nemini ante diem reſurrectionis locum in cælo patere, quæ alia hominis hæreſis eſt. POSTREMO ANIMAS PATRVM ANTE CHRISTI ADVENTVM QVADAM QVIDEM FELICI QVIETE DONATAS, SED VELVT IN QVADAM SPECVLA INTENTAS ADHVC AD VENTVRAM PER ILLVM REDEMTIONEM. At vero hæc ſpecula non erat cælum, hæc expectatio venturæ redemptionis non conſiſtebat in cœtibus Angelicis. IGITVR IN SVBTERRANEIS QVIBVSDAM INFERORVM LOCIS, EX QVIBVS TANDEM ALIQVANDO PER CHRISTVM SVNT LIBERATÆ. O magnam veritatis vim, quæ etiam ex invitis hoſtium faucibus erumpit. Animæ Pa-*

Digitized by Google

mæ Patrum ante peractam a Chriſto redemptionem (de his enim nunc ſermo eſt) detinebantur in carcere: ergo non conſcendebant in cælos. Conſtringebantur ingenti ſtudio, ac deſiderio adventus Chriſti: itaque NONDUM CLARA DEI VISIONE, ET FRUITIONE BEATÆ ERANT. Spiritum libertatis nondum erant adeptæ: igitur in receptaculis adhuc inferioribus vinctæ, atque conſtitutæ ſuum vindicem, & aſſertorem Chriſtum venturum adhuc præſtolabantur. Rurſum *pag. 176. Carcer ille, quem ingreſſus eſt ad captivos educendos, non fuit cæleſtis gloria. Quis enim BEATAS ILLAS SEDES SANCTORUM CARCEREM, AUT CAPTIVITATEM ESSE CENSERET? Igitur locus ſubterraneus, qui a Catholicis limbus, ſeu veſtibulum inferni propter viciniam recte nominatur, ante Chriſti mortem erat, quem anima ſua penetrans, inde vinctos ſervos ſuos plane magnifica divinaque virtute liberavit ....* Atque ſic manent Calvinicæ hæreſes *ab ipſomet Calvino convulſæ, ET CATHOLICA DE CHRISTI AD INFEROS DESCENSU, PATRUMQUE VETERUM LIMBO etiam ab hoſte comprobata ſententia.* Poſt [1] deſcripto Petri ex Epiſtola *priore capp.* III. & IV. de ſpiritibus in carcere conſtitutis, quibus Chriſtus prædicavit, loco: *Spiritus*, inquit, *illi e corporibus egreſſi alii non erant, quam veterum Patrum, qui ante Chriſti mortem ex hac vita migrarant. Hi porro nec BEATI ERANT CÆLESTIS GLORIÆ FRUITIONE, CUM ESSENT IN CARCERE, ET QUIBUSDAM POENIS INFERORUM, ſed neque in æternum reprobati, cum poſtea ſervati fuerint; ſupereſt ergo, ut in tertio quodam, AC MEDIO LOCO CHRISTI ADVENTUM EXPECTARENT. HIC AUTEM ILLE EST, QUEM NOS CATHOLICI ET SINUM ABRAHÆ, ET LIMBUM PATRUM, ET TERTIUM ANIMARUM RECEPTACULUM APPELLAMUS..... HIS ADDE, QUOD VETERES OMNES TAM GRÆCI, QUAM LA-*

1 *Pag.* 177. *edit. Pariſ. an.* 1604.

Digitized by Google

LATINI PATRES, ac inter hos AUGUSTINUS, Hieronymus, Ambroſius, Hilarius, Cyrillus, Athanaſius, Clemens Alexandrinus, Origenes, Irenæus, Spiritu Sancto doctore, & illuſtratore, ita hunc Apoſtolicum locum intelligendum eſſe docuerunt. Poſtremo: *Patet igitur*, inquit, *ex apertiſſimis Scripturis, Patrum, Hebræorum immo, & hæreticorum interpretationibus, tertium quemdam olim fuiſſe locum, quo ANIMÆ PATRUM ANTE CHRISTI MORTEM COLLIGEBANTUR: deinde Chriſtum a morte ſua, ſecundum animam, ac ſpiritum ſuum VERE AD EAS PROFECTUM ESSE: præterea redeuntem ab inferis eaſdem ſecum extraxiſſe: atque SIC DESCENSUS EJUSDEM CHRISTI AD INFEROS ARTICULUM AB APOSTOLIS SYMBOLO INSERTUM, TOTOQUE ORBE SUSCEPTUM, ET DECANTATUM conſtituit, SUMMA RELIGIONE ET PIETATE RETINENDUM, ATQUE PRÆDICANDUM, QUIDQUID SATANAS MENDACIORUM FOECUNDISSIMUS PARENS PER MINISTROS SUOS CONTRA OBGANNIAT, ET BLASPHEMET.* Quid tibi lector videtur? Annon hic Fevardentius quidquid eſt ab Cadonico & propugnatum, & Auguſtino per ſummam injuriam attributum, in hæreſibus numerat, refellitque non ſolum auctoritate Sacrorum Bibliorum, traditione Patrum, conſenſu Theologorum, ſed etiam Auguſtini aſſenſione?

Vide nunc, eadem ne Fevardentius confirmet in *Appendice ad libros Alfonſi a Caſtro contra Hæreſes* [1]. *Nova hæreſis negat animam Chriſti reipſa deſcendiſſe ad inferos, ID EST AD EAM INFERORUM PARTEM CIRCA TERRÆ CENTRUM CONSTITUTAM, IN QUA PATRUM ANIMÆ USQUE AD ADVENTUM ILLIUS DETINEBANTUR, ET EX EO LOCO ILLAS EDUXISSE, ATQUE LIBERASSE. Martinus Bucerus hujus ERRORIS auctor, & adſertor primus mihi occurrit. Scribit*

1 *Lib. III. Hæreſ. IX. pag. 1278. tom. I. opp. Alfonſi a Caſtro. edit. Pariſ. an. 1578.*

bit enim ad XV. *caput Marci* : „ poſt expirationem Chriſti, „ & Patri redditam animam, ſcripſerunt multi, ipſum „ deſcendiſſe ad inferos, ubi, ut fabulantur, requieſce- „ bant animæ Patrum noſtrorum „. *Ergo fabularum aſſertores, & venditores exiſtimat PROPHETAS, APOSTOLOS, & OMNES MARTYRES, QUI ID CREDIDERUNT, ET ASSERUERUNT. Calvinus Buceri ſimius illi facile ſubſcripſit &c.* Poſt autem ubi hos teſtimoniis aliquot Scripturarum, atque Patrum refellit: *Florentiſſima illa*, inquit, *quinque a Chriſti in carnem adventu ſecula, quæ tot viris doctiſſimis, ſanctiſſimis, clariſſimis abundarunt, jam conſulamus. AUGUSTINUS* (*quæſt.*CXXIII. *Vet. & Nov. Teſt.*) *Veteres Sancti*, ait, *exeuntes de hoc ſeculo, apud inferos erant . . . Reliqua ejus ea de re teſtimonia inveniet ſtudioſus lector lib.* I. *de Geneſ. ad litt. capp.* XXXIII. *&* XXXIV. *& lib. Contra Felicianum cap.* X. *&c.*

Hæc cum ita ſe habeant, cenſen' Lector liberari Cadonicum ab invidia negligentiæ poſſe, qui Fevardentium appellarit *inventæ* in *Auguſtino* ſuæ *doctrinæ* teſtem, cum Fevardentii libros numquam legiſſet? Nam ſi legiſſet, non tam fuiſſet, mea quidem ſententia, impudens, ut quod hæreſeos notatum a Fevardentio eſt, Auguſtinique auctoritate rejectum, ac reprobatum, id ab eodem Fevardentio in *Auguſtino inventum*, atque adeo probatum non diceret ſolum, ſed etiam ſcriberet, ſcribendoque proderet ſeſe memoriæ hominum ſempiternæ.

At dices, Cadonice: prior locus, quem ex quæſtione XXIII. quæſtionum Veteris & Novi Teſtamenti, quo loco Fevardentius nititur, Auguſtini non eſt. Mane, quæſo. Non enim id modo in diſputatione eſt, rectene Auguſtini libros Fevardentius recenſuerit; nec ne. Hoc quærimus: *Invenerit ne ille doctrinam* tuam *in Auguſtino, an non invenerit*. Tu inveniſſe ſcribis, ille contra non ſolum negat, ſed etiam homo ſtudioſiſſimus Auguſtini in erroribus tuam iſtam doctrinam ponendam docet. Id ut confir-

met, non quæſtionem illam ſolum, ſed alia etiam quædam indicat genuinorum Auguſtini librorum loca.

Sed Fevardentius, inquies, eos condemnat hæreſeos, qui *in cælo* beatas fuiſſe viſione Dei animas Patrum Veteris Teſtamenti putant.

Ridiculum! Quaſi vero pluris interſit, beati ne illi aſpectu Dei in terris, an in cælo, an alibi fuerint. Deinde qua tu confidentia neges, probabile tibi fuiſſe viſum, quod de Sanctis iiſdem Patribus ante etiam, quam Chriſtus veniſſet, in *cælo* beatis viſione Dei Dalhamus ſcribit? Niſi enim probabile putaſſes, numquam ejus *Hiſtoriam quæſtionis* tuo *de Auguſtini, quæ videtur ſententia*, libro inſeri curaſſes. Qua in Hiſtoria, ſeu potius fabula, poſteaquam eſt ab Auctore animadverſum, nullum videri *argumentum fortius adſtruendi beatitudinem Veterum Patriarcharum fuiſſe viſione Dei colluſtratam, quam ſit communis notio beatitudinis, quam veteres tum Judæi tum Græci de beatorum animabus habuerunt... teſtemque hujus rei antiquiſſimum eſſe librum Judæorum Thalmud*; tum hoc ſcriptum legimus: *ſed & animas Sanctorum Patriarcharum ad divinum conſpectum fuiſſe evocatas, in alio Thalmudis loco reperitùr... & in alio loco dicitur de anima Moſis, quod in CÆLIS DEO MINISTRET*[1]. Hæc vero quemadmodum præfigi tuo operi paſſus eſſes, niſi aut omnino probata tibi, aut viſa ſimilia veri fuiſſent?

Atque arbitrari te, ἀδιαφορόν quidem, ſeu *indifferentem* eam opinionem eſſe, ex eo etiam intelligitur, quod ſcribis priore capite operis ejuſdem tui[2]: *locus ubi poſitus ſinus Abrahæ fuerit, ideſt ubi Sancti quieſcebant, quæſtio nominis mihi videtur, dum conſentiamus, juſtas illas animas, ubicumque fuerint, Dei revelata præſentia fuiſſe gaviſas. Attamen Patrum auctoritate, & Prophetarum non immerito ſentiri poſſe puto, locum illum eſſe ipſummet para-*

1 *Dalham. in Hiſt. Quæſtionis pag.* xxv. operis Cadoniciani inſcripti: *D. Aurelii Auguſtini, quæ videtur ſententia &c. edit. Venetæ an.* 1763.
2 Cadonicus *ejuſd. operis cap.* 1. *num.* IV. *pag.* 3.

paradiſum, quo Chriſtus poſt paſſionem aſſumptus eſt. Nam ſi de loco nominis quæſtio eſt, non æque profecto curaris neceſſe eſt, locus ne ille in cælis fuerit, an in terris, an in inferno. Itaque, te judice, res tota *indifferens* eſt: cum tamen, ſi Fevardentium, ad quem provocaſti, audias, tam non ſit indifferens, ut ſi (quod Eccleſia ubique de ſinu Abrahæ ante Chriſti mortem non in cælo, ſed in inferis conſtituto docet) aut neges, aut dubites, in hæreſim incidas Calvinianorum.

At Fevardentius eorum, qui SS. Patriarcharum &c. animas, ante Chriſti mortem, in inferis fuiſſe negant, ſententiam hæreſim dicit eſſe; Auguſtini vero de iiſdem animabus ante Chriſti mortem auctis beatitate conſiſtente in viſione intuitiva Dei doctrinam, hæreſim eſſe non dicit.

Sed non animadvertis, Cadonice, id ſi reſpondeas, fore ut ab eo, quem tuæ ſententiæ appellaris teſtem, quaſi contra dogma catholicum egeris, condemnere? Fevardentius ecce tam eſſe catholicæ religionis dogma cenſet, quod eſt de SS. Patribus ante Chriſti mortem in inferis conſtitutis, ut eos, qui contra ſentiant, hæreſeos condemnet crimine. Confer ejus, quæ modo deſcripſi, verba, remque perſpicies ſic habere. Id vero, quod ille dogma eſſe ſtatuit religionis, tu adeo *indifferens* eſſe judicas, ut de loco, in quo ſinus erat Abrahæ, quæſtionem, nonniſi quæſtionem eſſe nominis arbitrere. Tollis ergo, quod ille contra poni oportere judicavit in religionis dogmatibus. Nam quæſtionem *nominis* id eſſe ſtatuere, quod religionis dogma habeatur, idem eſt certe ac illud e numero tollere dogmatum religionis.

Quid? ſi in inferis ſinum tunc Abrahæ fuiſſe plane inficiere [1]? Scribis enim *capite* XVII. *num*. 4. operis ejuſdem

mmm 2 tui,

1 Negat ergo Chriſtum deſcendiſſe ad inferos. *Tranſlatum* enim ait fuiſſe *Chriſtum poſt paſſionem in ſinum Abrahæ, ſeu paradiſum*, ut initio hujus paginæ vidimus. Sinus autem Abrahæ, Cadonico teſte, in inferis non erat. Cadonico igitur teſte, Chriſtus poſt paſſionem non deſcendit, ſeu non eſt tranſlatus ad inferos.

Digitized by Google

tui [1], hoc modo : *Si vero dixero, nomen inferni EIDEM SINVI NVLLA RATIONE CONVENIRE, præclariſſimum teſtem habeo D. Auguſtinum etiam hac in re*. Deſcriptis inde aliquot Auguſtini locis, quibus non tam lucem afferre ſtudes, quam tenebras, noctesque obducere, tum : *Atque hæc ſatis ſunt*, inquis, *ad oſtendendum Magiſtrum meum* (nempe Auguſtinum) *ſenſiſſe, paradiſum, veram ſalutem, REGNVM CÆLORVM, vitam denique æternam juſtis antiquis ſtatim poſt mortem collatam non SECVS, AC JVSTIS NOVI TESTAMENTI. Si quis contraire voluerit, non mecum, ſed cum doctiſſimo Auguſtino, immo cum auctoritatibus, rationibuſque, quibus in hanc ſententiam adductus eſt, rem ſibi eſſe ſciat. Si quiſpiam aliquid aptius proferre poſſit, libenter audiemus. Sin nihil, SPLENDIDÆ ETIAM IPSE OBTEMPERET VERITATI, quæ fortaſſe IN NOBIS clementiſſime loquitur, quæ quærentibus adeſt, contentioſis vero pertinacibuſque lumen abſcondit ſuum, ut videntes non videant* [2]. Viden' ut Auguſtino id tribuas, idque tu confectere (nam alioqui *ſplendidam veritatem in te fortaſſe loqui* non ſcriberes) id, inquam, confectere, quod Fevardentius notat hæreſeos? Nam inferni ne *nomen* quidem *ulla ratione* ſinui Abrahæ, qualis ante Chriſti mortem fuit, *convenire*, Auguſtinum putaſſe cenſes, idque tibi probari oſtendis. Atqui non *nomen* ſolum, ſed *locum* etiam inferorum ſinui tunc Abrahæ conveniſſe, tam certum, auctore Fevardentio, eſt, ut hæreſeos ſit accuſandus, qui contra pugnet. Non ergo negare poteris id te ſequi, idque Auguſtino tribuere, quod ſit, Fevardentio prædicatore, hæreticum, quodque, ut hactenus demonſtravi, conſenſioni repugnet omnium Chriſti Eccleſiarum.

Rurſum ſi Auguſtinum in invidiam ejus opinionis voces, quam videri tibi, affirmas, veram, *quæque eſt de para-*

1 Cadonicus in eodem opere *de Divi Aurelii Auguſtini, quæ videtur, ſententia* 2 *cap. modo indicato pag.* 140.
2 *Ibid. num.* x. *pag.* 150.

Digitized by Google

paradiſo, de vera ſalute, de REGNO CÆLORUM, de vita æterna juſtis antiquis ſtatim poſt mortem collata non ſecus, ac juſtis Novi Teſtamenti, quid reſtat obſecro, niſi ut ſtatuas, ibi fuiſſe Veteris Teſtamenti Sanctos ante Chriſti mortem, ubi nunc ſunt ipſi, ceterique Sancti Teſtamenti novi, gaviſoſque fuiſſe aſpectu Dei? Id vero Fevardentius in hæreſibus numerat haud repugnantibus tot Synodis, tot Eccleſiis, tot denique Pontificibus Maximis, quot hactenus memoravi, qui ſententiam de Patribus iiſdem in inferis ante Chriſti mortem velut in carcere conſtitutis ad credendum vel pueris ipſis propoſuerunt. Meminiſti autem, opinor, Fevardentium dicere quartam hanc eſſe *hæreſim* Calvinianorum: *negant, Chriſtum ab inferorum locis redeuntem inde ſecum animas Veterum Patrum eduxiſſe . . . Nam illas longe ante in cælis beatas regnaſſe contendunt*: addereque ipſum paulo poſt: *Non autem deſcendit ad eos Patrum Spiritus fruſtra. Igitur ut eos illuminaret, ſolveret, ac beatos ſecum in cælos abduceret*. Hæc tu, qui Veteris Teſtamenti Patres ante Chriſti mortem pares omnino beatitate, regnoque cælorum fuiſſe Novi Teſtamenti Sanctis defendis; quique in paradiſum hoc eſt in ſinum Abrahæ non deſcendiſſe, ſed translatum poſt paſſionem Chriſtum pugnas, hæc, inquam, Fevardentiana neges neceſſe eſt. Sed cave tibi ab iis, quæ Fevardentius mox adjungit: *Cum igitur verus, ac germanus ſit iſte Apoſtolicorum verborum ſenſus, eos omnes Apoſtolicæ fidei, ac DOCTRINÆ HOSTES eſſe conſtanter affirmo, qui gloſſematibus impiis aut illa pervertere, aut etiam penitus abnegare, & delere conantur*.

At fuerint, dices, Veteris Teſtamenti Sancti in inferis, quid obſtat, quin Fevardentius patiatur, ibi eos fruitos fuiſſe beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei?

Quid obſtet, mox videro. Interea ſic habeto: id Fevardentium nullo modo pati. *Conſtringebantur*, inquit ille, *ingenti ſtudio, ac deſiderio adventus Chriſti.*

Igitur

Digitized by Google

Igitur nondum clara Dei viſione, & fruitione beati erant. Accipe modo, quid obſtet. *Carcer*, inquit, *carcer ille, quem Chriſtus ingreſſus eſt ad captivos educendos, NON FUIT CÆLESTIS GLORIA. Quis enim beatas illas ſedes Sanctorum CARCEREM, AUT CAPTIVITATEM ESSE CENSEAT?* Atque carcerem eum, captivitatemve fuiſſe quidem, unde *LIBERANDÆ* animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti fuerunt, Synodi, ut oſtendi, Catechiſmi omnium Eccleſiarum, Pontifices denique Maximi prædicant, proponuntque ad credendum Chriſtianæ plebi.

Poſtremo etſi, inquies, contra Fevardentius exiſtimarit, at in Auguſtino tamen doctrinam communi ſententiæ repugnantem vidit.

Quem id tibi Cadonice conceſſurum putas? An non communem omnium Eccleſiarum doctrinam (quæ eſt de animabus Patrum Sanctorum Veteris Teſtamenti non ante Chriſtum beatis aſpectu Dei) Auguſtini ſententia confirmari, perſpicue ſane, idque ter Fevardentius animadvertit? Quæ igitur iſta eſt confidentia, nolo enim gravius dicere, ut ejus rei, quam Fevardentius aperte, nulla uſus circuitione verborum inficietur, Fevardentium ipſum appelles teſtem? Sed ceſſo. Hoc interim abs te, Cadonice, poſtulari ſcito, ut fateare te Fevardentii teſtimonio utentem aut (quod non credo) fide egiſſe non bona; aut (quod quidem magis credo) Fevardentii libros legiſſe numquam, quodque a mendace, vel ab oſcitante quopiam accepiſſes, qui id in Sancti Doctoris operibus legi, vel mentitus eſſet, vel ſomniaſſet, litterarum mandaſſe monumentis.

§. V.

Qua ſint exiſtimatione, quaque auctoritate præſtent Scholaſtici.

Sed ego, dices, Scholaſticorum auctoritate non moveor. Quorumnam? quæſo. Omnium ne? Omnium ſane, in-

inquies. At moveri quemque oportere monet Epiſcopus Æmonienſis, qui Synodo Tridentinæ interfuit, Hieronymus Vielmius [1], monet Melchior Canus, qui in eadem Synodo magnam eſt doctrinæ laudem conſequutus [2], monet Cardinalis Valerius [3], monet S. Carolus Borromæus [4], monent innumerabiles prope orthodoxi eruditione,

1 *Oratione adverſus obtrectatores Theologiæ præſertim Scholaſticæ habita Patavii an.* 1564. *edit. Patav. an. ejuſd. pag.* 81. » Paulo minus, *inquit*, inſanientes illos, qui genus hoc, quod vocant Scholaſticum, quod nobis majores noſtri Chriſtianæ religionis columina reliquerunt, quod inquirendo, diſceptando, ſtatuendo, & confutando progreditur, dum vel otio indulgent, ac ventri, non aſſequuntur; vel ad manſuetiora illa, ut ajunt, ſtudia, quæ ego ſteriliora appellare ſoleo, animum intendunt, aut nudum dumtaxat Sacrarum Scripturarum contextum, nihil præterea vel eruditionis, vel explanationis gratia admiſcentes, rhetoricis laſcivientes floſculis expendunt; rem gravem ſcilicet ridiculi homines modis lydiis efferre ſtudentes, quanta poſſunt copia, & vehementia improbant, & deteſtantur, non intelligentes, ut inquit Paulus, quæ loquuntur, neque de quibus affimant. ET II SE IPSOS SOLOS (ſi diis placet) THEOLOGOS VOCANT, NOS VERO THEOLOGASTROS: ERUDITOS SE IPSOS, NOS AUTEM IGNAROS: ſeipſos venuſte, & probe loquentes, nos infantes, & elingues: ſeipſos demum TAMQUAM DEORUM CONVIVIO ACCEPTOS NECTARE, ET AMBROSIA VESCI, NOS RUDI AVENA, ET CARDUIS PASCI CONTENDUNT. Quibus fortaſſe iis Jobi verbis occurrere ſatius foret: *Ergo vos eſtis ſoli homines? & vobiſcum morietur ſapientia* »? Hos deinceps refellens Vielmius, demonſtranſque, quantum Theologis noſtris auctoritatis, atque dignitatis inſit: » His, *inquit pag.* 91. *verſa*, inſignis doctrinæ gratia, qua de Chriſtiana Republica benemeriti ſemper exiſtimati fuerunt, tantum auctoritatis tot ſeculis Catholica Eccleſia detulit, ut eorum aliquos, præcipueque Aquinatem Thomam, quem ego ſequor, publico edicto probarit, eorumque teſtimonia clariſſimi quique viri, quoties commodum eſt, citare minime gravantur. Nil igitur mirum, ſi eos ſecundo loco colimus, ſuſpicimus, efferimus &c. „

2 Vide, quæ mox afferam Melchioris Cani verba.

3 Auguſtinus Valerius S. R. E. Card. Veronenſis Rhetoricam Eccleſiaſticam juſſu S. Caroli Borromæi compoſuit, ut eſt a Marco Medice Ord. Præd. litteris commendatum. Nam is ad S. Carolum ſcribens: *Juſſiſti*, inquit, *ſuperioribus diebus, cum Mediolani eſſem, ut Rhetoricam Eccleſiaſticam, quam Auguſtinus Valerius hujus civitatis* (Veronæ) *Epiſcopus* tuo *hortatu, aut potius juſſu ſcripſit, tibique donavit, Venetiis edendam curarem*. Itaque Valerius idem, *lib.* 1. *Rhetoricæ Eccleſiaſt. cap.* XLVII. *pag* 81. *edit. Veneta an.* 1574. „ MAGNA eſt etiam, *inquit*, AUCTORITAS Doctorum, qui Scholaſtici appellantur; præſertim B. Thomæ Aquinatis, quem Sancta CONCILIA, TRIDENTINUM inprimis, magna veneratione dignum judicarunt, AUCTORITAS VALET PLURIMUM AD CONFIRMANDA VERÆ RELIGIONIS DOGMATA, ET AD FALSA, ET PERNICIOSA REFELLENDA „.

4 S. Carolus Borromæus *Epiſt. ad Andream S. R. E. Cardinalem Batorium* (*quæ extat p.* 515. *ſeqq.* libelli inſcripti: *Paſtorum Inſtructiones &c a S. Carolo Borromeo edita, & poſtea ad Eccleſiarum Belgicarum uſum accommodata per Franciſcum Silvium: edit Lovan. an.* 1664.) *pag.* 546. „ Finem faciam, *inquit*, ſi illud addidero, ut Theologiæ Scholaſticæ operam omnino naves. Eſt enim NECESSARIA iis, qui ACCURATAM SACRÆ DOCTRINÆ SCIENTIAM CONSEQUI STU-

Digitized by Google

tione, vitæque integritate præſtantiſſimi [1], monent Pontifices Maximi [2], Synodus denique ipſa Tridentina monet, quæ & crebris, & illuſtribus indiciis oſtendit, quanti Scholaſticorum Theologorum principem Thomam Aquinatem faceret [3]. Contra qui, qualeſque fuerint ii, qui

„ DENT: NOSTRIS PRÆSERTIM TEMPORIBUS, QUIBUS EAM HÆRETICI REPROBARE OMNI RATIONE TENTANT. Hac de cauſa oportebit te habere domi Doctorem doctrina æque, ac moribus gravem D. Thomæ ſectatorem, a quo certis HORIS THEOLOGIAM AUDIAS QUOTIDIE „.

1 Confer Dionyſium Petavium *to.* 1. *Theologicorum Dogmatum Proleg. cap.* IV. *ſeq. pag.* 10. *ſeqq. edit. Antuerp. an.* 1700. atque Petavio longe vetuſtiorem Emmanuelem Calecam Ord. Præd. diſputantem contra Nicephorum Gregoram Græcum Eccleſiæ Romanæ hoſtem: *apud Petav. ibid. cap* V. *pag.* 15. *ſeq.* Miror autem, qua confidentia Dalhamus in *Hiſt. Quæſt. & Voto* apud Cadonicum, ſcripſerit, Scholaſticos a Petavio reprehendi. Nam Petavii eſt Dalhamianæ inimica ſententia. Niſi forte Petavius interdum aliquorum Scholaſticorum de rebus inanibus diſſerendi ſtudium accuſet, quæ res tamen ad nos non pertinet, qui non de vitiis aliquorum Scholaſticorum, ſed de eorum omnium conſpiratione ad unum doctrinæ genus agamus. Conſule præterea Claudii Fraſſenii Ord. Minorum *tom.* 1. *Theolog. edit. Pariſ. an.* 1672. *Diſp. de Theologia qu.* III. *Concluſ. unica pag.* 12. quo loco ſcribit: *Theologia Scholaſtica Eccleſiæ Dei ſumme utilis eſt, & neceſſaria. Hæc eſt aſſertio omnium ſapientum contra hæreticos, & nonnullos Pſeudocatholicos.* Adiſis etiam Johannem Laurentium Bertium *Proleg. tom.* 1. *de Theolog. Diſcipl. cap.* IV. *pag* 7. *ſeqq. edit. Rom. an.* 1734. Sed omnes perſequi longum eſſet. Sunt enim, ut dixi, pene innumerabiles.

2 Horum teſtimonia recenſet Fraſſenius loco modo indicato. Unum afferam Sixti V. P. M. qui in *Conſtit.* qua S. Bonaventuram in Doctorum, Patrumque Eccleſiæ faſtos retulit, de Scholaſtica Theologia ſcribit hoc modo: „ Hujus quidem „ tam ſalutaris ſcientiæ cognitio, quæ ab uberrimis Divinarum litterarum, Summorum Pontificum, & Conciliorum fontibus dimanat, ſemper certe maximum „ Eccleſiæ adjumentum afferre potuit SIVE AD PATRES SECURIUS, ET UTILIUS PERLEGENDOS, SIVE AD VARIOS ERRORES, ET HÆRESES DETEGENDAS, ET REFELLENDAS „.

3 Nemo namque neſcit, e ſchola prodiiſſe pleroſque fere omnes eorum, qui Synodo Tridentinæ non interfuerunt modo, ſed etiam præfuerunt. Ac verendum eſt, ne qui Scholaſticis univerſis tam confidenter auctoritatem negant, iidem eo progrediantur, ut eam item Concilio eidem, Petrum Suavem imitati, in aliquibus ſaltem rebus perinde negent. Quantum autem apud ejus Synodi Patres valuerit Thomæ Aquinatis doctrina, ex ea Oratione plane intelligitur, quam Johannes Gallius Theologus Regis Hiſpaniarum ad Patres habuit, extatque poſt *Decreta Synodi Trid. edit. Lovan. an* 1567. *Pag. enim* 421. ſic habet: „ Nulla ab „ ejus felici tranſitu Concilia ſine ſacro Doctore (Thoma Aquinate) celebrata „ ſunt. Ut enim de ceteris ſileam, QUOD AUDIMUS, QUOD VIDEMUS, „ QUOD MANIBUS NOSTRIS CONTRECTAMUS, QUIDNI APERTA VOCE AD EJUS LAUDEM TESTEMUR? VESTRA COMITIA PERPENDITE. „ Ex PLURIMO, EOQUE HONORABILI DOCTORUM CŒTU quotus quiſque Conſultor accedit, qui Divi Thomæ auctoritate veluti ſplendente gemma „ ſuam ſententiam non exornet? At in CONSULTISSIMO PATRUM RECESSU, DOCTOR HIC SENTENTIAM ROGATUS FREQUENTISSIME CENSET, AD QUEM, UT AD LYDIUM LAPIDEM, SIQUID AMBIGUITATIS, AUT CONTROVERSIÆ FUERIT EXORTUM, COMMUNIBUS VOTIS REFERENDUM EXISTIMETIS, ET QUI EUM PLACITI SUI PATRO- „ NUM

ii, qui moveri ſeſe communibus omnium Scholaſticorum ſententiis negarent, cum ab aliis permultis dogmatum Catholicorum adſertoribus [1], tum a Melchiore Cano [2] demonſtratum eſt.

nnn At-

,, NUM OBTINUERIT, INCERTAM JUDICIORUM ALEAM NON SIT
,, HABITURUS, QUIN SECUNDUM EUM SENTENTIA FERENDA SIT.
,, Atque adeo graviſſimæ veſtræ auctoritati gratias agere libeat, quod Doctoris
,, Thomæ nomen ubique celeberrimum veſtra in eum obſervantia celebrius poſte-
,, ritati relinquetis: & quidem juſte, ut qui etiam cum ſummis Principibus di-
,, vina voce audire meruerit, *vos eſtis lux Mundi* ,,. Confer S. Pii V. P. M. *Conſtitut.* XXXVIII. *tom.* V. *Bullarii Dominicani pag.* 155. *ſeqq.* qua quidem in Conſtitutione doctrina S. Thomæ appellatur *Eccleſiæ adverſus hæreticos firmiſſimum præſidium*, declaraturque, *ejus vi, & veritate doctrinæ infinitas propemodum hæreſes confuſas fuiſſe, peſtiferis quotidie erroribus orbem liberari*, idque IN SACRIS CONCILII TRIDENTINI DECRETIS *liquido apparuiſſe &c.*

1 Vide Vielmium *idid.* & S. Carolum *ibid.*

2 Melchior Canus *lib.* VIII. *locor. Theologicor. cap.* IV. *concluſ.* I. *pag.* 216. *edit. Baſſan. an.* 1746. ,, Scholæ communem conſenſum nonniſi IMPUDENTER, ET
,, TEMERE REIJCIMUS. Præterea cum inter ipſos Theologos Scholaſticos ma-
,, gna fere ubique diſſenſione certetur, ita ut in hac parte jure forſitan reprehen-
,, dantur, CERTE NON IDEM OMNES ASSERERENT, NISI EODEM DI-
,, VINO SPIRITU PERMOVERENTUR. Nec minus mirandum eſt, varias
,, Scholæ factiones, doctoreſque tam inter ſe diſcrepantes in unam, eamdemque
,, ſententiam concurriſſe, quam ſeptuaginta Interpretes diverſis, ut ferunt, cel-
,, lulis incluſos in unam, eamdemque conveniſſe interpretationem. Non igitur
,, poterit eſſe verum illud, quod Scholaſticorum Theologorum choro idem conci-
,, nenti fuerit contrarium ,,. *Et concluſ.* III. *pag.* 237. ,, Illa concluſio, *concor-*
,, *dem omnium Theologorum Scholæ de fide, aut moribus ſententiam contradicere, ſi*
,, *hæreſis non eſt, at hæreſi proximum eſt*, ut eſt a me poſita, primum oſtendi-
,, tur, quod nullum dogma reperietur, quod eadem mente, oreque Scholaſti-
,, ci omnes certo, & firmiter aſſeruerint, quin IDEM IN UNIVERSUM EC-
,, CLESIA TENEAT, EORUM AUCTORITATE MOTA. NAM SI ALIQUOD
,, INVENIRE HÆRETICI POSSUNT, PROFERANT, ET TACEBIMUS.
,, Quod ſi nullum proferri poteſt, ſine dubio, velint, nolint, ID, quod Scholæ
,, TOTIUS auctoritate CONFIRMATUR, VERUM EST, SI AD FIDEM, UT
,, DIXI, MORESQUE PERTINEAT. Adde, quod nullum tam proprium Scho-
,, læ decretum eſt, quod vel ex ſacris litteris, vel ex Apoſtolorum traditione,
,, vel ex Conciliorum, aut Pontificum definitionibus non habeat certam origi-
,, nem. Ita QUI SCHOLÆ DECRETA REFUTARUNT, HI SEMPER IN-
,, VENTI SUNT ET FONTEM, UNDE ILLA MANANT, REPUDIASSE.
,, Atque uno verbo dicam, NEMO, QUI IN CATHOLICIS HABEATUR,
,, OMNES SINE DISCRIMINE THEOLOGOS EXPLOSIT. QUOD ABUN-
,, DE SATIS MAGNUM ARGUMENTUM EST, SINE FIDEI DISCRIMINE
,, HUJUSMODI SCHOLÆ PLACITA NEGARI NON POSSE. Præterea ſi qua
,, in quæſtione univerſi Theologi eadem inter ſe concinunt, profecto ſi in eo er-
,, rant, ECCLESIAM ITEM ERRANDI PERICULO EXPONUNT. Sive enim
,, qui confeſſiones audiunt, ſive qui ad populum habent conciones, utrique ple-
,, bem inſtituunt, ut a Theologis acceperunt. Ita fit, ut Eccleſia eorum in fide
,, communem errorem diſſimulando, Chriſti fideles ſuo ſilentio deciperet. Error
,, enim, cui non reſiſtitur, approbatur... Atque DEUS IPSE, SI THEOLO-
,, GORUM OMNIUM ERROREM NON APERIRET, IN NECESSARIIS
,, CHRISTIANO POPULO DEESSET. Quid enim facturus eſt populus impe-
,, ritus, niſi eos ſequi, quos pro illo tempore Eccleſiaſticæ doctrinæ magiſtros
,, acce-

Atque Canus quidem lib. VIII. locorum Theologicorum capite IV. Concluſione II.[1] ſic ſtatuit: *Ex auctorum omnium Scholaſticorum communi ſententia in re quidem gravi, uſque adeo probabilia ſumuntur argumenta, ut illis refragari TEMERARIUM ſit*. Et Concluſione III. *Concordem omnium Theologorum Scholæ de fide, aut moribus ſententiam contradicere, ſi hæreſis non eſt, at hæreſi proximum eſt*. Atqui res ipſa, de qua eſt inter nos orta contentio, & gravis eſt, & eo demum pertinet, ut dignoſcere quiſque poſſit, quæ ſit verbis articulo ſymboli fidei quinto comprehenſis ſubjecta ſententia. Cum igitur communi omnium Scholaſticorum de re & gravi, & quæ ad fidei doctrinam pertineat, ſententiæ refragere, jam vides, quid contra te ex utraque Cani Concluſione ſit conſequens. Ac de Articulo Symboli quinto agi, atque decerni, quænam ſit ei ſubjecta ſententia, ex eo plane perſpicitur, quod omnes certum ſtatuant, verbis„ *deſcendit ad inferos*„ inprimis ſignificari, Chriſtum deſcendiſſe in eum inferorum locum, in quo animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum conſiſtebant expectantes adventum gloriæ magni Dei.

Quæram modo: negabis ne, quod & ipſe ultro [2] conceſſiſti

„ accepit? AN POST HÆC OMNIA SCHOLÆ THEOLOGIA CONTEMNENDA EST? Crederem, NISI EJUS AUCTORITATE ECCLESIA RES PLURIMAS DEFINISSET. Quippe trecentos ab hinc annos ſi quas Eccleſia hæreſes condemnavit, ſi qua de fide, & moribus decreta tulit, in utriſque Scholaſticorum ſubſidio, & diligentia vehementer adjuta eſt. Id quoniam conſtat inter omnes, quibus vel Conciliorum geſta, vel negotia cognitionis fidei ſunt cognita, fateamur neceſſe eſt, doctores Scholaſticos SIMUL OMNES IN FIDE, ET MORIBUS ERRARE NON POSSE ». Mitto dicere, quid Lutherus, Melanthon, Calvinus, Janſenius de Scholaſticorum placitis communibus ſenſerint. Conſuluntor Canus *ibid.* & Annatus in Auguſtino a Bajanis vindicato *lib.* 1. *cap.* x. *pag.* 66. *edit. Pariſ. an.* 1652. *& cap.* xi. *ſeqq. pag.* 69. *ſeqq.*

1 *Pag.* 256. *ſeqq. edit. Baſſanen. an.* 1746.

2 Cadonicus *in Proœmio* operis inſcripti: *Vindiciæ Auguſtinianæ ab Imputatione Regni Millenarii pag.* 3. *edit. Cremon. an.* 1747. » Aliquid minus, *inquit*, jam recitata elogia » (*quibus Sancti Patres, Concilia quædam, Pontificeſque Maximi S. Auguſtinum ornaverant*) » æſtimanda mihi videbantur, quandoquidem in re » non INFIMI MOMENTI » (*viden ut rem gravem hanc eſſe, de qua agimus, Cadonicus fateatur? Caveat igitur ſibi a Cano*) » omnino diverſa ſententia » (ab ea quam Cadonicus Auguſtino falſo tribuit) » jure prævaluiſſet APUD OMNES » THEOLOGOS, quos non vidiſſe, quæ ego videram, arbitrari nimis frivolum putabam; aliter autem intellexiſſe, quam ego intelligebam, nonniſi ma-

» gnis

Digitized by Google

ceſſiſti ſæpe,& tui vindices confitentur [1], omnium te Scholaſticorum evertere conari ſententiam? Non nego, inquies. Quæ igitur cauſa eſt, quamobrem ab utraque, aut ſaltem ab alterutra animadverſione Cani (cui tribui plurimum a tuis defenſoribus video) tibi metuendum non arbitrere?

Metuerem fortaſſe, dices, ſi illi ipſi Theologi, (quorum eſt ſumma in communi placito de Sanctis Veteris

nnn 2 Te-

» gnis adductos rationibus opinari debebam. Ex eorum autem collatione nihil » uſque nunc tam aptum tenuitati meæ ſe obtulit, quo apud me ſoliditas perturbetur Auguſtinianæ ſententiæ, qua ſanctos illos jam eſſentialiter beatos ante » Chriſtum paſſum . . . conſtanter ſæpiſſimeque declarat, & in facie Eccleſiæ enixe probat, atque defendit «. Poterat ne quiſquam clarius dicere ſeſe de re gravi adverſus *Theologos omnes diſſerere?* Minuit quidem paulo poſt, atque extenuat, quod de re NON INFIMI MOMENTI affirmarat, ſed pergit dicere certamen ſibi eum univerſis Scholaſticis eſſe. » Fateor, *inquit pag.* 5., me, dum Scho„ laſticos contraria in hoc docere cognovi, quæſtionem hanc taliter intueri cœ„ piſſe, qualiter eas ſolemus, in quibus quid potius ſentiendum ſit, non inuti„ liter inveſtigantium exercentur ingenia „. Verumtamen rurſum ad ingenium redit; *ſoliditateque fidei, & rationis* ea, quæ ipſe de Sanctis Veteris Teſtamenti ante Chriſtum beatis excogitavit, docuiſſe IN FACIE ECCLESIÆ CONTRA HÆRETICOS Auguſtinum pugnat. Scribit enim *pag.* 7. hoc modo: „ Quaſi ipſe „ (Auguſtinus) non SOLIDITATE FIDEI, ET RATIONIS, ſed ſubtilitate „ tantum ingenii aliqua in FACIE ECCLESIÆ docenda putaverit, quæ nunc ve„ luti vana, & fundamentis deſtituta eſſent. HUJUSMODI EST QUÆSTIO, „ de qua ſupra aliquid tetigi „ (nempe de *beatitate eſſentiali Sanctis Vet. Teſtam. ante Chriſti mortem conceſſa*) „ quam tamen Sanctus Pater CONTRA HÆRETI„ COS, ET PRÆCIPUE PELAGIANOS EXPRESSE PRÆDICAVIT, & quæ, „ ubi ad trutinam reducatur, MAXIMAM ÆDIFICATIONEM NOSTRIS, MA„ XIMAMQUE DOCTRINAM HÆRETICIS SUPPEDITABIT, ATQUE SCHIS„ MATICIS, ut vel in pluribus, & magnis rebus abſque effugio convincantur, „ vel ultro a ſuis erroribus, Deo adjuvante, reſipiſcant „. Niſi autem gravis res ejuſmodi eſt, quæ tam magnam & noſtris ædificationem, ut in dogmate confirmentur; & hæreticis, atque Schiſmaticis *doctrinam*, ut reſipiſcant, ſuppeditat, quæ demum eſſe *res gravis* poſſit, Cadonicus viderit. Ita fluctuat homo. Modo ait, modo negat, ut quique rerum novarum ſtudioſi ſolent. Rurſum Cadonicus in altero opere, cujus hæc eſt epigraphe: *D. Aurelii Auguſtini quæ videtur ſententia &c. cap.* II *num.* I. *pag.* 4. *edit. Veneta an.* 1763. » OMNES, inquit, Theologi *conveniunt animas illas deſtitutas fuiſſe viſione Dei, in qua beatitudo conſiſtit.* Idipſum docet *in Præfat. ejuſdem operis*.

1 Videatur Dalhamus *in Hiſt. Quæſtionis, & Voto*. Hanc Hiſtoriam, ſeu potius fabulam tranſtulit Cadonicus in poſtremum opus illud, cujus eſt modo a me facta mentio. Atque operis ejuſdem *pag.* XXIV. Dalhamus ſic ſtatuit: » Erunt omnino » nonnulli, qui hanc Cadonici ſententiam virgula ſevere feriant, & criminentur » audaciam illius VENERANDO SCHOLARUM CŒTUI INSULTANTEM. » Illos vero commonitos velim non ſibi cum Cadonico, ſed cum tantis Eccleſiæ » luminibus Auguſtino, Hilario rem eſſe «. Quam falſum autem id ſit, poſt videbimus. Cadonico aſſentitur Feltrius in ea *Diſſertatione*, quæ eſt *de S. Hilarii Pictavorum Epiſcopi de Piorum ſtatu in ſinu Abrahæ, ante Chriſti mortem, ſententia: edit. Neapol. an.* 1762. *pag.* 6. *in not.* Confer quæ ipſe ſcripſi *pag.* 399. *hujuſce operis not.* 1.

Teſtamenti non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, tuendo, adſerendoque concordia) in ceteris non diſſiderent. At qua demum de re diſputantes inter ſe diſſident? Sanctus Thomas [1], inquis, Sanctorum eorumdem animas tunc in doloribus, ait, fuiſſe; id vero *recentiores Theologi* vehementer negant. Atque his quidem *rigida* videtur eſſe Angelici Doctoris opinio. Siccine agis Cadonice? Cedo, quis nam ille ſit tamquam ſenatus recentium Theologorum, quibus opinio Thomæ videatur, ut ſcribis, *rigida*. Horum tu nullum nominas. Quare quem nominares, etſi diu quæſieris, inveniſti tamen omnino nullum. Nam ullum ſi inveniſſes, non dubito, quin & nominaſſes; & eum, in quo a Thoma diſſentiret, indicaſſes, ut alias conſueſti, locum. Ego vero *recentiorum Theologorum* ſi minus omnium, at plurimorum certe libros pervolvi; ſed in his nihil reperi, quod cum S. Doctoris placitis componi commode nequiret. Quod ſi horum plerique omnes, in *requie* ſanctos illos, ante Chriſti mortem, fuiſſe ſtatuunt, quod item ſtatui ab antiquis Theologis, in primiſque a Thoma intelligo, qui Sanctos eoſdem ſpei certæ, qua ducebantur, cauſſa magnum gaudium [2] habuiſſe docet; qui tamen *recentiorum Theologorum* aut negarit, aut dubitarit, ob dilatam ſanctis ipſis beatitatem conſiſtentem in intuitiva viſione Dei, quidquam eos mœroris, triſtitiæque ſenſiſſe, inveni neminem. Non repugnat autem, quod alio loco animadverti [3], ut qui unius rei cauſſa in requie ſit, idem conſideratione rei alterius triſtetur, ac mœreat. Quæ cum

1 Cadonicus *Præfat. Vindiciar. pag.* 4. *edit. Cremon. an.* 1747. & *pag.* 5. » Spero » futurum, *inquit*, ut nec Thomiſtæ mihi ſuccenſeant, ſi ſuum doctorem me » non ſequi præſentirent, a quo recentiores multo ante deſciverunt, velut in hoc » nimis rigido; nec ipſimet recentiores iraſcantur, dum eorum placitis me non » acquieſcere jam intelligunt, quæ a D. Thomæ doctrina valde abeſſe ſatis nove» runt ». Hoc idem multis aliis in locis repetit, ut *cap.* 1. *pag.* 11. & *cap.* II. operis inſcripti: *D. Aurelii Auguſtini, quæ videtur ſententia*: *pag.* 5. *edit. Veneta an.* 1761. Conſentit Cadonico Dalbamus *in Hiſtoria Quæſtionis*, & *Voto*: *ejuſdem operis Cadoniciani pag.* XXII. *ſeq.*

2 III. *P. Summæ Theologicæ qu.* LII. *art.* V. *ad* I.

3 *Pag.* 246. *ſeqq. hujuſce operis.*

cum ita ſint, ne ſpera, te inanibus commentis implicare Lectores tuos, deterrereque a communi Theologorum ſententia probanda poſſe.

Quì poteris autem, ſi ea etiam, quam es commentus, diſſenſione Theologorum conceſſa; id tamen commodi non ſequatur, quod inde putabas, te demum eſſe capturum. Cur enim Theologorum commenticias pugnas illas commemoraſti, niſi ut efficeres, eos, quibus eſſet de requie Sanctorum Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ conſtitutorum certatio, etiam ſi illud proponant, quod ipſorum ſit omnium firmatum conſenſu, audiri non oportere? At quotus quiſque eſt, quin id cernat, non eſſe conſequens? Quiſquam ne tam eſt imperitus Theologicarum rerum, ut neſciat, quam inter ſe Theologi de *Materia*, quam dicimus, *Ordinis*, *Confirmationiſque* diſſideant? Quid? An conſequens hinc eſſe defendes, iis qui de *materia*, *formaque* certent, auſcultandum ne tum quidem eſſe, cum conſentientes in Sacramentis novæ legis *Confirmationem*, atque *Ordinem* numerant? Id vero, niſi errans, defendes numquam. Referti ſunt ſimilibus exemplis libri Theologorum. Sed his duobus contenti ſimus.

At definitum jam ab Eccleſia eſt, inquies, Confirmationem, atque Ordinem vim, rationemque obtinere Sacramentorum. Quid? Antea quam definitum eſſet, fas ne cuiquam erat communi ea de re dogmati omnium Theologorum reſiſtere, ob eam, quæ inter ipſos eſt de *materia*, *formaque* diſſenſionem? Quod ſi fas non erat (alioqui accuſati erroris ii, qui reſtiterant, non fuiſſent, neque eorum damnandorum cauſſa Epiſcopi in Synodum conveniſſent) qua tu confidentia ob fictas abs te de *requie &c.* concertationes illas Theologorum, ei ſententiæ (de Sanctis Vet. Teſtam. non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus deſcendiſſet ad inferos) obſiſtes, quam Theologis iiſdem omnibus vehementer probari confiteare: cum præſertim

re-

requies, & *mœror* cum eo ſtatu, quo Sanctos Veteris Teſtamenti fuiſſe ante Chriſtum Theologi dicunt, conſiſtere, atque intelligi, plane poſſint; Sacramenta autem Novæ Legis, ita ut inſtituta a Chriſto ſunt, ſine *materia*, & *forma*, non modo non conſiſtere, ſed ne intelligi quidem poſſint?

Ego vero, inquies, controverſiam, quæ de *tempore* eſt, cum ea quæ eſt de *dogmate*, miſceri, confundique non patiar. Quorſum iſtud? Quia ut ab defenſoribus meis, qui iſthic agunt, accepi, inquies, quæ de *Confirmatione*, & *Ordine* (locum ne in Sacramentis obtineant?) controverſia novarum rerum ſtudioſis cum Theologis Catholicis univerſis olim fuit, ea omnis de *dogmate* fuit: contra quæ de Patribus Veteris Teſtamenti (beati ne aſpectu Dei ante Chriſti mortem, nec ne fuerint?) inter me, ac Theologos quoſque èxorta eſt, hæc quanta quanta eſſe videtur de *tempore*. Non enim de [1] *meritis redemtionis, ſeu de meritis paſſionis Chriſti* agitur, *ea ne fuerint, quæ quoque tempore, jam uſque ab initio mundi, dederunt, dantque gratiam, juſtificationem, ſalutem æternam, ſive hæ res conſiderentur in Veteris, ſive in Novi Teſtamenti Sanctis, quorum illi habuerunt in venturum; hi habent in Chriſtum, qui jam venit, fidem, quod quidem dogma eſt; ut eſt etiam illud dogma de gloria, beatificaque viſione, quæ ſit effectus meritorum*

1 Sic enim hi ſcribunt: » Si fa gran ſtrepito, e ſi ſcrivono libri ſu una queſtione » per ſe ſteſſa tenuiſſima, e che riguarda il tempo, e non il dogma. Il dogma è, » che i meriti della Redenzione di Criſto ſiano quelli, che in qualunque tempo » fin da principio del mondo hanno dato, e danno la grazia, la fede, la giuſtifi» cazione, la ſalute eterna, o queſte coſe ſi conſiderino ne' Giuſti, e Santi dell' » antico Teſtamento, che aveano la fede in Criſto venturo; o ſi conſiderino ne' » Giuſti, e Santi del nuovo Teſtamento, che hanno avuto, e hanno la fede in » Criſto venuto. E dogma pure, che la gloria, e viſione beatifica è un effetto » de' meriti della Redenzione di Criſto. Si eſtendono gli effetti della detta Re» denzione al tempo del vecchio Teſtamento per ciò, che appartiene alla grazia, » alla fede, alla giuſtificazione, alla ſalute eterna; e poi non ſi vogliono eſten» dere per quello, che riguarda la viſione beatifica, ch'è una conſeguenza di » tutte quelle coſe. Dunque la controverſia tutta batte ſul tempo o più lungo, o » più corto. Gran queſtione! Molte queſtioni ſi ſono avute da' Teologi, e Scola» ſtici ſu i tempi, e ſi ſono laſciate dibattere impunemente. L'anno della morte » di Criſto, gli anni dell'età ſua, gli anni della creazione del mondo, gli anni » dell'era volgare &c. ſervano di eſempio, e chetiamoci una volta ».

rum redemtionis Chriſti ; ſed agitur *de tempore aut longiore* , *aut breviore* .

Equidem mirari ſatis non poſſum , unde ad iſtam opinionem hi tui vindices venerint . Sed hos mittam . Tu qui his forſitan aſſentire , quorſum iſta evadat , attendito . Igitur quoniam de Sanctis Vet. Teſtamenti (beati ne viſione Dei ante Chriſti mortem , an poſt eſſe cœperint ?) inter nos eſt orta contentio ; ſumitis , eam nonniſi de *tempore longiore* , *brevioreve* eſſe , ac propterea eſſe omnem de *tempore* . Sumet alius : ergo quæ ab Latinis quibuſdam , multiſque Græcis e ſchiſmate Photianorum contra Theologos pleroſque omnes agitata quæſtio fuit de Sanctis , ſtatim ne poſt mortem intueantur Deum , an extremo mundi tempore viſione Dei beati futuri ſint , de *longiore* , *brevioreve tempore* erit , adeoque omnis erit de *tempore* . Rurſum , ſi quis *prima* die , non *tertia* Chriſtum *reſurrexiſſe a mortuis* dixerit , is de *breviore* , *longioreve tempore* ſe , proindeque de tempore ſolum egiſſe , recte dicet . Recte item , qui decima , aut viceſima , aut triceſima , *non quadrageſima* ab *reſurrectione* die Chriſtum ad cælos aſcendiſſe ſtatuat . Sexcenta ſunt generis ejuſdem . Illud palmare , quod (ſi quidem reſponſioni iſti veſtræ vis ineſt ulla) cavendum vobis ſit , ne Judæi quoque ſibi tale quidpiam ſumere non inepte poſſint . Nam vereor , ne freti ratione iſta tam præclara veſtra , injuſte ſecum a Chriſtianis agi querantur . Non enim de Meſſia , qua in re *dogmatis* conſtituta ſit ratio ; ſed de Meſſiæ adventu , dicent , hoc eſt , venerit ne ille , an nondum venerit , ſeu de *longiore* , *brevioreve* expectationis ejus tempore , uno verbo , de *tempore* inter ipſos , atque chriſtianos certamen eſſe . Quod ſi horum , quos memoravi , nemini id licet ſumere , qui demum licebit vobis contra Theologos orthodoxos omnes hac de quæſtione (quæ eſt de Sanctorum antiqui fœderis beatitate) agentibus ? Atque unus eorum aliquis fortaſſe , vos ipſos imitatus

tatus clamabit: *O magnam quæſtionem! Multæ quæſtiones habitæ ab Theologis, & Scholaſticis ſunt de temporibus, quas agitari impune permiſſum eſt* [1].

Illi, inquies, viderint, quid ſint, quam recte, quamque vere dicturi. Nam, quod ad rem veſtram attinet, ſat vos habere arbitramini, ſi quæ veſtri dogmatis aut tuendi, aut ab invidia liberandi cauſſa ſumitis, confirmare exemplis poſſitis. Exempla autem vobis ſunt in promtu *de anno mortis Chriſti, de annis ætatis ejus, de annis creationis Mundi, de annis vulgaris æræ* [2]. Quæ quidem ubi protuliſtis, non ſecus atque ſi data vobis dictatoria in republica populi Chriſtiani poteſtas eſſet, infimis, mediis, ſummis jubetis, ut tandem aliquando faciant adverſus vos diſputandi finem. Sed pace veſtra dictum id volo: genus iſtud exemplorum, quo vos tantopere confiditis, non eſt ſimile. Iis enim de rebus, e quibus exempla petitis, magna (quod ne vos quidem diffitemini) diſſenſione Theologorum certatur; at contra, quod eſt de reſerato Chriſti morte cælorum regno, hoc eſt paradiſo, qui occluſus ad id uſque tempus (pœnæ peccati ab Adamo admiſſi, inque poſteros propagati cauſſa) fuerat: quod item eſt de auctis tunc primum beatitate conſiſtente in viſione Dei, ereptiſque ex inferis, ſeu e limbo Sanctis Veteris Teſtamenti: quodque demum in triumphis Servatoris ejuſdem Chriſti jure a Majoribus noſtris numeratum eſt, id ſummo omnium Theologorum conſenſu non modo ut conſtans, ut firmum, ut certum, ſed ut divina etiam traditione certum [3] proponitur. Qua ex re quoque intelligitur, non de *tempore* ſolum vobiſcum nos agere, ſed etiam de triumphis Servatoris Chriſti, qui morte ſua devicit mortem, qui clauſis aperuit, qui aſcendens in altum captivam duxit captivitatem.

Denique quod ſatis magnum argumentum cenſetis eſſe,

1 Vide *notationem ſuperiorem*.
2 Confer *eamdem notationem*.
3 Quod & oſtendi, & mox etiam copioſius demonſtrabo.

eſſe, cujuſmodi ſit, cognoſcite. Sic autem ſtatuitis [1]: *Gloria, viſioque Dei beatifica ſunt effectus redemtionis Chriſti*. Concedimus. Pergitis porro: *Atqui extenduntur effectus redemtionis ad Veteris Teſtamenti tempora, quod attinet ad gratiam, ad fidem, ad juſtificationem*. Conveniat id quoque neceſſe eſt. Eſt *ergo* (ſic enim concluditis) *effectus redemptionis, quod etiam attinet ad viſionem beatam, extendendus ad antiqui Teſtamenti tempora*. Quem vobis hoc daturum ſperatis? Nam ſi iſto modo concludere liceret argumenti ſententiam; concluderent alii, ergo Sanctorum, qui Veteris Teſtamenti tempore deceſſerant, animæ in cælo erant: ergo ſuis ſunt rurſum junctæ corporibus, atque his quidem *agilibus*, *ſubtilibus*, quid multis opus eſt? uno dicam verbo, *glorioſis*. Nam & aditum regni cælorum patefactum Sanctis, & reſurrectionem, & gloriam corporum effecta eſſe novimus, fructuſque redemtionis. Quodſi in hiſce poſtremis rebus obſiſtitis: quid eſt, quod vos Dei viſio Sanctis ad Chriſti mortem dilata conturbet?

Atenim aditum cælorum Chriſti morte, adſcenſuque ad cælos apertum eſſe; reſurrectionemque corporum, horumque gloriam ad mundi extremum diem differendam & Scriptura, & Traditio divina docet.

Quid? hoc te, Cadonice, quod de dilata Sanctis Veteris Teſtamenti beatitate ad mortem Chriſti defendimus, Traditio ipſa non docet? Niſi enim doceret, non una omnium eſſet Theologorum, omniumque, ut oſtendi, Chriſtianorum, neque tam concors ſententia. Nam Orthodoxorum quorumque ad unam, eamdemque ſententiam, præſertim in explicando aliquo Symboli articulo conſpiratio, ut ſupra demonſtratum eſt, indicium eſt patens ſtabilis, ſacriſque Litteris conſentaneæ, exque Apoſtolis afflatu doctis, inſtinctuque divino manantis traditionis.

Sed præter Suareſium, inquies, & Graveſonium, Scholaſticorum nominari audio neminem, qui Chriſti de-

ooo ſcenſu

1 Vide *not. 1. pag. 470. hujus operis*.

Digitized by Google

ſcenſu ad inferos animas Sanctorum Veteris Teſtamenti beatas aſpectu Dei eſſe cœpiſſe, vindicataſque in libertatem fuiſſe, ſententia Eccleſiæ Catholicæ, Traditioneque divina conſtare diceret.

Sit ita quidem. Rogo nunc, fuerit ne quiſquam, qui contra ſenſerit? Nullus profecto. Nam ſi fuiſſet, diſputando, docendo, ſcribendo caviſſet, ut ne, quæ doctrina Eccleſiæ non eſſet, eadem a quoquam duorum illorum Theologorum exiſtimatione permoto, certi dogmatis, divinaque auctoritate conſtantis loco haberetur. Eſt autem a Cardinali Perronio in eo libro, quem de controverſiis cum Angliæ Rege ſcripſit, animadverſum: credendum eſſe, Eccleſiam de re fidei illud ſenſiſſe, quod, nullo orthodoxorum diſſentiente, traditum uti certum ab aliquo Doctorum fuiſſe liqueat. Quod ne Rex quidem ille Angliæ negavit, etſi partes tuebatur hæreticorum. Cum igitur, nullo orthodoxorum diſſentiente (quod quidem vel concedis, vel ingratiis concedendum eſt tibi) Graveſonius, ac Suareſius, certam hanc eſſe, quam tuemur, doctrinam, divinaque traditione nixam teſtati ſint, quid eſt, quod ſecus eſſe judicandum putes? An evertendas, fundituſque delendas eas regulas, dices, eſſe, quas majores noſtri Eccleſiæ dogmata adverſus hoſtes Catholici nominis defenſuri conſtituerunt?

Age vero ſi Theologi ceteri tam clare, tamque perſpicue tenendam *fide certa*, vel *ab Eccleſia doceri* noſtram ſententiam non ſcripſiſſent; ſed eam ſolum, nihil repupugnantes Suareſio, Graveſonioque idipſum ajentibus, nihilque hæſitantes enunciaſſent; annon eam ut compertam, indubiam, teſtatam, *fide certa tenendam* haberi oporteret? Quot ante Berengarii tempora Theologi, Patreſque fuerunt, qui re quidem vera præſentem Chriſtum adeſſe in Euchariſtia, *dogma fidei*, aut *dogma certum* eſſe, aperte profeſſi fuerint? Perpauci ſane, iique non veteres. Sed quoniam reliqui omnes, qui ea de re ante Berenga-

rii

rii ætatem egerant, nihil hæſitantes affirmarant, re ipſa Chriſtum in Euchariſtia extare; ſatis id Theologis orthodoxis fuit, ut factio Berengariana, ſtatim atque exorta eſt, accuſaretur hæreſeos crimine. Rurſum quotus quiſque fuit Scriptorum eorum Eccleſiaſticorum, quos Auguſtinus in libris contra Julianum, inque *imperfecto* adverſus eumdem Julianum opere nominavit, qui *fide tenendum*, qui *Eccleſiæ Catholicæ ſententiam*, qui rem *certam* eſſe teſtatus explicate ſit, quod de peccato originali Auguſtinus ipſe fidei eſſe dogma ita defendit, ut Pelagianos, qui contra pugnare auderent, ante etiam, quam fuiſſent ab Eccleſia damnati, in hæreticis ponendos judicarit? Quod ſi nullus fuit (nullum autem eſſe, eorum teſtimonia, quæ Auguſtinus collegit, indicant) modo perſtes vim doctrinæ certæ, traditioneque divina conſtantis negare ei, quam clare, explicateque Theologi ſuperiores certam, traditioneque divina conſtantem non dixerint; quid tibi erit reliqui, niſi ut vel Auguſtinum reprehendas, qui, quod eſſe certum, fideque tenendum ne ii quidem Eccleſiaſtici Doctores, quorum auctoritate nititur, tradidiſſent; certum nihilo ſecius, atque ita tenendum fide ſtatuerit, ut contra ſentientes in hæreſeos invidiam vocarit: vel quod Theologi quique de Sanctis Vet. Teſtam. non ante Chriſti mortem beatis viſione Dei, nihil Suareſio, & Graveſonio repugnantes, nihilque hæſitantes affirmaverunt; idipſum uti certum, Eccleſiæque Catholicæ ſententia retinendum eſſe confiteare? Si vero ea de re quemquam dubitaſſe exiſtimas, ne committe, quæſo, is ut nos fugiat. Tibi autem ſic confirmo, quemcumque appellaris ejus dubitationis teſtem, tam eſſe te falſo appellaturum, quam appellaſti falſo Nicetam, & Fevardentium.

Verum quid multis te moror? Nego, præter Suareſium, & Graveſonium, qui certum id dogma eſſe diceret, Theologorum fuiſſe neminem. An tu Johannem Laurentium Bertium Eremitam Auguſtinianum ex ſerie Theolo-

Digitized by Google

logorum tollendum cenſes? At is de Articulo Symboli quarto diſſerens [1]: *nugari hæreticos*, ait, *circa vocabulum ᾅδου, ut ſuadeant imperitis DESCENSUM CHRISTI AD INFEROS, ET LIMBUM VETERUM PATRUM ESSE COMMENTUM SCHOLASTICORUM*. Jam vides tu quidem quo te numero Bertius habeat, ut qui commentum eſſe Scholaſticorum, quod de limbo Veterum Patrum defendimus, perſuadere imperitis hominibus conere. Sed miſſum id faciam. Illud interea tenebo: eum, niſi quod eſt de limbo certum, ſententiaque Eccleſiæ Catholicæ ratum eſſe judicaſſet, numquam id fuiſſe cum dogmate de Chriſti deſcenſu ad inferos conjuncturum, neque in nugis *HÆRETICORUM* numeraturum contentiones περὶ τοῦ ᾅδου, ut imperitis perſuadeant, & deſcenſum Chriſti ad inferos, & limbum illum commenta eſſe Scholaſticorum. Quid? Gallus Carterius Monachus Benedictinus nonne tradit [2] *orthodoxos omnes communi ſuffragio nomine inferni intelligere inferiores partes terræ, quas limbum vocamus, ad quas deſcendit anima Chriſti poſt mortem, ut inde animas Patriarcharum &c. erueret expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei*? Scilicet hoc reſtat, ut eum in incertis, dubiiſque rebus id poſuiſſe dicas, quod idem teſtetur, *ORTHODOXOS OMNES COMMUNI SUFFRAGIO INTELLIGERE*. Quid Auguſtinus [3] Calmetius?

1 *De Theol. Diſcipl. lib.* XXII. *c.* VII. *ad art.* IV. *Symb. to.* IV. *edit. Rom. an.* 1714.
2 Confer quæ ſcripſi *pag.* 408. *hujus vol. not.* 10.
3 *In Prolegomenis, & Diſſertationibus in omnes, & ſingulos Sacræ Scripturæ Libros: tom.* II. *Diſſert. de Reſurrectione PP. quo tempore Chriſtus rediit ad vitam pag.* 421. *edit. Lucenſis an.* 1729. » Aſſerimus tandem, contigiſſe facile, ut non» niſi poſt Domini reſurrectionem, adeoque poſt REDITUM EJUS AB INFE» RIS (eo enim deſcendiſſe poſt obitum ad liberandas Sanctorum animas in ejus » expectationem arrectas FIDES DOCET) ſanctos illos vitæ reſtituros ». Idem *in cap.* XV. *Epiſtolæ S. Pauli ad Hebræos verſ.* 40. *tom.* VIII. *Commentariorum in Sacra Biblia: pag.* 644. *edit. Lucenſis an.* 1738. poſtquam ejus capitis v. 40. *Deo pro nobis melius aliquid providente* interpretatus de reſurrectione omnium eſt: » Alii, *inquit*, magno numero *verbis illis Pauli intelligi* putant ID, » QUOD IPSA ECCLESIÆ FIDES SERVAT, ante Chriſti reſurrectionem cæ» lorum fores non patuiſſe, juſtoſque in IMA TERRARUM PARTE verſan» tes beatiſſimos quidem, non TAMEN GLORIÆ COMPOTES, EXPECTASSE » LIBERATOREM &c.

Digitized by Google

metius? Quid Bernardus Lamius [1]? quid Verthamonius Epiſcopus [2]? Quid Henno [3]? Quid Maximus a Valentia [4]? Quid Meſenguius [5] etiam, & Pougetius [6], qui omnes hoc, quo vivimus, ſeculo aut libros Theologicos, aut Commentaria in Sacram Scripturam, aut Catecheſes ediderunt; annon veterem, communem, pervulgatam de ſtatu Sanctorum Patrum in Abrahæ ſinu ante Chriſti mortem ſententiam & contineri articulo Symboli „ *deſcendit ad inferos* „ & ab *Eccleſia* doceri, & *credi* propterea ab Catholicis oportere ſcripſerunt? De Theologis [7] autem, quos Polemicos appellamus, quique hoc eodem ſeculo floruerunt, quid dicam? quos numquam concedam, tam acriter eam ipſam ſententiam adverſus judæos, atque hæreticos fuiſſe propugnaturos, niſi conſtantem eſſe, firmam, certam, omnibus probandam crediđiſſent.

Quod ſi ſatis tibi hos eſſe inficiere, cognoſce quam multi

1 *Libro* v. *in Harmoniam, ſeu Concordiam Evangeliſtarum cap.* xxxv. *v.* 14. 42. *pag.* 591. *ſeq. edit. Pariſ. an.*1699. » Doctrina eſt VETERUM PATRUM, *inquit*, » Chriſtum morientem deſcendiſſe ad illam ſedem, IN QUA PIORUM ANI- » MÆ TRANQUILLE AGEBANT EXPECTANTES MELIOREM STATUM, » quamque ideo aſſimilaverunt Judæi horto voluptatis *Gen eden*, ubi primum » collocatus fuerat Adam. Cum autem ſedes illa eſſet inviſibilis perinde ac ANI- » MARUM INFELICIUM LOCUS; pariter & dicebatur ᾅδης, quæ vox reddi- » tur a noſtris *inferi*. Ad illa loca, quocumque nomine appellentur, Jeſum de- » ſcendiſſe, ut HACTENUS IN ECCLESIA ORTHODOXA CREDITUM EST, » demonſtrat id quod promiſit latroni, *mecum eris in Paradiſo*. Ita ARTICU- » LUS SYMBOLI » *deſcendit ad inferos* » non tantum DOCET, Jeſum vere mor- » tuum, & concluſum ſepulcro, quod interdum ſignificatur nomine *inferi*, ſed » & reipſa ADIISSE LOCUM PIORUM, qui corpore ſoluti expectabant mortem » ejus, qua recluderetur eis locus adhuc FELICIOR in cælo „.

2 Vide *pag.* 410. *hujuſce operis not.* 10.

3 Confer *pag.* 412. *hujus operis not.* 2.

4 Vide *not.* 1. *pag.* 411. *hujus operis*.

5 Vide ſupra *pag* 413. *not.* 3.

6 Is hanc explicationem Articuli Symboli de deſcenſu Chriſti ad inferos *habitam ſemper fuiſſe*, ait, *pro dogmate fidei*. Vide *notat. pag.* 371. *hujuſce operis*. Meſenguius, & Pougetius homines de Appellantium grege non minus ſe Auguſtinum ſequi jactabant, quam modo jactet Cadonicus.

7 Ut de Ludovico S. R. E Card. Gottio, de Petro Daniele Huetio, Franciſco Van-Ranſtio, Bernardo Ribera, Davide Huguenino, Cajetano Merario, Claudio Sommerio, Johanne Scheumachero, Hyacintho Tonto Eremita Auguſtiniano, Felice Verano, Nicolao Comneno Papadopulo, Franciſco Maria Ferrettio, Paulo Medice, quorum & libros, & loca, in quibus hac de re agunt, indicavi *a pag.* 408. *hujus operis ad pag.* 413.

Digitized by Google

multi paria dixerint, docuerint, ſcripſerint ſeculo ſuperiore. Adamus Tannerus, Johannes Baptiſta Caſalius, Dionyſius Petavius, Euſtachius a s. Paulo, Johannes Dominicus Maurus, Amelotius Oratorii D. J. in Gallia Presbyter, Zacharias Boverius, Baſilius Sveſſionenſis, Lazarus Andreas Bocquillotius, Johannes Laurentius Neeſenius, Laurentius Beyerlinckius, Johannes Matthæus Caryophilus, Ludovicus Abellyus, Marinus Merſennius, Cornelius a Lapide, Carolus Dorronius, Raphael Averſa, Benedictus de Benedictis, Amadeus Antoniottus, Jacobus Marchantius, Julius Moroſinus, ſententiam quidem noſtram *certam, communemque doctrinam eſſe*, atque *ex fide certam videri*, teſtantur [1]; quin etiam ut indubiam, antiquitatiſque Chriſtianæ auctoritate conſtantem exhibent [2]: *& omnium Patrum conſenſione firmam* [3], *eſſeque fidei noſtræ ſatis, & pro certo tenendam* [4], *& fide propoſitam* [5], & tam Chriſti teſtimonio ſtabilem, ut *Proteſtantes*, ſi eam oppugnarint, contra atque Chriſtus ipſe Nicodemo dixerit, decreturi ſint [6]; *& dogma* eſſe *religionis orthodoxa* injuria a Calvino *fabulam* appellatum [7], *& myſterium* [8], *& credendum*

1 Vide Tanneri locum ſupra *pag* 415. *not.* 6.

2 Joh. Bapt. Caſalius in opere *de Veteribus Ægyptiorum, Romanorum, & Chriſtianorum Ritibus cap.* XCVII. *pag.* 478. *edit. Roman. an.* 1644. De limbo, *inquit*, » SS. Patrum OMNES CONFITENTUR fuiſſe ſinum Abrahæ, in quo Lazarus » quieſcebat... CERTUM EST, Chriſtum Dominum fuiſſe loquutum juxta » COMMUNEM OMNIUM SENSUM ut tunc temporis COMMUNITER OM- » NES CREDERENT... NOTUM EST OMNIBUS Paradiſum terreſtrem clau- » ſum fuiſſe primis parentibus, eorumque poſteris, donec in diem Aſcenſionis » duxit Chriſtus ſecum in cælum Sanctos Patres, quos e LIMBO eduxerat ».

3 *Dionyſius Petavius to.* IV. *Theologicor. Dogmatum P.* II. *lib.* XIII. *cap.* XVIII. *num.* V. *pag.* 372. *edit. Pariſ. ann.* 1650. » Sed utcumque, *inquit*, de inferorum » regione illa, ad quam delapſus eſt Chriſtus, exiſtimetur; CERTUM EST » hunc ad eam ſaltem veniſſe, in qua Sancti Teſtamenti Veteris tamquam carcere » claudebantur: ut Græci, Latinique tot a nobis recenſiti Patres ſignificant. Pro- » inde CASTIGANDA eſt illorum AUDACIA, qui eoſdem Sanctos negant in ſub- » terraneo aliquo reſervatos loco, ibique inventos a Chriſto, & ad perennem » gloriam evocatos fuiſſe: quod FIDEI NOSTRÆ eſt ſatis ».

4 Vide ſupra *p.* 414. *not.* 10. Euſtachii a S Paulo Fulltenſis locum.

5 *Doceri* eam a *fide* ſcribit Dominicus Maurus. Vide *p.*414. *hujus operis not.* 11.

6 Amelotius, ut *pag. hujus operis* 414. *not.* 15. *Niſi Proteſtantes*, inquit (*gloriam Abraha*) *dare velint ante Chriſtum contra teſtimonium, quod ipſe* (*Chriſtus*) *dedit Nicodemo*.

7 Confer locum Zachariæ Boverii *not.* 4. *p* 415. *hujus operis*.

8 Baſilius Sveſſionenſis *p.* 415. *hujus operis not.* 12.

Digitized by Google

dendum ut Articulo Symboli quinto comprehenſum [1], *& id nos in Symbolo profiteri* [2], *& fide tenendum* [3], *& audacis* eſſe id ipſum negare, ductique *judaico ſenſu*, ſi loca ſcripturæ aliorſum contorquere atque illa poſtulat, conetur [4], & hoc ipſum *ſignificari verbis illis Symboli Apoſtolici „deſcendit ad inferos* [5] „ & vindicandum eſſe *a calumniis hæreticorum* [6], *& perverſe* id oppugnari a Beza [7], & nemini eſſe ignotum [8], *& fidem myſterii continere* [9], *& impie rejici ab hæreticis, quorum caterva doctrina a dæmonibus invecta omnino proſcinditur, & rejicitur a Catholicis* [10]; *& certam præterea credendam* eſſe ſententiam eamdem noſtram, *cum dicitur animam Chriſti deſcendiſſe ad inferos* [11], *ac certam quidem ex Scripturis, & Patribus* [12], proindeque *a nobis Chriſtianis creditam* [13] tradiderunt. Neque vero his quiſquam reſtitit. Immo non ſolum ceteri Scriptores doctrinam eamdem noſtram ita explicarunt, litteriſque conſignaverunt, nullum ut umquam dederint hæſitationi locum; ſed etiam adverſus recentiores judæos, hæreticoſque monumentis Scripturarum, & Traditionis freti defenderunt. Atque in horum defenſorum numero fuerunt Martinus Becanus, Dominicus Gravina, Thomas a Jeſu, Leo Allatius, Petrus Arcudius, Jacobus Gretſerus, Johannes Georgius Rhetus, Matthias Danæus, Aloyſius Benetellus. Joſephus Voyſinius, quorum ſunt a me indicata opera a pag. 413. ad 422.

Abea-

1 Lazarus Andreas Bocquillotius *ibid. p.* 415. *not.* 11.
2 Laurentius Beyerlinckius *ibid. p.* 416. *not.* 2.
3 Johannes Laurentius Neeſenius *ibid. p.* 416. *not.* 1.
4 Caryophilus *ibid. p.* 417. *not.* 3.
5 Ludovicus Abellyus *ibid. p.* 417. *not.* 4.
6 Marinus Merſennius *ibid. p.* 417. *not.* 7.
7 Cornelius a Lapide *ibid. p.* 418. *not.* 7.
8 Carolus Dorronus *ibid. p.* 418. *not.* 12.
9 Raphael Averſa *ibid. p.* 419. *not.* 13.
10 Benedictus de Benedictis *ibid. p.* 420. *not.* 3.
11 Amadæus Antoniottus *ibid. p.* 420. *not.* 4.
12 Jacobus Marchantius *ibid. p.* 420. *not.* 8.
13 Julius Moroſinus *ibid. p.* 421. *not.* 2.

Digitized by Google

Abeamus a novis. Antiquiores paulo videamus. Sic autem tecum ſtatue: eos item, qui ſexto ac decimo ſeculo Eccleſiam editis de religione operibus illuſtrarunt, & caviſſe, ne quis alibi, præterquam in Sanctorum limbo, ante Chriſti Servatoris mortem Adamum fuiſſe arbitraretur; & hanc ipſam, quæ eſt de limbo, in quo Sancti Veteris Teſtamenti expertes eſſent viſionis Dei [1], *ſententiam eſſe Eccleſiæ Catholicæ certam, & indubitatam* [2] dixiſſe: *veritatem* etiam *Catholicam* [3]: *limbumque hujuſmodi PLANE ILLUM* eſſe *locum, de quo dicimus in Symbolo*: Chriſtum deſcendiſſe ad inferos [4]: *idque certa fide nos habere* [5], *& credere* [6]: nam *ſinum Abrahæ in Symbolo vocari infernum, ubi dicitur Chriſtum ad inferos deſcendiſſe* [7]: nos enim *credere*, Chriſtum *ad inferos deſcendiſſe, & liberaſſe juſtos* [8]: id namque *dogma eſſe fidei*, ut eſt illud de perpetua Deiparæ Virginitate [9]: atque huc *Patrum omnium doctri-*

1 In extremo folio editionis Romanæ *Canticorum B. Jacobi Tudertini an.* 1558. cautum fuit, *che nel Cantico* XCVI. *quando dice, che* » Adamo ne gì nell' inferno, » perocchè alla carne aſſentio; pena e dolore ei patio » *per l' inferno intendi il ſeno di Abraam, e per la pena intendi la pena del danno, e non del ſenſo, il qual danno fu l' eſſere privato della viſione di Dio*.

2 Gregorius de Valentia *in* III. *P. Summæ Theologicæ S. Thomæ diſp.* II. *qu.* IV. *Puncto* III. *p.* 482. *ſeqq. edit. Venetæ an.* 1608. *& Puncto* II. *pag.* 473. CETERUM SENTENTIA ECCLESIÆ CATHOLICÆ CERTA, ET INDUBITATA EST &c.

3 Johannes Carthagena in *Sacris Arcanis Chriſtianæ Religionis lib.* XIV. *Homil.* I. *edit. Rom. an.* 1612. *p.* 1397. id demonſtraturus, *ſtabilire ſe velle*, ait, *veritatem Catholicam de deſcenſu Chriſti in ſinum Abrahæ*.

4 Johannes Eckius. Vide ſupra *p.* 422. *hujuſce operis not.* 1.

5 Matthæus Oryus Ord. Præd. in univerſa Gallia Inquiſitor hæreticæ pravitatis: *ibid. not.* 3.

6 Alonſus de Oroſco Eremita Auguſtinianus vir doctiſſimus, & virtute excellenti præſtans: *ibid. not.* 4.

7 Franciſcus Lucas Brugenſis: *ibid. not.* 8.

8 Maronitarum Patriarcha Petrus *ibid. p.* 423. *not.* 6.

9 Melchior Canus *ibid. p.* 423. *not.* 9. Idem Canus ſyſtema Cadonicianum quantum quantum evertens funditus *lib.* XII. *Locorum Theologicorum cap.* XIII. *Reſp. ad* III. *Argum. Lutheranorum*: poſt ubi objecit ſibi: Proteſtantes *addere etiam*, poſt remiſſas per Chriſti Sacramenta iniquitates, quorſum oblationes facimus pro peccato? *Reſpondeo*, inquit: *remiſſio pro peccato duplex eſt, una perfecta, altera imperfecta: perfecta cum non ſolum culpa, ſed tota etiam pœna remittitur, de qua illa intelliguntur*: projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea . . . *Atque hæc per baptiſmum contigit omnibus baptizatis. Imperfectam vero illam dicimus, in qua vel culpa remittitur, ſed non tota pœna; vel* REMITTITUR PŒNA REMISSA *jam culpa, de quo illud accipimus*: propter remiſſionem præcedentium delictorum. *Et rurſum*: in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori

doctrinam ſpectare [1], *ſicque Eccleſiam univerſam affirmare* [2], *riteque orthodoxam fidem aſſerere* [3], contra atque *hæretici* [4] *homines damnata memoria ſtatuant*. Quin etiam eamdem ipſam, pro qua pugnamus, ſententiam *communem eſſe Catholicorum* [5], *Sacrarum Scripturarum*, *omniumque Patrum Latinorum*, atque *Græcorum* auctoritate fultam [6]. Atque ita articuli quinti Symboli Apoſtolici *ſenſum ferre*, adeo ut ei oppoſitum *hæreſis* ſit habendum [7], *hæreſis*, inquam, quam *impii Calviniani* defenderint. Quare contra eos *eſſe oſtendendum*, *ſinum Abrahæ & certum locum fuiſſe*; *& non in cælis*, *ſed in inferis*, *locoque ſubterraneo ſuum ſitum habuiſſe*; & locum *fuiſſe medium inter ſtatum beatorum*, *& damnatorum*, *qualis ille infernus erat*, *in quem Chriſtus poſt mortem deſcendit*, *ut piorum animas inde eriperet*: *quod utrumque hodie hæretici impie negant* [8]; ſed tamen concedendum eſt, atque *tenendum*: *aliter ad Domini noſtri Principis aulam nulli eſt adeundum* [9]. Hymnis præterea Eccleſiæ ſententiam eamdem noſtram contineri [10], certaque *fide eſſe tenendam* [11].

PPP Age

priori Teſtamento. ANTIQUIS PORRO PATRIBUS CULPAS ANTE CHRISTI MORTEM FUISSE REMISSAS, AMBIGUUM NON EST. Juxta fidem *quippe* defuncti ſunt teſtimonio fidei probati. NON ESSE AUTEM PERFECTE REMISSAS, CONFIRMAT PAULUS, cum AIT: Chriſtum mortuum eſſe in remiſſionem præcedentium peccatorum. QUÆ SI PLANE MOYSI, AARON, DAVIDI, CETERISQUE SUB LEGE, ET NATURA SANCTIS, CONDONATA FUISSENT, NEC ILLIS ESSET JANUA REGNI CÆLESTIS OCCLUSA, NEC LOCI INFERI IN CUSTODIAM DEPUTATI. ECQUISNAM ENIM DICAT, OMNINO RESOLUTA CRIMINA, QUORUM PŒNÆ LUUNTUR IN CARCERE? Abeant nunc Cadonici Vindices, ac ſibi Canum præſidio eſſe, ut hactenus conſuerunt, clament.

1 Guillelmus Eſtius. Vide *p.* 425. *not.* 11.

2 Angelus de Pas *ibid. p.* 424. *not.* 2.

3 Jacobus Naclantius *ibid. not.* 5.

4 Pererius *ibid. not.* 6. & 7.

5 Bellarminus *ibid. p.* 425. *not.* 2. In Catechiſmo autem, quem Apoſtolica Sedes probavit, idem Bellarminus eam *per modum* ſymboli proponit, ut ſupra *p.* 254. *ſeqq. in notationib.* demonſtravimus.

6 Jodocus Coccius *ibid. p.* 425. *not.* 3.

7 Paulus Griſaldus *ibid not.* 6.

8 Stapletonus *ibid p.* 426. *ſeq. not.* 8.

9 Jacobus Paniſcoctius *ibid. p.* 427. *ſeq. not.* 8.

10 Donatus Marra Eremita Auguſtinianus *ibid. p.* 428. *not.* 2. & Johannes Driedo *ibid. not.* 3.

11 Franciſcus Suareſius *ibid. not.* 1. Vide & Thomæ Caccinii locum *ibid. pag.* 429. *not.* 10.

Digitized by Google

Age vero non Scholaſticos Theologos modo, ſed Interpretes etiam Sacrorum Bibliorum [1]; Catecheſon, ſeu Inſtitutionum Chriſtianarum Scriptores [2]; eoſque præterea, qui adverſus Judæos [3], atque hæreticos [4] pugnarunt; quis credat, ita ejus ſententiæ, quam *ἀδιάφορον*, ſeu *indifferentem* judicarent, ſtudio fuiſſe incenſos, ut eam & probarent noſtris, & contra hoſtes religionis defenderent? Atque horum quidem Scriptorum multos ex eorum numero fuiſſe conſtat, qui Synodo Tridentinæ interfuerunt [5].

Neque Scriptores xv. ſeculi ab iis qui xvi. floruerunt, diſcrepant. Quod eo dico, ut intelligas, ratione proponendæ hujus noſtræ ſententiæ uti certæ de fide, atque uti doctrinæ Eccleſiæ Catholicæ, eam, inquam, rationem, multo ante obtinuiſſe, quam Franc. Suareſius natus fuiſſet. Johannes Gerſon quartum Articulorum Symboli, qui ſpectant ad filium, *pertinere*, ait, *ad redemtionis eorum Sacramentum, qui erant in Limbo inferni concluſi* [6]. Quid autem hoc eſt, quæſo, quam fateri eam eſſe ſignificationem verborum ejuſdem Articuli „ *deſcendit ad inferos*? Quod ſi ea eſt illius articuli ſignificatio, quid reſtat, niſi ut in ea ipſa, ex Gerſonis ſententia, vim articuli eſſe conſtitutam dicamus? S. Vincentius Ferrerius [7], qui tantum exiſtima-

1 Ut Titelmanum, Tolengium, Seraphinum Capponium a Porrecta, Marianam, Pinedam, Riberam, Yſtellam, Maldonatum, Pererium, Janſenium Gandavenſem, Paremium, Gagnæum, Genebrardum, Boikuvium, quorum loca indicavi a *p.* 422. *ad* 429.

2 Ut Ludovicum Granatenſem cujus teſtimonium alio loco deſcribam, ut Oſorium, ut Ederum, Clementem S. R. E. Card. de Olera, Torrenſem, Javellum, Sonnium, Socolovium, Wieclicum, Cottonum, Eliam Patriarcham Chaldæorum, Croquetium &c. quorum ſunt a nobis *a p.* 412. *ad* 429 deſcripta loca.

3 Ut Calatinum. Vide ſupra *p.* 123. *not.* 12. Adeundus etiam Fevardentius in iis locis, quæ paulo ante memoravimus.

4 Arboreus, Driedo, Roffenſis, Ninguarda, Peltanus, Faber, Vicus &c. Quibus autem in locis hac de re illi diſſerant, *pag. hujus operis* 411. *ſeqq.* demonſtravi.

5 Numerandi namque in iis ſunt Alfonſus Salmero, Ambroſius Catharinus Politus, Hieronymus Oleaſter, Melchior Canus, Dominicus Sotus, Petrus Sotus, Claudius Sanctefius, Leonardus Marinius, Ægidius Foſcherarius, Mutius Calinus, quos partim *p.* 411. *ſeqq. hujus operis*, partim capite ſuperiore nominavi.

6 *Pag.* 431. *hujus operis not.* 1.

7 *Ibid. p.* 431. *not.* 4.

ſtimatione, auctoritate, doctrina religionis valuit, annon ubi de Chriſti deſcenſu ad *limbum*, ejuſque inde regreſſu *cum Sanctis Patribus egit*, hæc addidit: *iſta eſt doctrina vera fidei Chriſtianæ*? Quid? Petrus Hieremias nonne *Concluſionem hanc eſſe in Sacra Theologia per Fidem Catholicam approbatam* dixit [1], quam eodem ipſo ſeculo & Hieronymus Savonarola [2] adverſus hoſtes religionis, & Hieronymus a Sancta Fide adverſus Judæos [3], & Gennadius Scholarius adverſus Photianos diſputans [4], & Johannes S. R. E. Card Turrecremata Decretum Synodi Florentinæ (cujus ille Synodi pars magna fuerat) [5] exponens, & S. Antoninus [6], & Richardus Eremita [7], & Anonymus Expoſitionis Apoſtolici Symboli Auctor [8], aliique orthodoxi ut articulo „ *deſcendit ad inferos* „ comprehenſam propoſuerunt?

Quin etiam ſeculo XIV. Guido de Monte Rocherii in eo Enchiridio, quod obtulit Raymundo S. Sedis Valentinæ in Hiſpania Epiſcopo [9], id, quod eſt de limbo Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum, *a nobis credi* confirmat, *ac de iſto articulo dici*, animadvertit, *in Symbolo* „ deſcendit ad inferos „. Quod idem fatetur auctor italici operis de doctrina Chriſtiana, quod quidem opus inſcriptum ab illo fuit: *Quadriga ſpirituale* [10]. Atque ea profecto ſententia tam conſtans apud ejus temporis Scriptores, tamque penitus eorum mentibus inſita fuit, ut Robertus Holcotius affirmarit, in limbum SS. Veteris Teſtamenti *Patrum deſcendiſſe Chriſtum*, moxque addiderit: *alias*

1 *Ibid. p.* 412. *not.* 3. Vide etiam, quæ de Guillelmo Peraldo ſcripſi *ibid. p.* 444. *not.* 4.
2 *Ibid. not.* 1.
3 *Ibid not.* 6.
4 *Ibid. not.* 7.
5 *Ibid p.* 411. *not.* 6.
6 *Ibid. not* 5.
7 *Ibid p.* 412. *not.* 6.
8 *Ibid. p.* 435. *not* 1.
9 *Ibid. p.* 421. *not.* 3.
10 *Ibid. p.* 302. *not.* 8.

non diceretur, in infernum deſcendiſſe [1]; Petrus vero de Palude Patriarcha Hieroſolymitanus *certi dogmatis* loco eam eſſe habendam dixerit [2]; Theologi præterea Pariſienſes rationem reddentes fidei ſuæ in iis litteris, quas ad Johannem XXII. P. M. dederunt, in eam ſe conveniſſe omnes, confeſſi fuerint [3]; Patreſque Synodi Provincialis Beneventanæ eamdem univerſos Catholicos, inprimiſque eos, qui extrema ægritudine premerentur, profiteri oportere [4] præſcripſerint; ac poetæ denique ipſi, *fidei* eam doctrinam [5] eſſe, teſtati ſint.

Ac ne quid in articulo illo Symboli Apoſtolici, cujus eſt a nobis ſæpiſſime facta mentio obſcuri, aut ambigui videretur eſſe, ſeculo etiam XIII. explanationes adhibitæ ſunt Interpretum. Horum princeps fuit S. Thomas Aquinas, cujus quid ſententia ferat, demonſtratum eſt [6]. Nam quod omnes orthodoxi de ereptis ex inferis animabus Veteris Teſtamenti Patrum, auctiſque beatitate conſiſtente in intuitiva viſione Dei affirmant, earum eſſe rerum unam animadvertit, quas *tangit Symbolum*. Id ipſum dicendum *abſque dubio ſecundum dicta Sanctorum Patrum*, ſcribit Albertus Magnus Magiſter Thomæ [7], defenduntque adverſus Judæos Raymundus Martinus [8], adverſus Catharos majorum gentium hæreticos Moneta Cremonenſis [9], Lucas Tudenſis [10], & Anonymus auctor, cujus opus contra Patarenos editum a Martenio eſt, qui Anonymus tam id eſſe credendum ſtatuit, ut eos, qui *credere* recuſent, *ſtultitiæ* arguat [11]. Non eſt opus de Humberto de Romanis Ordinis Prædicatorum Magiſtro dicere.

1 *Ibid. p.* 437. *not.* 9.
2 *Ibid. p.* 438. *not.* 10.
3 *Ibid. p.* 316. *not.* 1.
4 *Ibid. p.* 270. *not.* 1.
5 Dantes Aligherius *ibid. p.* 439. *not.* 5.
6 *Ibid. not.* 2. *p.* 441. *ſeqq.*
7 *Ibid. p.* 442. *not.* 2.
8 *Ibid. p.* 443. *not.* 11.
9 *Ibid. not.* 12.
10 *Ibid. not.* 9.
11 *Ibid. p.* 444. *not.* 1.

cere [1]. Hoc ſatis fuerit animadvertiſſe: eos, qui Synodo Cadurcenſi interfuerunt, juſſiſſe, ut *ſacerdotes doceant populum, & maxime cum infirmos communicant, ut credant firmiter... Dei filium... in anima, & divinitate ad inferos deſcendiſſe, & ab inde Sanctorum animas eduxiſſe* [2]. Quod certe juſſiſſent numquam, niſi id dogma eſſe fidei judicaſſent. Horum ſunt ſimilia, quæ ab Ecberto Schonaugienſi [3], a Sancto Bernardo [4], a Joſepho Epiſcopo Sveſſionenſium [5], aliiſque, quorum teſtimonia *pag. 446. ſeqq.* deſcripſi, diſputata ſunt. Atque Ecbertus tam id eſſe arbitratur certum, ut ſtatuat, credi ab orthodoxo quolibet oportere. Bernardum autem antea quis de omni vitæ ſtatu, quam de eadem ſententia, dejeciſſet. Nam de ea, ſcribit, dubitare fas eſſe nemini. Ceteri etſi non non tam explicate agunt, ſic tamen agunt, ut ne hæſitare quidem videantur. In his ſunt Sveſſionenſium Antiſtes ille, cujus eſt modo a me facta mentio [6], Anonymus item Blanchinianus [7], & ſi vis etiam Petrus Abailardus [8] is, qui cum auſus eſt aliis quibuſdam capitibus doctrinæ ſanæ reſiſtere, tum cavit maxime, ne ſi nutare hac quoque in re viſus eſſet, multo magis in offenſionem incurreret orthodoxorum.

Jam Theologorum tanta ſcientia rerum, exiſtimatione, copia, quorum tu ſeriem ab hoc noſtro ad initia uſque ſeculi XII. ductam cernis, cum tam ſint claræ, conſtantes, firmæ ſententiæ; perges ne, præter Suareſium, Graveſioniumque nominare neminem, qui de San-

1 Humbertus de Romanis in *Sermonibus edit. Veneta an.* 1603. *ſerm.* LXXXIX. *p.* 88. *ſeq.* » Omnes ſancti iſtius temporis (veteris legis) deſcendebant ad infer» num: & ideo ſicut nec in cælo honorabantur tunc, ita nec in terra....
» Hæc autem prædicta non ſunt in chriſtianitate: nam ſancti noſtri temporis
» omnes aſcendunt in cælum ».

2 *Ibid. not.* 3. *p.* 446.

3 *Ibid. p.* 447. *not.* 4.

4 *Ibid. not.* 5.

5 *Ibid. p.* 446. *not.* 6.

6 *Ibid.*

7 *Ibid. p.* 450. *not.* 1.

8 *Ibid. p.* 448. *not.* 2.

Sanctis Veteris Teſtamenti deſcenſu Chriſti ereptis ex inferis, tumque primum beatis aſpectu Dei doctrinam vel Eccleſiæ Catholicæ doctrinam eſſe, vel theſim certa fide tenendam dixerit? Quid enim in libris Suareſii, Graveſoniique eſt non ab iis dictum, qui multo ante vixiſſent? Aut quid duo illi Theologi docuerunt, quod non ipſorum ætate permulti docuerint? Quod ſi horum aliqui verbis aliquando ſuis, at perpetuo tamen, quod hactenus demonſtratum eſt, ſententiis ſunt uſi majorum. *Tangi* enim quidquam, *ſignificari*, *contineri articulo quopiam Symboli Apoſtolici*; *certum* præterea eſſe, *indubium*, *probatum* conſenſione omnium Patrum, & ad nos tranſmiſſum; *doctrinam* item eſſe *Eccleſiæ Catholicæ*, quam *credere*, ac *profiteri* oporteat orthodoxos quoſque, *eos* præſertim, qui in extremum ſint *vitæ* deducti caſum, dicendi rationes ſunt, quæ ut a majoribus noſtris tot ſunt ſæculorum uſurpatæ curſu, ita eodem plane recidunt, quo Suareſii, Graveſoniique placita revolvuntur. Quamquam vis multo ineſt major decretis Antiſtitum quorumdam [1], ac Synodorum Cadurcenſis Diœceſanæ [2], & Beneventanæ Provincialis [3] *infirmis*, id ut profiteantur, jubentium, quam duorum, quos memini, Theologorum ſententiis. Qui enim Synodos illas, eoſque Antiſtites imitatus omnibus, inprimiſque *infirmis* (quibus certe laborantibus non univerſa, ſed ſumma ſunt in memoriam revocanda capita religionis) quidquam ad credendum, profitendumque proponit; is non qualecumque dogma certa fide tenendum; ſed quod numero præcipuorum dogmatum religionis ducat, proponit.

At Suareſius, Graveſoniuſque, dices, ſententiam ſuam *certa* quidem *fide tenendam* ajunt; ſed quod ajunt, cum demonſtrare maxime conantur, tum ſane minime demon-

1 Vide *p.* 320. *hujuſce operis not.* 4. & *p.* 352. *not.* 2.
2 Confer *p.* 270. *hujus operis not.* 1.
3 Vide quæ ſcripſi *p.* 446. *not.* 3.

Digitized by Google

demonſtrant [1]. Quid ita? An vos Parochis negandam a rudi plebe putatis fidem, ni, quod religionis dogma affirment eſſe, id plane demonſtrent ad religionis veritatem pertinere? Id ſi ita eſt, Catechiſmos pleroſque omnes funditus tollite. Perpauci enim ſunt, in quibus dogmata quæ indicantur fidei, argumentis e Scriptura, e Traditione, e Definitionibus Eccleſiæ ductis demonſtrentur. Verum quid ego Catechiſmos commemoro, quibus vos (ubi aliquos probatos, non probatos alios, alios denique ab indoctis Auctoribus conſcriptos fuiſſe animadvertiſtis) ademtam univerſis omnem eſſe auctoritatem judicatis, & fidem [2]? Quam id licenter, quam ſecus atque veritas poſtulet, quanto denique cum damno & aliorum, & veſtro, viderint Paſtores Eccleſiarum, qui libellos de rudimentis orthodoxæ religionis, quos ipſi aut conſcripſerint, aut in Synodis probarint, plebiſque Chriſtianæ recte inſtituendæ cauſſa, a Parochis proponi populo, atque explicari juſſerint, fieri a vobis nihili, tamque indignis modis contemni intelligent. Equidem, quod ad me attinet, de licentia iſta dijudicandi, ſcribendique veſtra, Adnotatione, quam mox huic meæ periodo adſcribam, demonſtrabo quid ſentiam [3]. Qua quidem Adnotatione ſpero

1 Feltrius in eo libro, quem inſcripſit: *S. Hilarii Pictavorum Epiſcopi de Piorum ſtatu in ſinu Abrahæ ante Chriſti mortem ſententia: edit. Neapol. an. 1762. p. 5. in not.* de Suareſio agens: *Cum maxime*, inquit, *id vellet agere, non demonſtravit*. Mox de Graveſonio diſſerens, qui *id ita fidei* eſſe *dogma* dixerat, *ſicut dogma fidei eſt in Conciliis Florentino, & Tridentino definitum, juſtos poſt Chriſti mortem confeſtim immarceſcibili æternæ gloriæ corona donari, hancque doctrinam expreſſe haberi in Scriptura Sacra, & in Traditione Sanctorum Patrum*: » Utinam, *inquit*, » demonſtraſſet ».

2 Sic enim illi de catechiſmis in litteris, quas hoc an. 1765. typis edi curarunt. Sed quæ ſit auctoritas catechiſmorum omnium Eccleſiarum, quibus noſtra ſententia proponitur ad credendum Chriſtianæ plebi, demonſtratum a nobis fuit capite hujuſce operis tertio *p. 209. ſeqq.*

3 Cadonici defenſores ii, qui ſuperiore aprili menſe litteras ab ſe adverſus eum, qui catechiſmis ſtandum dixerat, ſcriptas edi curarunt, aliquos quidem catechiſmos probatos Eccleſiæ fuiſſe animadverterunt. Jam id noveram. Sed quæro num ulli ſint probatorum, aut nondum probatorum Catechiſmorum, qui non hoc contineant, quod de Patribus Veteris Teſtam. volumus; aut ſecus atque velimus, contineant? Nulli certe dicent. Vide *pag* 250. *ſeqq.* Cur igitur probatis hiſce Catechiſmis obſiſtunt? At ſunt alii non probati. Quid hoc ad rem? Pareant probatis, ſi his

ſpero me non vobis ſolum, qui iſta de Catechiſmorum libris miſcetis, atque turbatis, ſed etiam omnium Eccleſiarum præ-

ſi his auctoritas ineſt. Non parent autem. Igitur ne probatis quidem Eccleſiæ Catechiſmis in proponendis myſteriis, decretiſque, ſeu dogmatibus religionis quidquam auctoritatis tribuunt. Jam quot Catechiſmos ſupra numeravimus, quos Sede Apoſtolica aut conſentiente, aut non repugnante ab Epiſcopis, ſi minus conſcripti (ſunt autem ab his perſcripti ſane multi) at probati certe, propoſitique ſunt & ad docendum parochis, & populo ad diſcendum? Cur ab his item adverſarii diſſident? Non ergo adverſarios movet auctoritas eorum, quos Spiritus Sanctus conſtituit Epiſcopos *regere Eccleſiam Dei*. Nam ſi moveret, Epiſcopis ſane Univerſi Orbis, inprimiſque Apoſtolicæ Sedis Pontificibus Maximis docentibus aſſentirentur. Ac ſi aliquibus Catechiſmis non probatis, libriſque item non probatis, qui a probatis diſcreparent, nolle ſe dicerent auctoritatem dare; ferrem equidem. Verum ſi qui ſunt nondum probati, iis profecto cum probatis mirifice convenit. Eſt vero indignum non Theologi gravitate modo, ſed etiam in ratiocinando firmitate, conſtantiaque dialectici, eo probatis rebus obniti, atque reſiſtere, quod idem omnino his atque non improbatis, vel non adhuc ullo decreto Eccleſiæ probatis contineatur. At enim ſunt aliquot Catechiſmi ab indoctis Scriptoribus editi. Detur id vobis. Quid? Hi repugnant ne illis, qui ab doctis privatis, qui ab Epiſcopis, qui juſſu Synodorum non Diœceſanarum modo, ſed etiam Provincialium, ac Nationalium, de quibus egimus copioſiſſime capite ſuperiore, qui denique Apoſtolicæ Sedis auctoritate typis editi, publicati, propoſiti Chriſtianis fuerunt? Quod ſi non repugnant, ut re ipſa minime repugnant, immo conſonant; quid eſt, quod Catechiſmis omnibus eo nomine negetis fidem, quod aliquos fuiſſe ab indoctis perſcriptos arbitremini? Atque ſi ratio iſta diſputandi veſtra valeret, deſcenſum animæ Chriſti ad inferos, perpetuam Deiparæ virginitatem, omnia demum orthodoxæ religionis dogmata pervertere liceret, quum nullum ſit horum, quod non omnes docti, mediocriter docti, indocti profiteantur. Ita quod maximum ſemper apud orthodoxos veritatis argumentum fuit ex conſenſione omnium religionis veræ cultorum petitum, illud, vobis auctoribus, non eludetur ſolum, ſed funditus etiam evertetur. Jam vero indocti ſi qui fuerunt, qui ſibi onus ſumſerint cudendorum Catechiſmorum, idque ſuis libellis comprehenderint, quod docti ſive Laici, ſive Eccleſiaſtici, præcipueque Parochi, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Pontifices docent; annon illud ſunt credendi comprehendiſſe, quod in Eccleſia Catholica didicerunt tempore ſaltem *ſuorum rudimentorum?* Quid? An iis etiam nihil inerit veritatis, quæ in Eccleſia Dei *tempore noſtrorum rudimentorum* didicimus? Id ſi conceditis, arguite ineptiæ Auguſtinum, quo uno patrono perperam gloriamini, qui ejuſmodi rudimenta ſatis magni adverſus Pelagianos argumenti loco habenda duxit. Nam is Julianum Pelagianum refellens » Linguam, *inquit*, tot linguis Catholicis » (Scriptorum Eccleſiaſticorum, quos S. idem Doctor laudarat, ut ego laudavi S. Carolum, S. Thuribium, S. Thomam a Villanova, Bartholomæum de Martyribus, Petrum a Soto, Melchiorem Canum, Bened. XIII., Paulum V., Clement. VIII. &c. &c.)
» deprime, tot venerandis oribus proterva ora ſubmitte. Qua confidentia id au-
» debis dicere (*non eſſe originale peccatum*: dicam ego: *non eſſe* certum, *quod de ereptis animabus SS. Veteris Teſtamenti Patrum ex inferis, deque iiſdem auctis viſione Dei deſcenſu Chriſti defendimus*), quod (*eſſe*) illi confeſſi, atque profeſſi
» ſunt, QUOD IN CHRISTI ECCLESIA SUORUM RUDIMENTORUM TEM-
» PORE DIDICERUNT? &c. » Vide *p. 164. huj. vol in not.* An argumentum ex iis ductum, quæ tempore ſuorum *rudimentorum in Chriſti Eccleſia* Catholicus didicerit, adverſus Pelagianos valuiſſe dicetis, adverſus autem novum dogma veſtrum, non item? Perridiculum quidem eſt, ita modum verbis Auguſtini ſtatuere, ut ſi in aliorum placita cadant, valeant; ſin autem in veſtra, non valeant. Niſi forte id vobis juris ab Auguſtino putetis datum, vobis ut liceat negare, quod negare Pela-

præſulibus, qui auctoritatem catecheſeon, Synodorum. que ſuarum immotam volent, cumulate ſatisfacturum.

999 Igi-

Pelagii diſcipulis non licuerat. Qua re quid fingi poteſt abſurdius? Sed quoniam de Auguſtino incidit mentio, ferte, obſecro, ut paucis demonſtrem, quam eum tum deſeratis maxime, cum vos eumdem maxime ſequi jactetis. Videte igitur quid agatis. Auguſtinum proſertis auctorem. Cujus dogmatis? Ejus nempe, quod a Bucero inventum, permulti Proteſtantes, inprimiſque Pſeudo Eccleſiæ Hollandiæ, atque Veſtfriſiæ ſibi laudi ducunt adverſus Eccleſiæ Catholicæ doctrinam defendere. Vide quæ ſcripſi *pag.* 175 *hujus operis*, & *pag.* 176. *not.* 1. 2. & 4. & *pag* 177. *not.* 4. At vos non dicitis a Bucero id fuiſſe dogma propugnatum adverſus Eccleſiam. Quid refert dicere? Res ipſa clamat. Hoc primum veſtrum in Auguſtinum peccatum. Nam virum in ejus opinionis invidiam vocatis, quam ille (ut poſt oſtendam) ne ſomniavit quidem, cujuſque eſt ab hæreticis, ut ipſi gloriantur, adverſus Eccleſiam Catholicam ſuſcepta defenſio. A vobis autem ſciſcitor, quæ vos cauſſa impulerit, hanc ut Auguſtino tribueretis? Ejus, dicitis, ab hæreſi Millenariorum vindicandi cauſſa, eorum videlicet, ut monetis, Millenariorum, qui differendam eſſe viſionem Dei ad Judicii extremum diem arbitrabantur. Callide! Scilicet plagam unam ab Auguſtino repulſuri, id conamini, idque laboratis, ut alteram non minus gravem accipiat. Quod rurſum triplex veſtrum in S. Doctorem peccatum eſt. Horum eſt primum putare, tam eum fuiſſe indiligenter, implicate, ambigue verſatum in quæſtione ſane gravi de beatitate Sanctorum, ut niſi vos vindices acceſſiſſetis, reus haberi poſſet dilatæ viſionis Dei ad Mundi poſtremum diem. Confer quæ ſcripſi *in notationib. pag.* 10. *ſeq. hujuſce operis*. Atque ſic profecto cenſetis invitis ſummis Theologis, ac Benedicto XII. P. M. repugnante: qui omnes commune dogma de beatitate conſiſtente in intuitiva Dei ſanctis non differenda ad judicii diem multis in locis tam perſpicue fuiſſe a S. Doctore adſertum animadvertunt, ut nullo ſane ille (hoc præſertim in genere) multoque minus Cadonico egeat vindice. Alterum eſt in S. Doctorem peccatum, exiſtimare, liberari ipſum ab erroris invidia nequire, niſi ei opinioni aſſenſus fuerit, quæ omnium cœtuum Catholicorum, ut plane demonſtravi, conſenſione rejicitur. Quod, ſi ille nobiſcum viveret, ferret indigne. Quî enim vos deteſtandæ invidiæ gratia in ſua auctoritate deliteſcere, a vobiſque ipſum ſe omnibus cœtibus Chriſtianorum, hoc eſt Eccleſiæ toti adverſarium objici pateretur, cui Eccleſiæ non *toti* modo, ſed *fere* etiam *toti* in rem aliquam conſpiranti, & *conſentienti* fidem ille ipſe adjungendam jubet (*Ep.* CLXIV. *al.* XCIX. *ad Evodium c.* III. *p* 417. *nu.* 7. *edit. Antuerp. an.* 1700. *to.* II.) propterea quod *eam non inaniter credidiſſe credendum ſit, undecumque ea res tradita ſit, etiamſi Canonicarum Scripturarum hinc expreſſa non proferatur auctoritas?* Stomacharetur ille profecto, iraſceretur, fremeret, quod in eum ſe a vobis numerum referri cerneret, quo ipſe Julianum Pelagianum habuerat; *intorqueretque* ſe, veſtra opera, adverſus Catholicos omnes, quod idem eſt atque adverſus Eccleſias in eam conſpirantes ſententiam, ſe, inquam, qui Juliano crimini idipſum verterat, hiſque omnino verbis exprobrarat: *Fruſtra te intorques argumentationibus vanis non adverſus me, ſed adverſus communem matrem ſpiritalem. Lib* IV *cap.* V. *nu.* 11. *p.* 441. *to.* X. *edit. Antuerp. an.* 1700. Nec vero futurum putatote fuiſſe, ut minus ſuccenſeret vobis, ſi diceretis, eam, quæ nunc tanta eſt, non tantam fuiſſe hoc in genere, cum ille mortalem hanc vitam degeret, conſenſionem Eccleſiarum. Nam præterquam quod, ut poſt demonſtrabitur, falſum id quidem eſt, injurium eſt etiam Eccleſiæ, quaſi minus conſenſioni ejus tribuendum nunc ſit, quam tribui olim debuerit. Norat enim Auguſtinus, Eccleſiam, quæ quoque tempore columna veritatis, ac firmamentum eſt, eamdem ſemper obtinere auctoritatem; neque venire univerſam, niſi ductam a Spiritu Sancto, & Scripturarum, Traditioniſque veritate fultam, in unam ſententiam poſſe. Vide *p.* 148. *ſeqq. hujus operis*, & *p* 151. *ſeqq.* Quamobrem non modo diſcipulorum ſuorum honore dignatus eos non fuiſſet, qui aliquo tempore ſtandum Eccleſiarum conſenſione negarent, ſed

etiam

Digitized by Google

Igitur deſino de Catechiſmis differere . Quid ? ſi quis Auguſtinum (nam hunc unum apud vos , etſi non re vera,

etiam (pro ſtudio , quo ingenti incitabatur tuendæ dignitatis, veritatis, auctoritatis Eccleſiæ) iratus, atque ægre ferens totis eos voluminibus concidendos arbitraretur . Tertium eſt in Auguſtinum peccatum , ſtatui opinionem ei a vobis adſictam, confirmarique iis argumentis poſſe, judicare , quæ ipſe a Pelagianis allata non diſpulerat ſolum, ſed execratus etiam fuerat. Vos autem , qui dum conſenſionem orthodoxorum eluſuri (quam catechiſmi omnium Chriſti Eccleſiarum demonſtrant) conditoribus aliquot eorumdem catechiſmorum ignorationem rerum inſcientiamque opponitis ; annon rationem imitari videmini novatorum ejus ætatis omnium , imprimiſque Pelagianorum , paris conſenſionis Eccleſiarum elevandæ cauſſa, *ſimplicitatem* Catholicis, *tarditatem*, *imperitiamque* objicientium ? Confer Auguſtinum *l.* I. *de Peccator. Meritis , & Remiſs. cap.* IX. *tom.* X. *opp. p.* 5. *edit. Antuerp. an* 1700. & *Epiſt. ad Dioſcorum* CXVIII. *al.* LVI. *c* V. *n.* 32. *p.* 219. *to.* II. *opp. edit. ejuſd.* quo loco hæreticos univerſim accuſat , quemque nos locum deſcripſimus *pag.* 151. *not.* I. Vide præterea , quæ ex Auguſtini *lib.* I. Contra Julianum tranſtulimus *in notationem p.* 154. Quod ſi Auguſtinus tam eos eſt averſatus , ut de iis ad Dioſcorum loco modo indicato ſcripſerit : *Coguntur adverſari credentibus* , ET AUDENT IMPERITOS QUASI RATIONE *traducere , quando maxime cum iſta medicina Dominus venerit, ut fidem omnibus imperaret . . . Conantur ergo auctoritatem ſtabiliſſimam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine & pollicitatione ſuperare . Omnium enim hæreticorum quaſi regularis iſta eſt temeritas . Sed ille fidei Imperator clementiſſimus & per conventus celeberrimos populorum , atque gentium , Sedeſque ipſas Apoſtolorum arce auctoritatis munivit Eccleſiam* , ET PER PAUCIORES PIE DOCTOS , ET VERE SPIRITALES VIROS *copioſiſſimis apparatibus etiam invictiſſimæ rationis armavit* : Si , inquam , Auguſtinus eos tam eſt averſatus ; quo demum pacto injuriam ſibi nunc fieri non diceret ab iis , qui cum maxime alios arguant , & *audeant imperitos quaſi ratione traducere , conenturque ſtabiliſſimam doctrinam fundatiſſimæ Eccleſiæ quaſi rationis nomine ſuperare* , ſententiamque *per conventus celeberrimos populorum , atque gentium , Sedeſque ipſas Apoſtolorum arce auctoritatis munitam , & per pauciores pie doctos , & vere ſpiritales viros* (quorum deſcripſimus ſeriem & ſuperiore , & hoc ipſo hujuſce operis IV. capite) *copioſiſſimis apparatibus etiam invictiſſimæ rationis armatam* evertere : quo , inquam , pacto injuriam ſibi ab iis fieri modo , non diceret , qui cum id audeant maxime , tum maxime ipſo magiſtro , ac duce gloriari pergant ? Neque hoc ſolum , quod vobis cum aliis novatum rerum ſtudioſis commune videtur eſſe , ſed eo præterea nomine homo dialecticæ artis peritiſſimus injuſte a vobis ſecum agi conquereretur, quod cum ejus diſcipulos vos eſſe vociferemini, tum contra atque canones ejus artis ferant , ex aliquorum , quos indoctos vocatis , & a quibus catechiſmos quoſdam compoſitos fuiſſe ſcribitis, imperitia concludere videamini , catechiſmorum omnium etiam eorum , quos docti perſcripſerint , quos Epiſcopi omnium populorum , atque gentium propoſuerint , quos Apoſtolica Sedes probatit , rationem haberi non oportere . Quæ namque ſeries , qui nexus , quæ colligatio eſt , ut imperitia aliquorum, qui catechiſmos quoſdam perſcripſerint, conceſſa, tolli ſit conſequens omnium auctoritatem, etiam eorum, quos docti laici, clericique, ac præcipue Paſtores Eccleſiarum , Pontificeſque Maximi aut compoſuerint ipſi , aut componi juſſerint , probarint , propoſuerintque parochis, Chriſtianæque plebi , huic quidem ad credendum , quæ myſteriorum in iis habentur loco ; illis autem & ad credendum , & ad explicandum ? Tribus hiſce in Auguſtinum peccatis , ſi illud , quod priore loco memini , jungatis , ſummam conficietis peccatorum omnino quatuor, quæ in Sanctum Doctorem admiſiſtis , cum catechiſmorum auctoritatem eludere conaremini . Atque id quidem mihi commodum accidiſſe gaudeo , ut pro catechiſmis , ſeu pro doctrina omnium Chriſti Eccleſiarum contra vos pugnans injuriam ſane gravem a vobis Sancto Parenti, ac Magiſtro noſtro Auguſtino illatam

tam

Digitized by Google

ra, at verbo tamen valere video) ſi quis, inquam, Auguſtinum, Chriſti ad inferos deſcenſum dogma eſſe fidei, ajentem, quod ait, non demonſtraſſe, ſibique propterea nimium ſumſiſſe, eamque ob cauſſam audiendum non eſſe contenderet, hujuſne vos audaciam ferendam arbitraremini? At id Auguſtinus,nemine ſuæ ætatis Theologorum repugnante [1], dixit. Recte ſane. Agite dum jam, oſtendite qua Eccleſia, aut quo orthodoxo Theologo non horum modo, ſed ſuperiorum etiam ſeculorum ſeptem repugnante, aut ſi vultis etiam non probante, quod nos de Sanctis Veteris Teſtamenti defendimus, *certa eſſe fide tenendum* Suareſius, Graveſoniuſque dixerint. Cœtum vos orthodoxorum nullum profertis, nullum Theologum, quo invito hoc illi dixerint: ego contra & Eccleſias orbis Catholici omnes, & Theologos numeravi perplures,quibus non modo non repugnantibus, ſed etiam probantibus, dixerint. Sed demonſtravit Auguſtinus, quod in Epiſtola ad Evodium [2] affirmat, effatis Pſalmiſtæ [3], ac Petri [4]. Hoc ego facile concedo. Quamquam id volo, ut vos quoque demonſtratum teſtimoniis aliquot Scripturarum, & Patrum ab Suareſio, Graveſonique, quod ipſi ſtatuerant, fateamini. At enim moveri vos hiſce teſtimoniis negatis, quæ alíorſum accipi vobis videantur poſſe, atque Theologi illi duo acceperint. Quam hoc fruſtra negetis, alio loco opportune videro. Interea, Cadonice, dic bona fide. Noſtin' fuiſſe Scriptores

qqq2 ali-

tam depellerem. Sic autem habetote, etiamſi vobis ultro concederem, fuiſſe ab indoctis catechiſmos aliquot perſcriptos, nihil tamen vos *inde eſſe commodi* capturos. Nam ſi quos indocti compoſuiſſent, in his docti, quibus datum a paſtoribus librorum expendendorum, probandorumque negotium eſt, ne quid pro dogmate, aut pro re certa tenendum proponeretur, quod falſum, dubiumve eſſet, caviſſent. Quamquam quid hac de re cauto fuiſſet opus, cum nullus catechiſmorum, nullus, inquam, cujus tandem cumque Eccleſiæ Catholicæ ſit, in quo non ſit ita, ut volumus? Quis enim tam abſurdo ingenio eſt, ut cavendum exiſtimet eſſe, ne illud in catechiſmo ab indoctis compoſito ſit, quod in omnibus extat & quos docti perſcripſerint, & quos Eccleſiæ quæque probaverint, populoque tradi imperarint?

1 *Cadonic. Præf. ad opus de D. A. Auguſtini ſententia num.* 4 *p.* v.
2 *Epiſt.* CLXIV. *al.* XCIX. *cap.* II. *num.* 3. *p.* 436. *to.* II. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.
3 *Pſalm.* XV. v. 10.
4 *Apud Lucam in Act. Apoſtolor. cap.* II. *v.* 24.

aliquos, qui oraculis Pſalmiſtæ, ac Petri demonſtrari deſcenſum *realem*, quem dicimus, animæ Chriſti ad inferos tam licenter, quam tu de teſtimoniis ab Suareſio, Graveſonioque prolatis ſtatuas, inficiarentur [1]? Non negabis, te noſſe; ni, quam tui inurunt aliis, effugere nolis ignorationis rerum, imperitiæque notam. Quid ergo? An illis, tu defendes, Scriptoribus fas fuiſſe concludere, plus ſibi Auguſtinum iiſdem oraculis fretum, quam debuerat, ſumſiſſe, audiendumque non fuiſſe cum diceret: *niſi ab infedeli*, negari *deſcenſum Chriſti ad inferos nequire*? At perverſe, inquies, illi Scriptores de *reali* deſcenſu *animæ Chriſti ad inferos* poſſe non intelligi, ajunt, oracula illa Pſalmiſtæ, a Petri. Fateor. Veruntamen negant illi, ab ſe agi perverſe. Jam vos item ab Theologis pleriſque omnibus adducta Scripturarum loca, communis ſententiæ de limbo ſanctorum Patrum confirmandæ cauſſa, alio contorquetis. Clamant Catechiſtæ, Controverſiarum Scriptores, Interpretes ſacror. Bibliorum vim a vobis iiſdem locis inferri. Quid vos? Negatis. Contentio igitur omnis ut vobiſcum eſt nobis de teſtimoniorum ab Suareſio &c. allatorum ſenſu, ita cum Scriptoribus illis erit de ſignificatione oraculorum Pſalmiſtæ, ac Petri. Fac autem Auguſtinum oracula eadem ſecus, atque ipſa poſtulant, intellexiſſe, adeoque non demonſtraſſe quod ſibi ad demonſtrandum aſſumſerat: an quod ille Eccleſiæ nomine propoſuit credendum (non enim infidelitatis arguiſſet negantes, niſi ab Eccleſia id dogma proponi cognoſset) dogma eſſe fidei deſiiſſet? Si deſiiſſet, Eccleſia certe illud ad credendum proponens erraſſet: Sin autem non deſiiſſet, etſi ab Auguſtino demonſtratum non fuiſſet, indicatum tamen ab Auguſtino Eccleſiæ dogma aliis Scripturæ, & Traditionis, aut ſaltem alterutrius momentis conſtitiſſet. Nunc ego ex te quæro, cur hoc idem dicendum non ſit de ſententia, quam Eccleſia contineri articulo quinto Sym-

1 Horum nos aliquos nominabimus, quo loco de iis oraculis ex inſtituto agemus.

Symboli, ac myſterium eſſe &c. ubique gentium ſuis Catechiſmis, ut oſtendi, docet; quamque Suareſius, Graveſoniuſque proponunt, etiam ſi ab horum neutro demonſtrata fuiſſet? Atqui, inquies, Eccleſia oracula illa Pſalmiſtæ, & Petri de *reali* animæ Chriſti ad inferos deſcenſu intelligit. Scripturarum autem effata, non arbitratu cujuquam, ſed Eccleſiæ ſenſu intelligi omnino debent. Recte id quidem. Verum annon etiam Theologi univerſi, immo Eccleſiæ omnes loca Scripturarum, quibus ab Suareſio, Graveſonioque ſententia de Limbo Sanctorum Patrum confirmatur, intelligunt de vindicatis ex inferis Sanctis Patribus deſcenſu Servatoris Chriſti? At non intelligunt Patres, inquies. Jam hoc reſtabat, ut veterem rurſum Eccleſiam cum hodierna committeretis, quaſi hæc ab illa diſcrepet. Ego vero poſt demonſtrabo, quemadmodum de deſcenſu animæ Chriſti ad inferos (quod quidem Petavius in XIII.[1] de Incarnatione libro animadvertit) ita de liberatis ex inferis, auctiſque beatitate ſanctis Veteris Teſtamenti Patribus *FERE OMNES antiquiores iiſdem* Scripturæ locis declarari, cofirmarique putaſſe, *quibus locis hodie Catholica utitur Eccleſia*. At Suareſius nimis dixit. Cur[2]? *Quia plus fecit, quam Catechiſmus Romanus perſcriptus Synodi Tridentinæ, & S. Pii V. Pontificis Maximi decreto. Qui Catechiſmus in explicatione quinti articuli Symboli non tam ultra progreditur.*

Quid? An tu Catechiſmum Romanum ſequere? Ego ne, inquis, Catechiſmum ſequar hac de re ſententiam duplicem[3], nec ſatis amicam probantem Scholaſticorum? Sed eſt, ut fatere, perſcriptus non Pii V. Pontificis modo, ſed etiam Synodi Tridentinæ juſſu. Hoc

1 *Cap.* XVIII. *num.* 1. *p.* 370. *edit. Pariſ.*

2 Cadonicus in *Dialogis* Italice ſcriptis *Dialog.* II. *pag.* 28. Il P. Suarez, *inquit*, » ha detto troppo, ed ha voluto far di più, che il Catechiſmo Romano formato » per Decreto del Concilio di Trento, e del S. Papa Pio V. il quale Catechiſmo » nella ſpiegazione del quinto Articolo del ſimbolo non và tanto avanti ».

3 Vide quæ ex Cadonici libris tranſtuli in *notat.* 2. *p.* 216. *hujuſce operis & in notat.* 1. *p.* 242. *ſeqq.*

Hoc, inquies, adverſus Suareſium ſcribens dixi. Tam ne igitur ineptos lectores tuos confidebas fore, ut perſuaderi ſibi paterentur, Suareſium, ſi ultra fines ab Catechiſmo Romano conſtitutos progreſſus eſſet, reum fuiſſe violatæ auctoritatis Pontificiæ, Tridentinæque Synodi futurum; te vero contra, qui ab eodem Catechiſmo diſſideas, non agere [1], niſi *adverſus duplicem, quam fingis nec ſatis amicam ſententiam Scholaſticorum*? Næ tu ea te ſpe aluiſti fruſtra, qui non proſpexeris, mortalium eſſe tam abſurdo ingenio neminem, quin plane intelligat, eum, qui (ut ipſe facis) ab Sedis Apoſtolicæ, Synodique Tridentinæ Catechiſmo, quaſi *inter ſe pugnantes*, maleque conſutas ſententias [2] Scholaſticorum continente, diſſideat, liberum a vitio eſſe non poſſe; eum vero contra, qui (ut Suareſius) Catechiſmo ipſi aſſentiatur, eidemque nonnihil addat, quod ex probatis monumentis acceperit, vacare vitio plane poſſe. Quamquam Suareſium nihil plus ſtatuiſſe, quam ſtatutum a conditoribus Catechiſmi Romani fuerit, tam ſit clarum, tamque perſpicuum [3], ut oratione non egeat. Satis multa de Suareſio, & Graveſonio nulla re ab ceteris Theologis diſſidentibus.

Redeo ad Scholaſticos ceteros, quos cum oppugnas, vereor, ne Eccleſiam Catholicam oppugnes. Niſi enim ab Eccleſia docti eſſent, non tanta ea de re omnium ad unum eſſet conſenſio.

§. VI.

1 At agit Cadonicus, ut ex peritiſſimo doctrinæ Patrum Dionyſio Petavio in XIII. *Dogmatum Theologicorum libro cap.* XVIII. *num.* V. *p.* 372. intelligitur adverſus *omnium Patrum ſententiam*, qui ideo *Chriſtum ad inferna deſcendiſſe*, ajunt, *ut Sanctorum animas illinc extraheret, ac ſempiterna felicitate donaret*. Ex quo apparet, quod idem de re Patrum omnium firmata conſenſu *capite eodem num.* I. *p.* 370. animadvertit: *Rem eſſe non in opinione poſitam, nec ejuſmodi hactenus habitam in Eccleſia Catholica, ut in utramque partem de ea ſentire, ac ſerio diſputare integrum fuerit, quod in pleriſque de ſchola quaeſtionibus ſolet fieri, ſed ratam, & conſtitutam fuiſſe.*

2 Vide *p.* 241. *hujus operis & p.* 242. *ſeqq. not.* 1.

3 Confer *p.* 236. *ſeqq. hujuſce operis*.

Digitized by Google

§. VI.

Communis doctrina Scholaſticorum Theologorum de Sanctis Veteris Teſtamenti tunc primum beatis aſpectu Dei, cum Chriſtus ad inferos deſcendit, Eccleſiæ univerſæ doctrina eſt.

Wicleſiani, Lutherani, Calviniani, Proteſtanteſque ceteri [1], Bajanorum item dogmatum adſertores, quorum Cornelius Janſenius Ipreníium Epiſcopus [2] princeps fuit, eo nomine perplura Eccleſiæ Catholicæ doctrinæ capita evertere ſunt conati, quod commenta eſſe mentirentur Scholaſticorum. Horum ne exemplum imitentur, etſi inſcientes, at imitentur tamen reipſa ii, qui communem de Sanctis Veteris Teſtamenti non ante Chriſtum beatis viſione Dei ſententiam neque Scriptura, neque Apoſtolorum Traditione conſtare, ſed ab Scholaſticis excogitatam, defenſam, latiſſimeque propagatam fuiſſe pugnant, licereque propterea arbitrantur ſibi contra illam quod velint, ſtatuere; dum ſic ſtatuentes, quam ab Eccleſiæ Catholicæ doctrina recedant, demonſtro; confido equidem eſſe cuique me non opinione, ſed ad veritatem plane perſuaſurum.

Principio igitur cum Scholaſtici (ut etiam eſt a Cano [3] animadverſum, acumen oſtenſuri ſuum) quacumque de re poterant, magna ſententiarum diſſenſione digladiarentur; numquam ſibi ab hac item vexanda temperaſſent, niſi eos doctrina, fideſve Eccleſiæ in officio continuiſſet.

Rurſum

1 Nihil hac re notius. Confer Scriptorum, quos *pag.* 465. *ſeq.* memoravi, loca.

2 Hujus hac de re loca deſcripſit Franciſcus Salignacus Fenelonius Archiepiſcopus Cameracenſis *Inſtitut. Paſtoral. Part* III. *epiſt.* XV. *pag.* 18. *ſeqq. edit. Camerac. an.* 1714. qui Fenelonius eum, quocum diſputat, monet, ut legat Janſenii *L. Proœm. cap.* XXIX. cognoſcatque, eum fateri, ſua ſe dogmata tueri pergere, *quamvis refragantibus Scholaſticis univerſis*. Idipſum agere Cadonicum ex ejus ſententiis perſpicitur, quas tranſtuli in *not.* 2. *p.* 466. *hujuſce operis*.

3 Vide locum Cani *p.* 465. *hujuſce operis not.* 2.

Rurſum niſi, intervallo horum poſtremorum ſeculorum ſeptem, per Scholaſticos ad nos uſque deducta eſſet divina Traditio, qua demum via deduci potuiſſet, ne fingere quidem poſſumus. Nam, ut ſapienter monet Franciſcus de Salignac de Fenelon Archiepiſcopus Cameracenſis in iis Epiſtolis Paſtoralibus, quas de Novitate ſyſtematis Janſeniani perſcripſit [1]: „ Populi quidquam „ diſcere, quod ad doctrinam ſpectaret, non pote- „ rant, niſi inſtituti a paſtoribus eſſent. Jam vero doce- „ re eos paſtores nequibant, niſi quæ ipſi didicerant. „ At hi, præterquam in Scholis, nihil poterant diſcere. „ Nam eo tot annorum intervallo, præter Scholas, „ nullum in occidente invenies ſtudiorum Theologico- „ rum fontem. Scholaſtici tunc ſolum erant noti teſtes „ Traditionis. Si alii, ut Valdenſes, docuerunt; furtim, „ & non probante Eccleſia docuerunt. *Populus Chriſtia-* „ *nus*, ut Janſenius quidem monet, *in toto terrarum orbe* „ *credit, quod ipſum Epiſcopi, Parochique docent*. Parochi „ autem, atque Epiſcopi docere nequeunt, niſi quod „ *traditionis loco haberi didicerunt in Scholis aut a Docto-* „ *ribus, aut a lucubrationibus Doctorum*. Perſpicuum eſt „ igitur, traditionem totam iis tot ſeculis in doctrinam „ fuiſſe Scholaſticorum reductam „. Multa ibidem hac ipſa de re gallice diſputat Fenelonius eleganter, ut ſolet, quodque ad inſtitutum attinet, ſane vere. Eodem ſpectant, quæ tractari a Cano, vidimus, in octavo locorum Theologicorum libro [2]. Hunc eo libentius nomino, quo intelligam mirifice laudari non modo ab Theologis omnium gentium, atque ordinum, ſed ab iis etiam, qui Cadonici patrocinium ſuſceperunt. Claudius autem Flevrius ὁ ὑπερκριτικὸς, & vituperator, multo fortaſſe quam ferri poſſe videatur, inclementior Scholaſticorum, in quinta, quam de Hiſtoria Eccleſiaſtica edidit, Oratione [3]:

„ Ad-

1 Epiſt. eadem *Paſtorali* xv. *pag. eadem ſeqq.*
2 Confer *p.* 465. *hujuſce operis not.* 2.
3 §. XIII. *p.* 53. *Edit. Venetæ an.* 1761.

„ Admirari, *inquit*, non deſino, tam infelicibus tem-
„ poribus, tamque raris luminibus adeo fideliter fuiſſe
„ nobis a doctoribus ſervatum depoſitum ejus, quæ eſt
„ de doctrina, traditionis. Libenter id eis tribuo laudis,
„ quod merentur, altiuſque conſcendens toto quidem
„ corde benedico Deum, qui ita ut promiſerat, nun-
„ quam ceſſavit ſuæ Eccleſiæ opi eſſe, ac firmamento „.

Jam conſenſione ſumma Scholaſticos omnes (qui, ut Flevrius docet, *Traditionis depoſitum* ſervarunt) in eam ſententiam conſpiraſſe, quæ eſt de Sanctis Veteris Teſtamenti Chriſti Servatoris morte ereptis ex inferis, auctiſque eo genere beatitatis, quod in viſione conſiſtit Dei, tam certum eſt, ut ne ab Cadonico quidem, ejuſque patronis in dubium revocetur. Sententia vero, quam Scholaſtici omnes de Articulo præſertim aliquo ſymboli agentes probant, incredibilique conſenſu jam uſque a ſeculis ſeptem probarunt, Eccleſiæ ex traditione manans ſententia eſt, ut doctiſſimi viri Melchior Canus, & Franciſcus Fenelonus adverſus novarum rerum ſtudioſos diſputantes demonſtrant. Sententia igitur illa, quæ certe eſt de ſenſu v. Articuli Apoſtolici Symboli, tanta conſenſione adſerta Scholaſticorum, nonniſi Eccleſiæ Catholicæ ex traditione manans doctrina habenda eſt. Quod ſi hæc haberi doctrinæ Catholicæ Eccleſiæ loco non debet, haud ſcio, quemadmodum cohibere audaciam Proteſtantium, Janſenianorumque poſſimus multa dogmata (quaſi a Scholaſticis excogitata ſint, & Scripturarum, vel Auguſtini teſtimoniis repugnent) rejicientium. Non enim minore licentia Scholaſticos, & quidem omnes ab ſ[illegible] deſeri Cadonicus, & Dalhamus [1] ſcribunt, quam Janſenius ſcripſerit. Si autem id modo impune his licet, cur non item putandum erit licuiſſe [2] Janſenio? Sin Janſenio fas

r r r non

[1] Vide *p. 466. hujuſce operis not.* 2.

[2] Janſenius *L. Proœm. cap.* 11 mirari ſe ait, myſteria gratiæ, quæ S. Auguſtinus defenderit, diu quaſi tenebris obſita fuiſſe, incognitaque hominibus iis (Scholaſticis) pœne innumerabilibus, quibus tamen tanta pietas, tantaque vis ingenii inerat.

fuit, qui vexatus propterea merito ab Epiſcopis eſt, qui docilitate in primis, atque obedientiæ promptitudine maximam ſibi laudem virtutis, & gloriam compararunt; quid eſt, quod fas eſſe Cadonico, ejuſque patronis arbitremur?

Deinde ſi Scholaſticis omnibus (ita omnino, ut factum ab Janſenio eſt,) aſſentiri Cadonicus, ejuſque aſſeclæ recuſant; quæro quoſnam ſequantur, per quos ab XII. ſeculo ad noſtram uſque ætatem fuerit propagata divina traditio? Non enim de re agitur, quæ nihili pendenda ſit, ſed de recta Articuli Symboli Apoſtolici intelligentia, qui articulus eſt de *deſcenſu Chriſti ad inferos*. Ea vero vel ex Scripturis, ut Eccleſiæ innixæ traditioni interpretatio poſtulat; vel ſaltem ex ſola Eccleſiæ traditione haurienda eſt. Nec mihi unum aliquem nominare debent, etſi

inetat. Qaid Cadonicus? *In Præfat* ad opus inſcriptum: *Divi Aurelii Auguſt. quæ videtur ſententia: pag.* 111. *edit. Veneta an.* 1765. » UNUM, *inquit*, peculiari » devotioni meæ, & in Divum Auguſtinum præcipuæ dilectioni a benignitate Dei » RESERVATUM puto, ut PRIMUS EGO, POST HUJUS DOCTRINÆ VE- » LUTI OPPRESSAM MEMORIAM, EAMDEM EXSUSCITAREM». Rurſus Janſenius *ibid. cap.* XXX. proſpicere, ait, ſe fore, ut aliqui reſpondeant, opiniones Scholaſticorum, quas ipſe arbitrabatur fuiſſe reprobatas ab Auguſtino, familiares Eccleſiæ pene univerſæ fuiſſe quingentorum fere annorum intervallo. Id vero etſi non negat, tamen Auguſtinum (cujus ſententias ſolum ipſe ſe, non autem Eccleſiam pene univerſam, intellexiſſe jactabat) quamvis refragantibus Scholaſticis univerſis, ſequi ſe malle deinceps ſcribit. Cadonicus item *ejuſdem Præfat. p.* XV. *num.* 3. » Quia nonnulli, *inquit*, hanc per me paratam (S. Auguſtino) de- » fenſionem APUD IGNAROS quaſi odioſam traducunt, dum non aliter me » S. Auguſtinum a Millenarii regni imputatione immunem feciſſe dictitant, » QUAM NOVAM, ET NULLI NUNC PROBATAM SENTENTIAM IPSI » TRIBUENDO, neceſſarium duxi momenta, quibus opinionem hanc vigilantiſ- » ſimus Auguſtinus communivit, ob oculos ponere». *Et num.* 4. *pag. eadem*. » Unum doleo: COMMUNEM HANC Theologorum CONTRARIAMQUE » SENTENTIAM, QUAM EFFERUNT, & me velut inprudentem S. Auguſtini » defenſorem apud multos culpare &c... Si qua ideo in me culpa eſt, eamdem ab- » ſtergere propono, NON ALIO TAMEN PACTO, quam in medium vocan- » do argumenta, principia, auctoritates denique, ob quas hæc opinio in accu- » ratioribus S. Auguſtini libris locum invenire promeruit, & tanti apud eum eſſe, » ut hac præcipua doctrina, Manichæorum, Pelagianorumque commenta cotam » Eccleſia debellaret. Quæ opinio, ſi veluti nova, & fundamentis deſtituta » TUNC inſpici potuiſſet, nihil eſt, cur putemus diſſimulatam fuiſſe a tot do- » ctiſſimis coævisque Epiſcopis, multo autem minus hæreticos eadem præteriiſſe » abſque redargutione». Ita hic homo, ut Janſenius fecerat, ſibi perſuaſit, non alium quemquam tamdiu, quam unum ſe, Auguſtini ſententiam intellexiſſe; conflatque tanto Doctori inſignem injuriam, quaſi is ei ſententiæ adhæſerit, quæ deinceps tot ſeculis oppreſſa fuerit, atque nemini, ut fatetur, probata.

Digitized by Google

etſi nullum reipſa habeant, quem ſe auctorem ſequi dicant. Numerum enim longe majorem orthodoxorum, qui his ſeculis ſeptem vixerunt, demonſtrent neceſſe eſt, ei, quam iidem adverſarii modo probant, ſententiæ adhæſiſſe, ſi velint ipſi *univerſitatem*, adeoque *traditionem* divinam ſequi. Quem igitur indicare poterunt ipſis faventem cœtum Catholicorum, qui ab Scholaſticis univerſis diſſentiat, Eccleſiæque exhibeat univerſitatem? Catechetas ne? Sed his omnibus cum Scholaſticis mirifice convenire vidimus, atque ita quidem convenire, ut quod de deſcenſu Chriſti ad inferos in Symbolo profitemur, id affirment de Limbo Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum intelligi [1] oportere; quod idem eſt, atque Scholaſticum (quod Cadonicus, Dalhamuſque putant) inventum orthodoxi dogmatis habere loco. An Interpretes Scripturarum? At horum item permultorum ſeriem deſcripſimus idem [2] omnino, atque Catechetæ docent, ajentium. An eos, qui contra judæos, hæreticoſque ſe-

ſ r r 2 ptem

1 Vide *cap. hujus operis tertium p.* 233. *ſeqq. & c.* IV. *p.* 477. *& p.* 482. *not.* 2. quo loco Ludov. Granatenſem nominavimus, qui *lib.* 1. *Catechiſmi ſui Minoris* c. VIII. *p.* 15. *10.* 1. *opp. ed. Colonien. an.* 1618. de Articulo Symboli quinto ſic habet: » Articulus quintus, deſcendiſſe Chriſtum ad inferos, credere imperat... Articuli namque hujus ſenſus eſt: animam Redemptoris noſtri eo triduo, quo corpus ejus in cruce, & in ſepulchro poſitum fuit, ad locum illum, in quo Patres, qui in fide, & ſpe adventus ejus vita exceſſerant (eo quod magnum illud, & univerſale ſacrificium, quo cælum reſerandum, & libera Dei viſio concedenda erat, ſanguis nimirum Redemptoris, nondum oblatum erat) detinebantur, deſcendiſſe, eoſdemque inde eruiſſe, ruptiſque catenis, tenebriſque luce ſua profligatis, regnum illud capeſſiſſe, victoriamque contra diabolum obtinuiſſe .... Quamvis enim ſolo verbo, & imperio idipſum perficere potuiſſet, ipſemet tamen deſcendere voluit, ſeque ad locum tam longe a cælo remotum ad ergaſtuli diabolici fœditatem, & tenebras demittere; imo adire locum, ubi captivi recluſi erant, qui in eum credebant, ſuaque voce, & alloquio lætum illis adferre nuncium, ſuo aſpectu, & intuitu illos lætificans, propria manu inde eos eripiens &c. » Confer Catechiſmum a Franciſco Maria Teſta Archiepiſcopo Montis Regalis editum anno 1764. quo in Catechiſmo *pag* 271. *ſeq.* hæc leguntur: » *Scinniu a lu'nfernu; e lu terzu jornu riſuſcitau di la morti*. *M.* Chi nni veni propoſtu di cridiri da chiſtu articulu? *D.* Chi mentri chi lu Corpu di Gesù Criſtu era ne lu ſepulcru, la ſo anima ſi nni jiu a liberari l'animi di li Santi Patri. *M.* Cui eranu ſti Santi Patri? *D.* Li Patriarchi, li Profeti, e l'autri Servi di Diu, chi avianu campatu avanti la vinuta di Gesù Criſtu. M. Unni ſtavanu ſti Santi Patri? *D.* In certu locu, chi la Scrittura chiama 'nfernu, e chi comunementi ſi dici limmu. M Pitchì chiſti Santi Patri nun eranu in celu? *D.* Pirchì duvia aprirni la ſtrata Gesù Criſtu, e traſiricci iddu lu primu ».

2 Vide *p.* 476. *hujus operis not.* 3. *& p.* 477. *not.* 1. *& p.* 479. *ſeqq.*

ptem his poſtremis ſeculis ſcripſerunt? Verum hi perinde [1] Scholaſticis, Catechetis, Interpretibus Sacrorum Bibliorum, ut ſ. hujuſce capitis quarto demonſtratum eſt, admirabilem in modum conſonant. An Paſtores Eccleſiarum, a quibus, Dupinius ait, fuiſſe ſervatam, & ad nos tranſmiſſam traditionem? Verumtamen quid hi ſtatuant; utque ſententiam, quam adverſarii vocant *Scholaſticorum*, probent; & *indicari*, *ſignificari*, *contineri*, *credi* articulo Symboli Apoſtolici quinto, ideoque rem eſſe fidei dicant, ex Catechiſmis ipſorum, ex Ritualibus libris, ex ſcriptis ab eis operibus, quæ etiam ediderunt, perſpicitur. An Synodos Epiſcoporum Diœceſanas, Provinciales, Regionales? At harum nulla eſt a ſeculo XIII. ad hæc uſque tempora celebrata, quæ (ſi quid de inſtituendis in re doctrinæ pueris, vel de fidei profeſſione a Chriſtianis, præſertim autem ab iis, qui in vitæ diſcrimen adducti ſint, exigenda ſtatuit) non hoc idem docuerit, proponique ad credendum [2] ſtatuerit. An Pontifices Maximos? Sed eorum (qui vel Catechiſmos pro pueris, pro neophytis, pro parochis conſcribi, vulgarique juſſerit; vel in ſuis libris, Decretis &c. hujuſce controverſiæ mentionem fecerit) nemo unus fuit, qui non id inculcandum Chriſtianæ plebi, aut *per modum Symboli myſterii* loco proponendum, aut veluti certum, inque profeſſionibus fidei ſubſcribendis, obſignandiſque ab aliquot Epiſcopis Orientis probandum, profitendum, prædicandum non arbitraretur. Quorum quidem Pontificum non ſeriem ſolum, ſed effata etiam, ſi qua ſuperioribus capitibus prætermiſi, deſcribam; tumque mihi procax Schola videbitur, ſi aut non conſenſerint omnes, aut erit inventus aliquis, qui quod ea tuetur, non certiſſimum eſſe dixerit.

Doctrina

1 Confer *pag. hujus operis* 477 nôt 7. & *pagg.* 479. 481. *ſeqq.*

2 De his toto hujuſce operis *cap.* III. egimus: multos item Antiſtites Eccleſiarum numeravimus *pag.* 409 *ſeqq.* qui in libris ab ſe editis hanc eamdem defenderunt ſententiam.

Doctrina eſt certa Antiſtitum Apoſtolicæ Sedis, deſcendiſſe Chriſtum ad eum inferorum locum, in quo Sancti Vet. Teſtamenti Patres captivi detinebantur, hoſque inde exemiſſe, beaſſeque aſpectu naturæ divinæ ſuæ.

Ac de CLEMENTE quidem XIII.[1] qui ſingulari integritate, providentia, virtute rem modo publicam populi Chriſtiani gerit, de Benedicto XIV.[2] de Benedicto XIII.[3] de Innoc. XIII. de Clemente XI.[4] qui hoc, quo vivimus, ſeculo eodem perfuncti ſunt maximi ſacerdotii in Eccleſia munere, ſatis dictum eſt. His ſeculo ſuperiore Innocentius XI.[5], Clemens X.[6], Urbanus VIII.[7], & Paulus V.[8] præiverant, quorum me teſtimonia dum tempus monuit, opportune attuliſſe memini. Quamquam eſt Pauli V. in ea Profeſſione fidei, quam anno 1617. ad Eliam Chaldæorum Patriarcham ab ejus gentis Præſulibus ſubſcribendam miſit, inſignis locus [9]. Atque is in litteris ad eumdem Patriarcham ſcriptis ubi dixit: „ Si deſideratis, ut procul dubio nobis perſuadeamus, vere, rite, ac ſtabiliter vos ad S. R. E. matrem veſtram adjungere, primum *oportet*, ut diſertis verbis confiteamini unam eſſe in Chriſto ſubſiſtentiam divinam .... & declaretis, vos agnoviſſe errores &c. „ tum „ Ut cuncta, *inquit*, quæ NECESSARIA ſunt, rite, ac facile exſequi valeatis, dedimus dilecto filio religioſo, ac prudenti viro Thomæ Franciſcanæ familiæ fratri ſacerdoti „ tui,

1 *Pag. hujus operis* 233. *not.* 1.
2 *Ibid. not.* 1. *p.* 253.
3 *Ibid. p.* 252. *not.* 1. & *p.* 264. *not.* 1.
4 De Innocentio XIII. & Clemente XI. vide quæ adnotavi *p.* 291. *huj. op. not.* 4.
5 Confer quæ ſcripſi *ibid. not.* 1. *p.* 252.
6 *Ibid. p.* 290. *not.* 7.
7 *Ibid. p.* 269. *not.* 1.
8 *Ibid. p.* 252. *not* 1.
9 Vide *Epiſt. Pauli V. ad Eliam Patriarcham Babylonis, & Profeſs. Fidei &c. p.* 74. *ſeqq.* libri inſcripti: *Synodalia Chaldæorum &c. edit. Romana an.* 1617.

„ tui, ac tuorum amantiſſimo certam formulam, ex „ qua profeſſionem fidei, & damnatorum hæreticorum „ anathematizationem conſcribatis, & ad nos mittatis „. Eſt vero in ea *formula* ſcriptum hoc modo: „ Inſuper „ FIRMITER CREDO, & PRÆDICO eumdem Filium incarnatum vere natum eſſe ex Maria Virgine .... „ item vere paſſum, vere mortuum, & ſepultum, & vere „ cum anima deſcendiſſe ad inferos AD LIBERANDAS „ ANIMAS SANCTORUM PATRUM, QUÆ IN „ LIMBO DETINEBANTUR „. Abeant modo adverſarii, & ſiquidem ulla eos erga Sedem Apoſtolicam tenet pietas, & religio, rem eſſe *ἀδιάφορον* ſeu *indifferentem*, dicant, eam, quam Paulus V. Pont. Max. in articulis poni juſſit doctrinæ fidei, quos Babylonis Patriarcha, Antiſtiteſque Chaldæorum ceteri profiteri deberent, ſi modo ſe *vere, atque ſtabiliter ad S. R. Eccleſiam adjunxiſſe, & cuncta, quæ neceſſaria ſunt, rite exſequuti* fuiſſe videri vellent.

De Clemente VIII. qui extremo fere XVI. ſeculo Pontificatu Maximo potitus fuit, de quo capite hujus operis III. multa dixi [1], non eſſet, cur eſſe rurſum dicendum putarem, niſi Gabrieli Patriarchæ Alexandrino auctor fuiſſet, ut fidei formulam illam profiteretur, in qua, ut eſt apud Jodocum Coccium, ſcriptum erat hoc modo: *Firmiter credo, & prædico Chriſtum vere paſſum, vere mortuum, & ſepultum, vere cum anima deſcendiſſe ad inferos ad liberandas animas Sanctorum Patrum, quæ in Limbo detinebantur*. Qua ex re conſtat, unde accepta fuerint, quæ Paulus V. ad Patriarcham Babylonis credenda, atque prædicanda miſit. Seculo eodem XVI. Gregorius XIII. P. M. in Catechiſmo, quem charactere ſyriaco arabice componi, & anno 1580. typis Romæ excudi, atque ad Syros, ceteroſque Orientis Chriſtianos, addiſcendorum myſteriorum Religionis Catholicæ cauſſa, mitti imperavit,

Arti-

1 *Cap. hujus operis tertio p.* 151. *not.* 1.

Digitized by Google

Articulo Symboli Apoſtolici V. DEMONSTRARI *nobis*, ait, *Myſterium Reſurrectionis Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, qui ante reſurrectionem ſuam a mortuis deſcendit Anima ſua ſanctiſſima in profundum inferni, HOC EST IN LOCUM SANCTORUM PATRUM, LIBERAVITQUE ANIMAS OMNES IN EO CARCERE DETENTAS, & tertio a morte ſua die, anima ipſa rurſum corpori ſuo conjuncta, propria virtute ſua reſurrexit*. Næ hi Pontifices magnum id eſſe quidpiam cenſuerunt, quum caverint, ut non ſolum e profeſſionibus Fidei, quas ad Epiſcopos ſubſcribendas, prædicandaſque tranſmiſerant, ſed ne ex Catechiſmis quidem abeſſet, quos rudium Syrorum, Arabum &c. inſtituendorum gratia perſcribi mandarant. Et novi tamen dogmatis patroni (qui cum ſuſceptam ab ſe Cadonici defenſionem, vindicandi Auguſtini cauſſa, gloriantur, tum reſponſionibus uti ſolent Pelagianorum) rem hanc eſſe non doctrinæ Eccleſ. Catholicæ, ſed levis *quæſtionis* [1] jactant. Quaſi vero Succeſſores B. Petri, quibus Chriſtus Servator paſcendi gregis, confirmandorumque fratrum in fide poteſtatem fecit, levibus rebus delectati ſint, iiſque præſides Sacrorum, rudes, pueros, ſi orthodoxi, ſi Eccleſiæ Rom. juncti, ſi ſalvi denique eſſe vellent, imbui curarint.

His Pontificibus ad eam rem viam muniverant Pius V. [3], & Leo X. [4] item Pontifices, quorum alter eam doctrinam Catechiſmo ut *myſterium* Religionis proponi; alter Profeſſionem Fidei a Petro Maronitarum Patriarcha editam Actis Synodi Lateran. adjungi voluit, qua in profeſſione hæc omnino leguntur de Chriſto: *Deſcendit ad inferos, & liberavit juſtos* . . . . & ita *credimus &c.* Id vero uterque eorum, Pio II. (qui ſeculo XV. rem Chriſtianam publicam moderatus eſt) præeunte, fecit. Nam eſt hujus in Litteris *Canonizationis* Sanctæ Catharinæ Se-

1 Vide *p.* 161. *hujus operis not.* 1. Cæleſtii Pelagiani hujus ſimilem reſponſionem.
2 Sic enim Adverſarii habent in iis litteris, quas ſuperiore Aprili Menſe typis edi fecerunt.
3 Confer quæ ſcripſi *p.* 232. *not.* 1.
4 *Et p.* 423. *not.* 6.

Senenſis [1] eodem in genere perſpicua ſententia: *DESPOLIAVIT*, inquit, *INFEROS CHRISTUS, ABDUXIT SANCTOS PATRES, & victor mortis, ac diaboli triumphator, CÆLUM JAM LONGO TEMPORE CLAUSUM APERIENS aſcendit ad Patrem*. Quo etiam cadit illud Eugenii IV. P. M. in *Decreto* poſt celebratam Synodum Florentinam ſcripto pro Jacobitis [2]: *Firmiter credit (Romana Eccleſia) & profitetur, & docet, neminem umquam ex viro, feminaque conceptum a diaboli dominatione fuiſſe liberatum, niſi per meritum mediatoris Dei, & hominum Jeſu Chriſti Domini Noſtri, qui ſine peccato conceptus, natus, & mortuus humani generis hoſtes peccata NOSTRA delendo ſolus ſua morte proſtravit, & REGNI CÆLESTIS INTROITUM, QUEM PRIMUS HOMO PECCATO PROPRIO CUM OMNI SUCCESSIONE PERDIDERAT, RESERAVIT.* Quæ quidem ſententià poſt exactam Florentinam Synodum ab Eugenio dicta, plane demonſtrat, non eo fuiſſe in Decreto Synodi Florentinæ ab Eugenio ipſo pro *unione Græcorum* edito prætermiſſam mentionem *clauſi omnibus*, ante *mortem Chriſti*, *cæleſtis regni*, quod (ut Cadonico videtur) *de ſtatu animarum Sanctorum Patriarcharum, & Prophetarum, reliquorumque juſtorum ante Chriſti adventum libera ſit adhuc opinandi facultas* [3]. Etenim ſi liberam cuique ea de re dijudicandi poteſtatem eſſe, Sancta Synodus, atque Eugenius (cujus nomine *Unionis Decretum* perſcriptum, editumque fuit) judicaviſſet; non is ipſe Pontifex, vix abſoluta eadem Synodo, in Decreto *pro Jacobitis* illud poni tuliſſet, quod eſt *de Romana Eccleſia firmiter credente, Jeſum Chriſtum ſine peccato conceptum, natum, & mortuum ſua morte humani generis hoſtem proſtraviſſe, & regni cæleſtis introitum, quem primus homo cum omni ſucceſſione perdiderat, reſe-*

1 §. 2. p. 106. an. 1461. tom. III. *Bullar. Rom. edit. Rom. an.* 1743.
2 *An.* 1441. *tom.* IX. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *p.* 1025.
3 Cadonicus *capite* I. Operis inſcripti: *S. Auguſtini, quæ videtur, ſententia nu.* 3. *p.* 2. *edit. Venetiæ an.* 1765.

reſeraſſe. Quid enim opus fuiſſet, a Pontifice Maximo Romanæ Eccleſiæ fidem Jacobitas docente onerari aures hominum recens ad Catholica ſacra converſorum doctrinis ſi forte non omnino inanibus, at levibus quidem certe, *de quibus* cuique libera, ut vellet, ſtatuendi poteſtas eſſet? Propterea vero Patres Synodi Florentinæ, quique eis præerat Eugenius in *Unionis Græcorum* Decreto de Sanctorum Veteris Teſtamenti animabus, quo ſtatu ante Chriſti adventum fuerint, tacuerunt; quod nulla ea de re Latinis eſſet cum Græcis Photianis contentio. Quod ſi cui ejus doctrinæ mentionem in Decreto fieri placuiſſet, huic obſtitiſſent Græci, ne commemoratione rei, de qua numquam dubitaviſſent, in novi dogmatis aut ſuſpicionem, aut invidiam vocarentur [1]. Neque Eugenius tam erat aut imperitus rerum, ut ignoraret; aut adverſarius Apoſtolicæ, quam tenebat, Sedis auctoritati, ut parvi eſſe pendenda, atque in *adiaphoris* numeranda putaret, quæ a ſuperioribus Pontificibus, præſertim autem a Benedicto XII. in celebri conſtitutione de Beatitate Sanctorum ſeculo XIV. hac de re declarata, finitaque fuerant. Cujus quidem Benedicti præclara ſententia, cum deſcripta a nobis alio loco fuerit, nunc omittatur [2].

Extremo ſeculo XII. Pontificatu maximo potitus fuit Innocentius III. produxitque ad decimi tertii ſextum ac decimum annum vitam. Is quoque in litteris ad Archiepiſcopum Arelatenſem (e quibus in caput *Majores Tit. de Baptiſmo* Gregorius IX. P. M. tranſtulit inſignem locum) in hanc ſententiam ſcribit: „ Etſi originalis culpa remittebatur per circumciſionis myſterium, „ & damnationis periculum vitabatur, *NON TAMEN* „ *PERVENIEBATUR AD REGNUM CÆLORUM*, „ *QUOD USQUE AD MORTEM CHRISTI FUIT* „ *OMNIBUS OBSERATUM*: Sed per Sacramentum

1 Velut obſtiterunt, ne de forma Sacramenti Euchariſtiæ *in Decreto Unionis* ageretur. Vide *Collat.* XX:1. *Syn. Flor. T.* IX. *Concilior. p.* 980. *ſeqq. edit. Par.* 1714.
2 *Pag.* 222. *ſeqq. hujuſce operis*.

„ Baptiſmi Chriſti Sanguine rubricati culpa remittitur, „ vitatur periculum, & *AD REGNVM CÆLORVM* „ *ETIAM PERVENITVR*, *CVJVS JANVAM CHRI-* „ *STI SANGVIS FIDELIBVS SVIS MISERICORDI-* „ *TER RESERAVIT*. Jam Benedictus XII. in eo libro [1], quem de Sanctorum felicitate perſcripſit, anteaquam ſolemni ritu de dogmate dixiſſet ſententiam, monitos voluit Lectores ſuos: quæ de regno Cælorum a majoribus diſputata, confirmata, litterarumque monumentis mandata ſunt, eadem de beatitudine in primis intelligi oportere, quæ conſiſtit in intuitiva viſione Dei. Cui ſane Pontifici majorum ſententiam interpretanti quis audeat reſiſtere, ut novis Cadonicianis inventis aſſentiatur? Atque Innocentius Sanctos, qui ante Chriſtum deceſſerant, *damnationis* quidem *periculum vitaſſe* ait; *beatos* autem fuiſſe non ait; immo *regno* eos non fuiſſe ante Chriſti mortem potitos confirmat: quod magno argumento eſt, ipſos ad *mortem* uſque Chriſti expertes fuiſſe beatitatis ejuſdem conſiſtentis in intuitiva viſione Dei, quæ certe ut *eſſentialem beatitudinem*, ita *regnum* conſtituit *cælorum*. Quare non uſque ad *aſcenſionem* Chriſti *ad cælos*, ſed uſque ad *mortem Chriſti* fuiſſe ſcribit *occluſum cælorum regnum*. Id enim de loco cæleſti intelligi non poteſt; qui non uſque *ad mortem*, ſed uſque ad *aſcenſionem* Chriſti Sanctorum patuit nemini.

Sed age, quæ fuſe perſequuti ſumus, conferamus in

1 *De Statu animarum Sanctorum ante generale judicium* (quod opus extat in Biblioth. Vat. Cod. Vat. 4006) *tract.* 1. *cap.* IX. quod quidem caput Benedictus inſcripſit hoc modo: » *Quod eſſe cum Chriſto in Regno Dei cæleſti eſt idem, quod habere* » *vitam æternam, & Dei viſionem* »; Id porro Chriſti auctoritate, & Auguſtini teſtimonio confirmat *ibid. fol.* 22. Et *cap.* XII. *fol.* 25. *v.* inſcripto » *Quod* » *animæ Sanctorum Patrum, qui ante mortem Chriſti defuncti ſunt, poſt paſſionem,* » *& ejus aſcenſionem in Cælum, ſunt in Cælo, & habent vitam æternam, & Dei* » *viſionem* »: poſtquam id Patrum complurium, & Gloſſæ auctoritate oſtendit, poſtremo: » Ex quibus verbis, *inquit*, ſatis poſſet concludi, ut ex ſupradictis » patet, quod ad viſionem divinitatis eos perduxit: ſed ut non videatur hoc de» duci argumentative, clare hoc dicunt Beda ..., & Gloſſa ... Ex quibus dictis » Gloſſæ clare apparet, quod per Chriſti mortem data eſt gloria viſionis divinæ » Sanctis, qui ante Chriſti mortem detinebantur in inferno ».

Digitized by Google

in pauca. Jam illud conſtat, a Pontificibus Maximis Clemente XIII., Benedicto XIV. Bened. XIII. Innocen. XIII., Clemente XI. Innocentio XI. Urbano VIII. Paulo V., Clemente VIII. Pio V. Paſtorali, Apoſtolicoque ſuo muneri ſatisfacturis, ea quæ in Catechiſmo Romano, & Bellarminiano utroque ut *myſteria*, atque *credenda* proponuntur; Paſtoribus quidem, ne qui eorum omni vento circumferantur doctrinæ, ad docendum; Chriſtianis autem ceteris ad diſcendum; utriſque vero ad credendum proponi. Niſi enim ſic eſſet, non ita, ut in Catechiſmis iiſdem continetur, doceri a Paſtoribus debere Chriſtianam plebem, juberent. Atqui Catechiſmus Romanus *in myſteriis* ponit quod eſt de S. V. Teſtamenti tunc primum beatis aſpectu Dei, cum Chriſtus ad inferos deſcendit; Bellarminianus autem major idipſum exhibet ut rem, de qua dubitare non liceat; minor vere adhibitis verbis: *ego credo*: modo Symboli proponit, *Chriſtum deſcendiſſe in Limbum Sanctorum Patrum, ut eos liberaret*: quæ res demonſtrant Patres illos in *cuſtodia*, ſeu in *loco carceris* fuiſſe. Jam vero carcer componi cum *eſſentiali beatitudine* conſiſtente in viſione Dei, hoc eſt cum *ſumma libertate*, cumque *regno* qui poterit? Rurſum Paulus V. & Clemente VIII. qui in iis Profeſſionibus fidei, quas a Patriarchis, atque Epiſcopis Orientis edi voluerunt, qui cum Rom. Eccleſia conjungi ſocietate communionis cuperent, illud ad credendum exhibent, his verbis: *firmiter credo, & prædico* Chriſtum *vere ad inferos deſcendiſſe ad liberandas animas SS. Patrum, quæ in Limbo* detinebantur; an minus clare, minoreve vi exhibent, quam hoc de Chriſto proponatur in Conſtantinopolitanæ Synodi Symbolo: *qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cælis*? Gregorius autem XIII. articuli v. Symboli Apoſtolici *deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis*; in Expoſitione doctrinæ Chriſtianæ, quam pro Syris edi imperavit, articuli, inquam, v. priorem partem intelligi
 opor-

oportere oſtendit de *loco SS. Patrum, e quo Chriſtus liberavit omnes captivas animas*; quod idem eſt, atque fateri, hanc verbis prioris partis ejus articuli ſubjectam eſſe ſententiam, ſeu in hac articuli partem illam conſiſtere. Eodemque ſpectant, quæ Pius II. & Eugenius IV. de Sanctis Patribus morte Chriſti eductis ex inferis in ſuis Conſtitutionibus docuerunt. Beatos vero eos eſſe viſione Dei, qui in inferis hoc eſt in loco *carceris* ſunt, nemo orthodoxorum, nemo cui ſana mens fuerit, aut cenſuit, aut ſomniavit. Quod ne Cadonicus quidem negat [1]. Benedictus XII. tum primum beatitatem conſiſtentem in viſione intuitiva Dei potitos Sanctos Veteris Teſtamenti fuiſſe in dogmatica Conſtitutione confirmat, cum Chriſtus deſcendit ad inferos. Quod idem, etſi non iiſdem verbis, Innocentius III. in Epiſtola Decretali ad Archiepiſcopum Arelatenſem ſtatuit. Conſtat igitur Summos Apoſtolicæ Sedis Antiſtites a Seculo XII. ad hoc uſque noſtrum id doctrinæ genus docuiſſe, confirmaſſe, propagaſſe, perſerrique ad extremas orbis terrarum oras curaſſe. Qua ex re efficitur, ſententiam tot, tamque præclaris Pontificum Maximorum teſtificationibus fultam, haberi oportere uti ſententiam Apoſt. Sedis firmam, certam, continuam, traditioneque Apoſtoli Petri conſtantem. Niſi forte Cadonicus, ejuſque defenſores velint, eos Pontifices omnes fuiſſe Scholaſticos, nec ſatis propterea dignos videri auctoritate, ac fide. Quod certe aures reſpuunt Catholicorum. Quis enim Catholicus non exhorreſcat, audiens Theologos omnes, Interpretes Sacrorum Bibliorum, Catechetas, Judaicæ ſuperſtitionis, dogmatumque hæreticorum Oppugnatores, Parochos, Epiſcopos, Patres, qui ad Diœceſanas, Provinciales, Nationales Synodos convenere; neque hos ſolum, ſed Pontifices etiam Maximos ſeptem his ſeculis, quod idem eſt atque *Eccleſiam* univerſam ſeptin-

[1] Vide quæ ſcripſi *pag.* 459. *hujus operis not.* 1.

ſeptingentis annis fere imbutam figmentis Scholaſticorum tam magno in errore fuiſſe verſatam, ut rem aut falſam, aut dubiam pro certa, pro articulo Symboli quinto comprehenſa, pro tenenda, credenda, profitenda magno natu hominibus, adoleſcentibus, pueris, doctis, indoctis, uno verbo omnibus proponeret, inculcaret, & Inſtitutionibus, Catechiſmis, Decretis, Conſtitutionibus*, Profeſſionibus fidei comprehendi, latiſſime propagari, commendarique memoriæ hominum ſempiternæ ſingulari ſtudio, opera, diligentia curaret? Sed Cadoniciani dogmatis adſertores, cum communem orthodoxorum ſententiam inventum pugnant eſſe Scholaſticorum, cujus ne *major quidem probabilitas a multitudine ſectantium arceſſenda ſit*; viderint, quemadmodum poſſint eamdem ſententiam credenti, docenti, prædicanti, ubique terrarum Eccleſiæ ſatisfacere. Quamquam ni deſinant vociferari, cum una ſibi ſchola rem eſſe, palinodiamque recantent; nullam, credo, invenient Eccleſiæ ſatisfaciendi viam. Quod ad me attinet, expleſſe me arbitror, quod initio Paragraphi hujuſce promiſeram. Nam oſtendi, Theologos, Interpretes Sacrorum Bibliorum, Oppugnatores hæreticorum, Catechetas, Parochos, Epiſcopos, Pontifices Maximos, quid multis opus eſt? Eccleſiam Catholicam univerſam ſeptem his ſeculis docuiſſe, docereque pergere eam, quæ eſt de animabus SS. Veteris Teſtamenti in ſinu Abrahæ non ante beatis aſpectu Dei, quam Chriſtus paſſus, mortuuſque fuiſſet, ſententiam; adverſarioſque (qui eam rejiciant, ut opinionem, ſeu potius ut commentum Scholaſticorum) exempla Proteſtantium imitari plura Eccleſiæ Catholicæ doctrinæ capita in figmentis Scholaſticis numerantium.

CAPUT

CAPUT V.

Teſtimoniis majorum efficitur, Catholicos quoſque ſeculis XI. X. IX. VIII. VII. & VI. probaſſe, docuiſſe, atque ad poſteros id propagaſſe, quod Eccleſiæ Chriſti univerſæ de Sanctorum veteris Teſtamenti, ante Chriſti mortem, in ſinu Abrahæ ſtatu docent.

AGE vero quum ab initio uſque XII. ſeculi tam late doctrina, pro qua pugnamus, manaverit; quotus tandem quiſque erit, qui ejus primodia ab ſeculo eodem XII. eſſe repetenda putet? Etenim ne veri quidem eſt ſimile, eam repente [1], ut extitit, quorumvis hominum

[1] Petrus Nicolius, quem adverſarii in Auguſtini doctrina minus fuiſſe verſatum, numquam dicent, in ea *Tractatione*, quam gallice inſcripſit: *La perpetuité de la foy de l'Egliſe Catholique touchant l'Euchariſtie &c. Sect.* 1. *pag.* 18. *edit. Pariſ. an.* 1666. Calvinianos refellens, qui dogma *de Chriſto in Euchariſtia reipſa præſente* non tam eſſe vetus pugnant, ut repeti ab Apoſtolis debeat (quod idem modo de re, qua de agimus, Cadoniciani ſtatuunt, ut qui eam in commenta rejiciant Scholaſticorum): » Si Eccleſia vetus, *inquit*, credidiſſet, Chriſtum e » Symbolis Euchariſticis abeſſe, in eum tandem ſtatum deveniſſet numquam, » quo fuit temporibus Berengarii, niſi univerſe mutaſſet fidem. Quæ mutatio » duobus modis concipitur, quorum neuter dari ULLO MODO POTEST. Horum eſt modorum alter, ut mutationem ejuſmodi factam fingamus fuiſſe repente ita, ut quique Chriſtiani, qui ad id uſque tempus credidiſſent, Jeſum » Chriſtum in Euchariſtia non adeſſe, confeſtim una ſimul omnes cœperint contra » credere; cumque ſuperſtitione imbuti Calviniana obdormiſſent, excuſſo inde » ſomno ſe Catholicos eſſe deprehenderint, tantaque capti oblivione fuerint, » ut quales antea fuiſſent, ne recordarentur quidem. Id vero tam EST RIDICULUM, ut in eo confutando nullum mihi tempus eſſe inſumendum putem. Alter eſt modus ut ſenſim mutata ratio ſit, nempe ut ab aliquibus primum opinio » *de Chriſto*, qui reipſa in Euchariſtia præſens adſit, introducta; ac nonnullos aſſertores nacta, deincepſque paullatim diffuſa ubique fuerit. Quæ hypotheſis » ſi ſemel conſtituatur, concedendum erit, fuiſſe tempus aliquod (ut illud, quo » nata opinio eadem fuerit) quo tempore perpauci eam ſequerentur; fuiſſeque » deinde alterum tempus, quo ſectatorum ejus numerus ita fuerit auctus, » ut æquatet numerum eorum, qui Chriſtum in Euchariſtia eſſe præſentem non » crederent; tertiumque porro tempus extitiſſe, quo id opinionis genus multitudinis animos occuparit, repugnantibus multis, qui adhuc in vetere doctrina » perſiſterent: ac poſtremo quartum fuiſſe tempus, quo pacifice opinio eadem, » & ſine

num Catholicorum animos (repugnante nemine) ſic occupaviſſe, ut non modo eorum quiſque retinendam ſibi, ſed etiam adverſus Judæos, atque Hæreticos defendendam, & vel pueris ipſis uti rem certam ad credendum proponendam eſſe arbitraretur.

ſ. I.

Quam inſignis ſeculo XI. *fuerit ea de re hominum Catholicorum conſenſio.*

Quod ſi ea ante XII. ſeculum orta eſt, nec tamen ab Apoſtolis ad noſtram ætatem permanavit; quæro ab Cadonico, quandonam primum excogitata ſit, invehique in Eccleſiam cœperit? Niſi enim oſtenderit, a quibus, aut quo poſt Apoſtolos tempore introducta ſit, modo Auguſtinum [1] ſequi auctorem, ac magiſtum velit, eam Apoſtolica niti traditione fatebitur. Quid ergo? An ad extremum ſeculum XI. ejus eſſe originem referendam dicet? Crederem, ſi unum aliquem indicare ejus ætatis Chriſtianum poſſet, non dico, qui primis ejus inventoribus repugnarit, (quamquam id mihi ab eo petere liceret) ſed qui ſecus atque commune placitum ferret, ſenſiſſe videatur. At indicare nullum potuit. Nam ſi potuiſſet, prætermittendum non putaſſet. Eo autem dixi, jure mihi ab Cadonico petere licere, quinam primis

» & ſine ulla oppoſitione regnarit, cujuſmodi eſt ſtatus, quo eam Calviniani » concedant neceſſe eſt fuiſſe temporibus iis, quibus Berengarius hoc de argumento diſputationes excitare cœpit. FIERI OMNINO NEQUIT, UT SI CATHOLICORUM DOCTRINA innovatio quædam eſt antiquæ fidei, quæ innovatio facta paullatim fuerit, huc hiſce gradibus non pervenerit. Horum autem » graduum quiſque abſurda continet nullo modo tolerabilia &c. » Ea vero abſurda fuſe Nicolius perſequitur *pag ead. ſeqq.* Videant autem Cadonieiani, num hæc accommodari poſſint ad ea, quæ ipſi de novitate ſententiæ noſtræ jactitant.

2 Nicolius *ibid. pag.* 10. » Fieri ne potuit, *inquit*, ut Presbyteri, Parochi, Epiſcopi ne ſuſpicati quidem id genus opinionis novæ fuerint, neque onus ſibi illius reprimendæ ſuſceperint, ut populum ab errore abducerent »? Et *pag.* 21. Quo demum id modo fieri potuit, *ſans aucune contradiction aux paroles d'un homme, qui ſeroit venu publier contre le ſentiment de toute la terre &c.*

3 Vide quæ ſcripſi *pag.* 405. *not.* 1.

mis inventoribus communis ſententiæ repugnarint , ſi quidem recens excogitata eſt, eo, inquam , id dixi, quod ne veri quidem videatur eſſe ſimile, novam opinionem de articuli quinti Apoſtolici Symboli ſignificatione introduci cœpiſſe, tacitis omnibus , nec ullo repugnante eorum, qui ad ea uſque tempora ſecus inſtituti fuiſſent . Equidem quod ad me attinet, Cadonico ſic confirmo , ſcriptorum XI. ſeculi, quos legerim, legi autem plurimos, inventum a me fuiſſe omnino nullum, qui quod eſt pronunciatum de liberatis morte Servatoris Chriſti ex captivitate inferorum Veteris Teſtamenti Patribus, aut negandum, aut in dubium revocandum arbitraretur; contra vero inveniſſe permultos me, qui tam id certum haberent, ut idipſum Symboli Apoſtolici articulo quinto contineri ſtatuerent. Horum mox ſeriem deſcribam, non modo ut fidem liberem, ſed ut etiam Cadonico, ejuſque patronis, qui id a me forte petent, quod ego in ipſis deſidero, cumulatiſſime ſatiſfaciam. Itaque Petrus Damianus [1], Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis [2], Bruno Antiſtes Herbipolenſium [3], Lanfrancus Cantuarienſis [4], Auctor Libri Soliloquiorum,

1 S. Petrus Damianus *ſerm* XLVIII. *De Exaltatione s. Crucis pag.* 114. *edit. Pariſ. Operum an.* 1654. » OMNES electos, *inquit*, de vinculis antiquæ damnationis abſolvit (Chriſtus) quos etiam ſecum per reſurrectionis gloriam ſuſcitavit. Quid de beatæ Crucis præconio referam, cum & ipſa latronem cælo, » ut revera ſui fructus primitias, intulit, & PER HUNC PARADISI JANUAS, » QUAS DEINCEPS ELECTI OMNES SCANDERENT, PATEFECIT. Enim » vero Cherubim ille, qui rhompheam excluſionis acceperat, ſignaculum in eo » Crucis aſpexit, cui ſe nequaquam contradictor oppoſuit &c. »

2 *Oratione* XXXVII. *ad Chriſtum pag.* 171. *edit Opp. Pariſ. an.* 1675. *Liberaſti de inferno animas piorum &c.* Vide *Homil.* VI. *in Lucam pag.* 170. *ſeq.* In Dialogo *de Paſſione Domini*, qui Anſelmo tribuitur *cap.* XV. *ibid. Append. pag.* 492. hæc habentur : » Tunc magnum gaudium fuit factum in Limbo, quando anima » Chriſti in ipſum deſcendit, & Patres inde liberavit, & Limbum deſtruxit ».

3 *De Symbol. Apoſtolorum pag.* 167. *edit. Norimberg. ann.* 1497. » Quid poſt » hæc? Crucifixus eſt, & in eadem Cruce mortuus, deinde ſepultus, & manente » corpore in ſepulcro, anima ejus ad inferna deſcendit, deque inferno Sanctos » Patriarchas ſcilicet Abraham, & Iſaac, & Jacob, & ſanctos Prophetas Eſaiam, » Hieremiam, & ceteros omnes, quos elegit, miſericorditer liberavit ».

4 *In Epiſt. ad Rom. cap.* V. *not.* 4. *pag.* 17. *edit. Pariſ. an.* 1648., & *in Epiſt. ad Hebræos cap.* IX. *pag.* 221. *not.* 10. & *cap.* X. *pag.* 223. quo loco explicans Apoſtoli verba : *initiavit nobis viam novam &c.* „ Quam *viam novam? inquit.* » Quia nullus » hominum ante illum in cælum aſcendit. *Et viventem* : id eſt non deficientem, » permanentem. Quia uſque ad finem ſeculi aſcenſura ſunt membra ejus &c. »

quiorum, qui liber etſi eſt egregius, falſo tamen Auguſtino tribuitur [1], Ivo Carnotenſis [2], Johannes Micrologus [3], Algerus [4], Rodulphus Ardens [5], Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus [6], Marbodus Epiſcopus Re-

t t t donen-

1 *Cap.* XXII. *pag.* 580. *tom.* VI. *opp. Auguſtini edit. Antuerp. an.* 1700. „ Ad in- » feros, *inquit*, ubi ſedebant in tenebris Patres noſtri auctor LUMINIS DE- » SCENDISTI Chriſte ». Monachi Benedictini Congregationis s. Mauri negant hunc librum ſeculo eſſe XIII. vetuſtiorem. Quibus equidem non repugno. Ac rejiciatur is quidem in tempora Scholaſticorum, per me licet; modo revocetur ad XI. hoc ſeculum uterque Bruno, alter Carthuſianorum Inſtitutor; alter, Epiſcopus qui fuit Signienſium. Nam hi ad XI. potius, quam ad XII. ſeculum pertinent. Quare eorum teſtimonia transferri huc volo, quæ deſcripſi *pag.* 448. *not.* 5. & *pag.* 449. *not.* 5.

2 *Serm. de Convenientia Veteris; & Novi Sacrificii pag.* 275. *tom.* II. *app. edit. Pariſ. ann.*1647. „ Quod ab inferis, *inquit*, tertia die Chriſtus reſurgeret, apud » Oſeam: *Vivificabit nos poſt biduum &c....* Reſuſcitatus ad prædam aſcendit, quia » EXPOLIANS INFERNUM JUSTOS QUOSQUE ad ſuperna tamquam præ- » dam egregiam triumphando evexit ». *Et ſerm.* XXIII. de Symbolo *pag.* 303. *τὸ deſcendit ad inferos*, ſic interpretatur: *Dum corpus in ſepulcro jacuit, anima illa de inferis triumphavit*. Quemadmodum autem triumpharit, oſtenderat eo in loco, quem modo deſcripſimus.

3 *De Eccleſiaſticis obſervationibus cap.* XXXVI. *tom.* XVIII. *Bibliath. PP. edit. Lugd. ann.*1677. „ Merito paſſio Sanctorum Innocentium minus feſtive, quam » aliorum celebratur, quia licet martyrio coronati, nondum tamen AD GLO- » RIAM, ſed ad INFERNALEM PŒNAM diſceſſerunt. Nam ante deſcenſum » Chriſti ad inferos NULLUS SANCTORUM ad illam gloriam pervenit, ad » quam Chriſtus antiquos ſanctos perduxit, & deinceps ſuos ſequaces perducere » non deſinit &c. „

4 *De Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 282. *tom.* XIX. *Bibliath. PP. edit. ejuſd. Lugd.* „ Dum corpus Chriſti in ſepulcro jacuit, » anima ad LIBERANDAS SANCTORUM animas ad inferna deſcendit ». Is ad multum ſeculum XII. vitam produxit.

5 *Serm. in Natali Domini: lect. Iſaia ad Miſſam de Nocte pag.* 18. *verſa edit. Antuerp. an.* 1586. „ Habitantibus, ſive ſedentibus in regione umbræ mortis lux » orta eſt eis, hoc eſt Patriarchis, & Prophetis, ceteriſque Sanctis, qui carne » ſoluti præſtolabantur adventum Mediatoris, quaſi exules habitantes non quidem in morte, ſed in umbra, id eſt in ſimilitudine mortis CARENTES VISIO- » NE DEI ». *Et ſerm. in Vigil. Aſcenſianis pag.* 157 *verſa*. „ Deſcendit Chri- » ſtus non tantum in inferas, ſed etiam in inferiores partes terræ, id eſt ad inferna » ea confringens, & captivitatem captivam educens. Populus enim SANCTO- » RUM, qui in inferno detinebatur, non tantum captivitas, immo & captivata » captivitas erat. In hoc quippe, quod a Patria Paradiſi, ad quam obtinendam » creata fuerat, per diabolicam fraudem ad hujus mundi miſeriam expulſa exu- » labat, captivitas erat. Rurſum & in hoc, quod miſeria hujus vitæ ad majorem » inferni miſeriam captivata fuerat, non tantum captivitas, immo etiam ca- » ptiva captivitas erat. Hanc ergo captivam captivitatem more triumphatoris » duxit ſecum dominus in altum &c. „ *Et ſerm.* II. *de Dominica* 1. *poſt Trinit. pag.* 194. „ Eſt ſinus Abrahæ locus in ſuperiori inferno tranquillus, in quo qui » in fide Abrahæ moriebantur, cum requieſcebant, expectabant Chriſtum, qui » eis regnum cælorum aperiret „.

6 *Serm.* LXXI. *in Exalt. s. Crucis pag.* 595. *edit. Pariſ an* 1708. „ Cum primus » parens ſibi omnium primo peccando nocuit per inobedientiam; & prævarica- » tionem, univerſam etiam poſteritatem damnavit, mortique uſque ad adven- » tum

Digitized by Google

donenſis [1], Fulbertus Carnotenſis [2], Anſelmus Antiſtes Lucenſium [3], Euthymius Monachus Zigabenus [4], Zacharias Epiſcopus Chryſopolitanus [5], Nicetas Gregorii Nazianzeni Scholiaſtes, qui ſic habet: Ἔσωσε δὲ Χριστὸς εἰς ᾅδου κατιὼν οὐ πάντας, ἀλλὰ μόνους τοὺς πιστεύσαντας. ὁ δὲ Χρυσόστομος ἰσχυρίζεται, ὅτι οὐδένα ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ᾅδῃ σέσωκεν μὴ ἄξιον σωτηρίας ὄντα, ὅτε ἀπέθανεν [6], Theophanes

» tum (Chriſti) ſubjecit. . . Habebat unuſquiſque in manu ſua vas interitus, » id eſt mœroris, quia non patebat introitus ad cælum . . . Unde Jacob canos » ſuos deducendos cum dolore ad inferos plangit „. Confer & *ſermonem* cxl. *pag.* 876. *ſeq.* Et carmen de Sacra Euchariſtia §. xv *pag.* 1161. quo loco ſic habet:

„ Paradiſi porta pateſcit,
„ Intrat quiſquis amat; a tempore namque Johannis
» Baptiſtæ patet hæc ſacra janua clauſa tot annis.

Et §. xvi.

» Primitus obſtruſa Patriarchis, atque Prophetis
» Nunc eſt facta patens Latroni porta quietis &c.

1 *De Triumpho Chriſti in Aſcenſione Domini*: Hildeberti *Cenomanenſis Operum edit. indicata nota ſuper. pag* 1170.

„ Millia Sanctorum reſerens captiva priorum
„ De portis mortis, quos eripuit leo fortis.

2 *Reſp. ſeu Hymno de Reſurrect. Chriſti tom.* xviii. *Biblioth. PP. edit. Lugd. pag.* 51.

„ Chriſtus invictus Leo
„ Dracone ſurgens obruto
„ Dum viva voce perſonat
„ A morte functos excitat.
„ Quam devorarat improbus
„ Prædam refudit tartarus,
„ Captivitate libera
„ Jeſum ſequuntur agmina.

3 Vide *pag.* 286. *hujuſce operis not.* i.

4 *In Pſalm.* cvi. *tom.* xix. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. *pag.* 114 „ *Qui* „ *contrivit portas æreas*: occluſas diu olim, & valide obfirmatas inferni januas » infregit Dominus, quando illuc deſcendens carceri mancipatos Patres eripuit „. *In Pſalm.* xxiii. *pag.* 282. „ Ideo æternales dicit (portas cælorum) quia ab æterno numquam ante apertæ fuerant „. *Et in Evangelium Luca cap.* lxxxi. *p.* 661. „ *Emiſit ſpiritum*. Et hoc nobis effecit Dominus, ne deinceps JUSTORUM » ANIMÆ DESCENDERENT IN INFERNUM, SED MAGIS AD DEUM » ASCENDERENT. Nam per manus Dei intelligimus Deum ipſum ... Ad inferos deſcendit, ut animas, quæ ibi detinebantur, liberaret „.

5 Seu potius Monachus Præmonſtratenſis, qui forte hoc ſeculo natus ad multum xii. traduxit vitam: *In uno Evang. ex quatuor: lib.* ii. *cap.* lxiv. *tom* xix. *pag.* 804. *Biblioth. PP. edit. ejuſd.* explicans locum illum Evang. *cum audiſſet Johannes in vinculis &c.* „ Senſus eſt, *inquit*, manda mihi, utrum te debeam nunciare inferis, QUO DESCENSURUS SUM &c. Laudat mox Gregorium Magnum, de quo alibi opportune diſſeram. *Et lib.* iii. *cap.* cvii. *pag.* 851. » Cum » dicamus Abraham ſecundum fidem Patrem noſtrum, CŒTUS CREDENTIUM » LIBERATOREM EXPECTANTIUM SINUS ERAT ABRAHÆ, ad quem » miniſterio Angelorum directus fuit Lazarus de mendico dives factus „.

6 *In Orat.* xlii. *Gregorii Nazianzeni*, ut eſt in *Cod. Caſanatenſi Plut. V.* i. 9.

» Chri-

phanes Ceramius Tauromenienſium in Sicilia Epiſcopus *Hom.* XXVII. *in Pretioſam Jeſu Chriſti Paſſionem*[1] Ἡ τῶν νεκρῶν ἔγερσις τὴν ἐλευθερίαν ὑπέφαινε τῶν ἐν ᾅδῃ ψυχῶν ... εἰς ᾅδου καταληλυθυίας τῆς θείας (Χριστοῦ) ψυχῆς, τὰ μὲν σώματα τῶν ἁγίων ζωτικῆς δυνάμεως ᾔσθοντο, αἱ δὲ τούτων ψυχαὶ ἀπελύθησαν, καὶ πολλαὶ τοῖς ἰδίοις σώμασι συνεπλάκησαν. ἀφῖκται δὲ λόγος ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς οὐδὲν ἄπιστον ἔχων ὡς καὶ ὁ πολυτλήμων Ἰὼβ τότε ἀνέστη κ. τ. λ. & *Hom.* LXI. quæ eſt *de Joh. Baptiſtæ Decollatione*: ἄπεισι ὥσπερ τοῖς ἐν γῇ, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου κηρύξων τὴν τοῦ σωτῆρος κάθοδον, ἡ τῆς παλαιᾶς παῦλα, ἡ τῆς νέας ἀρχὴ ὁ μεσίτης ἀμφοῖν[2], Theophilactus Bulgariæ Archiepiſcopus ad IV. Caput Epiſtolæ ad Epheſios[3], id quantum quantum eſt ſatis explicate tradunt. Præterეo Simeonem Metaphraſten, alioſque Scriptores ejus ſeculi, quod hoſce paucos, quorum accurate deſcripſi loca, eſſe ad inſtitutum ſatis putem: præſertim cum omnes ſcribendo nihil hæſitent; aliqui vero, obſiſtente nemine, ita intelligi articulum Symboli Apoſtolici quintum oportere, dicant. Quid? ſi in codicibus XI. ſeculi, quibus preces Eccleſiæ continentur, hoc idem ſumatur ut certum? Ac precum quidem Eccleſiæ quanta ſit veritas, oſtendit Auguſtinus in eo libro, quem de *Dono*

 Per-

» Chriſtus ad inferos deſcendens non omnes, ſed eos ſolos, qui crediderunt, ſal» vos fecit. Chryſoſtomus autem affirmat neminem in inferno a Chriſto ſalu» tem accepiſſe, niſi qui ſalute dignus eſſet, cum ex hac vita diſceſſiſſet ». In his autem ponit Chryſoſtomus, ut poſt videbimus, Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum. Edidit hunc Nicetæ locum græce Leo Allatius *De libris Eccleſiaſt. Græcor. in Examine Pentecoſtarii Diſſ.* II. *tom.* V. *Biblioth. Græca Fabricii pag.* 176. & *pag.* 185.

1 *Pag.* 210. *ſeq. edit. Opp. Pariſ. an.* 1644. „ Mortuorum reſurrectio liberatio» nem oſtendit animarum, quæ in inferis erant „. At Sanctos, eos fuiſſe Evangelium demonſtrat, quorum corpora ſurrexerunt. Liberationem igitur animarum ſanctarum, quæ IN INFERIS erant, Theophanes confitetur. Quare paulo poſt addit: „ Ad inferos divina Chriſti anima deſcendente, Sanctorum quidem cor» pora vitalem virtutem ſenſere; HORUM VERO ANIMÆ LIBERATÆ » SUNT, & multæ propriis corporibus rurſum conjunctæ. Traditus autem ſer» mo ab antiquis ad nos pervenit, nihil non credibile continens, etiam patien» tiſſimum Jobum tunc reſurrexiſſe „.

2 *Pag.* 422. Abit, ut iis, qui in terris erant, ita iis, qui IN INFERIS, præ„ dicaturus adventum Domini ille, qui ceſſatio veteris, & initium novæ legis, » & medius inter utramque fuit „.

3 *Pag.* 535. *edit. Lovain. an.* 1656.

Digitized by Google

Perſeverantiæ adverſus Pelagianorum reliquias perſcripſit [1]. Atque in Codice membranaceo ſcripto an. 1071. cui titulus *Antiphonarius liber S. Gregorii*, quo ſane Codice Cardinalis Gentilius potiebatur, ut eſt apud Dominicum Georgium *τὸν μακαρίτην* [2] ſic habetur [3]:

„ Victor ab inferno remeavit, nexibus atris,
„ Suſtulit inde SUOS devicto principe mortis:
„ Tartara ſæva, chaos deſtruxit, mœnia dira,
„ Clauſit & obſcuras valvas, aulaſque maligni.
„ Regna beata piis reſeravit clausa polorum.

Et paulo poſt verſus aliquot [4]: „ Chriſtus per Crucem „ redemit animas inferno deditas. A protoplaſto quot„ quot in hoc ſeculo progenitæ fuerant PATRIAR„ CHARUM omnium, ſimulque omnium REGUM, „ PONTIFICUM detinebantur clauſtris tartareis mor„ tis cruore retruſæ, donec victor mortis Dominus om„ nium, atque Sanctus Sanctorum cum Crucis trophæo „ infernum penetrans abegit clauſtra ſæva .... Fugatis „ tenebris .. clamabant Sancti adveniſti olim Domine „ regum Rex, ave .... Tunc Jeſus cum læta SANCTO„ RUM gloria proceſſit morte victa „. Hæc autem in Ritualibus Libris Eccleſiæ, præſertim Romanæ poni potuiſſe, quis credat; niſi ita poſtulaſſet omnium ejus ætatis catholicorum conſenſio? Quam etiam, atque etiam demonſtrat Sermonis de Symbolo Anonymus Auctor, qui fortaſſe floruit iiſdem fere temporibus [5].

§. II.

1 *Cap.* xxiii. *n.* 63. *&* 65. *pag.* 565. *tom.* x. *Opp. edit. Antuerp. an.* 1700. Sed Auguſtini hac de re teſtimonia alio loco opportune deſcribam.
2 *In Append. ad tom.* iii. *Liturgia Rom. Pontif. pag.* 492. *edit. Rom. an.* 1744.
3 *In ſequentia Sabb. Sanct ibid*
4 *In ſequentia Fer.* 2. *poſt Paſcha ibid. pag.* 493.
5 Extat is ſermo in Appendice ad vi tom. Operum s. Auguſtini *p.* 757. *& ſeqq. edit. Antuerp. an.* 1700. fuitque in vetuſtioribus operum eorumdem editionibus 181. Sermo de Tempore. Eſt autem in ejus ſermonis cap. vii. ſcriptum hoc modo: „ *Deſcendit ad inferna*, ut Adam protoplaſtum, & Patriarchas, & Pro„ phetas,

§. II.

Et Seculo X.

Adſint modo animis Adverſarii, cumque ſeculo XI. oſtendere nequeant, ullum fuiſſe Catholicorum, qui hac de re dubitaret; indicent, quo primum tempore ea introduci cœperit. Decimo ne ſeculo? At hoc item non minor omnium in ea confirmanda conſenſus fuit. Conſentiunt Auctores Homiliarum aliquot Johanni Chryſoſtomo falſo attributarum, qui quidem Auctores recentiores eo ſeculo fortaſſe non fuerunt. Atque horum prior ſcribit hoc modo[1]: *ἐν τοῖς καταχθονίοις γενόμενος τοὺς μοχλοὺς τοὺς αἰωνίους συντρίψας, καὶ τὰ δεσμὰ διαρρήξας, ἀνέστη ἐκ τῶν νεκρῶν, νίκην κατὰ τοῦ ᾅδου ἀράμενος, τοὺς ἐν αὐτῷ κατακειμένους συναστήσας δικαίους κ. τ. λ.* Similia horum perſequitur alter, qui Homiliam *in Exaltationem venerandæ Crucis* perſcripſit, quæ extat *tom.* III. *Operum Chryſoſtomi in Appendice*[2], & tertius, cujus eſt Homilia *in Latronem, & in Proditionem Servatoris D. N. Jeſu Chriſti*[3]. Prætermitto ceteros, ne longus ſim. His conſonant[4] Oecumenius,

„ phetas, omneſque juſtos, qui pro originali peccato ibidem detinebantur, „ liberaret; & ut de vinculis peccati abſolutos de eadem captivitate, & inferni „ loco ſuo ſanguine redemtos ad ſupernam patriam, & ad perpetuæ vitæ gaudia revocaret „. Atque ita profecto ea ætate inſtituebantur, qui Chriſto aut dederant, aut erant daturi nomina, ut ſcirent, quid articulus Apoſtolici Symboli quintus ferret.

1 Homilia *in Aſcenſionem Domini tom.* IX. *Opp. Chryſoſt in Append. pag.* 784. *edit. Pariſ. an.* 1721. „ Ad inferos veniens, vectes perpetuos confringens, & vincula diſrumpens, a mortuis reſurrexit, ac de inferno devicto triumphans, „ JUSTOS IBI DETENTOS SECUM RESUSCITAVIT.

2 *Pag.* 205. *edit. ejuſd.*

3 *Confer tom.* VIII. *Opp. Chryſoſt. edit. ejuſd. pag.* 249.

4 In Epiſtolam ad Hebræos *edit. Pariſ. an.* 1631. *cap.* XI. *pag.* 381. „ Propterea, *inquit*, ita fabricatum fuit tarbernaculum, ut primo conſiſtente, manifeſtaretur adhuc inacceſſum eſſe cœlum .... Sed ex conſequenti ubi Chriſtus aſcendiſſet, induxit ſecum una genus hominum, erat namque antea „ inacceſſum, nunc vero per Chriſtum acceſſibile factum eſt „. Vide etiam *cap.* XVI. *pag.* 416.

nius, Oddo II. Abbas Cluniacenſis [1], Radulfus Flaviacenſis [2], Auctor Operis inſcripti *Altercatio Synagogæ, & Eccleſiæ*, quem quidem Auctorem anno circiter 900. Coccius floruiſſe ſcribit [3], Auctor Menologii perſcripti Baſilii Auguſti juſſu, qui Auctor *ad diem* XXIX. menſis Auguſti de Martyrio Johannis Baptiſtæ diſſerens: *ὁ προσκιρτήσας*, inquit, *ἀπὸ γαστρὸς, καὶ τοῖς ἐν γῇ, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ τὸν Χριστὸν κηρύξας* [4]. Prætereo Ædgarum Angliæ Regem [5], Leonem Auguſtum [6], Suidam [7], quorum certe huc pertinent de Chriſti ad inferos deſcenſu, reſeratiſque illius morte cæli portis ſententiæ.

§. III.

1 *Lib.* XIII. *Moralium in Job pag.* 367. *tom.* XVII. *Bibliothecæ PP. edit. Lugd. an.* 1677. *ad v. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt*. „ Priores Sancti; *inquit* „ *ſequutus Gregorium Magnum*, & ſuſtinere adverſa poterant, & tamen corpo- „ ribus educti adhuc ab INFERNI LOCIS LIBERARI NON POTERANT, quia „ nec dum venerat, qui illuc ſine culpa deſcenderet, ut eos, qui ibi ex culpa „ tenebantur, liberaret. Tunc vero homo ſuum lectulum in tenebris ſtravit, „ quando lucem juſtitiæ perſuaſori callido conſentiendo deſeruit, & quia in „ ipſis INFERNI LOCIS JUSTORUM QUOQUE ANIMÆ SINE TORMEN- „ TO TENEBANTUR, ut & pro originali culpa adhuc illuc deſcenderent, „ & tamen ex propriis actibus ſupplicium non haberent. Quaſi in tenebris lectu- „ lum STRAVIT, EST IN INFERNO SIBI REQUIEM PRÆPARASSE. Grave „ enim TÆDIUM ELECTIS FUIT, POST SOLUTIONEM CARNIS ADHUC „ SPECIEM NON VIDERE CREATORIS, quod tædium B. Job non immerito „ tenebras vocat „.

2 *Lib.* II. *in Leviticum cap.* IV. *pag.* 67. *tom* XVII. *Bibiliothecæ PP. edit. ejuſd.* „ Mors (Chriſti) vitæ nobis oſtium fuit, quæ ſupernum damnatis ingreſſum „ aperuit. ANTIQUI ENIM PATRES USQUE AD ADVENTUM DOMINI, „ QUAMLIBET JUSTE VIXERINT, DUCTI AD REGNUM NON SUNT, „ NISI ILLE DESCENDERET, QUI PARADISI CLAUSTRA HOMINIBUS „ INTERPOSITIONE SUÆ MORTIS APERIRET „.

3 *Cap.* VII. *fol.* 55. *edit. Colonien. an.* 1537. „ OMNES SANCTI ante adventum „ Chriſti, quando hac vita deceſſerunt, cælum non meruerunt; ſed ad inferna „ deſcenderunt. Verum homo vetuſto morbo per baptiſmum ſolutus non plan- „ gitur, cui de hoc mundo migranti cælum aperitur „.

4 *Qui præexultans ab utero, Chriſtum iis, qui in terra, & iis, qui in inferno erant, annuntiavit*. Quod ſi Johannes, quo inter natos mulierum major nullus ſurrexerat, ad inferna deſcendit, expectaturus certe Chriſtum, qui ipſum liberaret, cur non idem de Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus ſtatuendum erit? Confer ejus Menologii *edit. Romanam an.* 1727. *pag.* 224. *part.* III.

5 *An.* 966. *in Legib. Monach. Idenſium to.* I. *Concilior. Britan. edit. Londin. Spelmani an.* 1639. *pag.* 437.

6 *Orat.* VII. *in magnum, ac ſalutare adverſus mortem excitatum Tropheum tom.* XVII. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. *pag.* 36. *ſeq.*

7 *Ad v.* Ἀδάμ. *pag.* 47. *Lexici tom.* I. *edit. Cantabrig. an.* 1705.

§. III.

Et Seculo IX.

Jam Adverſarii de ſeculo X. (quo nemo unus fuit, qui ab Oddone, ceteriſque, quorum meminimus, diſſideret) præſidio dejecti, ad nonum, credo, confugient, inde primordia communis dogmatis arceſſituri. Sed fruſtra. Nam fuit profecto illud eo quoque tempore omnium ſtabile, firmumque conſenſu. Quod facile quiſque perſpiciet, ſi conſulat Theodulfum Antiſtitem Aurelianenſium [1], Eccleſiæ Lugdunenſis *De tenenda veritate Scripturæ* Librum [2] *cap.* XIII., Remig. Altiſſiodorenſem [3], Candidum

1 *Carm.* VI. *de Reſurrectionis die tom.* I. *veterum Analectorum Mabillonii p.* 381. *& ſeq.*

» Tartara victa jacent, CHRISTO VISENTE BEATOS,
» Principe devicto, tartara victa jacent.
» EXPULIT INDE PROBOS, reprobos dimiſit ibidem,
» Calcatoque hoſte, expulit inde probos.
» Cælica regna petunt POST TARTARA DIRA BEATI
» Erepti a tenebris, cælica regna petunt.

2 *Tom.* XVI. *Biblioth PP. edit. Lugd. an* 1677. *p* 715. „ Catholica fides indubi- » tanter credit, & docet, quod D N. Jeſus C. ſuam paſſionem, & mortem, atque » ad inferos deſcenſionem illis ſolis jam defunctis, & quamvis APUD INFEROS, » tamen in locis tranquillitatis, & lucis conſtitutis, exhibuit, qui in FIDE FUTURI „ ADVENTUS EJUS tempus REDEMPTIONIS SUÆ ... PER PASSIONEM » ET DESCENSIONEM AD EOS DOMINI PIO DESIDERIO EXPECTA- » BANT „.

3 *In Pſ* LXXXV. *tom.* XVI. *Biblioth. PP edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 1210. „ Erui- » ſti animam meam ex inferno inferiori, id eſt a loco tormentorum, licet non » a loco TENEBRARUM. Legitur enim, quod omnes Sancti ante reſurrectio- » nem Domini mortui deſcenderunt AD INFEROS, UBI ERANT IN TENE- » BRIS, SED NON IN PŒNIS, non in illo loco unde dives reſpexit Laza- » rum in ſinu Abrahæ repoſitum „. Et in Geneſim *cap.* XXXVII. *pag.* 99. *tom.* IV. » *Theſauri Anecdotorum* Bernardi Pezii *edit. Auguſt. Vindelic.* „ Fuiſſe apud in- » fernum, ait, quædam loca ſecretiora, & minus pœnalia ante paſſionem Do- » mini, ad quæ etiam Sancti deſcendebant, QUIA NULLUS PARADISUM IN- » GREDI POTERAT, NULLUS PORTAM REGNI CÆLESTIS INTRARE, » DONEC CHRISTUS ROMPHÆAM IGNEAM AMOVERET. „ Et in *cap.* IX. *Zachariæ pag.* 1026. *tom. eodem* XVI. *Biblioth PP.* „ In reſurrectione Domini » MULTI SANCTORUM, QUI IN INFERNO VINCULIS PECCATI ORI- » GINALIS TENEBANTUR, SURREXERUNT CUM EO, & venerunt in » Sanctam civitatem..... Rurſum converſio ſermonis fit ad eos, qui VIN- » CTI ERANT, ET DEI MISERICORDIA LIBERANDI. Vos, *inquit*, qui „ nunc vincti eſtis in TERRIBILI CARCERE INFERNI, ET SOLUTIONEM » IN ADVENTU CHRISTI SPERATIS ... Recordamini PARADISI, quem » NUNC IN SPE habetis, & ex hoc tempore jure illum poſſidebitis „.

Digitized by Google

dum Alcuini auditorem [1], Angelomum [2], Haymonem [3], Rabanum Archiepiſcop. Moguntinorum [4], Florum Diaconum [5], cujus ſingularis eo tempore exiſtimatio doctrinæ fuit,

1 *In Expoſit. Paſſionis Domini cap.* XVII. *tom.* I. *Theſauri Anecdotorum Bernardi Pezii pag* 196. „ Cum Domino Latro in paradiſo futurus erat, qui ad
» ejus divinitatis cognitionem producendus erat.... Nam anima Chriſti illo
» die infernum deſpolians, ELECTORUM SUORUM ANIMAS AD PARA-
» DISI GAUDIA PRODUXIT.

2 *In Geneſim cap.* III. *tom.* I. *Theſauri Anecdotor. Pezii pag.* 100. „ Ante ad-
» ventum (Chriſti) OMNES MORTUI AD INFERNI CLAUSTRA DESCEN-
» DEBANT, quoniam homo, qui per ſe cecidit, ad paradiſum redire, niſi
» per Dominum, non potuit.

3 *In Pſalm.* XV. *p.* 71. *edit. Colon. an.* 1561. „ *Quoniam non derelinques animam*
» *meam in inferno*, ſicut ANTEA ANIMÆ SANCTORUM RETENTÆ FUE-
» RANT IN INFERNO. Anima autem Chriſti in inferno non remanſit, ſed
» alias ſecum abduxit ». *Et in Pſalm.* LXXXV. *p.* 456. » Abraham, ET PROPHE-
» TÆ ANTE ADVENTUM CHRISTI IN INFERNO ERANT, ſed non tor-
» quebantur. Erat infernus inferior, ubi animæ malorum torquebantur ».

4 *Lib. Adverſus Judæos cap.* XXIV. *tom.* V. *Theſauri Anecdotorum Edmundi Martenii p.* 455. *edit Pariſ. an.* 1717. quod quidem caput inſcribitur: *De eo quod Redemtor noſter poſt mortem carnis ſecundum animam, non tamen abſque Divinitatis potentia ad inferna deſcenderit, ut exinde animas Patriarcharum, & omnium Sanctorum, qui ibidem per originale delictum detinebantur, ſua deſcenſione liberaret, ac ſecum ad ſupernam patriam poſt reſurrectionem ſuam duceret.* » Chriſtus ſuper-
» bum percuſſit, *inquit*, quia diabolum per mortem ſuam humiliavit. Ipſe in
» profundum maris viam poſuit, quia demerſum in infernum ſeipſum ad ſupe-
» riora iter præbuit. Ipſe libertatis tranſitum ad ſuperiora præbuit, ideſt cæle-
» ſtem patriam cum ineffabili gaudio ſecum reduxit. De quorum LIBERATIO-
» NE, HOC EST SANCTORUM, QUI APUD INFEROS DETINEBANTUR,
„ ipſe Dominus per Oſee Prophetam pronuncians ait: *De manu fortis liberabo*
„ *eos* ... De hac quoque exemptione ELECTORUM, quos Dominus per ſan-
„ guinem paſſionis ſuæ ab inferis velut de LACU EDUXIT, Zacharias Propheta
„ ipſi Domino congratulans: *Tu quoque in ſanguine teſtamenti &c.*... Quod au-
„ tem EOSDEM SANCTOS PATRES REDEMTOR NOSTER AB INFERIS
„ RESUSCITAVERIT, Matthæus Evangeliſta nos informat auctoritate dicens:
„ *Et multa corpora Sanctorum, qui dormieram, reſurrexerunt* „. Et *lib.* IV. *de Univerſo cap.* X. quod caput eſt DE DEFINITIONIBUS RECTÆ FIDEI, ET ECCLESIASTICORUM DOGMATUM *pag.* 89. *tom.* X. *opp. edit. Colon. an.* 1627.
„ Ante reſurrectionem Domini, *inquit*, OMNES SANCTORUM ANIMÆ IN
„ INFERNO SUB DEBITO PRÆVARICATIONIS ADÆ TENEBANTUR, donec
„ auctoritate Domini per indebitam ejus mortem de ſervili conditione liberaren-
„ tur „. Sexcenta ſunt ejuſdemmodi in Rabani operibus, ſed prætermittenda nobis ſunt, ne nimium longi ſimus. Interea hoc conſtat, in dogmatibus Eccleſiaſticis, rectæque fidei definitionibus hoc item, quod eſt de vindicatis ex inferis animabus Veteris Teſtamenti Sanctorum, a Rabano poni.

5 In Epigrammate *de libro Homiliarum totius anni: tom.* V. *Theſauri Anecdotorum Edmundi Martenii p.* 614. *edit. Pariſ. an.* 1717.

» Auctorem lethi domuit, lethumque peremit,
» ERIPUIT PRISCOS EREBI DE CARCERE JUSTOS,
» AC SECUM PLURES REDIVIVA IN CARNE REDUCENS
» Oſtendit Secli felicia dona futuri.

Et Opuſculo de expoſitione Miſſæ n. 15. *p.* 594. *to.* IX. *Veterum Scriptorum Edmundi Mar-*

Digitized by Google

fuit, Amolonem [1], Paſchaſium Ratbertum [2], Hincmarum Archiep. Remenſem [3], Chriſtianum Druthmarum Grammaticum [4], Georgium Metropoliten Nicomedienſem [5], incertum Auctorem græcum *Laudationis s. Joh. Bapt.* [6], Photium ἐν τοῖς ἀμφιλοχίοις, ſeu *in Quæſtionibus* ab *Amphilochio* Cyzici Metropolita ſibi propoſitis, qui, ut eſt in Cod. Vat. Quæſt. *An Simeon, qui Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum excepit in ulnas ſuas, fuerit Sacerdos*: ἀγκάλαις, inquit, ἔφερε τὸν φέροντα πάντα τῷ ῥήματι, καὶ δὲ τοῦ γένους σωτηρίας ἐν ὄψει καταστὰς, καὶ θειοτέρας ἀναπλησθεὶς ἡδονῆς, οὐκέτι τῷ ζῆν περιείχετο. αὐτίκα δὲ μάλα τῆς σωτηρίας ἐφεστώσης καταλιπεῖν μὲν ἐπόθει τὸ σαρκίον· διαγγελί-

Martenii edit. Pariſ. an. 1711. „ SI PROPHETÆ, ET PATRES ANTIQUI, ANTEQUAM DOMINUS JESUS CHRISTUS VENIRET IN CARNEM, ANTEQUAM MORTUUS RESURREXISSET, ET ASCENDISSET IN CŒLUM, SUSPIRABANT TAMEN ILLI CIVITATI; quantum nos oportet deſiderare, quo nos ipſe præceſſit, & unde nunquam receſſit „. Et *p.* 610. „ Zacharias Propheta velut ad ipſum Dominum loquens ait: *tu quoque in Sanguine Teſtamenti tui redemiſti vinctos de lacu*: Quia videlicet per hujus ſanguinis effuſſionem & ANTIQUI JUSTI SPE FUTURÆ REDEMTIONIS DEVINCTI AB INFERNI CLAUSTRIS REDUCTI SUNT &c.

1 Huc pertinent, quæ *lib. contra Judæos c.* XVIII. *p.* 138. *edit. Divionen. an.* 1656. complexus eſt. Eum libellum Rabani nomine edidit Chiffletius in eo volumine, quod inſcripſit: *Scriptor. Veter. de Fide Catholica Opuſcula quinque*.

2 *Lib.* XII. *in Matthæi Evangelium c.* XXVII. *p.* 1169. *edit. opp. Pariſ. an.* 1618. „ Mortem moriendo deſtruxit, inferni jura diſſipavit, SUOSQUE INDE LIBERAVIT: & *pag.* 1187. Dignum fuerat, ut etiam inferorum obſcura illuſtraret, SANCTOSQUE SUOS ad informandas mentes fidelium conſpicabiles per reſurrectionem carnis faceret, & mortis ſpolia ab INFERIS jam vivus aſcendens ac ſi victor conſpicua cernentibus reportaret „.

3 Opuſculo de Cavendis vitiis, & virtutibus exercendis ad Carolum Calvum *cap.* 11. *pag.* 91. *tom.* II. *opp. edit. Pariſ. an.* 1645. „ Zacharias Propheta velut ad ipſum Dominum loquens ait: *tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu*, quia videlicet per hujus ſanguinis effuſionem ET ANTIQUI JUSTI SPE FUTURÆ REDEMPTIONIS DEVINCTI AB INFERNI CLAUSTRIS EDUCTI SUNT, & per eumdem etiam omnes credentes a peccatorum vinculis, & de lacu miſeriæ, & de luto fæcis eripiuntur „.

4 In Matthæi Evangelium, *tom.* XV. *Bibliotheca Patrum edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 171. quo loco in inferno ſinum Abrahæ ante Chriſtum fuiſſe ſtatuit, & eum comparatione aliorum inferorum paradiſum vocat: „ *Hodie mecum eris in paradiſo*, hoc eſt illo loco, ubi dives Lazarum vidit cum Abraham, qui paradiſus recte vocatur AD COMPARATIONEM ALIORUM LOCORUM INFERNALIUM &c.

5 *Sermone* IX. *in Immaculatæ Virginis in ſepulcro adſiſtentiam &c. tom.* I. *Auctarii Græci Bibliothecæ PP. Franc. Combefiſii pag.* 1175. *edit. Pariſ. an.* 1648.

6 Apud Combefiſium *ibid. pag* 1199. Johannem Baptiſtam ad inferos deſcendiſſe, prophetiſque ceteris conſequutione eorum, quæ ipſi concupierant, potiviſſe ait.

παθαι δὲ καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ σωτηρίαν, καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν. κ. τ. λ.[1] Sed nimius eſſem, ſi perſequi omnes ſeculi noni Scriptores numerando vellem, qui de animabus Sanctorum quorumque ante Chriſti mortem functorum vita ad inferos deſcendentibus, indeque a Chriſto ipſo exemptis, adſertiſque in libertatem egerunt. Unum ex Ordine Rom. locum afferam, quem aliqui 8. alii 9. Seculo perſcriptum cenſent. Eſt igitur in eo *ad d. S. Paſchæ* hæc antiphona, quæ publice olim in Eccleſia cantari conſuerat: „[2] Cum rex gloriæ Chriſtus infernum debella„ turus intraret, & chorus angelicus ante faciem ejus „ portas principum tolli præciperet, SANCTORUM „ POPULUS, qui tenebatur in morte captivus, vo„ ce lacrimabili clamaverat, adveniſti deſiderabilis, „ quem expectabamus in tenebris, ut educeres hac „ nocte vinculatos de clauſtris. Te noſtra vocabant ſu„ ſpiria, te larga requirebant lamenta „. Agant modo ſectatores Cadonici, ac ſi quidem poſſunt, adverſus Ordinem divinorum officiorum, quo S. Mater Eccleſia Romana jam inde a tot ſeculis uſa eſt, *Sanctorum*, qui ante Chriſtum deceſſerant, *populum in tenebris* deſcenſum Servatoris ad inferos, *libertatemque* expectantem fruitum dicat fuiſſe aſpectu Dei.

§. IV.

Et Seculo VIII.

Neque Cadonico præſidium e ſeptimo ſeculo licet petere. Nam quotquot ea ætate vixerunt Catholici, obſi-

1 „ Ulnis portavit portantem omnia Verbo, & generis ſalutem ante oculos „ ſibi conſtitutam cernens, & divina repletus voluptate non amplius vivendi cupidus fuit: ſtatim autem admodum optavit, inſtante ſalute, carnem relinquere, „ annunciareque iis, qui in inferis erant, ſalutem, & liberationem „. Viden' ut hunc item ad inferos deſcendiſſe, libertatemque captivis annunciaſſe Photius teſtetur?

2 *Tom. XIII. Bibilotheca PP. edit. Lugdun. an. 1677. p. 698.*

obſiſtente nemine, illam ipſam, quam nos tuemur, doctrinam coluerunt. Atque in his quidem numerari merito poſſunt Ambroſius Anſpertus [1], Alcuinus, ſeu Albinus Flaccus [2], Carolus Magnus Auguſtus [3], Althelmus [4],

uuu 2 Beda,

1 *Lib.* IX. *in Apocalypſim p.* 618. *to.* XIII. *Biblioth. PP. edit Lugdun. an.* 1677.
„ Si enim non mendaciter, SED VERISSIME CREDITUR antiquos etiam San-
„ ctos, qui diſpenſationis Chriſti fidem non ſolum verbis, verum etiam ſanctis
„ prophetaverunt actionibus, etſi APUD INFEROS, locis tamen a tormentis
„ impiorum remotiſſimis fuiſſe, donec eos CHRISTI SANGUIS, DESCEN-
„ SUSQUE EJUS AD EADEM LOCA EXINDE ERIPERET, profecto deinceps
„ boni Chriſtiani, qui ea fide pollent, quæ per dilectionem operatur, effuſo
„ illo pretio jam redempti prorſus inferos neſciunt, donec etiam receptis cor-
„ poribus bona recipiant duplicia, quæ merentur „. Videmus id *veriſſime creai* dicat, quod ex Auguſtini libris *de Civitate Dei* mutuatus eſt? Confer ejuſdem *ſermonem de Purificatione B. M. V.* apud Martenium *tom.* IX. *vet. Scriptor. p.* 239. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1733.

2 *In Confeſſione Fidei n.* XXXIII. *apud Chifletium vol. ſupra indicato p.* 94. *edit. Pariſ. an.* 1656. „ Ante aſcenſionem Domini omnes Sanctorum animæ in infer-
„ no, quamvis in tranquillitatis ſinu, tenebantur. Poſt aſcenſionem ejus exeun-
„ tes de corpore, ad Chriſtum vadunt, & cum eo ſunt in gloria, quia chi-
„ rographum illud a Domino jam deletum eſt, & nos liberati ſumus de ſer-
„ vili conditione „. En quæ profeſſionibus fidei comprehendenda putarint Scriptores orthodoxi VIII. & IX. ſeculi. De hac *fidei Confeſſ.* vide Mabillonium *to.* I. *Veter. Analector. pag.* 178. *& ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1675. Ex loco autem modo adducto ejus *Confeſſ.* perſpicitur, conditione ſervili fuiſſe eos, qui ante Chriſti mortem decedebant, detinerique propterea in inferis debuiſſe, quoad Chirographum fuſo ſanguine, ſolutoque pretio a Chriſto redemtionis humanæ, ſublatum, deletumque fuiſſet. Idem ad *cap.* III. *Eccleſiaſtis p.* 317. *ſeq. edit. opp. Pariſ. a.*1617.
„ Ante adventum Chriſti omnia ad inferos pariter deſcenderunt. Unde & Jacob ad
„ inferos deſcenſurum ſe dixit. Ideo pios, & impios queritur apud inferos deten-
„ tari. Et revera antequam flammeam illam rotam, & igneam romphæam ad
„ paradiſi fores Chriſtus cum latrone reſeraret, clauſa erant cæleſtia, & ſpiritus
„ hominis, pecoriſque æqualis vilitas coarctabat. Et licet aliud videtur diſſolvi,
„ aliud reſervari, tamen non multum intererat perire cum corpore, AUT IN-
„ FERNI TENEBRIS DETINERI „. Et *lib. de Divinis Officiis cap.* XLI. *quod eſt de ſymbolo p.* 1126. „ *Deſcendit ad inferna*. Quare? Ut ELECTOS, qui ibi
„ detinebantur INJUSTE PROPTER ORIGINALE PECCATUM, LIBERARET,
„ & ad cælos reduceret. Unde dicitur per Prophetam, *ero mors tua o mors &c.* „

3 *Epiſt.* IV. *ad Elipandum, & ceteros Epiſcopos Hiſpaniæ*: apud Harduinum *tom.* IV. *Collect. Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714. *p.* 899. *ſeq.* „ Scriptam in Epiſtola
„ veſtra hujuſmodi obſecrationem invenimus: *Poſcentes vos per eum, qui pro te*
„ *in cruce manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro*
„ *te mortem pertulit, & ſepulturam*, AD LIBERANDOS ELECTOS *ad infernum*
„ *deſcendit, & pro te reſurgens, tibi viam ad cælos revertendi, ſcilicet ad cæleſtem*
„ *patriam demonſtravit, ut per te ipſum arbiter ſedeas*. Ecce ego veſtris petitioni-
„ bus ſatisfaciens, congregationi ſacerdotum auditor aſſedi &c.

4 Carmine *de Aſcenſione Domini apud Coccium tom.* I. *Theſauri Catholici lib.* II. *pag.* 172. *edit. Colon. an.* 1619.

„ Nam dira lethi limina,
„ Cæcas & umbras inferi
„ Luſtrans ſua potentia,
„ Lethi ligarat principem,

„ Et

Beda [1], Sanctus Bonifacius Moguntinus [2], ignotus Auctor *quæſtionum ex utroque Teſtamento mixtim*, quæ qui-

„ Et QUOS SUOS in ACTIBUS,
„ *Fideque lectos noverat*,
„ Omnes averni faucibus
„ Salvabat a ferocibus.
„ Et plurimos ab inferis
„ Portis reduxit ſpiritus,
„ *Multos & ipſo corpore*
„ *De fauce mortis eruit*.

1 Homilia 1. de Tempore, quæ eſt *de vigilia Paſcha p. 4. tom. VII. opp. edit. Colon. an.* 1612. „ Disjecit clauſtra inferni, ELECTOS, QUI IBIDEM QUAM-
„ VIS IN TRANQUILLITATIS SINU TENEBANTUR, ERUIT, & hac ipſa
„ nocte reſurgens a mortuis AD CÆLESTIS REGNI GAUDIA REDUXIT: &
„ *in Pſal.* LXXXV. *p.* 745. *tom.* VIII. „ Sanctiſſima illa anima illuc deſcendit, ut
„ SUOS INDE DEDUCERET, QUI DETINEBANTUR IN TENEBRIS „.
Viden' ut in *tenebris* ſeos conſediſſe dicat, quos alio loco dixerat, in ſinu fuiſſe *tranquillitatis*? Pergit porro: „ Ibi non remanſit, ſed inde cum triumpho redit,
„ juxta illud: non *derelinques &c.* & ideo dicit: *eripuiſti* animam meam ex infer-
„ no inferiori. Poteſt etiam quantum ad membra accipi hoc modo, ut in LO-
„ CIS PŒNALIBUS ſuperiorem, & inferiorem locum, tamquam ſuperiorem,
„ & inferiorem infernum intelligamus, & accipiamus ſuperiorem locum, ubi
„ Sancti viri Abraham ſcilicet, & Lazarus in ſinu ejus, & alii ante adventum
„ Domini in quiete quadam ſervabantur „. En rurſum, ut in *quiete* ſtatuat eos fuiſſe, quos item ait fuiſſe in *tenebris*, & *pœnali loco*. „ Inferiorem vero locum
„ intelligamus, ubi ſuperbia divitis erat damnata cum aliis æternaliter punien-
„ dis „. Et *lib.* IV. *in Cantica Canticorum cap.* V. *p.* 1077. *tom.* IV. *edit. Baſileenſ. an.* 1563. „ Aptiſſima comparatione favo aſſimilantur, ac melli illi, quos a
„ CONSTITUTIONE MUNDI SIBI PLACENTES DOMINUS A MORTUIS
„ RESURGENS SECUM ABLATOS AB INFERIS AD CÆLESTIA REGNA
„ SUBVEXIT: ut melli videlicet æquiparetur animarum dulcedo ſanctarum,
„ quas ad æterna in cælos gaudia ſublevavit, IN FAVO AUTEM NON MI-
„ NOR FELICITAS EORUM, QUI IN CORPORE SIMUL, ET ANIMA
„ IMMORTALI AD SUPERNÆ CIVITATIS PER ILLUM MERUERUNT
„ ATRIA CONSCENDERE, de quibus Evangeliſta manifeſte teſtatur, quia
„ moriente in cruce Domino monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sancto-
„ rum, qui dormierant, ſurrexerunt... Concedit itaque ſponſus favum cum
„ melle ſuo, cum Dominus univerſos, qui ſibi ab exordio vitæ hujus fideliter
„ ſervierant, partim carnis immortalitate gaudentes, partim reſurrectionis ad-
„ huc præmia præſtolantes ad VITAM ÆTERNAM perduxit, atque UNA OM-
„ NES INEFFABILIS GLORIÆ inter angelorum contubernia BEATITUDINE
„ SUBLIMAVIT „. Alia quædam Bedæ teſtimonia ex *Parte Quadragenarii ſecunda, Homilia* V. itemque ex *Parte Quinquagenarii ſecunda Homil. In Veſpere Sabbati*, & ex *libro in Cantica* ad illa verba: *nemo me deſpiciet*, affert Benedictus XII. Pont. Max. iiſque prolatis, *c.* XII. Tractatu 1. ejus libri, quem ab eo rei finiendæ cauſſa perſcriptum diximus, concludit: *Ex quibus verbis ſatis poſſet concludi, ut ex ſupradictis patet, quod ad viſionem Divinitatis eos perduxit... Clare hoc dicit Beda &c.*

2 *Serm.* II. *de Origine humanæ conditionis tom.* IX. *Veter. Scriptor. Edmundi Martenii p.* 189. *edit. Pariſ. an.* 1733. „ NEC ULLUS FUIT, qui ad Paradiſi fe-
„ licitatem, vel regni cæleſtis beatitudinem poſt hujus vitæ finem pervenire po-
„ tuiſſet, donec omnipotens Deus filium ſuum unigenitum miſiſſet in Mundum „.
Et ſerm. XIV. *pag.* 216. „ Omnes ad inferni clauſtra deſcenderunt, JUSTI TAMEN
„ ibi non arſerunt, ſed tamen fuerunt in INFERNO SEDENTES IN TENE-
„ BRIS,

quidem quæſtiones extant tomo 111. Operum Auguſtini editionis Monachorum Benedictinorum Congregationis S. Mauri [1], S. Johannes Damaſcenus, cujus hæc eſt in oratione de Domini Transfiguratione ſententia : εἰ ἐν ὄρει Θαβὼρ μεμενήκατε, οὐκ ἂν εἰς πέρας ἡ πρός σε διαγγελία ἐξεβεβήκει, οὐ γὰρ ἂν κλειδοῦχος τῆς βασιλείας γεγένητο, οὐκ ἂν λῃστῇ ἑώρακτο ὁ παράδεισος, οὐκ ἂν ἡ τυραννὶς τοῦ θανάτου κατήργητο, οὐκ ἂν εἰς προνομὴν τὰ τοῦ ᾅδου βασίλεια δέδοτο, οὐκ ἂν Ἀδὰμ ἀνασέσωστο, οὐκ ἂν ἡ Εὔα ἀπολελύτρωτο, οὐκ ἂν πατριάρχαι, καὶ προφῆται, καὶ δίκαιοι τῶν ᾅδου μυχῶν ἀνεσπάσθησαν, οὐκ ἂν φύσις τὴν ἀφθαρσίαν περιεβέβλητο [2], Joſephus Theſſalonicenſis, ſi quidem is ad hoc, quo de agimus, ſeculum ſpectat [3], utque ceteros prætermittam, Auctor is, qui eam de De-

„ BRIS, ET UMBRA MORTIS, ET NULLUS HOMINUM POTUIT IL-
„ LAM DAMNATIONEM A SE EXCUTERE, ſed omnes in inferno detenti
„ ſunt, donec Jeſus Chriſtus D. N. . . . ad inferna deſcendit, & mortis princi-
„ pem colligavit . . . . . & omnes juſtos inde eripiens in libertatem priſtinam vo-
„ cavit „.

1 In hoc ſeculum Auctorem hujuſmodi Quæſtionum conjecimus, quamquam eſt fortaſſe vetuſtior. Sic autem habet *Qu. cv. p.* 85. *P.* 1. *to.* 111. *opp. S. Auguſt. in Append. edit. Antuerp. an.* 1700. CUNCTI, QUI SPERAVERUNT IN PROMISSUM CHRISTUM, EXPECTABANT ADVENTUM EJUS, UT DEVICTA MORTE LIBERARENTUR DE INFERNO.

2 *Tom.* 11. *opp. edit. Pariſ. Lequienii an.* 1712. *p.* 802. „ Si in monte Thabor „ manſiſſetis (o Petre), nequaquam pollicitatio facta tibi exitum habuiſſet. „ Non enim claviger regni extitiſſes, non latroni paradiſus, non ſuperba, atque „ inſolens tyrannis deleta fuiſſet, non Adamus ſaluti reſtitutus, non Eva redem„ta, non PATRIARCHÆ, AC PROPHETÆ, ET JUSTI EX IMIS INFER„NI RECESSIBUS exſuſcitati fuiſſent, non denique humana natura incorrupti„bilitatem induiſſet „. Quo quidem pacto intelligi omnino debent, quæ idem ſcribit in *Tertio de Fide orthodoxa libro cap.* XXIX. *p.* 252. *tom.* 1. *edit. ejuſd.* „ Ob „ id deificata Chriſti anima ad inferos deſcendit, ut quemadmodum iis, qui in „ terra verſabantur, juſtitiæ ſol ortus erat, ita etiam iis, qui infra terram in „ tenebris, & umbra ſedebant illuceret. Et quemadmodum iis, qui in terra „ erant, pacem, captivis remiſſionem, cæcis viſum evangelizaverat, atque iis „ quidem, qui fidem ipſi adhibuerant, æternæ ſalutis auctor extiterat . . . . . Sic „ etiam iis, qui in inferno erant . . . . Atque hoc pacto iis, qui ab omni ævo „ compedibus adſtricti tenebantur, ſolutis, ipſo rurſus de morte ad vitam rediit, „ viam nempe ad reſurrectionem nobis muniens „.

3 *Serm. in Venerandam, & Vivificam Crucem to.* 11I. *opp. Gretſeri p.* 85. *edit. Ratisb. an.* 1734. „ Per te (crux) clauſæ paradiſi portæ rurſus aperiuntur. Per te „ perdidit infernus mortis potentiam. Per te vitæ reſtituti ſunt, qui mortui fue„runt. Per te latro in paradiſo tripudiat „. Quo etiam pertinent, quæ complectitur Philotheus Patriarcha ejuſdem Urbis *Orat. in Exaltat. S. Crucis. apud eumdem ibid. pag.* 159. ignotus auctor Homiliæ de eodem argumento *apud eumdem ibid. p.* 141. & Calliſtus item Patriarcha Conſtantinopolitanus *Orat. de eadem re apud eumdem ibid. p.* 190. *ſeq. & p.* 192.

Defunctis orationem conſcripſit, quæ Joh. Damaſceni nomine circumfertur, quique etſi in eo errore fuit, ut ethnicos etiam (qui recte, ut fert ratio, viſi ſunt exegiſſe vitam, ex inferis Chriſti Redemptoris deſcenſu) ereptos, adſertoſque in libertatem fuiſſe exiſtimaret; tamen ſententiam illam, quæ eſt de Sanctis Veteris οἱ τινές εἰσι πατέρες, καὶ προφῆται, κριταὶ, βασιλεῖς, καὶ τοπάρχαι;

Καί τινες ἄλλοι τοῦ λαοῦ τῶν ἑβραίων
  Εὐαρίθμητοι, καὶ πρόδηλοι τοῖς πᾶσιν

inde exemptis, ultro concedit, οὐκ παράδοξον τοῦτο

Τοῦ σῶσαι Χριστὸν τοὺς προπεπιστευκότας
Ἐπεὶ κριτὴς δίκαιος ὑπάρχει μόνος,
Καὶ πᾶς ὁ τούτῳ πιστεύσας οὐκ ὄλλυται.
Ἔδει τοιγαροῦν τούτους σωθῆναι πάντας,
Καὶ τῶν τοῦ ᾅδου δεσμῶν ἀπαλλαγῆναι
Τῇ καταβάσει τοῦ Θεοῦ, καὶ δεσπότου [1].

§. V.

Et Seculo VII.

Quid ſeculi VIII. Scriptores ſenſerint, quidque *Sermonibus*, quibus plebem inſtituebant, *Fideique confeſſionibus* comprehenderint, quod ad rem noſtram pertinere poſſet, vidimus. Spes autem quidquam in libris alicujus Scriptoris, qui eo tempore vixerit, reperiendi, quod iis obſtet, quæ ceteri monumentis mandarunt litterarum, cujuſque cauſſa ſuſpicari cuiquam liceat, tum primum ortam fuiſſe, eam quæ tam late ſtatim manarit de Sanctis

1 *Tom.* 1. *opp. Damaſceni edit. modo indicata p.* 588. „ Per eos, qui ante crediderunt, intelligunt *Patres*, & *Prophetas*, & *Judices*, & *Reges*, ac *Principes*, *alioſque nonnullos hebraici populi*, *qui facile recenſeri* poſſunt . . . Nec „ novum cenſendum eſt, iis nimirum, qui crediderunt, ſalutem a Chriſto allatam eſſe: quippe cum ſolus ipſe judex æquitate præſtet, nec periturus ſit quiſquis ipſius verbis fidem adhibuerit. Quocirca eos omnes ſalutem conſequi; atque ad Dei, & Domini deſcenſum inferni vinculis ſolvi neceſſe erat „.

ctis Veteris Teſtamenti ex inferis Chriſti deſcenſu exemptis ſententiam; ſpes, inquam, ejuſmodi nulla eſt adverſariis reliqua. Experiantur modo, per me licet, primordia ne ejuſdem ſententiæ repetere ab ſeculo ære Chriſtianæ ſeptimo poſſint. Sed quam vereor, ne non poſſint. Non minus enim comunis fuit omnium ſeculo VII. quam eam fuiſſe octavo demonſtratum ſit. Atque ita quidem, ut nos volumus, utque contra Cadonicus, ejuſque vindices profecto nollent, credidit Auctor Anonymus nondum editi illius libelli [1], qui extat in

1 Eſt in eo libello ſcriptum hoc modo: *Serpens ille veternoſus, qui dudum contra Catholicam Fidem hæreticorum linguas exacuit, nunc quoque cujuſdam Arſeniotis labia ſui veneno infecta poſt illorum perenne ſilentium ad redivivas blaſphemias aperire ſatagit. Inſibilans enim per eumdem obmurmurat virum (ſi tamen res ita ſe habet, ut de illo fama vulgavit) quod ante noviſſimum examinis diem, nullus electus regna Cælorum, nullus reprobus loca penetret inferorum. Quod nimirum pravæ hereſeos dogma ſi vel ad momentum recipiatur, magnum fidelibus detrimentum afferre probatur. Facit enim eos & ad vitæ gaudia quærenda pigerrimos, & ad gehennæ ſupplicia vitanda nimis incautos. Contra quem facilis eſt mihi congreſſus, quia omnes rectæ fidei aſſertores mecum deſtruunt ejus conatus. Nullus namque ei Patriarcharum, nullus Prophetarum, nullus conſentit Apoſtolorum. Non ſcilicet Moyſes, non David, non Salomon, non Eſaias, non alius poſt Eſaiam. Non Petrus Apoſtolus, non Paulus, non Johannes, non Matthæus, non Judas, non Jacobus, non Lucas, non Marcus, ſed nec ullus omnino Catholicæ Fidei Tractator poſt iſtos, errorem attentaſſe aliquando fuit inventus: & ut aliquos commemorem de multis, non Gregorius Nazianzenus, non Johannes Conſtantinopolitanus, non Pictavienſis Hilarius, non Mediolanenſis Ambroſius, non Hipponenſis Auguſtinus, non Bethleemites Hieronymus, non Alexandrinus Cyrillus, non Gregorius Papa Romanus. Horum certe plura ego in Sanctis, & Tractatoribus legi; ſed in his huic ſimile nuſquam inveni. Quis autem non videat, quantæ ſit temeritatis, quantæque dementiæ quemlibet unum mendacem homunculum contra tot veraciſſimos, inſigniſque virtutis, ac ſanctitatis ſine teſte congredi? Sed neceſſe eſt, ut hoc, pro veritatis defenſione ... veſtitis ſententiis plenius indagemus. Veritatem igitur Scripturarum ſequentes oſtendamus primo, ſi placet, ante adventum Mediatoris in carnem omnes reprobos, omneſque* ELECTOS AD INFERNUM DESCENDISSE; QUAMQUAM INTER HOS, ET ILLOS DIVERSA MERITA MAGNUM FIRMAVERINT CHASMA, *ac deinde poſt ejus ſacratiſſimam mortem* ELECTOS AD REGNA CELESTIA ... *perveniſſe. Quod enim ante incarnatam Dei ſapientiam peccatores ad inferna deſcenderint, Moſaica teſtatur auctoritas, quæ Dathan, & Abiron, eorumque ſocios terra ſorbente, ait, deſcenderunt in infernum viventes. Et hæc quidem illa ſpecialiter de quibuſdam, generaliter vero de cunctis Davidica promitur æque ſententia, quæ dicitur: ſicut oves in inferno poſiti ſunt, & mors paſcet eos. In libro quoque, qui Salomonis ſapientia prænotatur, enarratis multis reproborum miſeriis, ipſa ſapientia ita concludit dicens: talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt. Quod autem etiam* ELECTI *etſi forte non omnimoda, quædam* TAMEN INFERORUM ADIERINT LOCA, *idem hoc de ſe ipſis atteſtantur. Jacob denique Patriarcha beatus unius ſublati filii mærore contractus, nullaque ceterorum conſolatione delinitus ait: deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Job quoque ſuper omnes juſtos ſuis temporibus ore Domini collaudatus de ſemetipſo loquitur dicens: in profundiſ-*

Digitized by Google

in ſeculi noni Codice membranaceo Bibliothecæ noſtræ Caſanatenſis Pluteo D. IV. 30. qui libellus inſcribitur:

fundiſſimum infernum deſcendent omnia mea. Et rurſum: Si ſuſtinuero, inquit, *infernus domus mea eſt. Rurſumque Deum expoſtulans dicit: Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus. David etiam ſecundum carnem Chriſti pater electus, de ſe, ac de cunctis viventibus ſecundo interrogat dicens: quis eſt homo qui vivit, & non videbit mortem, aut quis eruet animam ſuam de manu inferi? Ac ſi aperte dicat, quantum ad præſens attinet tempus, nullus omnino. Ad* ELECTORUM IGITUR ANIMAS DE INFERNO LIBERANDAS CHRISTUS ERAT EXPECTANDUS. *Ad quem videlicet Johannes Baptiſta in carcere poſitus, miſit diſcipulos .... dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? In quibus utique verbis aperte notandum, quia ſpiritus prophetica viſionis, qui eumdem Johannem de præterito jam docuerat, adhuc de futuro certum non fecerat; atque ideo quem jam veniſſe pro certo ſciebat, adhuc venturum ambigebat. Quia enim Mundi Redemptor naſcendo in Mundum advenerat, beatus hoc idem Baptiſta jam liquido noverat, ſecundum illud, quod præcurrens de eo clamaverat: ego vidi, & teſtimonium perhibui, quoniam hic eſt filius Dei. Et ad diſcipulos: Ecce*, inquit, *agnus Dei. Sed ſi moriendo ad inferos per ſemetipſum eſſet venturus, omnino necdum agnoverat. Et inde eſt illud præmiſſum, quo requirebat: tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Ac ſi ei diceret: ad ergaſtula inferorum mox deſcenſuro patenter inſinua, quem illis liberatorem venturum eſſe denuntiem; te, quem jam veniſſe Mundo nuntiavi, an alium, quem per te mittendum hactenus ignoravi? Tu nos inde extrahes per ſanguinem ſacratiſſimæ paſſionis, an alius ignotæ legationis? Quia vero non per quemlibet alium, ſed per ſemetipſum id fecit, prædicto Johanni ex obliquo mandavit. Sed manifeſtius illud Zacharias aperuit, qui hoc, quod certiſſime futurum eſſe prævidit, jam quaſi factum narravit. Sic enim ad eum, qui Inferos captivavit, præſentaliter ait: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, ubi non eſt aqua. Et qui ſunt iſti vincti, niſi, ut Hieronymus docet, juſti antiqui? Unde autem vincti, niſi ex prævaricatione reatus primi? Et quis iſte locus, in quo tenebantur captivi, niſi loca ſunt inferni, ubi non eſt, ut dicitur, aqua, videlicet requies ulla? Inde eſt etiam illud, quod dives ibidem inflammatus guttam aquæ ad linguæ refrigerium quærit, & non invenit. Quod ſi ita eſt, quomodo Abraham ab eo ſeparatus, in requie cum Lazaro eſt; & ne ad ſe invicem tranſire poſſent, inter electos, & reprobos magnum chaſma firmatum? An .... chaſma inter bonos, & malos objectum non ..... dirimit merita? Mirum autem, & valde .... Nam & Job, cui ſimilis in terra non erat, ad pœnalia loca iturum ſe eſſe clamabat, cum diceret: plangam dolorem meum antequam vadam, & non revertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum. Abſit autem ut illis Abraham, & Job loca disjungerent, quos his fides, & opera inſeparabiliter conjunxerant; atque horum illuc unus ad requiem, alter deſtinaretur ad miſeriam; horumque unus in lumine, alter ibi ſederet in mortis caligine. Videamus itaque utrumne etiam Job præfatus ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, ad terram quoque miſeriæ, & tenebrarum perductus, in Abrahæ fuerit requie collocatus. Idem denique cum lacrimoſus hoc, quod ſupra protulimus, diceret: in profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea, continuo præſumptiva dubitatione ſubjecit, & ait: putas ne ſaltem ibi requies erit mihi? ... Hac itaque* CUM MAGNA DICIMUS AUCTORITATE LOCA FUISSE PŒNALIA, QUÆ CHRISTUS PROPTER SUORUM EREPTIONEM PER SEMETIPSUM JUDICAVIT ESSE LUSTRANDA, *Petro atteſtante, qui de illo ait: quem Deus ſuſcitavit a mortuis ſolutis doloribus inferni juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo. In quibus profecto verbis ſolerter notandum, quoniam nemo apud inferos liber fuit a dolorum vinculis præter eum, qui ſolus veraciter dixit: factus ſum ſicut homo ſine adjutorio inter mortuos liber. Atque ideo ſolus non potuit tartarea manu vinctus teneri; quia ſolus non habuit peccatum, quo dolorum ejus nexibus poſſet arcta-*

tur : *Utrum animæ de humanis corporibus exeuntes mox deducantur ad gloriam, aut ad pœnam, aut expectent diem judicii*. Fuit autem is libellus perſcriptus paulo poſt Gregorii Magni mortem. Nam in eo doctiſſimus ille, ſanctiſſimuſque Pontifex *ultimus* dicitur fuiſſe Tractatorum Eccleſiaſticorum. Neque vero Tractatorum *ultimus* dici Gre-

XXX go-

artari. Ideoque ſolus ab inferni doloribus alios liberare valuit, unde ipſe eoſdem dolores non ſenſit ... Sed ſi plena ibi PATRIARCHARUM, AC PROPHETARUM QUIES, PLENAQUE ERAT CONSOLATIO; QUÆ ILLIS NECESSARIA CHRISTI EXPECTATIO? AN NON ERAT JOHANNES PROPHETA, ET PLUS QUAM PROPHETA, qui ex ſua, aliorumque Prophetarum perſona, ut ſupra meminimus, *Redemptorem mundi requirebat dicens: tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Certe* EXPECTABANT EUM ISTI VINCTI, IN LACU, UBI NON EST AQUA; *& mirum ſi aliis vinculis aſtricti, niſi his, quæ Petrus per Chriſtum ſoluta narravit. Coarctat nos rurſum hæc quæſtio, ut dicamus, quomodo ibi Lazarus in ſinu Abrahæ conſolabatur, ſi dolorum vinculis aſtrictus tenebatur? Sed faciamus diſtinctionem inter dolorem, & hanc, ut arbitror, facilius abſolvemus quæſtionem. Cruciabantur itaque apud inferos iniqui ſimul, & juſti; ſed non pari modo iſti, & illi. Quia illi omnimoda ignis gehenna, iſti ſola mentis triſtitia. Illi quia foris ardebant; iſti quia intus mœrebant. Illi conſolari non poterant, quia in tormentis refrigerium nullum habebant. Iſti quamvis triſtarentur quia diu a cœleſti patria exulabant, tamen conſolabantur ... Exterior illos reproborum ambuſtio non vexabat ... Ergo quod de lacu dicitur, quia non eſt in eo aqua, non ad electorum mentis dolorem, ſed ad reproborum pertinet exteriorem ignis ardorem. In quo videlicet quia ultrix eſt flamma, nec una ſaltem ad refrigerium aquæ ſuppetit gutta, quam niſi ex fluentis electorum hauriri poſſe cognoſceret dives, ad Abraham minime diceret: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Ita plane non eſſe contrarium dicimus, apud inferos dolorum vinculis religatos fuiſſe juſtos antiquos &c. ... Sed jam ordo præmiſſus depoſcit, ut* POST EREPTIONEM AB INFERIS VETERUM JUSTORUM; *oſtendamus, quo iſto nunc tempore recipiantur animæ perfectorum. Cœlorum etenim magiſter, qui nullum aliquando fefellit, eamdem hinc ſententiam firmavit, ut diceret*, » a diebus Johannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur, & violenti » rapiunt illud ». *Audactor novi erroris, numquid tantum in die judicii violenti diripiunt? ut diabolus per os tuum confinxit*, & NON POTIUS A DIEBUS JOHANNIS? Deſunt fol., ut opinor, duo. Sequitur porro: *Si placet de multis ſufficiant iſta. Si vero propter exiguitatis meæ perſonam in dubium veniunt & iſta, neceſſarium reor* GENERALI CATHOLICORUM SENTENTIA VERUM ME IN HIS, *quæ dixi, teſtem approbare. In Eccleſiaſticorum enim dogmatum, quod diſtinctis ſententiis uno volumine comprehenditur*, QUODQUE PER UNIVERSUM ORBEM A CUNCTIS RECIPITUR, AB OMNIBUS DEFENDITUR, SUMMAQUE LAUDE CELEBRATUR, *titulo* XLV. *ita ſcribitur:* „ Ante paſſionem Domi-
» ni OMNES ANIMÆ SANCTORUM IN INFERNO SUB DEBITO PRÆ-
» VARICATIONIS ADÆ TENEBANTUR, donec auctoritate Domini per in-
» debitam ei mortem DE SERVILI CONDITIONE LIBERARENTUR „. *In ſequenti quoque Titulo, hoc eſt quadrageſimo ſexto, talis auctoritas continetur, ut dicatur.* „ Poſt aſcenſionem Domini ad cælos omnes Sanctorum animæ cum Chri-
„ ſto ſunt, & exeuntes de corpore ad Chriſtum vadunt expectantes reſurrectio-
„ nem corporis ſui, & perfectam beatitudinem &c. „ HÆC OMNIUM PRÆCEDENTIUM, ET SUBSEQUENTIUM ET UNA, ET GENERALIS EST PATRUM SENTENTIA, *cui merito concordans B. Gregorius Papa Romanus Præſul Apoſtolicæ Sedis Tractatorum quidem ultimus, ſed pene omnium egregius, in quarto Dialogorum libro &c.*

gorius potuiſſet ab homine, qui aut IX. aut VIII. aut etiam extremo, mediove ſeculo VII. vixiſſet, cum eo Pontifice vita vix functo, extiterint doctrina, virtuteque præſtantes viri, qui libros de divinis rebus ediderint, fuerintque magna in celebritate verſati. Ejus autem Anonymi Scriptoris libellum, propterea quod nondum, ut dixi, publicatus ſit, fere totum in ſuperiorem adnotationem transferendum duxi. Nam etſi tam abſuit longe a memoria, & ætate noſtra, adeo tamen dilucide, diſtincte, graviter egit communis dogmatis cauſſam, ut opera Cadonici legiſſe, eaque data opera refellere conſtituiſſe videatur. Quum enim Arſeniotes neſcio quis auſus fuiſſet dicere, ante judicii diem neminem eſſe aut ob virtutem conſequuturum beatitatem conſiſtentem in viſione Dei; aut ob ſcelera, quæ vivens admiſerit, æterni ſupplicii pœnam laturum; noſter hic Anonymus ejus temeritatem, audaciamque repreſſurus, ad ſcribendum ſe contulit, opuſculumque ſuum diſtribuit in partes duas, quarum eſt prior de Sanctis Veteris Teſtamenti non ante beatis, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet; qua de re etſi Arſeniotes ille non dubitarat, ordinis tamen, ut arbitror, perſpicuitatis, veritatis ſervandæ cauſſa initio ſibi diligenter eſſe agendum exiſtimavit; altera vero de eo eſt argumenti genere quod agitatum etiam, vexatumque fuiſſe ſcimus Johannis XXII. temporibus. Qua ex re intelligitur, quam ſit arcte hæc eadem noſtra tenenda ſententia, quæ tamdiu tanta omnium conſenſione invaluit, ut a nullo umquam in contentionem a tot ſeculis vocata ſit.

Non diſcrepant ab Anonymo Dorotheus [1] Archimandrita

1 Hunc ad VII. ſeculum pertinere Caveus cenſet: *Hiſt. Litter. to.* I. *ad an.* 601. *p.* 572. *edit Oxon. a.* 1740. Sic autem habet Dorotheus *Doctrina* XXII. *de Modulis ad S. Paſcha tom.* V. *Bibliotheca PP. edit. Lugdun. an.* 1677. *p.* 919. „Ex tranſ„greſſione Adæ captivos nos omnes fecit inimicus, & ſubjectos habuit: unde „egredientes animæ e corporibus hominum INFERNA PETEBANT; CLAUSUS „ENIM ERAT PARADISUS. Aſcendens igitur Chriſtus in altitudinem ſanctæ, „& vivificæ crucis a captivitate, in quam nos hoſtis duxerat ob tranſgreſſionem, „liberavit per Sanguinem ſuum, & in noſtra manu eſt redire ad paradiſum.

Digitized by Google

drita, Paterius [1], qui Gregorium Magnum ſequutus eſt; ut etiam Alulfus [2], qui etſi multo recentior Paterio fuit, doctrina tamen ejus Pontificis mirifice capiebatur. Ac Gregorius quidem is, qui ſeculi VII. initio, hoc eſt anno 604. deceſſit, quemque majores noſtri [3] & ſuſpicere virtutis, ſapientiæque cauſſa, & magnum merito appellare conſueverunt, non uno loco oſtendit [4], quanti id caput doctrinæ penderet, quod Cadonicus,

1 *In* 1. *Lib. Regum pag.* 99. *edit. Rom. an.* 1553. & *in Pſal. cap.* CLXXIX. *pag.* 541. & *in Matth. cap* LV. *pag.* 32. Sed de Gregorii Magni Auditore, non eſt cur quiſquam dubitet, communi ne ſententiæ aſſenſus fuerit. Quam enim a magiſtro acceperat, eamdem ab ſe abjici paſſus nunquam fuiſſet.

2 Alulfus vixit ſec. XII. *Is in expoſit. Veteris Teſtam. ſuper Evang. Lucæ cap* LXVIII. quæ quidem expoſitio extat in extremo IV. vol. Operum Sancti *Gregorii Magni pag.* 705. *edit. Pariſ. an.* 1705. „ Prius, *inquit*, quam Redemptor noſter morte ſua
„ humani generis pœnam ſolveret, eos ETIAM QUI CÆLESTIS PATRIÆ VIAS
„ SECTATI SUNT, poſt egreſſum carnis, INFERNI CLAUSTRA TENUE-
„ RUNT, non ut pœna quaſi peccatores plecteret, ſed ut eos in locis remotio-
„ ribus quieſcentes, quia nondum interceſſio Mediatoris advenerat, ab IN-
„ GRESSU REGNI REATUS PRIMÆ CULPÆ PROHIBERET. Unde juxta
„ ejuſdem Redemptoris noſtri teſtimonium, Dives, qui apud inferos torquetur,
„ in ſinu Abrahæ Lazarum requieſcere contemplatur. Qui profecto ſi adhuc in
„ imis non eſſent, hos ille in tormentis poſitus non videret. Unde & idem Re-
„ demtor noſter pro noſtræ culpæ debito occumbens inferna penetrat, ut ſuos,
„ qui ei inhæſerant, ad Cælos reducat „.

3 Johannes Mabillonius *tom.* I. *Veter Analector. pag.* 117. *edit Pariſ. an.* 1675.
„ Gregorii Magni opera, *inquit*, tanti ſemper fecit ECCLESIA, ut in iis legendis,
„ meditandis, colligendiſque partem ſapientiæ, atque religionis ejus æquales, &
„ poſteri collocaſſe videantur „.

4 S. Gregorius *lib.* VII *al* VI. *epiſt.* XV. ad Georgium Preſbyterum *tom.* II. *opp. edit. Pariſ. an.* 1705 „ Poſt diſceſſum veſtrum dilectiſſimis filiis meis Diaconis nar-
„ rantibus, agnovi, quod dilectio veſtra dixiſſet, omnipotentem Dominum Sal-
„ vatorem noſtrum Jeſum Chriſtum ad inferos deſcendentem omnes, qui illic
„ confiterentur eum Deum, ſalvaſſe, atque a pœnis debitis liberaſſe. De qua re
„ volo, ut caritas veſtra longe aliter ſentiat. Deſcendens quippe ad inferos ſolos
„ illos per ſuam gratiam liberavit, qui eum & venturum eſſe crediderunt, &
„ præcepta ejus vivendo tenuerunt. Conſtat autem, quia poſt Incarnationem
„ Domini nullus etiam ex his ſalvari poteſt, qui fidem illius tenent, & vitam
„ fidei non habent. Si ergo fideles nunc ſine bonis operibus non ſalvantur, &
„ infideles, ac reprobi ſine bona actione Domino ad inferos deſcendente ſalvati
„ ſunt; melior illorum ſors fuit, qui Incarnationem Domini minime viderunt,
„ quam horum, qui poſt Incarnationis ejus Myſterium nati ſunt; quod QVAN-
„ TÆ FATVITATIS SIT DICERE, VEL SENTIRE, ipſe Dominus teſtatur di-
„ ſcipulis dicens: *multi Reges, & Prophetæ cupierunt videre quæ vos videtis, & non*
„ *viderunt* .. Hæc itaque omnia pertractantes nil aliud teneatis, *NISI QUOD*
„ *VERA FIDES PER CATHOLICAM ECCLESIAM DOCET*, quia de-
„ ſcendens ad inferos Dominus illos *SOLUMMODO* ab inferni clauſtris eripuit,
„ *QUOS VIVENTES IN CARNE PER SUAM GRATIAM IN FIDE,*
„ *ET BONA OPERATIONE SERVAVIT*. Quod enim per Evangelium
„ dicit, *cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum*, omnia videli-
„ cet

Digitized by Google

Dalhamuſque Scholaſticis eſſe acceptum reſe rendum putant. Quorum neſcio, fidem ne bonam, an peritiam rerum deſiderem. Quemadmodum enim ab Scholaſticis quiſ-

,, cet electa. Nam trahi ad Deum poſt moitem non potuit, qui ſe a Deo male ,, vivendo ſeparavit ,,. En quid, auctore s. Gregorio Poutifice Maximo, *vera fides per Catholicam Eccleſiam doceat*. Niſi forte Cadonicus, & Dalhamus *Scholaſticum* etiam fuiſſe Gregorium, minuſque iu Patrum veterum, inque ſcripturarum doctrina verſaium pugnent, quo quid fingi poteſt alienius a vero, atque obtuſius? At *electa*, dicet Cadonicus, quæ ad ſe Chriſtus, ut eſt ab Gregorio animadverſum, traxit, animæ fuerunt purgatorii pœnis vexatæ. Itane vero? Demus igitur, *meliorem fuiſſe illorum ſortem, qui Incarnationem Domini minime viderunt, quam horum, qui poſt Incarnationem Domini nati ſunt*. Nam ſi liberandarum animarum quæ purgatorii ignibus torquebantur, cauſa Chriſtus deſcendit, antequam illæ plene purgatæ fuiſſent, multo certe illarum ſors melior fuiſſet, quam ſit harum, quæ nunc purgatorii locis detinentur, ac detioebuntur, quoad ultimum quadrantem ſolverint. Meliorem autem ſortem fuiſſe illorum, qui ante Chriſtum deceſſerunt, dicere, ac ſentire magnæ *FATUITATIS* eſſe Gregorius autumat. Quid ergo? An id fidem per Catholicam Eccleſiam docere Gregorius potuit ſcribere, quod rantæ *ESSE FATUITATIS* iiſdem in litteris teſtatur, in quibus de electis a Chriſto in libertatem vindicatis agit? Quod ſi Gregorii verba *de fide per Eccleſiam docente* &c. in animas purgatorio, multoque magis inferno damnatorum detentas non cadunt, quid reſtat, quæſo, niſi ut ea iu animas ſanctorum, quæ iu ſinu Abrahæ, ſeu in *limbo* erant, cadere confiteamur? Quid? Si Gregorius idipſum ſatis explicate, ſibi perpetuo couſtans, tradat? *Lib.* XII *in cap.* XIV. *Jobi cap* 1X. *pag* 197. *tom.* I. ,, Ante adventum mediatoris Dei, & hominis, *OMNIS HOMO*, ,, *QUAMVIS MUNDÆ, PROBATÆQUE VITÆ FUERIT, AD INFERNI CLAUSTRA DESCENDERIT, DUBIUM NON EST*.,, Audiu, quid *dubium non ſit*? Pergit Gregorius: ,, Homo qui per ſe cecidit, per ſe ad ,, Paradiſi requiem redire nou potuit, etſi rediret ille, qui ſuæ Incarnationis my- ,, ſterio ejuſdem nobis Paradiſi iter aperiret ... Nec tamen ita juſtorum animas ad ,, inferuum dicimus deſcendiſſe, ut in locis pœnalibus tenerentur. Sed eſſe ſupe- ,, riora inferni loca, eſſe alia inferiora credenda ſunt, ut & in ſuperioribus juſti ,, requieſcerent, & in inferioribus injuſti cruciarentur. ,, Addit inde *pag.* 198. explicans verba Job.: *donec pertranſeat furor tuus*: ,, Qui furor quantum ad ele- ,, ctorum animas in Redemtoris noſtri adventu pertranſiit, quia eas ab inferni ,, clauſtris ad Paradiſi gaudia mediator Dei, & hominum, dum ipſe illuc pie ,, deſcenderet, reduxit,,. Nam paulo ante dixerat,, ... Hinc eſt enim, quod Domi- ,, nus in Evangelio dicit, & ego ſi *exaltatus fuero a terra omnia traham ad me* ,, *ipſum*, *OMNIA* videlicet *ELECTA*,,. De electis ergo iis Gregorius loquitur, qui quantalibet virtute præſtitiſſent, inferni tamen clauſtris tenebantur, propterea quod occluſus omnibus Paradiſus eſſet. Et *l.* XIII. *c* XLIV. *p.* 411. ,, Priores *SANCTI* ,, & ſuſtinere adverſa poterant, & tamen e *CORPORIBUS EDUCTI ADHUC* ,, *AB INFERNI LOCIS LIBERARI NON POTERANT, QUIA NEC-* ,, *DUM VENERAT, QUI ILLUC SINE CULPA DESCENDERET*, ,, ut eos qui ibi tenebantur, ex culpa liberaret ... Et quia in ipſis quoque inferni ,, locis *JUSTORUM ANIMÆ SINE TORMENTO TENEBANTUR*,, (accommodet hæc ſi poteſt, Cadonicus, ad animas ignibus purgatoriis tortas, atque cruciatas),, ut & pro originali culpa adhuc illuc deſcenderent, & *tamen* ,, *EX PROPRIIS ACTIBUS SUPPLICIUM NON HABERENT*. Quaſi in ,, tenebris lectulum ſtraviſſe, eſt in inferno ſibi *REQUIEM* præparaſſe. *GRA-* ,, *VE* etenim *TÆDIUM ELECTIS FUIT*, poſt ſolutionem carnis *ADHUC* ,, *SPECIEM NON VIDERE CREATORIS*. Quod tædium non immerito ,, Beatus Job tenebras vocat ,,. Eodem revolvuntur, quæ ſcribit *lib.* XXIX, *c.* XII, *n.* 21,

quiſquam ejus doctrinæ primordia repetat, quæ tot ante Scholaſticos ſeculis, ut hactenus demonſtratum eſt, latiſſime

n. 23. *pag.* 917. *& lib.* 2I. *Homilia* xx11. *pag.* 1533. „ Ex hac ſolemnitate exemplum nobis reſurrectionis datum eſt, ſpes cæleſtis partiæ aperta, & facta superni regni jam præſumtibilis gloria. Per hanc *ELECTI* (*attende quinam ELECTI*) *QUI QUAMVIS IN TRANQUILLITATIS SINU* „ (*Non erant igitur ii qui purgatoriis ignibus cruciabantur*) tamen apud *INFERNI CLAUSTRA TENEBANTUR, AD PARADISI AMŒNA REDUCTI SUNT* „ (*non ergo gaudebant ante aſpectu Dei, cum in AMŒNIS PARADISI non eſſent*). Quod ante paſſionem dixit, in reſurrectione ſua Dominus implevit: *ſi exaltatus, inquit, fuero a terra omnia traham ad me*. Omnia enim traxit, qui de electis ſuis apud inferos *NULLUM* reliquit; omnia abſtulit, utique *ELECTA &c.* „ Et rurſum *l.* 1v. *in Job.* c. xx1x. *p.* 127. „ Poreſt futuros prædicatores in præſentia ſpiritus contemplari, qui poſtquam de corporibus tranſeunt, nequaquam per morarum ſpatia, *SICUT ANTIQUI PATRES, A CÆLESTIS PATRIÆ PERCEPTIONE DIFFERUNTUR* .... Prius autem, quam Redemtor noſter morte ſua humani generis pœnam ſolveret, eos etiam, qui cæleſtis Patriæ vias ſectati ſunt, poſt egreſſum carnis inferui clauſtra tenuerunt, non ut in pœna quaſi *PECCATORES PLECTERET*, ſed ut eos in *LOCIS REMOTIORIBUS QUIESCENTES*, quia necdum interceſſio Mediatoris advenerat, *AB INGRESSU REGNI REATUS PRIMÆ CULPÆ PROHIBERET*. Unde juxta ejuſdem Redemtoris noſtri teſtimonium, dives qui apud inferos torquetur, *IN SINU ABRAHÆ REQUIESCENTEM LAZARUM* contemplatur. Qui profecto ſi adhuc in imis non eſſent, hos ille in tormentis poſitus non videret. Unde & idem Redemtor noſter pro noſtræ culpæ debito occumbens inferna penetrat, ut ſuos, qui ei inhæſerant, ad cæleſtia reducat „. Confer etiam *lib.* xx. *cap.* xx1v. *pag.* 668. *& lib.* xx1x. *cap.* x11. *pag.* 927. ubi „ Hoc profundum maris, *inquit*, ante Redemtoris adventum non via, ſed *CARCER* fuit, quia in ſe etiam bonorum animas, quamvis non in locis pœnalibus, clauſit. Quod tamen profundum viam Dominus poſuit, qui illuc veniens electos ſuos a clauſtris inferni ad cæleſtia tranſire conceſſit „. Vide *lib.* 1. *Homil.* 1. *pag.* 1176. *& lib.* 2I. *Homilia* x2. *pag.* 1653. *& lib.* 1. *Hom.* v1. *pag.* 1453. ubi de Johanne Baptiſta *Propheta*, *& plus quam Propheta* diſſerens: „ Quærit, *inquit*, ut ſciat, ſi is, qui per ſe in mundum venerat, per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcendat. Quem enim præcurrens mundo nunciaverat, hunc moriendo & *AD INFEROS PRÆCURREBAT* „. Perſpicue igitur palam eſt, de animabus non purgatorio igne cruciatis, ſed ſanctorum Patriarcharum, Prophetarum &c., qui nihil admiſerant mali, at reatu tenebantur excluſionis temporalis e regno Dei, ideoque in inferis velut in carcere manebant expectantes adventum Chriſti, Gregorium agere, ſtatuereque, eum inferorum locum ſinum Abrahæ fuiſſe, nec animas, quæ ibi erant, *SPECIE* hoc eſt aſpectu Dei frui potuiſſe, quoad eis ſol juſtitiæ illuxiſſet. Quum igitur tam ſit perſpicua Gregorii ſententia, quam, eodem Gregorio teſte, fides per Eccleſiam Catholicam docet, quo tandem modo ferendum nunc eſt, ut ſint, qui contra impune non modo ſentiant, ſed etiam ſcribant, eoſque qui ipſis reſiſtunt, imperitiæ arguant, ſcholaſticoſque appellent, quaſi probri loco ducendum ſit, quod magni viri, Pontificeſque Maximi commendarunt? Nec eſt illud prætermittendum, ſuſpicari nempe me, fore, ut Cadonicus Gregorium ſecum ipſum pugnare ſtatuat, extorquerique propterea ab ſe neget poſſe, ei ut adjungat auctoritatem, & fidem. Nam quos Sanctus Pontifex in *requie* ſcribit fuiſſe &c. eoſdem ait *ſpeciem* non vidiſſe Creatoris, magnoque proinde tædio affectos fuiſſe. Sed quid ſit Cadonicus dicturus, non moror. Gregorium equidem ſemper auctorem ſequar, quem etiam Conditores Catechiſmi Romani ſequuti ſunt. Quam autem, quæ Gregorius ſcribit, non pugnent, quamque inter ſe congruant, oſtendi ſupra *pag.* 243. *ſeqq. hujuſce* operis,

tiſſime propagata, atque a Gregorio ipſo P. M. in dogmatibus religionis numerata eſſet? Non diſſident ab Gregorio Sophronius Hieroſolymitanus Patriarcha, qui ἡ γὰρ ἀνάστασις τοῦ Χριστοῦ, inquit, τοῦ ᾅδου τὸν ζόφον ἀπήλασε, καὶ τοὺς τεθνεῶτας τῶν τάφων ἀνέστησε [1], Andreas Cretenſis, qui ὃν παράδεισον, inquit, ἔκλεισεν ἄλλως ὁ ἀδάμ, τοῦτον ἤνοιξε λῃστής [2], Georgius Piſides Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus [3], Auctor Homiliæ *de Divite*, & *Lazaro*, quæ quidem *Homilia* extat in aliquot Editionibus Operum s. Johannis Chryſoſtomi [4], Julianus Toletanus Epiſcopus [5], s. Iſi-

1 *Orat. in Exaltat. Veneranda Crucis. apud Gretſerum Tom.* II. *opp. edit. Ratisb. an.* 1714. *pag.* 67. Reſurrectio Chriſti „ tenebras inferni expulit „. & mortuos ex „ ſepulcris excitavit „. At mortui ex ſepulcris excitati, ut eſt in Evangelio, *Sancti* erant.

2 *Orat. in Exaltat. s. Crucis*: apud eumdem *ibid. pag.* 78. „ quem (Paradiſum) „ clauſit Adamus, eumdem aperuit Latro „. Confer alteram ejuſdem eadem de re *Orationem*, quæ ibid. extat *pag.* 82.

3 *In Carm. de Opere ſex Dierum tom.* XII. *Bibl. PP. edit. Lugdun. ann.* 1677. *pag.* 135.

„ Succumbit orcus præter omnem ſpem neci;
„ Dis pauper eſt. Cæſor eadit murtalium.
„ Is namque tabeſcit, *vomit dum mortuos*,
„ Quos obtinebat, implicabatque in ſinu,
„ Atque impiis ulnis, quibus animos necar,
„ Quouſque tu Proles Dei, vitæ dator,
„ Lumen paternum, ſoleque antiquius jubar,
„ Puer veruſti temporis natus modo,
„ Hunc ſuſtuliſti ligno, ut haſtæ cuſpide.

4 *Tom.* II. *Opp. Chryſoſt. edit. Veneta an.* 1581. *pag.* 438. „ Antequam Chriſtus „ moreretur, NEMO IN PARADISUM CONSCENDERAT, niſi Latro. Rom„ phæa illa flammea, & vertigo illa claudebat Paradiſum. Non poterat aliquis in„ trare in Paradiſum, quem Chriſtus clauſerat. Latro primus cum Chriſto intra„ vit. Magnitudo enim fidei meruit magnitudinem præmiorum ... Crux Chriſti „ aperuit paradiſum „. Ita quidem ille, cujus huc verba tranſtulimus, non quo eum hoc ſeculo vixiſſe arbitraremur, ſed ut ne ejus omnino prætermitteremus locum.

5 *Lib.* II. *Prognoſticon cap.* IV. *pag.* 597. *tom.* VII. *Biblioth. Patrum edit. Lugdun. an.* 1700. „ Nondum venerat Chriſtus ad infernum ut erueret inde OMNIUM „ SANCTORUM PRÆCEDENTIUM ANIMAS, ET TAMEN ABRAHAM IN „ REQUIE IBI ERAT „. Et *cap.* XXXII. *pag* 602. „ Ecce Luca Evangeliſta te„ ſtante dicimus, quod mortuo divite illo, & ſepulto in inferno, paupere quo„ que illo Lazaro in ſinu Abrahæ in requie conſtituto, & dives in inferno collo„ catus Abraham, vel Lazarum pauperem viderit, & Abraham divitem illum „ poſitum in tormentis aſpexerit. Et hæc SIQUIDEM ANTE ADVENTUM „ CHRISTI AD INFEROS FACTA ESSE ACCIPIMUS. Ceterum cum Domi„ nus, & Salvator noſter pro omnibus moriens ad inferna anima ſola deſcen„ dit, PATRIARCHIS, QUI IN LOCIS INFERNI TENEBANTUR, cæleſtis „ Pa-

Digitized by Google

S. Iſidorus Hiſpalenſis [1], Apponius, ſeu quiſquis ille eſt Cmmentariorum in Cantica Canticorum Scriptor, quæ Commentaria Apponio adſcribi conſuerunt [2], S. Hidelfonſus Epiſcopus Toletanus [3], S. Maximus Martyr [4], Regionalis Synodus Toletana IV. habita anno *633.* cui præfuit s. Iſidorus Hiſpalenſis, interfueruntque, atque etiam ſubſcripſerunt Archiepiſcopi Selva Narbonenſis, Stephanus Emeritenſis, Julianus Bracarenſis, Juſtus Toletanus, Audax Tarraconenſis, & Epiſcopi Auſenſis, Biterrenſis, Elenenſis, Gerundenſis, Palentinus, Accitanus, Bigaſtrenſis, Ampuritanus, Cavrienſis, Complutenſis, Baſtitanus, Calagurritanus, Ilipenſis, Eborenſis, Ucitanus, Egabrienſis, Dertoſenſis, Valerienſis, Cordubenſis, Menteſanus, Dumienſis, Irienſis, Lamicenſis, Lacobrigenſis, Egitanienſis, Nemanenſis, Aſturicenſis, Urgelitanus, Egarenſis, Setabitanus, Abilenſis, Aſtigitanus, Aſidonienſis, Eliberitanus, Lutucenſis, Ilerdenſis, Caſtellonenſis, Valentinus, Lisbonienſis, Segobienſis, Portugalenſis, Illicitanus, Oretanus, Britanienſis, Tudenſis, Tyraſſonenſis, Oſcenſis,

» Paradiſi januam reſeravit. Quia ergo ita eſt, quod illos & de INFERNIS » ERUIT, & in Cæleſti regione locavit, non immerito quæritur, utrum modo » Abraham, ceterique ſancti, de illo loco cæleſtis Paradiſi, quo reſurgente Chri- » ſto locati ſunt, poſſint ita videre impiorum animas in inferno, ſicut de loco » illo, unde moriente Chriſto educti ſunt, facere poterant &c. » Jam triſte quid inferni nomine indicari, monet Julianus *cap. v. pag. 597.*

1 *In Differentiarum lib. num. 288. pag. 758. edit. Pariſ. an. 1601.* „ Inter infe- » rum, & infernum: pars ſuperior inferni inferus eſt, ubi quieverunt ante ad- „ ventum Chriſti animæ juſtorum; pars vero inferior infernus, in quo trudun- „ tur animæ impiorum, qui plurimum peccaverunt „. Confer etiam ejus *lib. de Reſurrectione Domini cap. LII. pag. 558. & cap. LIV. pag. 559. ubi* „ Quod dixit „ Oſeas, inquit, *reſurgemus, & vivemus in conſpectu ejus*, hoc Propheta *DE* „ *SUA PERSONA, VEL SANCTORUM ELOQUITUR, QUI IN IN-* „ *FERNO ERANT, ET CUM ILLO TERTIA DIE RESURREXE-* „ *RUNT* „. Vide etiam *lib. 1. ſententiar. cap. XVI. pag 617.*

2 *Lib. v. pag. 122. tom. XIV. Bibliotheca PP. edit. Lugd. an. 1677.* quo loco ait, animam Chriſti *penetraſſe in inferna ad liberationem juſtorum*.

3 Lib. de Virginitate s Mariæ *cap. XII. pag. 564. tom. XII. Biblioth. SS. PP. edit. Lugd an. 1677.* „ Ipſe (*Chriſtus*) de cælo veniens, ipſe ſepulcrum aggre- „ diens, ipſe ſepulcrum relinquens, ipſe cælos repetens, ipſe ad inferna in ani- „ ma humana deſcendens, ipſe de INFERNO poteſtate divina SANCTORUM „ animas liberans „.

4 *Quæſt. LIX. in Scripturam pag. 204. ſeq. tom. I. Opp. edit. Pariſ. an. 1675.*

Digitized by Google

ſis, Cæſaraug uſtanus, Segobrienſis, Seguntinenſis, Italicenſis, Vaſenſis, Pacenſis, Salmanticenſis, Lucenſis, Oxomenſis, & legati Epiſcoporum Tuccitani, Conimbricenſis, Aurienſis, Barcinonenſis, Arcavicenſis, Magalonenſis, & Carcaſonenſis: hoc eſt adfuerunt ei Synodo Metropolitæ VI. Epiſcopi LVI. legati Epiſcoporum VII. quæ Synodus in Profeſſione fidei, quam breviter *cap* I. complexa eſt [1] „ Deſcendit, *inquit*, ad inferos „ *Chriſtus*, ut SANCTOS, QUI IBIDEM TENEBAN-„ TUR, ERUERET, devictoque mortis principe re-„ ſurrexit. Aſſumtus deinde in cælum venturus eſt in „ futurum ad judicium vivorum, & mortuorum &c. „ HÆC

[1] *Cap.* I. *tom.* III. *Conciliar edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *pag* 579. Auctor Anonymus *ſeu Epiſtolarum* italice defendendorum ſyntagmatum Cadonicianorum cauſſa perſcriptarum, editarumque Venetiis *an.* 1741. *epiſt.* VI. *pag.* 45. *ſeqq.* ei argumento, quod ex ſynodi hujus Toletanæ profeſſione fidei ducitur, nihil ineſſe nervorum putat. Principio negat profeſſione Fidei ſynodi ejuſdem Toletanæ IV. dogmata ſolum fidei contineri. Nam *reſurrecturos* proponit etiam homines in ea, *qua Dominus reſurrexit forma*. Id vero dogma non eſſe religionis, ut ex Eſtii, Silviique commentariis intelligitur. Secundo loco, negat ea verba: *hæc eſt Catholica Eccleſiæ fides*, quæ profeſſione eadem comprehenduntur, ad eam ſententiam ſpectare, quæ ſic habet: *ut ſanctos, qui ibidem tenebantur, erueret*. Ab Dialecticis namque, ait, propoſitiones *principales*, quas vocant, ab *incidentibus* diſtingui. *Incidentem* autem eam eſſe propoſitionem, quæ eſt de *ſanctis*, quorum *eruendorum* cauſſa Chriſtus in inferna deſcenderit. Hoc perinde agi ab hermeneutis. Quare Franciſcum Pougerium in Inſtitutionibus Catholicis ex ea fidei *confeſſione* concludere quidem, pertinere ad articulum fidei *deſcenſum Chriſti ad inferos*; non autem dogma eſſe fidei, *exemtos e limbo fuiſſe ſanctos deſcenſu Chriſti ad inferos*. Tertio, ſtatuit, non omnia, quæ in fidei profeſſionibus editis ab eadem, aliiſque ſynodis leguntur, ad fidei articulum pertinere; id quod exemplis quibuſdam conatur efficere. Quarto, *ſanctorum* vocabulum *abſolute*, ut ajunt, cadere in animas purgatoriis ignibus cruciatas poſſe. Quinto, etiamſi ſancti Hildefonſus, & Julianus Toletani Archiepiſcopi, ſenſerint ſanctos Veteris Teſtamenti Patriarchas Chriſti deſcenſu fuiſſe exemptos ex inferis, Synodum tamen Toletanam egiſſe, vel agere ſolum potuiſſe de animabus purgatorio igne vexatis. Sexto, *inferis teneri*, *mortis imperium devincere* &c. voces eſſe, quæ beatis quoque intuentibus Deum facile aptari queant. Synodum autem IV. Toletanam fuiſſe Provincialem, Synodum ſeptimi ſeculi, Synodum mentem ſuam aperte non explicantem, Synodum denique, cujus decreta articulum non conſtituunt fidei. Quamobrem *fas eſſe* Theologo Cadonici tueri ſententiam.

Quod ad I. attinet, ridiculum profecto eſt, ac ne dignum quidem commentatione auicularum, id voluiſſe Synodum Toletanam IV. fidei profeſſione, eaque breviſſima, complecti, quod non ad fidem pertinere arbitraretur. Deinde Synodum, quæ ea profeſſione comprendiſſet non ſolum quæ certa fide credenda, ſed etiam quæ dubia eſſe judicaret, quis credat, ad extremum hæc verba uſurpare potuiſſe, aut voluiſſe: *Hæc eſt catholica Eccleſiæ fides: Hanc confeſſionem conſervamus, atque tenemus, quam quiſquis firmiſſime cuſtodiverit, perpetuam ſalutem habebit*? De dubiis ne

„ HÆC EST CATHOLICÆ ECCLESIÆ FIDES : HANC
„ CONFESSIONEM CONSERVAMUS , ATQUE TENEMUS,

y y y

ne rebus hæc dicere Synodo licuiſſet ? aut fas fuiſſet res dubias ſimul cum certis fidei profeſſione complecti , Hiſpaniſque Catholicis expiſcandi facere poteſtatem , quæ dubiæ eſſent , quæque ad fidem pertinerent , has ut crederent , illas probarent, ſi vellent ; ſin minus , aſpernarentur , atque rejicerent ? Hoc vero quid fingi poteſt abſurdius ? At Synodus ea in profeſſione etiam dicit , nos eſſe reſurrecturos in *ea , qua Dominus reſurrexit forma* . Aſſentior . At id, inquis, ad fidem non pertinet . Quid igitur ? negas ne ad fidem pertinere , quod Paulus ſcribit » Salvatorem » expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum , qui reformabit corpus humi» litatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ ? „ *ad Philipp.* III. v. 20. *ſeq.* An hoc dicere , non idem eſt , atque *reſurrecturos nos ea forma* , ſeu *figura corporis claritatis* , *qua Chriſtus reſurrexit* , dicere ? Quod ſi Pauli ſententia ad fidem pertinet , ut re ſane vera pertinet , quid eſt , quod non item pertineat , quæ eodem revolvitur , Synodi Toletanæ profeſſione fidei veluti Symbolo quodam comprehenſa ſententia ? Eſtios mihi narras , & Sylvios , & cœtum Theologorum. Quid ſimile ? Hi de ætate , & ſtatura agunt , de quibus in Synodi profeſſione illa ne verbum quidem . De *reformatione* ſolum agit Synodus , ſeu de corpore noſtro futuro in reſurrectione *σύμμορφον conforme corpori gloriæ Chriſti* , *ſeu ejus forma* qua eſt *τὸ σῶμα τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ corpus gloriæ Chriſti*: quæ verba quanta quanta Apoſtoli ſunt . Ad alterum , quod animadvertis, dico : veteri me , ne verba : *qui propter nos homines , & propter noſtram ſalutem* ex ſententia Patrum Nicænorum ad fidem pertinere , inficiere . Nam *incidens* id ſcilicet pugnabis eſſe , non *propoſitionem principalem* . Sumis enim hoc modo : *Quel* deſcendit ad inferos *nel caſo noſtro è propoſizione principale* , *quello poi* ut ſanctos , qui ibidem tenebantur erueret , *è propoſizione incidente* . *A quello adunque , e non a queſte ſi devono riferir le parole* hæc eſt Catholicæ Eccleſiæ fides „ . Sumeret alius , ſi quis umquam Verbum divinum redimendi humani generis cauſſa humanam naturam adſumſiſſe , fidei eſſe dogma negare auderet : *Quod ad rem noſtram attinet* , *illud* deſcendit , *eſt propoſitio principalis* ; *illud porro* propter nos homines , & propter noſtram ſalutem , *eſt propoſitio incidens* : *Ad illud igitur , & non ad hoc referri debet verbum* credimus , quod Synodus Nicæna uſurpat . Id vero qui ſumeret, reus ne eſſet, annon eſſet reus violatæ religionis ? Quod ſi eſſet , ut profecto eſſet , cur non item ex ſententia Patrum Toletanorum reus eſſet is , qui *τὸ hæc eſt Catholicæ Eccleſiæ fides* referri oportere ad partem illam *ut ſanctos omnes &c.* profeſſione ipſorum fidei comprehenſam inficiaretur ? Nam ut ratio *deſcenſus* Chriſti de cælis hæc proponitur in Symbolo Nicæno *: propter nos homines , & propter noſtram ſalutem* , ad quam etiam rationem refertur *τὸ credimus* ; ita ratio *deſcenſus Chriſti ad inferos* ea proponitur a Toletanis iiſdem Patribus in profeſſione fidei : *ut Sanctos qui ibidem tenebantur erueret* , ad quam perinde referri debeat *τὸ hæc eſt Eccleſiæ Catholicæ fides.* Atque ſi cauſſa, quamobrem Chriſtus *deſcendit de Cælis*,non *incidentis*, ſed *principalis propoſitionis* loco habenda in Nicæno Symbolo eſt ; cur non item cauſſa , quamobrem *deſcendit ad inferos* , *principalis* , non *incidentis propoſitionis* loco habenda in Fidei profeſſione Toletana erit ? Quamquam ſi *incidens* etiam ea propoſitio eſſet , non equidem video , cur aſſeveratione tanta cum ſit poſita *in Fidei profeſſione* ; in dubiis tamen , incertiſque rebus ab Synodo Toletana haberi potuerit , quas cuique fas eſſet refellere . Miror autem , ea te eſſe potuiſſe fide , id ut Pougerio tribueres , quod ille ne ſuſpicatus quidem fuit . Indicas tu ſcilicet ejus Inſtitutionum *Par.* II. *Sectionem ult. cap.* 1. §. 20. Verum *Partis* II. *ſect. ult. cap.* 1. quod tributum in paragraphos non eſt , *de præceptis Eccleſiæ in genere* ſolum agitur . Quam te diligentiam tuam deſidero . *In priore quidem Parte , ſectione altera cap.* 1. §. 5x. *pag.* 240. *ſeqq. edit. Pariſ. ann.* 1715. *tom.* 1. diſſerit Pougetius de Chriſti deſcenſu ad inferos . *Pag.* 241. „ quærit , cur *illuc* anima Chriſti de» ſcen-

Digitized by Google

„ NEMUS, QUAM QUISQUIS FIRMISSIME CUS-
„ TODIERIT, PERPETUAM SALUTEM HABEBIT „.
Synodus item regionalis Toletana xvi. anni *693*. (quam in Synodum convenere Antiſtites Eccleſiarum lvii. Abbates v. Legati Epiſcoporum iiI.) quæ perinde in Fidei in Profeſſione:

„ ſcenderit »? Reſpondet „: ut inde ereptas juſtorum animas ſecum adduceret » triumphans in cælum, CUJUS ADITUS HACTENUS *occluſus* FUERAT » HOMINIBUS, DONEC MORTE, RESURRECTIONE, ET ADSCENSIONE » CHRISTI PANDERETUR ». Quærit rurſum: „ Quid intelligis per animas » juſtorum, quibus ante mortem Chriſti nihil ſupererat eluendum „? Reſpon- » det. „ Eas animas intelligo, quibus Deus anticipata miſericordia per Chri- » ſtum venturum jam concellerat remiſſionem peccatorum: ita tamen, ut effe- » ctus hujus remiſſionis, & miſericordiæ ſuſpenſus maneret, donec ſoluto per » effuſionem ſanguinis Chriſti ſalutis noſtræ pretio, fuiſſet divinæ juſtitiæ pro » peccatis noſtris plene ſatisfactum „. Quærit tertio: » Nunquid illæ animæ, qui- » bus nihil eluendum ſupererat, ſic liberatæ a Chriſto ſint, ut ab illa miſericordia » ceteræ omnes mortuorum hominum animæ fuerint alienæ »? Reſpondet ita, ut eſt demonſtratum *pag. hujuſ. oper.* 313. *in not.* ſicque deinceps ſtatuit *p.* 141. Invicta » ſunt, quæ ex Patribus tam Græcis, quam Latinis proferuntur teſtimonia, ut de- » monſtretur ab Eccleſia INTELLECTUM SEMPER FUISSE SENSU A NOBIS » EXPLICATO deſcenſum Chriſti ad inferos, HANCQUE EXPLICATIONEM » HABITAM SEMPER FUISSE PRO DOGMATE FIDEI, quidquid in con- » trarium aſſerere non dubitaverit Calvinus in hoc, ſicut & in aliis, ab Apoſto- » lorum Symbolo diſſentiens „. Deſcribit autem Græcorum, Latinorumque Patrum teſtimonia, quæ ſunt de ſanctis Patriarchis ereptis ex inferis deſcenſu Chriſti. Fateor igitur habitum id ſemper fuiſſe dogmatis orthodoxi loco; contra quod Calvinum pugnare & oſtenſum a nobis ſæpe, & cuique perito Theologicarum controverſiarum compertum eſt. Quo tu igitur ore, Anonyme, Pongetium appellas, quem ne Cadonicus quidem negat eſſe inimicum ſibi? *Vide notat. pag.* 113. *hujuſce operis*. Confugis mox ad Natalis Alexandri præſidium, qui locum Fulgentii e *cap.* xxvii. *lib. de Fide ad Petrum*: „ Firmiſſime crede, „ & nullatenus dubites, etiam parvulos, ... qui ſine ſacramento ſancti Baptiſ- „ matis de hoc ſeculo tranſierunt, ignis æterni ſupplicio puniendos „; qui, inquam, Natalis Alexander locum hunc Fulgentii explicans *Hiſt. Eccl. ſec.* 13. *Diſſ.* xvi. § xxiii. *edit. Lucen. an.* 1714. *pag.* 600. *principalem in eo propoſitionem ab incidenti* ſecernit, *principalemque* eam eſſe ait, quæ eſt de *damnatione æterna eorum* parvulorum, *incidentem* autem, quæ *de ignis ſupplicio*. Sed quam apte cadere ea diſtinguendi ratio in locum Fulgentii poſſit, Natalis viderit. Mihi quidem certe nihil in eo videtur eſſe *incidentis*. Quare ſatius fuiſſe arbitror futurum, quid *ignis* vocabulo Fulgentius voluerit, quærere. Quamquam Natalis eo fecit, ut ne Fulgentius contra Sanctos Patres ceteros, aut partem ſaltem maximam Sanctorum Patrum egiſſe videretur. Quod quidem ex priore ejuſdem Natalis reſponſione intelligere plane poteris. Verumtamen in re noſtra nihil tale metuendum eſt; cum incredibilis omnium fuerit, (ut hactenus demonſtravi, pergamque poſthac oſtendere) in ſententia de Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus ex inferorum captivitate ereptis tuenda concordia. Atque haud ſcio, quid obſtare potuerit, quin illud *principalis* propoſitionis loco in ea fidei profeſſione poſitum ſit, quod Gregorio Magno teſte, *a fide per Catholicam Eccleſiam docetur*. Id quod certe Patres Synodi Toletanæ notant. Vide *Gregorii teſtimonia pag.* 531. *ſeqq. hujus operis not.* 4.

At conſtans, inquis, eſt canon, artis hermeneuticæ: hujus *diſtinctionis propoſitionum præcipuarum*, *atque incidentium* rationem haberi oportere. Hermeneuta! *Artem ne hermeneuticam* iſtam tuam valere ſperas contra omnium Orthodoxorum con-

feſſione: „ Credimus, *inquit*, & confitemur &c. Ne pote-
„ ſtatem mors ſecunda in Dei haberet electis, eam .....
„ impaſſibilis Divinitatis ſuæ jaculo (*Chriſtus*) perculit;
„ ac peremit, dicente Propheta: *o mors, ero mors tua.*

yyy 2 „ Tar-

conſenſum poſſe? Enitere tu quidem, labora, pugna, ut voles, dum hæc tamen conſiſtet (conſiſtet autem ſemper) Eccleſia, nihil ages. Ne vero puta, eum eſſe me, qui *præcipuarum, incidentumque propoſitionum* habendam eſſe rationem negem; ſed dum contextus aut canonis, aut decreti, aut libri, de quo eſt quæſtio, dum Eccleſiæ quæque Catholicæ, dum ſanctorum auctoritas, dum ſcriptorum ceterorum Eccleſiaſticorum conſenſio non repugnet, quo minus *incidens* habenda ſit propoſitio. In re vero noſtra & textus ipſe Synodi proponens, ut dixi, cauſſam deſcenſus Chriſti ad inferos, & auctoritas Patrum, & Scriptorum Eccleſiaſticorum conſenſio, & Eccleſiæ quæque tibi ut multis eſt a me hactenus effectum, repugnant.

At Melchior Canus. Ecce autem denuo. Quæ te tanta cepit oblivio, ut non memineris, convictum te, caſtigatumque fuiſſe, propterea quod vel non ad rem, vel falſo, idque non ſemel Melchiorem Canum appellaris teſtem? Cedo, quid Canus ſcribat. Scribit, inquis, *lib.* v. *cap.* v. *quæſt.* vi. hoc modo: » Quæ in Con- » ciliorum, vel Pontificum Decretis vel explicandi gratia inducuntur » (verum quod eſt de Sanctis ereptis ex inferis deſcenſu Chriſti, non inducitur a Patribus Toletanæ Synodi *explicandi gratia*) » vel ut objectioni reſpondeatur „ (ne id quidem ad rem pertinet: non enim Toletani Patres de Sanctis ereptis ex inferis in Profeſſione fidei loquuti ſunt, ut objectioni reſponderent) » vel etiam obiter, & in tranſcurſu » (atqui non *obiter*, neque in *tranſcurſu* ejus rei Toletani Patres meminere: quod ſi meminiſſent, *obiter* etiam, & in *tranſcurſu* de dogmatibus ceteris loquuti fuiſſent, cum de eo non brevius, neque minore cura, quam de illis, mentionem fecerint.) » præter inſtitutum præcipuum, de quo erat potiſſimum con- » troverſia » (ſed nullam rem Synodus expendendam ſuſceperat, de qua eſſet præcipue controverſia: profeſſionem fidei ſuæ edidit, quæ de certis, indubiis, ubique Eccleſiarum receptis dogmatibus, nullaque apud Orthodoxos contentione agitatis eſſet: quod quidem, s. Auguſtinum ſi audias, magnum eſt veritatis, ac *certitudinis* argumentum: Vide quæ ſcripſi *pag.* 215. *ſeqq.* hujus operis) „ ea non pertinent ad „ fidem, hoc eſt non ſunt Catholicæ fidei judicia „. Quænam, obſecro? *Quæ obiter, & in tranſcurſu, & de quibus non eſt præcipue controverſia*. Patiar. Sed is Cani locus, quo abuteris, ad rem non pertinet. Fac autem res aliquot Synodus memorarit, de quibus eſſet potiſſimum controverſia: qui ſcis hac de re potiſſimum controverſiam non fuiſſe adverſus Judæos, quorum tanta tunc erat in Hiſpaniis multitudo; quique contra, atque majores ipſorum credidiſſent, negare jam cœperant, Patriarchas, atque Prophetas in inferis conſtitiſſe, ibique expectaſſe liberatorem? Atque cauſſam profecto aliquam fuiſſe, quamobrem præcipue ea de re agendum, muniendoſque orthodoxos ſuæ curæ creditos, rei ejuſdem commemoratione in profeſſione fidei, Toletani Patres arbitrarentur, ex eo ſane perſpicitur, quod quum reliquæ Synodi Catholicorum ejus rei ne mentionem quidem feciſſent; Epiſcopi contra Hiſpaniarum, de eadem re ipſa non ſolum IV. Toletana Synodo, ſed etiam in XVI. atque in hac copioſius egerint. Cur enim egiſſent, niſi neceſſe fuiſſe credidiſſent? Nam oſcitantes eos, atque imprudentes fruſtra in ejus mentionem incidiſſe, qui dicet; is certe tot Patrum tanta exiſtimatione doctrinæ, atque virtutis injuria nullo modo ferenda dicet. Jam de Cani loco ſatis dictum eſt, de quo me alibi diſputaſſe memini copioſius.

Ad tertium quod attinet, ſic habeto: novum dogma profeſſione hac fidei Toletana induci nullum. Qua de re vide, quod ſcripſi in hac *Notatione pag.* 536. *ſeq.* De exemplis vero quæ profers, ut Synodorum Profeſſionibus fidei detrahas auctoritatem, ſatis fore arbitror, quæ ſum *pag.* 65. *hujus operis not.* 1. *& pag.* 66. *ſeqq. not.* 1. perſequutus.

De

„ Tartara penetravit in anima, & SANCTORUM ANI-
„ MAS, QUAS ILLIC HOSTIS VINCTAS TENEBAT,
„ MORSU POTENTIÆ SUÆ EXEMIT, ut Prophe-
„ tale vaticinium inquit: *O inferne ero morſus tuus*. Qui
„ etiam

De quarto, multo laboro minus. Negas tu quidem, *Sanctorum* vocabulum, quod eſt a Toletanis Patribus uſurpatum, apte accommodari ad animas igne purgatorio cruciatas non poſſe. *Sanctos* enim dici commode eos poſſe arbitrare, qui gaudeant Dei gratia. Animas autem purgatorio igne cruciatas Dei gratia gaudere. Equidem non quæro, quos tu Sanctos appellare commode poſſe cenſeas: id quæro, animabus ne *purgatorio* igne cruciatis Majores noſtri, Eccleſiæque orthodoxæ in publicis precibus, atque monumentis ſuis *Sanctorum*, idque *abſolute*, ut ajunt, aptarint nomen. Victus ſum, ullum ſi attuleris monumentorum, in quo *Sanctorum* appellatio, eaque *abſolute* uſurpata, de *animabus* igne eodem tortis intelligatur.

Sed nullum affers. Quid ergo? Tibi ne ſine teſte, ſine vetere monumento ullo de ſignificatione ejus vocis, quæ a Patribus Tolet. Synodi Eccleſiæ ſeculo VII. uſurpata fuerit, ſtatuenti credam; vim contra, notionemque voci eidem a Majoribus (quod quidem poſt videro) attributam Faſſonio conſectanti non credam? At quod Eccleſia repetit ex Pſalmo: *pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus*, in animas etiam illas cadit. Rurſum ſine teſte agis. Oſtende, id ab Eccleſia ad animas illas accommodari. Eccleſiá namque, ubi enim adhibuit verſum, ſtatim addit: *S. Maria, & omnes Sancti intercedant*. *&c.* En de quibus Sanctis intelligat. Atque Eccleſia animas purgatorio addictas, *fidelium defunctorum animas* appellat, *ſanctorum* autem non item. At pergis, & urges: *Chi mai v' inſegna, che la ſola pena di ſenſo, nella quale unicamente ſta per voi tutta la differenza tra quelle anime, e i giuſti del ſeno d' Abramo, poſſa togliere alle prime la denominazione* Sancti, *quale poi liberamente concedete a queſti*? Ludo ne, Anonyme, agis, an ſerio? Sola ne pœnæ ratione diſtingui a nobis juſtos veteris ſinus Abrahæ, ab animabus purgatorio igne vexatis affirmas, idque tanta confidentia, ut verum dicere videare? Cur, quæſo, tu pœnam memoras, cauſam pœnæ non memoras? Nam hujus ſi meminiſſes, cognoſcent Lectores tui, quare *ſanctorum* appellatio *juſtis* illis attributa fuerit; animabus contra purgatorio loco detentis non item. *Juſti* namque illi originali peccato ſoluti in Dei amicitiam venerant; neque aut levi ulla culpa *actuali*, ut vocant, ſua; aut ob crimen (quod ipſi perpetraviſſent, quodque dimiſſum eis fuiſſet) reatu ullo obligabantur ſubeundæ temporariæ alicujus pœnæ; ſed paradiſo ſolum excludebantur, quod occluſum omnibus peccato primi parentis fuerat, quoad Deus Filium ſuum mitteret. Contra animæ purgatoriis ignibus ob peccata propria, quæ aut lethalia admiſiſſent, quorumque etſi veniam impetraſſent, reatu tamen ſolutæ non eſſent temporalis pœnæ; aut levia, quæ ipſis condonata non eſſent, cruciabantur. Qua ex re intelliges, quam ſit diſcrepans ratio, utque *juſti* veteris Teſtamenti dici *ſancti* potuerint; non animæ *purgatoriis* locis detentæ. At *electi* ſi vocari potuerunt ii, qui in *purgatorio* torquebantur, concedente Eſtio, idque confirmante Gregorii Magni verbis; cur non etiam *ſancti*? Fac recte conceſſerit Eſtius, quid ad rem? De antiquis expoſtula, ſi quidem *electos* illos appellarunt, non perinde appellarunt *Sanctos*. Quodſi *Sanctos* etiam appellarunt, affer teſtimonia, tumque confirmo tibi fore, ut ne hiſcam quidem. Quamquam adhuc viventes, graviſſimiſque etiam ſceleribus implicati, ſi præ deſtinati ad vitam æternam ſint, *electi* dici poſſint; *ſancti* non poſſint. *Electi* namque ad vitam ſunt, ſed quamdiu vitiis ſunt iniquitati, *peccatores* & appellantur, & ſunt; *ſancti* etſi erunt, non ſunt tamen, neque appellantur. Verumtamen Eſtius in ſuam ſententiam contorſit, non vero ita ut res poſtulabat, explicavit Gregorii Magni locum. Nam Gregorius de juſtis Veteris Teſtamenti,

qui

Digitized by Google

„ etiam tertii diei diluculo, ejuſdem carnis, qua occu-
„ buerat, veritate reſumta diſcipulorum obtutibus cla-
„ ruit &c. Sanctæ Fidei Myſterium ORIS NOSTRI
„ CONFESSIONE PANDENTES, ad capitula, quæ ob
„ di-

qui nulla propria culpa in inferis manebant, non de animabus *purgatorii* diſſerit, ut ex ejus teſtimoniis, quæ deſcripſi *pag.* 511. *ſeqq. not.* 1. conſtat. Turbas deinceps, atque permiſces Auguſtini quemdam locum ex epiſtola ad Evodium: nominas porro Sylvium: appellas fidem multorum Theologorum. Sed fruſtra; nam neque Auguſtinus eo in loco purgatoriis ignibus tortos appellat *ſanctos*, neque ullum eorum Theologorum verbum indicas, ex quo intelligi poſſit, a Scriptoribus temporum ſuperiorum, aut ab Eccleſia quapiam orthodoxa, fuiſſe umquam animabus purgatorio loco detentis aptatam *ſanctorum* appellationem. Quamobrem quod de Faſſonio ſcribis: » è adunque inſuſſiſtente quel *conſtat ex ipſa* » *loquendi ratione*, di cui ſi ſerve il P. Faſſoni per far vedere, che i Santi Pa» dri di Toledo non poſſono intenderſi de' Santi, che nel purgatorio abitava» no » injuria quidem ſcribis, fateareque neceſſe eſt, in te illud maxime cadere: *è dunque inſuſſiſtente* quidquid hac de re jactitat Anonymus ſex Epiſtolarum Scriptor. Peto autem abs te, paucis ut reſpondeas, tibi ne de ſignificatione vocis *ſanctorum*, ut eſt ea vox a Patribus Synodi Toletanæ IV. uſurpata, agenti; an Iſidoro Hiſpalenſi, qui ei Synodo præfuit, nos aſſentiri oporteat? Age. Utrumvis delige. Verum cave, ne, ſi tibi dixeris, omnium clamore, ac ſibilis exagitere. Non enim *ars hermeneutica*, immo vero ne *divinatoria* quidem iſta tua feret, ut Iſidoro & ejus ætatis Scriptore, & Synodi præſide miſſo, tibi auctoritas adjungatur, & fides. Iſidorus autem in 1. *ſententiarum libro cap.* XV. *pag.* 617. *edit. Pariſ. an.* 1601. » Ideirco Dominus in inferna deſcendit, *inquit*, » ut his, qui ab eo NON PŒNALITER DETINEBANTUR, viam aperiret » revertendi ad cælos, ſecundum teſtimonium Iſaiæ dicentis: *poſuiſti profundum* » *maris viam, ut tranſirent liberati*. Viam quippe Chriſtus in profundum maris » poſuit, quando in infernum deſcendens SANCTIS iter ad cælos revertendi mon» ſtravit. SANCTI ex tempore reſurrectionis Chriſti ſtatim ut de corpore exeunt » mox ad cæleſtem habitationem aſcendunt, quod ANTIQUIS PATRIBUS NON » DABATUR. Nam ante adventum Salvatoris, quamquam SINE PŒNA SUP» PLICII, tamen non in cælo, ſed in INFERNO SANCTORUM ANIMÆ » TENEBANTUR, pro quibus ABSOLVENDIS Dominus in infernum deſcen» dit ». Jam ne ſentis, quoſnam SANCTORUM nomine indicet Iſidorus is, qui Synodo IV. Toletanæ præfuit? Nempe *Sanctorum*, quorum liberandorum cauſſa Chriſtus ad inferna deſcendit; *Sanctorum*, inquam, eos appellat nomine, qui NON PŒNALITER *in inferno detinebantur*; qui ſi mortui poſt Chriſti deſcenſum ad inferos fuiſſent, recta in cælum convolaſſent; qui PATRES ANTIQUI vocantur; qui denique inferno tenebantur SINE PŒNA SUPPLICII, & egebant tamen libertate: nam eorum ABSOLVENDORUM gratia Chriſtus in eum venit inferorum locum. Hæc vero omnia ad Sanctos Veteris Teſtamenti Patriarchas, juſtoſque ceteros pertinent; accommodarique ad animas purgatorii ignibus cruciatas nequeunt, propterea quod hæ poſt Chriſti etiam Servatoris mortem in inferis ſint, & *ſupplicii pœna plectantur*, & *pœnaliter in inferno detineantur*. Non nego eſſe Theologos, eoſque non paucos, qui animas etiam, quæ tum in purgatoriis locis torquebantur; nec tamen integre, abſoluteque pœnas, quas debebant, ſolverant; a Chriſto nihilominus fuiſſe in libertatem, & gloriam adſertas pugnent. Verum hi *veri* id eſſe *ſimile* ajunt, *certum* negant. Pro certo autem unum illud habent, quod eſt de Sanctis Patriarchis, Prophetis, ceteriſque juſtis, quibus nihil pœnæ luendum ſupererat, deſcenſu Chriſti liberatis, auctiſque beatitate, quæ in viſione conſiſtit Dei.

Quod

Digitized by Google

„ diſciplinam Eccleſiaſticam, moreſque male errantium „ componendos neceſſaria ſunt, unanimitatis noſtræ articulum flectamus &c. [1] „. Scilicet quæ de Sanctis Veteris Teſtamenti virtute deſcendentis ad inferos Chriſti, in libertatem adſertis ſententia eſt, tam certa Majoribus noſtris fuit, ut eam profeſſionibus fidei uti dogma religionis comprehendi oportere judicarent. Eodem atque profeſſiones illæ fidei Synodorum Toletanarum recidunt, quæ de inferorum, ante Chriſtum, incolis ſcripſere Auctor Chronici Paſchalis [2], Petrus Apollonius [3] Collatius,

Quod quinto loco ſcribis, *peſſimum* eſſe *argumentum* Paſſonli ductum ex Sanctorum Hidelfonſi, & Juliani Archiepiſcoporum Toletanorum auctoritate, quod inquam, quinto loco ſcribis, inane eſt. Nolo enim gravius dicere. Ex quibuſnam enim Decretorum Synodalium, Profeſſionumque fidei ſententia cognoſcenda eſt, ex te ne, qui undecim es ſeculis Synodo illa Toletana recentior, an ex Epiſcopis, qui eodem, quo Synodus ea celebrarata eſt, ſeculo ſedem Toletanam tanta cum virtutis, doctrinæque laude tenuerunt; eamque profeſſi ſunt, ſuiſque prædicarunt, quam ſuperiores Epiſcopi profeſſi fuerant, atque prædicarant fidem? Si artis criticæ ſtudioſus, ſi veritatis amicus, ſi ſanus es, ex illis quidem certe, non ex te ejus eſſe profeſſionis fidei intelligentiam hauriendam fatebere.

Et, quod extremo loco objicis, non ſane deſidero quid reſpondeam. Satis enim ea de te diſputavi *pag. hujuſce operis* 160. *notat.* 1. Illud addam breve: Te, qui Synodum Toletanam IV. provincialem appellas, labi graviter. Nationalis enim, ſive Regionalis, ſeu Generalis Hiſpaniæ totius fuit. Quamobrem Patres *in Præfat. pag.* 578. *tom.* III. *Concilior. edit. Hard. Pariſ. an.* 1714. *Quoniam*, inquiunt, GENERALE CONCILIUM *agimus*, *oportet primum noſtræ vocis ſermonem de Deo eſſe &c.* Quam vero aperte mentem ſuam ea Synodus explicarit, cum oſtenſum paulo ante fuerit, non eſt cur eſſe rurſum oſtendendum putem. Quodſi *decreta Provincialium*, *Nationaliumque* Synodorum per ſe ipſa dogma fidei non conſtituunt, magnam tamen obtinent auctoritatem, ut quæ eam proponant fidem, quam Eccleſiæ ejus gentis omnes, apud quam ſunt habitæ, tenent: quas quidem Eccleſias, cum conjunctæ ſocietate communionis Eccleſiis ceteris orthodoxis ſint, nefas eſt credere ab reliquarum, imprimiſque ab Sedis Apoſtolicæ doctrina deſciviſſe; ſi præſertim non ſolum eis ceteri orbis Catholici, Sediſque præſertim Apoſtolicæ Antiſtites non reſtiterint, ſed etiam id prædicarint, quod ipſæ fidei ſuæ profeſſionibus complexæ ſint. Synodis porro Toletanæ IV. & XVI. agentibus de vindicatis deſcenſu Chriſti ad inferos in libertatem Sanctis Veteris Teſtamenti nemo uſquam Antiſtitum reſtitit, immo vero univerſi, ut Gregorii Magni, aliorumque ſententiis effectum hactenus eſt, id docuerunt, ac prædicarunt, quod utraque illa Synodus profeſſionibus fidei comprehendit. Quod adjungis, *phraſes illas* „ inferis teneri, mortis imperium devincere &c. „ *accommodari etiam ad animas Sanctorum Veteris Teſtamenti Patriarcharum potuiſſe*, *ſi beati etiam fuiſſent aſpectu Dei*, id tibi promitto, quam longe abſit a vero, alio me loco eſſe opportune demonſtraturum.

1 *Tom.* III. *Concilior. edit. Pariſ. Hard. an.* 1714. *pag.* 1792.

2 *Pag.* 19. *edit. Pariſ. an.* 1688.

3 *De Excidio Hieroſolym. lib.* I. *pag.* 751. *to.* XII. *Bibliot. PP. edit. Lugd. a.* 1677.

„ Sed Pater hunc longa non paſſus morte teneri
„ Omnipotens, ſtygia primum revocavit ab unda.
„ Infernis lætum ſpoliis, cumque agmine pulcro
„ Traxit ad æthereas ſedes, dextraque locavit.

latius , alii denique , quorum nunc loca deſcribere non vacat . Ferent autem , opinor , Lectores , ut ex Homilia in Marcum quarta , quæ Johannis Chryſoſtomi nomen in Codicibus quibuſdam præfert , huc transferam inſignem locum . Nam etſi ejus auctor ad hoc Seculum VII. fortaſſe non pertinet , non tamen admodum ab eo fortaſſe aut recens , aut vetus fuit. Eſt vero in ea *Homilia* ſcriptum hoc modo : „ Non
„ ante adventum Salvatoris erat ibi ſublime aliquid ,
„ ſed tantum deorſum ferens .... Quantum in meo
„ corde eſt , legens Legem , legens Prophetas , legens
„ Pſalterium , numquam regnum cælorum audivi , niſi
„ in Evangelio . Poſtquam enim venit ille , de quo
„ dictum eſt , *& regnum Dei intra vos eſt* , apertum
„ eſt regnum Dei : *prædicans Evangelium regni Dei . A*
„ *diebus Johannis Baptiſtæ regnum cælorum vim patitur ,*
„ *& violenti diripiunt illud* . Ante enim adventum Sal-
„ vatoris , & Evangelii claritatem , antequam Chriſtus
„ aperiret paradiſi januam cum Latrone , omnes San-
„ ctorum animæ ad inferos deducebantur . Denique
„ dicit & Jacob : *lugens , & gemens deſcendam ad infe-*
„ *ros* . Si Abraham ad inferos , quis non ad inferos ?
„ In lege Abraham apud inferos . In Evangelio Latro
„ in paradiſo . Non detrahimus Abrahæ , in cujus ſinu
„ omnes cupimus conquieſcere ; Chriſtum præferimus
„ Abrahæ : Evangelium legi præferimus . Legimus ,
„ quod poſt reſurrectionem Chriſti multi Sanctorum
„ apparuerunt in ſancta civitate . Dominus noſter ,
„ atque Salvator & in terra prædicavit , & apud in-
„ feros . Ideo mortuus eſt , ideo deſcendit ad inferos ,
„ ut animæ , quæ ibi vinctæ fuerant , laxarentur [1] „ .
Quæ quidem ſimilia ſunt eorum , quæ ſcripta deinceps a Photio fuerunt in *Amphilochiorum* Quæſtione illa , qua demoſtrat :

Πῶς

1 *Pag. 419. tom. II. Operum Chryſoſtomi edit. Venet. an.* 1583.

Πῶς οὐ μάχεται τὸ τοῦ εὐαγγελίου ῥητὸν τὸ, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι: τῷ, ἐὰν πορευθῶ, ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον[1]. Sic autem habet[2].

Οὐ μάχεται κατὰ διάνοιαν τὸ, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, καὶ τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον, ἐὰν πορευθῶ, ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον. Τῇ μὲν γὰρ προνοίᾳ καὶ προγνώσει ἅπασιν, ὅσοι τῆς οὐρανίου δόξης ἀξίως ἐπολιτεύσαντο, τῷ Θεῷ τῶν ὅλων οἱ τόποι προητοιμάθησαν .... αἷς (μοναῖς) οὐδεὶς οὐδαμοῦ μέχρι τοῦ σωτηρίου Σταυροῦ καὶ τῆς εἰς ᾅδου καθόδου, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου τοῦ δεσπότου ἐπιδέδεικται. αὐτὸς δὲ μετὰ τοῦ προσλήμματος εἰς οὐρανοὺς ἀναβὰς, καὶ πρόσφατον ἡμῖν ὁδὸν, καὶ ζῶσαν κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἐγκαινισάμενος, ἑτοιμοτέρας τῷ ὄντι καὶ μονονουχὶ βλεπομένας τοῖς ἀξίοις τὰς ἐκεῖσε μονὰς ἀπειργάσατο.

ſ. VI.

Et Seculo VI.

Ac de ſeculo VII. ſatis dictum eſt. Jam enim cernunt Cadoniciani, quid conſenſu ejus ætatis orthodoxorum comprobatum ſit. Ab iis nunc ſciſcitor: pergant ne commune dogma novum eſſe dicere, atque in commenta rejicere Scholaſticorum? Non audebunt, credo, hoc poſtremum, ſi ſapient. Eſt namque Scholaſticorum ars diſputandi, ac diſciplina ſeculo ſeptimo longe recentior. Quod

1 *Quod locus ille Evangelii*: „ in domo Patris mei manſiones multæ ſunt » *non repugnet* loco » Si abiero parabo vobis locum ».

2 » Verſus ille *in domo Patris mei manſiones multa ſunt, ſi quo minus dixiſſem* » *vobis, quia vado parare vobis locum*; & is, qui dictus deinceps eſt: *Si abiero*, » *parabo vobis locum*, ſenſu inter ſe non repugnant. Nam providentiâ, & præ» notione omnibus, quotquot gloria cæleſti digne ſeſe geſſerunt, ab omnium Deo » loca præordinata ſunt „. Et paulo poſt „ NEMO UMQUAM iis manſioni» bus uſque ad ſalutarem Crucem, & deſcenſum in infernum, & aſcenſum » Servatoris ad cælos, exceptus eſt. Ipſe autem poſt aſſumtionem in cælum aſcen» dens, & recentem nobis viam, eamque viventem, juxta Beatum Paulum toi» tians, promtiores ei qui eſt, & ſolum non aſpectabiles dignis manſiones ibi » fecit &c. »

Quod ſi perſtant novum id eſſe dogma vociferari, eloquantur, quo tempore primum cœperit. Sexto ne ſeculo? Verum id ſi dixerint, periere. Nam a quingenteſimo ad ſexcenteſimum æræ Chriſtianæ vulgaris annum nemo uſquam inventus eſt, qui reſiſtere auſus fuiſſet iis, qui illud idem dogma & crediderant, & populo ad credendum proponere conſueverant. Atque horum ſunt nobis aliqui numerandi, ne quidquam ſine teſte affirmaſſe videamur. Sunt autem in eo numero Gregorius Turonenſis [1], vetus Auctor ſermonis de ſymbolo [2], V. Fortunatus [3],

1 *Lib. x. Hiſt. Francorum cap. xIII. p. 498. edit. Pariſ. an. 1699.* diſputationem, quam ipſe cum Presbytero neſcio quo ex hæreſi Sadducæorum inſtituerat, deſcribens, dicenti hæretico: *Quod Dominus in adſumto homine mortuus fuerit, & reſurrexerit, non ambigo; illud tamen, quod reliqui reſurgant mortui, non admitto*, reſponſum ab ſe fuiſſe teſtatur hoc modo: » Et quæ fuit neceſſitas filio Dei de » cælo deſcendere, carnem aſſumere, mortem adire, inferna penetrare, niſi ut » hominem, quem plaſmaverat, non permitteret in morte perpetua derelinqui? » SED & JUSTORUM ANIMÆ, QUÆ USQUE PASSIONEM EJUS INFER- » NALI ERGASTULO TENEBANTUR INCLUSÆ, EO VENIENTE LAXA- » TÆ SUNT. Nam deſcendens ad inferos, dum tenebras nova luce perfudit, » animas eorum ſecum, ne hoc exitu amplius cruciarentur, eduxit ». Hæc ſeculo fere extremo VI. hæreticis a Gregorio objiciebantur. Neque Gregorius animas *Purgatorii* indicaſſe credendus eſt nomine *Juſtorum*. Nam nec ſecus ille atque Gregorius Magnus, quicum amicitiam junxerat, cujuſque doctrinæ tribuebat plurimum, ſtatuiſſet; & de iis juſtis loquitur, qui non aliqua culpa ſua locis inferis detinebantur, ſed qui eo locis iiſdem detinebantur, quod nondum Chriſtus ad inferos deſcendiſſet.

2 *Serm. de Symbolo, qui eſt in Append. tom. v. opp. Auguſtini n. ccxLIV. alias de tempore* cxcv *p. 400. edit. Pariſ. an. 1683.* Sic autem plebem alloquitur: CREDI- » TE Chriſtum crucifixum, credite mortuum, & ſepultum, CREDITE eum ad » inferna deſcendiſſe, diabolum obligaſſe, & ANIMAS SANCTORUM, QUÆ » SUB CUSTODIA DETINEBANTUR, LIBERASSE, SECUMQUE AD CÆ- » LESTEM PATRIAM PERDUXISSE ».

3 *Lib. III. Carminum n. IX. ad Felicem Epiſcopum de Paſchate Reſurrectionis Domini, tom. x. Biblioth. PP. edit. Lugd. an. 1677. pag. 542.*

» Solve catenatas inferni carceris umbras,
» Et revoca ſurſum quidquid ad ima ruit.
» Redde tuam faciem, videant ut ſecula lumen,
» Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.
» Sed plane impleſti remeans pie victor ad orbem,
» Tartara preſſa jacent, nec ſua jura tenent.
» . . . .
» Eripis innumerum populum de carcere mortis,
» Et ſequitur liber, quo ſuus auctor adit.
» Evomit abſorptam trepide fera bellua plebem,
» Et de fauce lupi SUBTRAHIT Agnus OVES.

Et in *Expoſit. Symboli ibid. pag. 593.* » *Deſcendit ad infernum*. Hinc Prophetæ plu-
» ra

Primaſius Adrumetinus Antiſtes [1], s. Fulgentius Antiſtes Ruſpenſium [2], Fulgentius Ferrandus Carthaginienſis Eccleſiæ Diaconus [3], Olympiodorus, qui δύνει ζ, inquit,

ἐν τῷ

» ra dixerunt; unde eſt illud dictum: *vita mea inferno adpropinquavit*, ... & » illud: *Tu es qui venturus es*, quod lector requirens inveniet „. Ponit igitur, ab Johanne Baptiſta ad inferos deſcenſuro miſſos fuiſſe ad Chriſtum, qui quærerent, *tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Expectationem ergo indicat Prophetarum &c in inferis conſtitutorum.

1 *Lib.* 11. *in Apocalypſim pag.* 301. *tom.* x. » Beati autem mortui, *inquit*, qui » in Domino mortui ſunt. Multo itaque amplius, qui & in Domino ſcientes ſe » habere domum non manufactam æternam in cælis, habitationem ſuam, quæ » de cælo eſt ſuperindui cupientes, propterea interpellare dicuntur. Sic autem iſta „ conjicimus, ut PER DOMINI PASSIONEM inferni gemitibus jam ſolutis, „ SANCTORUM ANIMAS VENIRE ULTRA AD INFEROS NON PUTEMUS „. Aptet hæc, accommodetque ad animas purgatorio igne cruciatas, ſi poteſt, Cadonicus. Ruſum idem *pag.* 300. „ Nullus, *inquit*, dignus dicitur fuiſſe repertus, *neque in cælo*, hoc eſt *Angelicam* ſcilicet ſignificans excedere facultatem . . . *Neque ſuper terram*, nullus utique perfecte juſtorum in hac vita „ morantium. Reficiendus enim homo ſolius Creatoris egebat auxilio. *Neque* „ *ſub terra*. Nullus SANCTORUM ETIAM DEFUNCTORUM *librum aperire* „ dignus inventus eſt „. Qua ex re intelligitur, Sanctos Veteris Teſtamenti, qui deceſſiſſent, ſub terra, hoc eſt in inferis fuiſſe conſtitutos ante Chriſti mortem. Itaque Primaſius, nunc quidem eos in cælis manere, gloriaque perfrui dicit; ante Chriſtum autem non dicit. Quare in *Commentariis in cap.* VIII. *Epiſt. ad Hebræos* poſteaquam *pag.* 261. *tom. eod.* animadvertit: „ Conſiderandum eſt, quia non dixit ſimpliciter, introiit Jeſus in interiora velaminis, ſed cum additamento dicens: *ubi præcurſor pro nobis introiit*. Præcurſorem autem, & conſequentem in eadem via eſſe convenit. Chriſtus itaque reſurgens a mortuis PRÆCURRIT „ NOS AD ALTITUDINEM CÆLORUM, factuſque eſt nobis præcurſor APERIENDO NOBIS CÆLUM, & GAUDIA PATRIÆ CÆLESTIS REDDENDO „: & poſteaquam *in cap.* x. *pag.* 271. adnotavit „ Poſſumus & *novam viam* accipere ADITUM PATRIÆ CÆLESTIS NOBIS PER CHRISTUM RESERATUM, qui idcirco *via nova* appellatur, QUONIAM NULLI ANTE INGRESSIBILIS FUIT . . . APERTÆ SUNT NOBIS PORTÆ CÆLI; QUOD NEMINI ANTE CONCEDEBATUR „: Et in *cap.* IX *pag.* 267. „ Quoadusque veniret Chriſtus, qui expleta paſſione aperiret nobis januam patriæ cæleſtis reſerato velo, ideſt cælo . . . nondum enim manifeſta erat Sanctorum via ingrediendi in patriam cæleſtem „: tum denique *in cap.* XI. *p.* 280. de Patribus Sanctis Veteris Teſtamenti agens: „ Dicit ergo, *inquit*, aliquis, quid eis profuit Deo ſerviſſe, ſi hactenus ſine præmio permanent? Abſit hoc a fidelium cordibus, ut credamus eos ſine præmio manere . . . NUNC vero quieſcunt in anima in beatitudine REGNI CÆLESTIS INEFFABILI LÆTITIA PERFRUENTES &c. „

2 *In ſerm. de Natali Chriſti*, qui *ſermo* etſi rejectus in Appendicem *opp. edit. Pariſ. an.* 1684. *p.* 18. eſt, genuinus tamen ab editore habetur *in Admonit. p.* 12 „ Nuncius „ clarus, *inquit*, ſuavis cantus, mitis Dominus natus . . . Paſtorum ſtupuere ora „ pendentia . . . PATER ABRAHAM DESIDERAT IN VERITATE SUSCIPERE „ TRINITATEM, quam ſuſceperat in imagine ſub tentorio convelante „. Hæc dici non poterant de Abrahamo, ſi ante Chriſtum fruitus fuiſſet aſpectu Dei. Prætereo cetera Fulgentii teſtimonia. Nam hoc uno quemque arbitror contentum fore.

3 *In Parænetico ad Reginum Comitem pag.* 170. *opp. edit. Divion. an.* 1649. Chriſtus *ſuper cælos vita viventium*, inquit, *ſuper terram medicina languentium*, *apud inferos reſurrectio mortuorum*. Qui apud inferos, niſi mortui illi in inferis fuiſſent? Quinam autem illi ſuere mortui, niſi *Sancti* ut eſt in Evangelio! Atque hi quidem *manubiæ* illæ *inferorum* erant, quas Ferrandus *portantem* Chriſtum *ſurrexiſſe* mox addit.

ἐν τῷ ᾅδῃ παραγενόμενος. ἀλλὰ καὶ πάλιν ἀνατέλλει ἐκ νεκρῶν ἀνιστάμενος. καὶ ᾗ πάντα τὸν τρόπον τῆς θεωρίας, πάντας τοὺς πιστοὺς ἕλκει εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀψευδῶς εἰρηκὼς ὅταν ὑψωθῶ, πάντα ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. [1] Magnus Aurelius Caſſiodorus [2], Ruſticus Helpidius [3], Turcius Ruffus Aſterius [4], Sedatus Antiſtes, ut creditur, Biterrenſium [5], Arator S. R. Eccleſiæ Subdiaco-

1 *Commentar. in Eccleſiaſten. tom.* I. *Bibliotheca Græcolatina Sanctor. PP. edit. Pariſ. an.* 1624. *p.* 605. „ Occidit autem ad inferni ima deſcendens; ſed & rurſus „ exoritur ex mortuis ſurgens. Quibuſcumque vero modis hunc ſolem myſtice „ conſideres, OMNES FIDELES trahit ad regnum Cælorum, veriſſime teſtatus: „ *Cum autem exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum* „.

2 *In Pſalm.* LXXXV. *v.* 13. *p.* 292. *tom.* II. *opp. edit Rotomag. an.* 1679. „ Infernum habere inferiorem partem Evangelii locus ille teſtatur, qui dicit, cum impium divitem ultrix flamma torqueret, levaſſe oculos ſuos, & in ſinu Abrahæ „ vidiſſe Lazarum. Unde apparet, utroſque apud inferos fuiſſe, ut ſe videre va„ luiſſent, & illum ex inferiore loco ad ſuperiora oculos elevaſſe. Sed licet utri„ que apud inferos eſſe viderentur, pro meritorum tamen diſcretione, ſuperiorem „ locum Sanctis, inferiorem peccatoribus doctor Auguſtinus æſtimat eſſe depu„ tandum „. Et in *Pſal.* CXXXVIII. *v.* 10. Et in *Pſal* XLVIII.

3 *Carm. de Chriſti Jeſu Beneficiis to.* IX. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 464.

„ Extinctas ANIMAS, ET CORPORA FUNCTA REDUCIS
„ In cælum, legeſque pias, non ſuavibus herbis
„ Meſſis & emeritæ, nec mollis veſtis honore,
„ Fulgida Sidonii, quam polluit unda, veneni,
„ Pellibus aut Lybicis redimens, aut mercibus Indis
„ Progeniem ſtirpemque tuam; ſed SANGUINE SACRO
„ Et precio magno donas, qui lubrica mores
„ Inter membra docens, ut vitam reddere poſſes,
„ Viciſti culpas meritæ pro crimine carnis
„ Laudem carnis agens, per tot contagia purus;
„ Præque homine exultans, hominis perferre dolores,
„ Et mortem pro morte pati, perſolvere ſignum
„ Culminis ætherei pro noſtri funere ligni.

Et paulo poſt:

„ Provocat ad veniam cunctos, meliuſque renaſci
„ Poſſe dedit, SUPERASQUE FORES, ET LIMINA PANDIT
„ AD MUNDI POTIORIS ITER, REGNUMQUE PERENNE
„ CÆLESTIS PATRIÆ.

4 *Carm. de Vet. & Nov. Teſtamento. Ibid. p.* 465.

„ Paſſio Chriſte tua complevit munera legis:
„ Munera noſtra replet paſſio Chriſte tua.
„ Hic homo, qui Deus eſt, SPES EST ANTIQUA PIORUM
„ SPES IN FINE diis, hic homo, qui Deus eſt.

5 Hunc laudat Bened XIV. P. M in ejus libri *Tract* 1. c XII., quod ſupra indicavimus *p.* 514. *n.* 1. aitque, ut Bedam, ita hunc *clare* loqui de erutis ex inferis Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus, beatitateque auctis, quæ in viſione conſiſtit Dei.

nus [1], Anaſtaſius Sinaita in Oratione *de Reſurrectione Domini* [2], & in eo libro, quem inſcripſit ὁδηγόν, hoc eſt *Ducem viæ*, & in quo ſic habet: κατέλθωμεν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ ἴδωμεν ἐκεῖ, τὸν Χριστόν. πῶς σκυλεύει τὸ δεσμωτήριον. Ἐρωτήσωμεν τὸν Ἀδάμ, ἐρωτήσωμεν τὰ σώματα. καὶ τὰ στόματα τῶν ἀναστάντων ἁγίων, ὅπως εἴπωσιν ἡμῖν πῶς ἑώρακαν ἐν τῷ ᾅδῃ Χριστόν. κ. τ. λ. [3], *& Quæſtione*. CXII. ὑπὸ τὴν χεῖρα τοῦ διαβόλου ὑπῆρχον πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, ἕως οὗ κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ ὁ Χριστός. εἶπε τοῖς ἐν δεσμοῖς ἐξέλθετε, καὶ τοῖς κατεχομένοις ἐλευθερώθητε. καὶ ἄκουσον Παύλου λέγοντος. ὅτι

4 *Lib.* 2. *Hiſtoria Apoſtolica v.* 11. *ſeqq. tom.* 2. *Biblioth. PP. pag.* 125. *ſeq. edit. Lugd. an.* 1677. de Chriſto ex inferis redeunte canit:

„ Dignatus ut ima
„ Tangeret inferni, non linquens ardua cæli,
„ Solvit ab æterno damnatas nocte tenebras,
„ Ad manes ingreſſa dies, fugitiva relinquunt
„ Aſtra polum comitata Deum cruce tertia Chriſti:
„ Vult pariter natura pati, mortiſque poteſtas
„ Se vincente perit, quæ pondere merſa triumphi
„ Plus rapiens nil juris habet, divinaque virtus
„ Rurſus membra ligans animata cadavera movit:
„ Ad vitam monumenta patent, *cinereſque piorum*
„ Natalem poſt buſta novant, lux tertia ſurgit,
„ Majeſtas cum carne redit, ſpeciemque coruſcam
„ Umbrarum de Sede refert, ut ab exule limo
„ INTERCLUSA DIU PATRIÆ REPETATUR ORIGO,
„ Omnipotens PARAT IPSE VIAS.

Confer & *pag.* 127. Quanti is liber a Vigilio Papa habitus fuerit, intelliget Lector ex iis, quæ ex Codice Vaticano tranſlata ſunt *in* 2. *tomum Biblioth. SS. PP. edit. Lugd. pag* 125.

2 *Orat. de Reſurrect. tom.* IX. *Biblioth. PP edit. Lugd. an* 1677. *p.* 938. „ Deſcendit (Chriſtus) in inferiores partes terræ, & in cor ejus venit . . . Ut gratiam ſuam, & utilitatem iis, qui in inferno tenebantur, impartiret . . . . Ut eos, qui in carcere erant, educeret, & reduceret præeundo ante eos ut paſtor ante oves . . . Captivas animas ex inferno, in quo PER TYRANNIDEM DETINEBANTUR, LIBERAVIT, & fortaſſe non per tyrannidem, ſed pro multis debitis &c. „ Videſne, ut animas per TYRANNIDEM, hoc eſt nulla culpa ſua detentas in inferis Chriſti deſcenſu vindicatas fuiſſe dicat in libertatem? Quod ſi etiam eas fuiſſe *fortaſſe* inde exemptas dicat, quæ *non per tyrannidem*, hoc eſt quæ aliquibus ſui culpis inferorum anguſtiis premebantur; id ad inſtitutum non pertinet.

3 *Cap.* XIII. *tom* XIV. *P.* II. *opp. Jacobi Gretſeri edit. Ratisb. an.* 1740. *pag.* 513. „ Deſcendamus etiam in infernum, ibique Chriſtum contemplemur, quomodo carcerem illum ſpoliet. Interrogemus Adamum; interrogemus corpora, & ora SANCTORUM, qui reſurrexerunt, ut nobis dicant, qua ſpecie Chriſtum APUD INFEROS aſpexerint &c. „

ὅτι ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, τουτέστιν ὁ διάβολος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, ἤγουν τοῦ πληρώματος τοῦ νόμου, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐν τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, τουτέστι καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς[1]. Euſtratius magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Presbyter, cujus eſt in libro, quem in eos perſcripſit, *qui dicunt humanas animas ſtatim atque propriis corporibus ſolutæ ſunt, non operari; neque Deo pro iis precibus effuſis, & ſacrificiis oblatis utilitatem conſequi: namque conſequuntur, & ſublevantur &c. cap.* XXVI. ad rem noſtram pertinens illuſtris locus: Πρὸ μὲν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, καὶ οἱ πατέρες εἶπον, καὶ ἡ θεία γραφὴ παρίστησιν, ὡς ἐν τῷ Ἰὼβ γέγραπται· ἦλθες δὲ ἐπὶ πηγὴν θαλάσσης, ἐν δὲ ἴχνεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σε ἔπτηξαν. καὶ δῆλον ἐκ τούτου, ὡς εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς αἱ ψυχαὶ κεκρατημέναι τῶν πάντων ἦσαν, ἅσπερ καὶ ἀνέσπασεν, ὁ κύριος, καὶ θεὸς ἡμῶν, θανάτῳ πατήσας τὸν θάνατον, καὶ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου συντρίψας. ὅθεν καὶ ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστής, ὡς τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστη σώματα, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς[2]. Et Procopius Gazæus Chriſtianus ſophiſtes

1 *Ibid. pag.* 412. „ In poteſtate diaboli (*ſeu inferorum*) erant omnes tam juſtorum, quam injuſtorum animæ, donec Chriſtus ad inferos deſcendens iis, qui „ vinculis detinebantur, dixit: exite. Audi Paulum, qui ait mortem, hoc eſt „ diabolum regnaſſe ab Adam uſque ad Moyſen, hoc eſt uſque ad complementum legis, etiam in illos, qui non peccaverant in ſimilitudinem prævaricationis Adæ, hoc eſt etiam in animas Sanctorum „. Scio, quid criticæ artis cultores de his Anaſtaſii operibus ſtatuant: vere ne, an ſecus, ipſi viderint. Hoc nunc ego contentus ero: ſi Anaſtaſii hæc non ſint, quæ deſcripſimus, probata tamen fuiſſe Auctoribus, qui Anaſtaſii libris eadem addiderint; auctoribus, inquam, non tam recentibus, neque omnino ignaris eorum, quæ tradita a majoribus fuiſſent. Confer etiam Anaſtaſii *lib.* VII. *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron p.* 891. *ſeq. tom.* IX. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677.

2 Edidit eum librum græce, & latine Leo Allatius Chiorum decus *pag.* 336. *ſeqq.* ejus operis, quod inſcripſit: *De Utriuſque Eccleſiæ Occidentalis, atque Orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio conſenſione: edit. Rom. an* 1655. Locus autem, quem græce dedimus, Euſtratii extat ejus operis *p.* 514. *ſeq.* Latine vero ſic verti poteſt: *Ante inhumanationem Chriſti, & paſſionem, & a mortuis reſurrectionem, Patres dixerunt, & divina Scriptura pronunciat, ut apud Jobum ſcriptum eſt: Veniſti*

Digitized by Google

phiſtes in Iſaiæ *cap.* IX. *pag.* 154 *edit. Pariſ. an.* 1580. qui δηλῶν, inquit, πᾶσαν ἀνθρώπων ψυχὴν βίαν πρὸ τῆς ἐπιδημίας παθεῖν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ, δι' ὃν ἐμιάνθη τὰ τῆς ψυχῆς περιβόλαια, καὶ πλεονεκτήματα, ὃς εἰς καῦσιν ἔσται διὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν γεννηθέντα, ὃν νεανίαν καλεῖ [1]. Cæſarius Arelatenſis [2], Eleutherius Tornacenſis Epiſcopus, ſeu quiſquis ille eſt vetus Auctor Sermonum, qui Eleutherii nomine circumferuntur [3], Gregentius Archiepiſcopus Tephrenſis [4], qui κατοικεῖ, inquit, δεσμωτήρια (ὁ Χριστὸς) διὰ τὸν κατάκριτον Ἀδὰμ, κατέρχεται ἐν τῷ ᾅδῃ παλαίει μετὰ τοῦ ᾅδου καὶ τῆς φθορᾶς, ἀντὶ τῶν ἐκεῖσε ἐν σκοτεινοῖς, καὶ σκιᾷ θανάτου κατεχομένων. νικᾷ. καὶ ἐκσπᾷ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους. ἀνιστᾷ ἑαυτὸν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ. Auctor Sermonis de Myſterio Paſchæ II. qui falſo adſcriptus s. Ambroſio

niſti autem ad fontem maris, in veſtigiis autem abyſſi ambulaſti? Aperiuntur vero tibi metu portæ mortis. Janitores autem inferni videntes te obriguerunt. *Et manifeſtum hinc eſt, quod in inferioribus terræ partibus animæ detentæ erant; quas eduxit Dominus, & Deus noſter morte conculcans mortem, & portas inferni conterens. Quare & adnotat Evangeliſta, multa dormientium Sanctorum corpora reſurrexiſſe, & multis apparuiſſe.*

1 ,, Oſtendens (Iſaias) OMNEM hominum ANIMAM ANTE ADVENTUM ,, (*Chriſti*) pati vim ſub Satana, per quem (*Satanam*) fœdata ſunt ornamenta, ,, & commoda animæ; qui (*Satanas*) erit in combuſtionem per eum, qui natus ,, pro nobis eſt, quem (*Iſaias*) adoleſcentem vocat ,,.

2 *Sermone* XLII. *tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit. Lugdun. an.* 1677. *p.* 838. ,, Ante ,, adventum Domini Salvatoris diabolus regnabat in mundo, & omnes populi peccatores, & juſti exeuntes de corpore in INFERNUM DESCENDEBANT, ,, PROPTER ORIGINALIA PECCATA, QUÆ AB ADAM TRAXIMUS &c. Et *ſerm.* VI. *de Paſchate p.* 821. ,, Reſurgunt LAXATA SEDE TARTAREA CUM ,, CHRISTO SANCTI, & quem ſuperi non recipiunt (*nempe ii qui erant in terris*) inferi Deum eſſe cognoſcunt ,,.

3 In ſermone Synodico adverſus hæreticos de Trinitate &c. agens *tom* VIII. *Bibliotheca PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 1126. ,, Eduxit (Chriſtus) de vinculis captivatos, de tenebrarum locis carceratos clamantes, & dicentes: o triumphator ,, bone ſeculi, o pie debellator diabolicæ fraudis, te noſtra clementiſſime Jeſu ,, in his tormentorum pœnis expectabant lamenta, te miſericors Chriſte flebilium in caliginoſis locis clamabant ſuſpiria. Ecce ADVENISTI, QUEM AB ,, ANTIQUIS TEMPORIBUS EXPECTAVIMUS. LIBERA nos, quem in TERRA POSITI OLIM DEVOTE COLUIMUS. Ipſe eſt, qui poſt deſtructionem ,, diaboli, & LIBERATIONEM SANCTORUM de tenebris clamantium die ,, tertia reſurrexit ,,. Confer etiam ejuſdem ſermonem *de Natali Domini ibid. p.* 1129. Et *Orationem pro fide &c. ibid. p.* 1111.

4 *In Diſputatione cum Herbano Judæo; edit. Pariſ. an.* 1586. *p.* 178. ,, Habitat ,, in carcere (Chriſtus) propter condemnatum Adamum; ad inferos deſcendit; ,, luctatur cum principe inferorum, & cum corruptione, pro his, qui illic in tenebris, & umbra mortis detinebantur; vincit, & eos extrahit, ac liberat, ,, qui illic coercebantur; ſeipſum a mortuis exſuſcitat, & EOS, QUI SECUM ,, ERANT ,,.

Digitized by Google

broſio [1] eſt, itemque Auctor *ſerm.* LVI. Ambroſio eidem adſcripti *De Cruce Chriſti* [2]. Quos quidem poſtremos Auctores duos, non eo nominandos hoc loco putavimus, quo ſeculo eos VI. floruiſſe arbitraremur, ſed quo his item, quorum ætas incerta eſt, probatum fuiſſe intelligeretur, quod ſeculi VI. Scriptores crediderant, litterarumque mandarant monumentis. Atque ut hi, ſic etiam deinceps Epiſcopi Provinciarum Arelatenſis, & Narbonenſis, qui anno DCCCXIII. Arelatem Synodi celebrandæ cauſſa convenerant, quam firmiter eidem ſententiæ adhæſiſſent, his verbis in profeſſione ſuæ fidei teſtatum voluerunt: „ Deſcendit ad inferos, ut SANCTOS, qui ibidem tenebantur, erueret, devictoque mortis imperio, reſurrexit [3] „.

His tot Scriptorum, tot Antiſtitum, tot Synodorum denique teſtimoniis, a quibus, repugnante nemine, & traditum id dogmatis genus eſt, & profeſſionibus fidei comprehenſum, & populo propoſitum ad credendum; ecquid demum Cadonicus, quique ei aſſentiuntur, effici putant poſſe, niſi ut ſex illis ſeculis, quibus Scriptores ipſi magna in celebritate verſati, Antiſtes Eccleſias moderati, ac Synodi habitæ ſunt, orthodoxos quoſque idem ipſum probaſſe dogma, & poſteritati propagaſſe confiteantur? Atqui hoc illud eſt, quod mihi ad efficiendum hoc capite propoſueram.

CA-

1 *Serm.* XXXV. *in Append. tom.* XI. *opp. Ambroſ. edit. Pariſ. an.* 1690. *p.* 437. *ſeq.*
2 *Tom.* V. *opp. edit. Pariſ. an.* 1586. *p.* 816.
3 *Tom.* IV. *Concilior. p.* 1003. *edit. Pariſ. an.* 1714.

CAPUT VI.

A Patribus, qui v. iv. iiI. iI. i. ſeculis claruerunt, eadem in poſteriora tempora manavit ſententia.

AD ſecula, credo, v. & iv. Cadoniciani provocabunt. Etenim Auguſtinus, cujus auctoritate maxime confidunt, quarto ſeculo natus ad triceſimum quinti annum produxit vitam. Age ergo conſideremus, jure ne, an injuria ſint ad quintum provocaturi. Nam de quarto poſt videro.

§. I.

Scriptores quinti ſeculi omnes, non ante ereptas ex inferis, adeoque ne beatas quidem fuiſſe aſpectu Dei, putarunt, animas Sanctorum Veter. Teſtamenti Patrum, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet.

Cognoſcant igitur, communi ne dogmati jam uſque a quinto Eccleſiæ ſeculo aſſenſi fuerint S. Petrus Chryſologus [1] Ravennatenſis Eccleſiæ ampliſſimum decus, & or-

1 *Serm. xxxvii. de Jona Propheta ſigno p. 61. ſeq. edit. Auguſt. Vindelicor. an. 1758. & ſerm. lxvi. de Divite, & Lazaro p. 104.* „ *In his omnibus inter nos, & vos chaos* „ *magnum firmatum eſt &c.* Dicendo ſic TAM JUSTOS, quam injuſtos ANTE „ ADVENTUM DOMINI APUD INFEROS FUISSE DECLARAT, & diſcretos locis tantum, non regionibus aperit fuiſſe diviſos. Poſtquam vero Dominus reſurgens a mortuis aperuit infernum, PATEFECIT CÆLOS, PARADISI „ CLAUSTRA RESERAVIT, DEDIT SANCTIS PARADISI INTRARE RE- „ QUIEM, AD CÆLI GLORIAM PERVENIRE. ISTA QUI SIC CREDIT, „ intelligit quid mortalibus veniens donaverit Chriſtus „. Animadverte, ut ISTA QUI SIC CREDIT, Chryſologus dicat. Scilicet ea Chriſtianæ plebi ad credendum proponit, ut intelligat: QUID MORTALIBUS VENIENS DONAVERIT CHRISTUS. Quid an Cadoniciani *Scholaſticas opiniones* a Petro Chryſologo populo propoſitas ad credendum fuiſſe dicent, ut intelligeret, quid *mortalibus veniens Chriſtus donaverit?* Quid hoc fingi poteſt, aut abſurdius umquam, aut indignius? Nam & abſurdum eſt *Scholaſticis* ea tribuere, quæ tradebantur a Patribus multo ante, quam orti Scholaſtici fuiſſent, & injurium Petro Doctori, Præ-

& ornamentum, Eucherius Lugdunenſium Præſul [1], Gen-

Præſuli Ravennati, Divo eſt, id eum plebi divinitus commiſſæ fidei, & curæ ſuæ uti credendum tradidiſſe, quod inane commentum, non ſententia Eccleſiæ Catholicæ certa eſſet. Confer etiam *ſerm.* LXXIV. *de Reſurrect. Chriſti p.* 115. & *Serm.* CXXIII. *de Divite* rurſum & *Lazaro p.* 181. „ VIDETE fratres, INTELLIGITE fratres ex „ his quæ dicta ſunt, quia JUSTOS, & injuſtos etſi diſcretio locorum, una ta- „ men inferni adhuc regio continebat: atque eos, etſi chaos jam magnum, non- „ dum tamen cæleſtis habitatio ſeparabat; etſi dividebat illos hiatus triſtis, „ NONDUM TAMEN DEPUTATA SUPERIUS ANGELIS ALTITUDO. Flam- „ mea romphæa, ſicut legiſlator refert, paradiſi volvebatur in janua, ne illuc „ homini pateret acceſſus, æreis januis, & ferreis vectibus portæ inferi obſeratæ „ claudebantur, ne animabus, quæ illuc jactatæ fuerant de ſupernis, ullus pa- „ teret egreſſus. Hinc eſt, quod ipſe Dominus . . . arietem ſuæ crucis portat ag- „ greſſurus infernum . . . . . AGNOSCITE fratres, LÆTAMINI fratres POST „ TRIUMPHUM CHRISTI SANCTORUM CUSTODIAM diſſolutam, & in „ SANCTOS ultra INFERNI NIL DEBERI, quando Chriſtus UT JUSTOS, „ non INJUSTOS ABSOLVERET, ad INFEROS uſque penetravit. INTELLI- „ GAMUS fratres quantum Chriſtus profuerit, immo quam ſine Chriſto in nullo „ fuerit ſalus, cum præter iſtam corporum ſolutionem SANCTORUM QUO- „ QUE ANIMÆ APUD INFEROS TENEBANTUR ADSTRICTÆ „. Adeone quiſquam incertis rebus fuiſſe Chryſologum delectatum ducet, id ut laboraret, atque eniteretur, ne plebem idipſum fugeret, hortareturque majorem in modum ſuos, ut adeſſent, VIDERENT, AGNOSCERENT, INTELLIGERENT, juſtos ante Chriſti mortem in inferna deſcendiſſe, nemini ante Chriſtum patuiſſe in *paradiſum* viam, diviſumque fuiſſe ab inferis nullum *deputata ſuperius Angelis altitudine*; ubi autem Chriſtus perpeſſus eſt mortem, fuiſſe *inferorum cuſtodiam diſſolutam*, inque *Sanctos ultra inferni nil deberi*, *quando Chriſtus ut* JUSTOS ABSOLVERET AD INFEROS *uſque penetravit*? Cum vero tam ſit abſurdum, ut prudenti ne cadere quidem in mentem poſſit, ea fuiſſe conſectatum Chryſologum, tantaque cura populo ad *videndum*, *agnoſcendum*, *intelligendum* expoſuiſſe, quæ *incerta* eſſe arbitraretur; cumque incredibile ſit, ignota eidem Chryſologo fuiſſe, quæ Eccleſiæ Chriſti in certis rebus, quæque in dubiis, incertiſque ponerent; Chryſologum certe id populo ipſi propoſuiſſe, prædicaſſe, inculcaſſe, quæ Eccleſiæ Chriſti pro certis haberent, confitendum erit. Longius laberer, ſi omnia Chryſologi teſtimonia deſcribere vellem. Itaque modum faciam.

1 *In Quæſtionib. in Luca Evangelium p.* 272. *edit. opp. an.* 1531. in inferis demonſtrat Abrahæ ſinum fuiſſe. Nam cum quæſiſſet: „ Quomodo in Luca Latroni „ Salvator dicit: *Hodie mecum eris in Paradiſo*, cum utique die illo, ſecundum „ hominem corpore in terra, ANIMA APUD INFEROS FUERIT „? Reſpondet; „ Poteſt forte hic pro PARADISO accipi ille attributæ quietis locus, ubi Abra- „ ham eſſe cum Lazaro, in Evangelio Salvator oſtendit „. Quemadmodum autem de eo *loco quietis* accipi id poſſet, niſi in *inferis* is locus fuiſſet, quo anima Chriſti deſcendit? Nam ideo ſic interpretatus Evangelii locum illum Eucherius eſt, quod Latronis animam ibi ea die fuiſſe oſtendere vellet, ubi anima Chriſti reipſa fuit. Fuit vero anima Chriſti reipſa in inferis, quod Eucherius autumat. Fuerit ergo ibidem neceſſe eſt, Eucherii ſententia, ſinus Abrahæ, in quo FORTE, ut ille ait, anima item Latronis fuit. Atque Eucherium voluiſſe, ibi fuiſſe ſinum Abrahæ, ubi anima Chriſti per ſe ipſa fuit, ex altera item, quam mox addit, interpretatione perſpicitur, quæ ſic habet: „ Aut certe ita intelligendum eſt, „ quod hanc promiſſionem Dominus ſecundum effectum divinæ poteſtatis im- „ pleverit, quia ubique Deum eſſe noſcendum eſt „. Nam ſi in priore etiam interpretatione *de effectu* ſolo *divinæ poteſtatis* egiſſet, non de loco, in quem reipſa anima Chriſti deſcenderat, quid opus fuiſſet altera interpretatione, quæ eodem prorſus, atque prior, revolveretur? Neque obſtat, quod idem ſcribit Eucherius

nadius Presbyter Maſſilienſis [1], cujus opus *de Eccleſiaſticis Dogmatibus* Anonymus ſeculi VII. ineuntis Scriptor, Alcuinus, Hadrianus I. Pont. Maximus, & Benedictus XII.[2] ma-

ibid. a QUIBUSDAM putari, *quod etiam omnes Sancti ante adventum D. N. J. C. ad inferna deſcenderint &c.* quaſi vero *quorumdam* ſolum, & non omnium, ut vidimus, ſententia fuerit, Sanctos Vet. Teſtamenti, ante Chriſtum, ex hac vita migrantes ad inferos abiiſſe. Norat enim Eucherius Catholicorum (quorum omnium conſtans erat, communiſque ſententia de animabus Sanctis Veteris Teſtamenti ante Chriſti mortem in inferis conſtitutis) aliquos fuiſſe, qui iiſdem in locis omnino, ubi ſunt reprobi, animas eorumdem Sanctorum, quamvis in quiete, fuiſſe dicerent; alios vero contra, qui in inferorum ſuperiore loco, qui item requietis locus diceretur, eaſdem animas conſtitiſſe affirmarent. Prior opinio paucorum fuit, in quorum numerum referre Anonymum illum veterem ſeculi VII. ineuntis Scriptorem poſſumus, cujus opuſculum de Sanctorum beatitate &c. in Cod. membranaceo IX ſeculi Bibliothecæ Caſanatenſis Plut. D. IV. num. 30. extare diximus. Sic autem Eucherius ſcribit: „ In hoc quoque quod *dives* APUD infernum Abraham vidit, „ hæc ſubeſſe a quibuſdam ratio putatur, quod etiam omnes Sancti ante adven„ tum D. N. J. Chriſti ad inferna, licet in refrigerii locum, deſcendiſſe dicuntur. „ Alii opinantur, locum illum, in quo Abraham erat, ab ILLIS INFERNI LO„ CIS IN SUPERIORIBUS conſtitutum, propter quod dicat Dominus de illo „ divite: *elevans oculos ſuos, cum eſſet in tormentis &c.* ſinumque ipſius Abrahæ „ deſignare ILLIUS REGIONIS QUIETEM „. Jam hoc certum ponit Eucherius: divitem APUD INFERNUM ABRAHAM VIDISSE. Deinde eo poſterioris ſententiæ patronos a prioris opinionis aſſertoribus diſcrepare ait, quod *locum* in quo Abraham erat, illi ſtatuant fuiſſe *ſuperiorem* ab illis *inferni locis*, ut explicari poſſet: *τὸ elevans oculos ſuos &c.* hi contra non item. Confer, quod paulo ante deſcripſi Eucherii ſatis clarum de Latrone teſtimonium.

1 *Lib. de Eccleſiaſt. Dogmat. cap.* LXXVIII. *p.* 41. *edit. Homburg. an.* 1614. *p.* 41. „ Ante paſſionem, & reſurrectionem Domini OMNES ANIMÆ SANCTORUM „ IN INFERNO SUB DEBITO PRÆVARICATIONIS ADÆ TENEBANTUR; „ donec auctoritate Domini, per indebitam ejus mortem a ſervili conditione li„ berarentur „. *Et cap.* LXXIX „ POST ASCENSIONEM Domini ad cælos, om„ nium SANCTORUM ANIMÆ cum Chriſto ſunt, & exeuntes de corpore ad „ Chriſtum vadunt expectantes reſurrectionem corporis ſui, ut ad integram, & „ perpetuam beatitudinem cum ipſo pariter immutentur „.

2 Ex Anonymo Caſanatenſi vide quæ deſcripſi *p.* 529. *hujuſce operis in not.* De Alcuino, & Hadriano I. hæc adnotat Johannes Mabillonius *Diſquiſit. de Confeſſione Fidei ſub Alcuini nomine nuper edita* §. III. *pag.* 178. *tom.* I. *Veterum Analector. edit. Pariſ. an.* 1675. „ Neque mirum, quod etiam uſus eſt teſtimonio libri de „ Dogmatibus Eccleſiaſticis, quem Gennadii Maſſilienſis hominis Semipelagiani „ fœtum eſſe nunc conſtat apud eruditos „ (ut conſtabat etiam ſeculo IX. quod ex libro Eccleſiæ Lugdunenſis adverſus Johannem Scotum Erigenam, intelligitur) „ . . . Quia ante annos octingentos cum honorifica auctoris præfatione laudatus „ eſt etiam ab his, qui ejus parentem Gennadium agnoſcebant. Hujus rei luculentus teſtis eſt Hadrianus Papa primus Alcuini æqualis in Epiſtola ad Carolum „ Magnum de Cultu Sanctarum imaginum, cui probando inter alias Patrum „ auctoritates etiam Gennadii ſententiam adducit his verbis: *In ſacris prædictis* „ *Conciliis* PRÆDECESSORUM MEORUM SANCTISSIMORUM PONTIFI„ CUM *hæc oblata ſunt teſtimonia, id eſt S. Gennadii Maſſilienſis . . . Qualiter veneranda ſint corpora, vel reliquiæ Sanctorum. Cap.* XL. *ſacrorum corpora, & præcipue* „ *beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſinceriſſime honoranda &c.* „ quæ Gennadii verba habentur in ejus vulgato libro de Dogmatibus Eccleſiaſticis „ *cap.* LXXII. Ubi vides, non tantum Gennadium, ſed etiam ejus librum de Dog„ mati-

maximi fecerunt, Claudianus Mamertus [1], Sanctus Maximus Antiſtes Taurinenſium [2], Fauſtus Epiſcopus Regienſis [3], Theodoritus Epiſcopus Cyrenſium, qui cum alias ſæpe, tum in Tertio Dialogo, qui *Impatibilis* inſcribitur, *καὶ μὴν, οὐχ ἁμαρτωλοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ δίκαιοι, καὶ πατριάρχαι, καὶ προφῆται .... καὶ οἱ ἐν διαφόροις εἴδεσιν ἀρετῆς διαλάμψαντες, ὑπὸ τὰς ἄρκυς τοῦ θανάτου γεγένηνται .... καὶ καθάπερ κατελθόντι τῷ ἀδὰμ εἰς τὸν ᾅδην ἠκολούθησαν οἱ μετεσχόντες τῆς φύσεως, οὕτως ἀναστάντι τῷ δεσπότῃ Χριστῷ κοι-*

,, maribus Eccleſiaſticis ab Hadriano laudatum; nec proinde mirum eſſe, quod ,, ab Alcuino in confeſſione ſua & liber, & auctor iiidem laudaretur ,,. Laudavit item Gennadii librum, quod ad rem noſtram attinet, Benedictus XII. P. M. in eo libro, quem de Sanctorum Beatitate perſcripſit, antequam ederet Conſtitutionem adverſus errorem *de differenda ad Judicii diem viſione Dei*.

1 Haymo Epiſcopus Alberſtadienſis IX. Seculi illuſtris Scriptor *Homil. in Dom. I. Poſt Trinitatem pag.* 212. *verſa ſeq. edit. an.* 1559. hæc habet: ,, Claudianus Epiſcopus Lugdunenſis dicit, quod uterque IN INFERNO erant, » Abraham ſcilicet, & dives, ideoque mutuo ſe alloqui potuerunt, tamen Abra- » ham fuit in ſuperioribus locis inferni in requie; dives vero in profundo infer- » ni poſitus erat ,,. Claudianum Lugdunenſem Antiſtitem invenio omnino nullum. Claudianum Mamertum, fuere, qui Epiſcopum fuiſſe falſo arbitrarentur. Inde error eſt ortus Haymonis, ut eum non Epiſcopum modo, ſed etiam Lugdunenſem Epiſcopum faceret.

2 *Sermone* VIII. *de Paſcha apud Muratorium tomo* IV. *Anecdotorum edit. Patavina an.* 1713. *pag.* 19. » Exultat humani generis terra, quæ ſanguine agni cæ- » leſtis aſperſa non ſolum redditur (ſic) *paradiſum*, ſed regnatura cum Domino » vocatur ad cælum: exultet & caro noſtra, quæ vere eſt terra, quoniam glorifi- » cata per Chriſtum ſocietatem Divinitatis emeruit. *Erumpant*, ait, *montes ju-* » *cunditatem, & colles juſtitiam*. Hos montes, colleſque, QUI EXCITANTUR » AD GAUDIA, PATRIARCHAS DICI non inconvenienter accipimus, ſicut & » in David Sancto legimus: *illuminans tu mirabiliter a montis æternis*. Nec im- » merito JUSTI QUIQUE montes nuncupantur, & colles, qui terrenæ conver- » ſationis humilia relinquentes ad ſuperiora cæleſtis vitæ fidei ſuæ verticem ſu- » ſtulerunt. Juſtiſſime igitur VENERABILES PATRIARCHÆ ADSUMERE JU- » CUNDITATEM commonentur, quorum proles, ideſt Chriſtus Dominus mor- » tis ſuæ, reſurrectioniſque myſterio, ETIAM PRÆTERITI SECULI PATRI- » BUS VITAM REFUDIT AMISSAM ,,. Et *ſerm.* XII. *de Aſcenſione pag.* 28. *ſeq.* » Patriarcha decantat: *converte Domine Captivitatem noſtram &c.* Converte » ait, non averte, ideſt præſta Domine, qui jamdudum capti a diabolo ſumus, » tui tandem mereamur eſſe captivi ». Et *ſerm.* XIV. *pag.* 30. *ſeq.* » Adnunciatur » per Patriarcham, eumdemque Prophetam *elevatas æternales portas*, ut adverta- » mus, PRÆEUNTE illuc Chriſto CÆLUM JAM PATERE mortalibus. Pate- » bunt dilectiſſimi portæ ille fidelibus & ſemper patebunt, quas devicta morte, » triumphatoque diabolo ad Patrem pergens PRÆVIUS Salvator APERUIT. Confer *Homiliam* XI. *de Paſchate pag.* 342. *tom. edit. Veneta operum S. Maximi an.* 1741.

3 Aſſentitur is quoque orthodoxis Antiſtitibus *ſerm.* V. *de Paſchate tom.* IX. *Scriptor. veterum edit. Pariſ. Edmundi Martenii an.* 1733. *pag.* 151. ,, Monumenta, ,, *inquit*, aperiuntur, mortis clauſtra reſerantur, RESURGUNT LAXATA SE- ,, DE TARTAREA CUM CHRISTO SANCTI ,,.

κοινωνήσει τῆς ἀναβιώσεως πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις[1], Sedulius Presbyter, cui ita perſuaſum erat, animas piorum, ante Chriſti mortem, ad inferos deſcendiſſe, ut *Carminis Paſchalis* libro III. de Lazaro ſcripſerit:

„ Chriſtum dubitatis, an unum
„ Poſſit ab infernis hominem revocare cavernis,
„ Qui dabit innumeras poſt funera ſurgere turbas?
„ Ergo ubi clamantis Domini ſonuit tuba dicens,
„ Lazare perge foras: magno concuſſa pavore
„ Tartara diſſiliunt, Erebi patuere receſſus,
„ Et tremuit lethale chaos, mortiſque profundæ
„ Lex perit, & anima proprias repetente medullas,
„ Cernitur ante oculos vivens aſtare cadaver[2].

Et lib. IV. de Chriſti ad inferos deſcenſu agens:

„ Ergo ubi cuncta boni completa eſt paſſio Chriſti,
„ Ipſe animam proprio demiſit corpore ſanctam,
„ Ipſe iterum ſumturus eam; quia mortuus idem,
„ Idem vivus erat, membris obeuntibus in ſe,
„ Non obeunte Deo: cujus virtute retrorſum
„ INFERNÆ patuere viæ, raptæque fatiſcunt
„ Diviſa compage petræ, rediviva jacentum
„ CORPORA SANCTORUM fractis abiere ſepulcris[3].

Rurſum idem Sedulius, ſive quiſquis ille ſit Auctor vetus Collectaneorum in Epiſtolas Pauli[4], vetus Auctor Quæ-

1 *Tom.* IV. *opp. edit. Pariſ. an.* 1642. *pag.* 132. *ſeq.* „ Non ſolum peccatores, „ ſed etiam juſti, & Patriarchæ, & Prophetæ ... & qui variis virtutum generibus illuſtres fuerunt, in mortis laqueos inciderunt ..... Et quemadmodum „ Adamum ad inferos deſcendentem ſecuti ſunt omnes ejuſdem naturæ conſortes; „ ita cum Chriſto Domino reſurgente particeps vivificationis erit univerſa hominum natura „.

2 *Tom.* VI. *Biblioth. PP. pag* 468. *edit. Lugd. an.* 1677.

3 *Ibid. pag.* 470.

4 *In cap.* XI. *Epiſt. ad Hebræos: pag.* 588. *tom. eodem Biblioth. PP.* „ *Quibus* „ (*Patribus SS. Vet. Teſtam.*) *dignus non erat mundus*, præſens videlicet mundus, propter ſpem ſupernæ gloriæ. *Non* ACCEPERUNT *promiſſionem*. Donec „ advenit Chriſtus. *Ne ſine nobis conſummarentur*. Hoc eſt, ne ante nos in REGNUM DEI, CÆLESTEMQUE CŒNAM EXIRENT „. Et *cap.* IX. *pag.* 586. ad ea Apoſtoli verba de tempore ante Chriſti mortem agentis: *Nondum erat propalata Sanctorum via* „ introeundi, *inquit*, in cælum „.

Quæſtionum Veteris, & Novi Teſtamenti, quæ extant in Appendice ad Tom. III. Operum s. Auguſtini [1], Vigilius Tapſenſis [2], Arnobius Junior [3], Johannes Caſſianus [4], vetus Auctor, cui Euſebii Emiſſeni falſo eſt attributum nomen [5], Severianus Epiſcopus Gabalorum in ea quam de *pretioſa, & vivifica Cruce* edidit Oratione [6], s. Remigius

1 *Quæſt.* cxxiii. *tom.* iii. *opp. S. Aug. P.* i. *in Append. pag.* 134. *edit. Pariſ. an.* 1680. „ Veteres Sancti exeuntes de ſeculo apud inferos erant „.

2 *Lib.* iii. *Contra Eutychen. tom.* viii. *Biblioth. PP. pag.* 724. *edit. Lugdun. an.* 1677.

3 *De Deo Trino, & Uno: tom. eodem* viii. *Bibliotheca PP. pag.* 223. & in *Pſal.* cxxxviii. *pag.* 320.

4 *Lib.* iii. *de Inſtitutis Cœnobiorum cap.* iii. *tom.* vii. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. „ Inferna penetrans *Chriſtus*, inextricabiles tartari tenebras coruſcatione ſui ſplendoris exinxit, portaſque ejus æreas effringens, ac ſeras ferreas conterens, captivitatem SANCTORUM, quæ clauſa tenebris immitis tenebatur inferni, ſalubriter captam tranſvexit ſecum ad cælos, igneaque romphæa ſubmota, antiquum incolam paradiſo pia confeſſione reſtituit „.

5 *Homilia* vi. *de Paſcha pag.* 6.8. *tom.* vi. *Bibliotheca PP. editionis ejuſdem.* „ Deſcenderat lux ad tenebras, *ſed tenebræ eam non* comprehenderunt. Depoſito quidem corpore IMAS, ATQUE ABDITAS TARTARI SEDES filius hominis penetravit, ſed ubi retentus eſſe inter mortuos putabatur, IBI VINCULA MORTUORUM LIGATA MORTE LAXAVIT, ET UNDE DIFFICILE UMQUAM ULLUS VEL SOLUS REDIERAT, INDE ILLE CUM SPOLIIS AD SUPERNA REMEAVIT. Hodie ergo Domino reſurgente viſa ſunt multa *Sanctorum* corpora reſurrexiſſe. & apparuerunt in Sancta Civitate. Regrediens ergo Dominus poſt diem tertiam, FRUCTUS ſecum triduanæ peregrinationis viventibus reportavit, & ut omnes eum de INFERIS REGREDI CREDERENT, TESTES SECUM AD SUPEROS, ET PRÆCONES SUBACTÆ MORTIS EXHIBUIT „. Quinam hi erant, quos SECUM ad ſuperos exhibuit teſtes *regreſſus* ſui ex inferis? Nempe ii SANCTI, quorum corpora *reſurrexerunt, & apparuerunt multis.* Et Homilia *de Latrone Beato p.* 644. „ *Hodie mecum eris in paradiſo* tamquam hæreditaria, & paterna Sede, quæ expulſo Adam, quæ expulſis duobus, clauſa innumeris populis, TE INTROEUNTE RESERABITUR. INGREDERE ILLUC PRIMUS, ſed ingreſſu feliciori, quam primus. Intra paradiſum nequaquam ultra cum Adam viſurus infernum „. Quin etiam in Homiliis cxlv. quæ non tam vetuſtæ ſunt, at eidem tamen Euſebio adſcriptæ fuerunt, *Homilia de die Reſurrect. ibid. pag.* 754 „ Ingreſſus Dominus loca tenebrarum, omnia circumquaque ſuo ſplendore illuminavit. Fit clamor permixtus bonis præ lætitia exultantibus; malis vero præ timore fugere cupientibus . . . Tunc PATRIARCHÆ, & PROPHETÆ obviam ruunt. Tunc omnis Sanctorum exercitus ejus pedibus ſe proſternit. O inquiunt diu deſiderate. O tanto tempore expectate, quæ te tantæ tenuere moræ . . . . Ecce NUNC VIDENT, ecce nunc audiunt, quod eos & videre, & audire deſideraſſe Dominus ipſe dicebat . . . Tunc & Johannes Baptiſta, ecce, inquit, de quo dicebam vobis: Videtis illum, cujus adventum nunciabam vobis . . . Tunc alligato diabolo, magno Sanctorum exercitu comitante cum gloria, & triumpho lætus Dominus ad ſuperos redit dicens: *Quoniam non derelinques animam meam in inferno &c.* „.

6 *Tom.* v. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *p.* 1229. „ Ex quo crux poſita eſt, PARADISUS APERTUS EST „.

migius Antiſtes Remenſium [1], s. Marcus Eremita [2], Aurelius Prudentius illuſtris ejus ſeculi Poeta [3], Syneſius Epiſcopus Ptolemaidis, qui *Hymno* IX. ſic habet:

Κατέβας δ' ὑπὸ τάρταρα
Ψυχᾶν ὅθι μυρία

Θά-

1 *In cap.* IX. *Epiſt. ad Hebraos*: *tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit ejuſd. pag* 1101. ad illa Apoſtoli verba: *Nondum propalatam eſſe Sanctorum viam*. „ Cæleſte regnum inacceſſibile erat adhoc mortalibus, quoadusque veniret Chriſtus, qui „ expleta paſſione aperiret nobis januam patriæ cæleſtis, reſerato velo, ideſt „ cælo. Nondum enim erat manifeſta Sanctorum via ingrediendi in patriam „ cæleſtem „.

2 *In Præceptis ſalutaribus ad Nicolaum*: *tom.* V. *ejuſd. Biblioth. PP. pag.* 1111. „ Paſſiones noſtri cauſſa pertulit (Chriſtus) crucifixionem, mortem, triduanam „ in monumento ſepulturam, deſcenſum ad inferos. Qualia ſunt paſſionum „ emolumenta, hoc eſt reſurrectio a mortuis, INFERNI, mortiſque SPOLIA„ TIO EARUM, QUÆ CUM DOMINO VENERUNT, ANIMARUM &c. „ Nempe *Sanctorum* qui ſurrexerunt, & apparuerunt multis.

3 *Qui in Apotheoſi v.* 742. *ſeqq. p.* 370. *ſeqq. edit. opp. Pariſ. an.* 1587. Animam *Lazari* amici Chriſti in inferos deſcendiſſe teſtatur.

„ Procede ſepulcro
„ Lazare. Dic cujus vocem tellure ſub ima
„ Audieris: quæ vis penetraverit abdita lethi?
„ Quod cum te Chriſtus penitus migrante profundo
„ Immerſum vocat, ut redeas, ceu proximus audis,
„ Nec remoratus ades? Quæ tam vicina Carybdis
„ REGNA TENEBRARUM tenui diſtantia fine
„ Conjungit ſuperis? Ubi Taenara triſtia vaſto
„ In præceps dejecta chao, latebroſus & ille
„ Amnis inexpletis volvens incendia ripis &c.

Et *v.* 780. *ſeq.* de redemtione generis humani agens, canit:

„ Et totum redimit, quem ſumſerat, omne reducens
„ Quidquid homo eſt; iſtud tumulis, aſt illud abyſſo.

Et in Enchiridio *cap.* XLIII. *v.* 170. *ſeqq. pag.* 686.

„ Mors illi devicta jacet, calcavit abyſſum,
„ SANCTORUM POPULUS SUPERAS IVIT AD ORAS,
„ Seque dedit multis tactuque, oculiſque probandum.

Rurſum in Apotheoſi *v.* 631. *ſeqq. pag.* 364.

„ Hunc ego non cumolem myrrhæque & thuris, & auri
„ Muneribus? Scio quem videam, quæ dona rependam.
„ Hunc ego non venerer? Qui cælo viſus, humique
„ Inventus rex, atque Deus moderatur utrumque
„ Naturæ ſpecimen, tumuloque INFERNA REFRIGENS
„ REGNA, RESURGENTES SECUM JUBET IRE SEPULTOS?

At hi, qui cum Chriſto reſurrexerunt, *Sancti* appellantur in Evangelio.

Digitized by Google

Θάνατος νέμεν ἔθνεα,
Φρίξεν σε γέρων τότε
Αΐδας ὁ παλαιγενὴς
Καὶ λαοβόρος κύων
Ἀνεχάσσατο βηλοῦ.
Λύσας δ' ἀπὸ πημάτων
Ψυχῶν ὁσίους χοροὺς
Θιασεῖσιν ἀκηράτοις
Ὕμνους ἀνάγεις πατρί[1].

Proclus Antiſtes Conſtantinopoleos qui *Orat.* III. *de Incarnatione:* ἡ μὲν γὰρ πρώτη, inquit, ἡμῶν πανηγύρις Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύσσει· ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ὑδάτων ἁγιασμὸν, καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μήτραν. ἡ τρίτη, κατάδυσιν θανάτου, καὶ σταυροῦ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ ΠΑΤΡΑΣΙΝ ΕΛΕΥΘΕΡΟΠΟΙΟΝ εὐαγγελίζεται· ἡ τετάρτη, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον[2]; Et Orat. XI. *de Dominica Paſſione* Σήμερον ἐλύθη δεσμὰ, ἅπερ ὁ ὄφις ἐν παραδείσῳ ἐχάλκευσε. σήμερον οἱ ἐξ αἰῶνος ἠλευθερώθησαν δοῦλοι. σήμερον ὁ λῃστὴς ἐτυμβορύχησε τὸν πεντακισχιλίοις, καὶ πεντακοσίοις ἔτεσιν ὑπὸ φλογίνης ῥομφαίας φρουρούμενον παράδεισον: σήμερον τὸ φῶς ἐν τῷ σκο-

1 *V. 9. ſeq. pag. 346. ſeq. edit. opp. Pariſ. an. 1631.*

„ Et deſcendiſti ſub tartara,
„ Animarum ubi plurima
„ Mors tenebat agmina.
„ Horruit te ſenex tunc
„ Orcus antiquus,
„ Et voraciſſimus canis
„ Receſſit a limine.
„ Tu vero cum ſolviſſes catenis
„ ANIMARUM SANCTOS CŒTUS
„ Comitatu integerrimo
„ Laudes referebas Patri.

2 *Tom.* 1. Auctarii Combefiſiani *Biblioth. PP. edit. Pariſ. ann.* 1648. *pag.* 330.
„ Prima noſtra celebritas Dei ad homines adventum prædicat. Quæ vero hanc
„ ſequitur, aquarum ſanctificationem, ac baptiſmatis matricem exhibet. Ter-
„ tia, mortis interitum, ac trophæum Crucis, reſurrectioniſque donum, idque
„ quod attulit PATRIBUS LIBERTATEM fauſte nunciat. Quarta, primitiarum
„ noſtrarum ad cælos aſcenſum „.

σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ὅλον τοῦ θανάτου τὸν θησαυρὸν ἐκένωσε ... σήμερον ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος Χριστὸς τὸ τοῦ θανάτου προγονικὸν θεμέλιον γενόμενον συνετάραξε. τὸν Ἀδὰμ ἀνέσπασε, καὶ τὸν Ἄβελ διέσωσε, καὶ πᾶσαν τοῦ ᾅδου τὴν οἰκοδομὴν κατέστρεψε [1]. Philo Carpathiorum Epiſcopus [2], Sanctus Cyrillus Alexandrinus *in Oratione inſcripta religioſiſſimis Reginis, de RECTA FIDE cap.* LV. *πάλαι μὲν γὰρ*, inquit, *ἀπαλλαττόμεναι τῶν σωμάτων ἐν τοῖς ὑπὸ χθόνα μυχοῖς αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ κατεπέμποντο, πληροῦσαι τὰ τοῦ θανάτου ταμιεῖα. ἐπειδὴ δὲ Χριστὸς τὸ ἴδιον πνεῦμα παρέθετο τῷ πατρὶ, καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν. βαδιούμεθα γὰρ οὐκ εἰς ᾅδου. πόθεν; ἑψόμεθα δὲ μᾶλλον. καὶ κατὰ τοῦτο αὐτῷ τῷ πιστῷ κτίστῃ τὰς ἑαυτῶν παρατιθέμενοι ψυχὰς ἐν ἐλπίσιν ἐσμὲν ἀγαθαῖς. ἐγερεῖ γὰρ ἅπαντας ὁ* [3] Χρι-

1 *Ibid p* 411. „Hodie ſoluta ſoot vincula, quæ ſerpens io paradiſo fabricatus „ erat. Hodie ii, qui a ſeculo ſervi fuerant, in libertatem vindicati ſunt. Ho„ die Latro quinque milliom, ac qoingentorum annorum ſpatio flammei gladii „ præſidio munitum, elauſumque paradiſum, perſodit. Hodie *lux in tenebris* „ *lucens* univerſum mortis theſaurom exhauſit . . . Hodie ſummus angularis la„ pis Chriſtus jactum illud primigenium mortis fundamentum concuſſit. Revellit „ Adam, & ABEL SALVAVIT, & omnem inferni ædificationem evertit „.

2 *In Canticor. cap.* V. *pag.* 686. *tom.* V. *Biblioth. PP. edit Lugd. an.* 1677. „ Per „ deſcenſum ſponſi, quem Patrem appellat, Domini noſtri Jeſu Chriſti deſceo„ ſum ad inferos poſſumus intelligere, nt arbitror. Nam & hæc ſequentia verba „ probant, eum dixit: *ad aromatum phialas, ſive areolas*. PRISCI ENIM ILLI „ SANCTISSIMI VIRI per phialas aromatum non inepte ſignificantur, quales „ fuere NOE, ABRAHAM, ISAAC, JACOB, MOYSES, JOB, DAVID, SA„ MUEL, ELISÆUS, DANIEL, aliique quamplurimi ante legem, & in lege, „ qui qoidem omnes velut aromatum phialæ, ſive areolæ ſanctiſſimæ juſtitiæ odo„ res, ac fructus ſuaviſſime oluerunt. Tunc enim paradiſum triumphator ingreſ„ ſus eſt, cum AD INFEROS penetravit „. Viden' ut ſanctiſſimos viros in inferis fuiſſe, atque ad eos deſcendiſſe Chriſtum Philo confiteatur? Et *pag.* 695. *ſeq.* ad illa verba: Mandragoræ dederunt odorem: „ Poſſumus, *inquit*, etiam per „ Mandragoras olentes veteres illos, & priſcos Dei viros intelligere, qui cum odo„ re virtutum apud inferos deſcenderunt, adventum Chriſti præſtolantes. Siqui„ dem Mandragoræ radices ſub terram aguot . . . Quemadmodum & Sancti illi „ Patriarchæ, atque Prophetæ humanæ quidem naturæ participes, ſed a VERA „ DEI GLORIA SUB TERRA MORTUI, bene olentes tum uſque ad Chriſti „ reſurrectionis diem, QUO MERCEDEM ODORIS SUI FELICISSIME AC„ CEPERE SINE FINE VICTURI &c. „

3 *Tom.* III. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1671. *pag.* 108. „ Quoodam quidem (*in„ quit Cyrillus, qui anno poſt obitum Auguſtini ſcripſit*) humanæ animæ corpori„ bus exutæ ad ſubterraneos receſſus demittebantur, mortis receptacula illic „ impleturæ. Sed poſteaquam Chriſtus Spiritum ſuom Patri commendavit, „ etiam hanc nobis viam immutavit. Non eoim nunc deſceodimus ad inferos; „ ſed ducem noſtrum ſubſequimur, animiſque noſtris illi veluti fido conditori „ commiſſis, ſpe vivimus, quoad Chriſtus tandem univerſos ad vitam revo„ carit „.

Χριστῷ; idemque Cyrillus in Evangelium Johannis [1], inque Oratione Paſchali II. [2], aliiſque in locis, quæ deſcribere longum eſſet, ſimilia eſt perſequutus; Gelaſius inde Cyzicenus, qui *Libro Nicænorum monumentorum ſecundo*, ſic inducit Macarium Hieroſolymorum Epiſcopum Philoſopho, neſcio cui, religionis orthodoxæ myſteria exponentem: ἐβασίλευσε ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας· πολλοὶ ἅγιοι, πολλοὶ προφῆται, πολλοὶ δίκαιοι. καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τῆς τοῦ θανάτου ἐξουσίας ἑαυτὸν ἠδυνήθη λυτρώσασθαι. ἀλλὰ ἦλθεν αὐτὸς ὁ τῶν πάντων σωτὴρ, καὶ τὰς ἡμῖν χρεωστουμένας τιμωρίας εἰς τὴν ἐξ ἡμῶν, ἀνθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἀναμάρτητον αὐτοῦ ὑπεδέξατο σάρκα· κατεφερόμεθα μετὰ τὸν θάνατον εἰς, τὸν ᾅδην ἀνεδέξατο καὶ τοῦτο, καὶ κατῆλθεν ἑκουσίως εἰς αὐτὸν. οὐ κατηνέχθη καθάπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κατῆλθεν. οὐ γὰρ ἦν ὑποκείμενος τῷ θανάτῳ, ἀλλ' ἐξουσιαστὴς τοῦ θανάτου, καὶ μόνος κατελθὼν, μετὰ πλήθους ἀνελήλυθεν [3]. Quæ ubi dixit, atque alia quædam religionis dogmata numeravit, tum αὕτη, inquit, ἡ τῆς ἐκκλησίας ἀποστολικὴ, καὶ ἀμώμητος πίστις, ἥν τινα, ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων ἐκ προγόνων εἰς ἐκγόνους παραδοθεῖσαν ἡ ἐκκλησία πρεσβεύει [4]; Vetus item Auctor ſermonis *de*

 Paſ-

1 *Cap.* XII. *lib.* VII. *p.* 702. *& lib.* XI. *pag.* 913. *tom.* IV. *opp. edit. Pariſ. an.* 1637.

2 *Tom.* V. *opp. P.* II. *Homil.* XII. *pag.* 160. *& Homil.* XX. *pag.* 264.

3 *Lib.* II. *cap.* XXIII. *tom.* I. *Conciliorum edit. Pariſ. an.* 1714. *pag.* 419. „ Regnavit mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos, qui non peccaverunt. „ Multi Sancti, multi Prophetæ, multi juſti, & eorum nemo ſe ipſum e poteſtate mortis redimere potuit. Sed venit ille Salvator omnium, & a nobis „ debita ſupplicia in ſua carne, quæ ſine peccato erat, pro nobis ex nobis, „ & nomine noſtro ſuſcepit. DESCENDEBAMUS NOS POST MORTEM AD „ INFEROS, ſuſcepit & hoc, deſcenditque ſponte ad eos, non tamen detentus „ ſicut & nos, ſed deſcendit tantum; non enim erat ſubjectus morti, ſed mortis „ dominus; cumque ſolus deſcendiſſet, cum multis rediit „.

4 *Ibid.* „ Hæc eſt Eccleſiæ fides Apoſtolica, & inculpata, quam deſuper ab ipſo „ Domino, & per Apoſtolos, a Patribus ad Filios traditam Eccleſia colit „. Fidei ergo Catholicæ hoc eſſe Gelaſius Macarium ſequens putavit dogma, omnes ante Chriſtum ad inferos, pœnæ cauſſa, deſcendiſſe, idque pœnæ genus deſcenſu Chriſti ad inferos fuiſſe ſublatum. Neque vero de damnatis, aut de animabus purgatorio igne excruciatis intelligi id quidem poteſt. Nam hæ poſt Chriſti mortem manent in inferis, quoad ultimum quadrantem perſolverint: reproborum autem perpetuo manebunt. De animabus igitur Sanctorum Veteris Teſtamenti

Paſſione Domini, qui ſermo Athanaſio olim tribui conſuerat, & in quo legitur, ab Latrone recuperatum fuiſſe τὸν ἀπολόμενον παράδεισον *paradiſum*, qui *perditus* ante fuiſſet, & τὸν λῃστὴν πρῶτον βασιλείας ὁμολογίαν καρπωσάμενον εἶναι, & *latronem primum fructificaſſe regni confeſſionem* [1], Auctor quoque Sermonis alterius, qui Athanaſii præfert nomen, inſcributurque de Paſchate, in quo quidem ſermone *Prophetas*, *Sacerdotes*, omnes denique homines, qui ante Chriſtum deceſſerant, ad inferos deſcendiſſe, reperimus ſcriptum [2], Auctor Quæſtionum *ad Antiochum*, qui *Quæſtione* XIX. αἱ τῶν δικαίων ψυχαὶ, inquit, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ὡς ἐκ τοῦ λῃστοῦ τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μανθάνομεν, ὅτι ἐν τῷ παραδείσῳ ὑπάρχουσιν· οὐ γὰρ διὰ μόνην τὴν ψυχὴν τοῦ ἁγίου λῃστοῦ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἤνοιξεν τὸν παράδεισον, ἀλλὰ καὶ διὰ πάσας λοιπὸν τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς [3], Auctor Operis Imperfecti in Matthæum, quod olim Chryſoſtomo adſcribebatur [4], Eudocia Auguſta, quæ in *Homericis Centonibus* *de*

ſtamenti intelligendus Macarius eſt, quæ Chriſti beneficio exemptæ ex inferis fuerint, & de animabus Sanctorum novi Teſtamenti, quæ Chriſti ejuſdem merito ad inferos non deſcendunt. Sed quid multis eſt opus, id ut evincam, quod de Sanctis Veteris Teſtamenti, Marcarium intellexiſſe animadverti, ſi Macarius idem Juſtos, Sanctos, Prophetas nominat? Hoc reſtat, ut Macarium, & Gelaſium Graveſonianos, & Suareſianos fuiſſe Cadonicus dicat. Nam ſi ab Scholaſticis doctrinam repetit eam, quam a Patribus tot ante ſeculis fuiſſe traditam vidimus, mirabile certe non erit, ſi etiam ab Suareſio, Graveſonioque arceſſat, quod Macarius, quod Synodi Toletanæ, quod Gregorius quoque Magnus, quod alii Patres docuere: hoſque Patres, eas Synodos, Gregorium denique, atque Macarium Graveſonianos, Suareſianoſque fuiſſe dictitet.

1 *Num.* IV. *ſeq. tom.* II. *opp. S. Athanaſii pag.* 449. *edit. Pariſ. an.* 1698.

2 *Num.* II. *ſeq. ibid. pag.* 456. *ſeqq.*

3 *Tom. eundem opp. S. Athanaſ. pag.* 272. » JUSTORUM animæ, POST ADVENTUM CHRISTI (ut diſcimus ex Latrone, qui in cruce) in paradiſo ſunt. » Non enim propter ſolam Sancti Latronis animam Chriſtus Deus noſter APERUIT » PARADISUM, SED PRÆTEREA ETIAM deinceps PROPTER OMNES ANIMAS SANCTORUM ».

4 *Homilia* IV. *alias* V. *in cap.* III. *tom.* VI. *opp. S. Johannis Chryſoſtomi in Append. edit. Pariſ. an.* 1724. *pag.* XLII. » Ideo dixi *forſitan*, NE QUIBUSDAM » PLACEAT, ETIAM ANTE CHRISTI ADVENTUM JUSTORUM ANIMAS ASCENDERE POTUISSE IN CÆLUM. Alioqui NULLAM ANIMAM » ante Chriſtum arbitror aſcendiſſe in cælum, ex quo peccavit Adam, & clauſi » ſunt ei cæli, ſed OMNES IN INFERNO DETENTAS, PROPTER QUAS » etiam DESCENDIT AD INFEROS, ſicut ipſe teſtatur in Sapientia dicens: *deſcendam ad inferiores partes terræ, & viſitabo omnes dormientes, & illuminabo ſperantes in Deum* ».

de Chriſto Tom. VIII. *Biblioth. Patrum edit. Pariſ. an.* 1624. *pag.* 144. ſcribit [1]:

> Εδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων αἰδωνεὺς
> Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε μάλα λιγείως,
> Ωμοι. ἄφαρ δ' ὤιξε θύρας, καὶ ἀπῶσεν ὀχῆα.
> Ηλθον ἔπειθ' ὅσα φύλλα, καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ
> Ψυχαὶ ὑπὲρ ἐρέβους νεκύων κατατεθνηώτων,
> Αχνύμεναι. περὶ δ' αὐτὸν ἀγηγέραθ' ὅσσαι ΑΡΙΣΤΑΙ.
> Ηὔσεν δὲ διαπρύσιον νεκύεσσι γεγωνώς,
> Καρπαλίμως ἔρχεσθε, ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω
> Ενθα καὶ πατρὸς ἐμοῦ τέμενος, τεθαλῦα τ' ἀλωή.
> Ως ἄρα φωνήσας, ἡγήσατο. τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο.

qua ex re perſpicitur, *animas* etiam *optimas* ante Chriſti mortem, ſententia quoque Eudociæ Auguſtæ, fuiſſe in inferis *dolentes*, indeque Chriſti ejuſdem Servatoris beneficio ereptas, adductaſque in *locum Patris*; Aſterius præterea Epiſcopus Amaſenus qui in Pſal. v. ſic diſſerit: ἡ εἰς τὸ τέλος ὑπογραφή. ὑπὲρ τίνος; ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης· ὅθεν, ἐπειδὴ εἰς τὸ τέλος ὑπογράψαι, ὅτι ἤμελλεν πάσχειν, κάλαμον ἐν τῇ δεξιᾷ λαμβάνει σύμβολον τοῦ ὑπογράψαι· καὶ πορφύραν ἐνεδύσατο, ἵνα δείξῃ τῇ κληρονόμῳ ὅτι βασιλεύς ἐστιν, καὶ οὐκ ἰδιώτης ὁ ὑπογράφων, καὶ ὁ τίτλος ἀντὶ τοῦ χάρτου ἐπὶ τῷ σταυρῷ προσετίθετο· καὶ μετὰ τοῦ λῃστοῦ, τῇ λελῃστευμένῃ λέγει ὡς κληρονόμῳ. Θέλεις σοι, ὦ ἐκκλησία, τὴν ὑπογραφὴν παραναγινώσκω;

1 *Tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit. Pariſ. an.* 1589: *pag.* 638.

» Timuit autem inferius rex inferorum infernus
» Verius autem e ſede proſilit, & clamavit valde ſtridule,
» Hei mihi, ſtatim autem aperuit portas, & removit vectem.
» Venerunt deinde, quot folia, & flores fiunt vere,
» *Animæ* ſupra Erebum Cadaverum mortuorum
» Dolentes: Circa ipſum autem congregatæ ſunt *Quæcumque Optimæ*;
» Clamavit autem exaudibile mortuis vociferans:
» *Conſeſtim Venite*, ego autem *Viam Præcedam*.
» Ubi Patris mei locus, germinanſque plantarium.
» Sic utique loquutus præceſſit, hi autem ſimul ſequebantur &c.

ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. σήμερον γὰρ ἀποθνήσκω, καὶ εἰς νομὰς εἰσέρχῃ τῆς κληρονομίας [1], & Oratione v. *in Pſal.* v. ὦ νὺξ, inquit, ἐν ᾗ νυστάξας ὁ διάβολος γεγύμνωται. ὦ νὺξ ἐν ᾗ ὁ κληρόνομος εἰς τὴν κληρονομίαν τὸν κληρονόμον εἰσήγαγεν [2]; Capreolus, qui an. 431. Antiſtitis Carthaginienſis obtinebat dignitatem [3], Palladius Epiſcopus Helenopoleos [4], s. Paulinus Epiſcopus Nolanus [5], Baſilius Seleucienſis [6] in Oratione, quam

1 Apud Cotelerium *tom.* II. *Monumentorum Eccleſiæ Græcæ. pag.* 3. *edit. Pariſ. an.* 1681. » *IN FINEM* ſubſcriptio. Pro quo? Pro ea, quæ hæreditatem con» ſequitur. Quare? Quoniam debebat *IN FINE* ſubſcribere. Quando paſſurus » fuit, calamum dextra accipit, ſignum ſubſcriptionis, & purpuram induit, ut » oſtendat hæredi, regem eſſe, non privatum, qui ſubſcribit: ac titulus loco char» tæ in cruce propoſitus eſt, atque cum Latrone Eccleſiæ, quæ latrocinata fue» rat, loquitur tamquam hæredi, vis tibi, o Eccleſia, ſubſcriptionem recitem? » *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. HODIE ENIM MORIOR,* » *ET IN PASCUA HÆREDITATIS INGREDIERIS* ». Confer ejuſdem Orationem alteram *ibid. pag.* 24. & tertiam *ibid. pag.* 27.

2 *Pag.* 41. » O nox, in qua dormitans diabolus nudatus eſt. O nox, in qua hæ» res in hæreditatem introduxit hæredem ».

3 *In Epiſtola ad Vitalem, & Conſtantinum Hiſpanos Epiſcopos* adverſus Neſtorium *tom* VII. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. » *Chriſti* vox eſt in pſalmo: » *Non derelinques animam meam in inferno &c.* . . . Deus filium proprium homi» nem nec in inferis deſeruit, nec apud inferos dereliquit: cujus autem virtute, » ac majeſtate *ANTIQUA SANCTORUM* corpora viſa ſunt reſurrexiſſe, *SI* » *DEUS INFEROS MINIME VISITAVIT?* »

4 Nihil impedit, quin huc ſpectent, quæ Palladius de *Spoliotis* magna die ſabbathi a Chriſto inferis ſcribit in *Vita S. Johannis Chryſoſtomi. to.* XIII. *opp. ejuſd. Sancti pag.* 13. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1718.

5 *In Carmine de Obitu Celſi Pueri v.* 131. *ſeq. pag.* 670. *edit. Veron. opp. an.* 1716.

» Credenti donat regnum cæleſte Latroni,
» Clauſus adhuc terris: *JAM PARADISUM APERIT.*

Et v. 527. *ſeqq. pag.* 678.

» Denique quod verbo dixit, virtute probavit,
» Ipſe ſuum revocans ex abyſſis hominem.
» Tempore quamquam illo non tantum in corpore Chriſtus
» Signa ſuo dederit, cum cruce victor obit.
» Namque ut concuſſis patefecit *TARTARA* terris,
» Et vinctum inferno *CARCERE SOLVIT* Adam,
» Fiſſa *RESURGENTES* ruperunt ſaxa *SEPULTI*,
» Et novus in ſancta floruit Urbe tholus.
» Viderunt multi veterum renovata *PIORUM*
» Corpora deſcenſu vivificata Dei &c.

Mitto cetera Paulini teſtimonia, quæ huc plane omnia recidunt. Hoc animadverto: Si hæc Paulinus aliud agens, de ſoluto Adamo, qui *vinctus inferno* fuerat, deque Sanctis, deſcenſu Chriſti ad *inferos*, revocatis ad vitam dixit, quæ ſane efficiunt, *Sanctos* in inferis fuiſſe, ut *deſcenſu* Chriſti ad *inferos* revocari ad vitam poſſent; quid fuiſſet dicturus, ſi de triumphis Chriſti ex inferis redeuntis ex inſtituto agere voluiſſet?

6 *Orat.* XXXIX. *de Sanctiſs. Deiparæ Annunciatione p.* 210. *ſeq. edit. Pariſ.* 1621.

Digitized by Google

quam de Abele, & Caino habuit: δίκαιος γὰρ ἀδίκως ὑπὸ θανάτου κρατούμενος, ἔρημον δικαιολογίας κατασκευάζει τὸν ᾅδην καὶ τὸ τοῦ θανάτου προοίμιον τὴν τοῦ θανάτου κατάλυσιν ἐγγυᾶται· ταύτην γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἀνθρώπων τὴν κρίσιν εἰς ἑαυτὸν ἐκδεξάμενος, καὶ τὸ τοῦ θανάτου κράτος ἄδικον ὑποδείξας δικαίως κατέλυσε· σάρκα γὰρ ἀναμάρτητον, εἰς ἑαυτὸν παραπέμψας ὁ ᾅδης ἀδίκως, καὶ οὓς εἶχε δικαίους δι' ἐκείνην ἐξέμεσε. τοσοῦτον θησαυρὸν ἡ κατὰ τὸν Ἀβὲλ διήγησις κρύπτει [1]; Auctor Quæſtionum ad orthodoxos, quæ extant inter opera Juſtini Martyris [2], Sanctus Leo Magnus Eccleſiæ Catholicæ Pontifex [3], Claudius Marius Victor

1 *Orat.* IV. *p.* 20. *ſeq.* » Juſtus a morte injuſte occupatus juſtæ cauſſæ dictionem » inferno eripit, & primam mortis viam mortis diſſolutionem fore ſpondet. Hanc » enim in ſemet Chriſtus excipiens hominum cauſſa controverſiam, patefacto » mortis injuſto dominatu, diſſolvit, carnem enim impeccabilem ad ſe trahens » infernus injuſte, *JUSTOS* etiam, quos *TENEBAT*, *EVOMUIT*. Tantum » theſaurum tegit instituta de Abele narratio ». Similia perſequitur *Orat.* XXXI. *tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 471. quo loco ajens *Enochum declinaſſe infernum*, indicat, ceteros, qui non ita, ut ille fuiſſent tranſlati, ad inferos deſcendiſſe. Quin etiam addit, Chriſtum ad inferos deſcendentem, *ſolviſſe vinctos*. Quinam autem hi erant vincti, niſi Sancti, ut Abel, ut Abraham, ut ceteri, qui non ita, ut Enochus, fuiſſent tranſlati? Quamquam de Enocho alia quæſtio eſt, de qua non eſt modo diſputandi locus.

2 *Quæſt.* LXXXV. *pag.* 109. *Append. opp. S. Juſtini Mart. edit. Venet. an.* 1747. Reſurrectionem Sanctorum, quorum fit in Evangelio mentio, argumento fuiſſe ait πάσαις ταῖς ἐν τῷ ᾅδῃ ψυχαῖς *omnibus in INFERNO ANIMABUS*, Chriſti mortem ſalutis hominum eſſe pretium. Cur autem iis, quæ in *INFERIS* erant, niſi quod animæ etiam illæ Sanctorum in inferis antea fuiſſent? Hinc *quæſt.* LXXV. *pag.* 104. *ſeq.* dum dicit, juſtorum animas in paradiſum, malorum in inferos induci, de juſtis novi Teſtamenti dicit. Quare utitur Pauli teſtimonio de his agens; de injuſtis autem diſſerens ad auctoritatem Teſtamenti Veteris confugit, locumque affert e XIV. capite Iſaiæ.

3 Non enim in ſtagnum ignis, neque in loca tormentorum, in quibus animæ ſunt purgatoriis ignibus cruciatæ, ſed in *tenebroſam inferorum caliginem Chriſtum deſcendiſſe* ait, additque: » etiam illic tunc *ABSQUE DUBIO* dies ſplendidiſſimus » fuit, ubi Salvator illuxit; unde pulcre Evangeliſta, qui lectus eſt: *& lux*, „ inquit, *in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*; quia licet in „ tenebras Dominus deſcenderit, tenebrarum tamen obſcura non ſenſit. Tenuit „ in illo noctis horrore inviolabilem majeſtatis ſuæ ſplendorem lux ſempiternæ » naturæ, ac non lux a nocte, ſed nox a luce ſuperata eſt. Lætemur ergo » dilectiſſimi, & exultemus in Domino; hodie enim nobis data eſt a Domino » lux ſalutaris ſecundum illud, quad pſalmiſta in conſequentibus ait: *Deus Dominus & illuxit nobis* „. *Sermone* LXXXI. *de Reſurect. Domini cap.* 2. *ſeq. p.* 106. *edit. Rom. an.* 1751. Et *ſerm.* XXIV. *cap.* V. *p.* 58. „ Adamus cupidus honoris Angelici „ naturæ ſuæ perdidit dignitatem; hic infirmitatis noſtræ ſuſcipiens conditionem, „ *PROPTER QUOS AD INFERNA DESCENDIT*, *EOSDEM IN CÆLESTIBUS COLLOCAVIT* „. Confer *ſerm.* LXXII. *de Aſcenſ. Domini cap.* IV. *pag.* 109. & *ſerm.* LXXIII. *al.* LXXII. *pag.* 210. & *ſerm.* LXVII. *de Paſſione Domini* *pag.*

Victor [1], Lucidus Presbyter in eo Libello, quem Synodi Arelatenſis Patribus obtulit, quoque errores, in quos inciderat, damnavit [2]; Philippus Presbyter, qui audivit Hieronymum [3], incertus Auctor *Carminis de Laudibus*

pag. 191. quo loco: „ Inimicus, *inquit*, humani generis mortificatæ in ipſa origine univerſitati lethale vulnus intulerat, nec poterat declinare jus ferreum deditiii ſeminis *CAPTIVA* progenies: unde enim in tot generationibus mortali ſibi *LEGE SUBJECTIS* unum videret inter hominum filios, cujus virtutem ſuper omnes totius operis *SANCTOS* miraretur excellere, ſecutum ſe fore credidit de *PERPETUITATE SUI JURIS*, ſi nulla juſtitiæ merita ſævæ potuiſſent ſuperare vim mortis &c. „ *Et ſerm.* L. *cap.* I. *pag.* 139. *& ſerm.* LXII. *cap.* I. *&* II. *pag.* 175. *& ſerm.* LIX. *item de Paſſione pag.* 167 ubi Judæos accuſat, quod ad arguendum eos nec cæleſtia, nec *INFERNA SUFFICERENT*. Quod ad reſurrectionem certe *SANCTORUM* ſpectat, qui ex inferis revocati venerunt in ſanctam Civitatem, & apparuerunt multis. Quare *ſerm.* LV. *pag.* 154. *Hoc ſupplicium Crucis*, inquit, *petras rupit*, *MONUMENTA PATEFECIT*, *INFERNA RESERAVIT*, *& denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit*. Quodſi hæc non tam eſſent per ſe ipſa perſpicua, auctoritate tamen Gregorii Magni perſpicua fierent, cujus hac de re non tam eſſent apertæ, manifeſtæque ſententiæ, ſi recte aliorſum accipi Leonis præceſſoris ſui verba poſſe intellexiſſet.

1 *In Præfat. ad libros Commentarior. in Geneſim*. *to.* VIII. *Biblioth. PP. p.* 417.

„ Lato in ſidera vultu
„ Erexiſti hominem, quem ſævi fraude tyranni
„ In mortis laqueos, & ad impia tartara raptum
„ Unigeni redimis profuſo ſanguine nati.
„ Eque imis erebi dona ad majora petitum
„ Reſtituis, quam factus erat: vitæque perenni
„ Reddis, & in cælum diro vetus hoſte ſubacto.
„ Jam jam nemo Patrem temerarius arguat Adam,
„ Quod leve præſcriptum violata lege reſolvens
„ Ad lethum patefecit iter; nam culpa parentis
„ Compenſata ſatis; quia plus eſt vincere mortem,
„ Quam neſciſſe mori: cæli nunc lætus ab aula
„ Deſpicit ætherios axes, & ſidera calcat.

2 De eo libello Natalis Alexander *Hiſtor. Eccleſiaſtica ſeculi* V. *Diſſertatione* V. *Propoſit.* IV. *pag.* 211. *edit. Lucenſis anni* 1751. „ Obiiciunt Gilbertus Mauguinus, & Janſenii Apologiſtæ, hæc omnia, quæ (de Prædeſtinatianorum hæreſi Fauſti Regienſi litteris continentur) mera eſſe Fauſti commenta, cui Semipelagianorum Antiſtiti nulla ſit adhibenda fides. Reſpond. Nos ſolius Fauſti auctoritate non niti, ſed Concilii Arelatenſis, quod Fauſti Epiſtolam approbando, ſuam fecit. Nitimur etiam *LUCIDI LIBELLO*, qui ſe iis *ERRORIBUS*, quos ejurat, adhæſiſſe teſtatur „. Lucidi libellus, *in quo fidei ſuæ profeſſionem juxta Synodi Arelatenſis ſtatuta deponit*, quique extat *tom.* II *Conciliorum edit Pariſ. an.* 1714. *pag.* 809. *ſeq.* ſic habet: „ Damno vobiſcum ſenſum illum ... qui dicit Patriarchas, ac Prophetas, vel ſummos quoſque Sanctorum, etiam ante Redemptionis tempora, intra paradiſum degiſſe „.

3 *Commentarior. in Job. cap.* XXXVIII. *pag.* 168. *tom.* V. *opp Hieronymi edit. Pariſ. an.* 1706. „ In paſſione Domini hæc, quæ dicuntur, luce ſunt clariora, qui clauſtra inferorum aperuit, *ET SANCTORUM INDE ANIMAS LIBERAVIT* „.

bus Domini [1], vetus item, idemque non obſcurus, Auctor Operis *de Promiſſionibus*, & *Prædictionibus Dei*, quod opus ſancto Proſpero ab Caſſiodoro attributum fuit, extatque inter opuſcula Proſperi [2].

§. II.

Et Seculo Eccleſiæ IV.
Indicatur, quæ fuerit hac de re Auguſtini, eorumque Patrum ſeculi ejuſdem, quos Auguſtinus ſæpe, imprimiſque in libris adverſus Pelagianos commendat, ſententia.

Jam ſeculo V. quam multi, quamque illuſtres eruditione, virtute, dignitate Catholici fuerint, qui crederent, teſtarentur, prædicarent, proponerent ad credendum, Sanctos Veteris Teſtamenti Patres, antequam peractum fuiſſet redemptionis humanæ myſterium, in inferis conſtitiſſe, Servatoremque expectaſſe, qui eos e tenebris in lucem, e captivitate in libertatem vindicaret, demonſtratum a me eſt hujuſce capitis paragrapho ſuperiore. Quin etiam ſi quem umquam, unum Lucidum contra ſentire fuiſſe auſum; ſed juſſum mox ab Epiſcopis, qui in Synodum Arelatenſem convenerant, fuiſſe, id ut damnaret, quod dixerat, ni diris devoveri, atque e cœtu orthodoxorum pelli, exterminarique vellet. Auguſtinum autem, qui, ut animadverti, ad triceſimum ſeculi ejuſdem

1 *Tom.* VIII *Biblioth PP. Bigneanæ edit. Pariſ. an.* 1589. *pag.* 984. Huic conſonat Amœnus *in Enchirid. Vet. & Novi Teſt. ibid pag* 501.

2 *P.* III. *Promiſs.* XXVIII. *impleta*: *Append. opp. S Proſperi*: *edit. Pariſ. anno* 1711 „ Quod in morte Sanctorum corpora ſurrexerunt . . . teſtatur & Petrus „ Apoſtolus dicens: *ideo & mortuis evangelizatum* eſt. Fatetur & Sibylla:

„ Tartareumque chaos monſtravit terra dehiſcens.
„ . . . . . Tetri portas infringet averni.
„ *Sanctorum* ſed enim *cuncta* lux libera carni.

Confer S. Auguſtinum *lib.* XVIII. *de Civit. Dei cap.* XXIII. *pag.* 505. *edit. Pariſ. an.* 1685. *tom.* VII. *opp.* qui verſus eoſdem deſcribit.

dem quinti annum produxit vitam, quis ſine injuria defendet, aut ignoraſſe, quod orthodoxi omnes, diſſidente omnino nemine (nam Lucidus multo poſt S. Doctoris mortem contra obloqui cœperat) quod, inquam, orthodoxi omnes Epiſcopi, Presbyteri, Clerici reliqui, laici, ne Eudocia quidem Auguſta excepta (quæ ex idolorum ſuperſtitione ſeſe ad Chriſtiana ſacra converterat) ubique tanta conſenſione profitebantur; aut, nulla ejus conſenſionis habita ratione, ſecus atque ipſe & ſæpe, & vi quadam orationis pæne divina adverſus Manichæos [1], Donatiſtas, Pelagianos ſtatuerat, vel reprobandum, vel in res dubias, incertaſque rejiciendum putaſſe? Quod ſi Cadonicus adverſus tam multos tot ſeculorum, quot hactenus numeravi, omnium gentium, atque ordinum orthodoxos, imprimiſque adverſus tot Antiſtites Eccleſiarum pugnans, perget Auguſtinum ſibi præſidio fuiſſe dicere; illud denique ex me extorquebit, iis ut verbis in ipſum, utar quibus idem eſt uſus S. Doctor in Julianum Pelagianum diſputans, qui Johannem Chryſoſtomum erroris ſui appellarat teſtem [2]. „ Itane verba
„ ſancti Johannis (dicam ego *s. Auguſtini*) Epiſcopi audes
„ tamquam e contrario tot, taliumque ſententiis COL-
„ LEGARUM ejus opponere, eumque ab illorum con-
„ cordiſſima ſocietate ſejungere, & eis adverſarium con-
„ ſtituere? Abſit, abſit hoc MALUM DE TANTO VI-
„ RO CREDERE, AUT DICERE. ABSIT, inquam,
„ ut Conſtantinopolitanus Johannes (*ut Auguſtinus Hip-*
„ *ponenſis*) tot, ac tantis COEPISCOPIS ſuis, maxime-
„ que.. Cappodoci Baſilio, Nazianzeno Gregorio, Gal-
„ lo Hilario, Mediolanenſi Ambroſio „ (*de quibus equidem mox agam*, addam interea Romano Gregorio, Petro Ravennati &c.) „ reſiſtat. Alia ſunt in quibus in-
„ ter ſe aliquando etiam doctiſſimi, atque optimi regu-
„ læ

1 *Pag. 686. edit. Antuerp. an. 1700. tom. IV.*
2 *Cap. VII. num. 34. pag. 342. tom. X. edit. ejuſd.*

„ læ Catholicæ defenſores, ſalva fidei compage non con-
„ ſonent, & alius alio de una re melius aliquid dicit,
„ & verius. Hoc autem, unde nunc agimus „ (*commune omnium eſt*) „ Hoc ſenſit, hoc credidit, hoc didicit,
„ hoc docuit, & Johannes (*& Auguſtinus*). Sed tu ejus
„ verba in veſtrum dogma convertis ... Nam vis audi-
„ re quid etiam ipſe de hac re apertiſſime dixerit? Ec-
„ ce ipſum numero illi adjungo Sanctorum. Ecce inter
„ meos teſtes, vel inter meos conſtituam judices, quem
„ putaſti patronum tuum. Ecce & ipſum dicturus es
„ Manichæum. Ingredere Sancte Johannes (*S. Auguſti-*
„ *ne*), ingredere, & conſide cum fratribus tuis, a qui-
„ bus te nulla ratio, & nulla tentatio ſeparavit. Opus
„ eſt & tua, & maxime tua ſententia: quoniam in tuis
„ litteris iſte inveniſſe ſe putat, unde tot, tantorum-
„ que Coepiſcoporum tuorum ſe arbitratur percellere,
„ & evacuare ſententias. Quod ſi vere tale aliquid in-
„ veniſſet, & quod ipſe ſentit, te ſentire claruiſſet:
„ nunquam te unum, pace tua dixerim, tot & talibus
„ præferre in ea cauſſa poſſemus, DE QUA NUMQUAM
„ FIDES CHRISTIANA, ET ECCLESIA CATHOLI-
„ CA VARIAVIT. SED ABSIT, UT TU ALIUD SA-
„ PERES, ET IN EA TAM PRÆCIPUUS EMINE-
„ RES. Dic ergo & tu aliquid, unde iſte confunda-
„ tur, & revereatur, quia quærit maculam meam...
„ Audi jam Juliane (*Cadonice*) quid etiam Johannes (*Au-*
„ *guſtinus*) cum ceteris Catholicis Doctoribus dicat „.

Auguſtinus igitur in *Pſalm.* LXXXV. *n.* XVIII.[1] „ Non-
„ dum, *inquit*, Dominus venerat ad infernum, ut ERUE-
„ RET INDE OMNIUM SANCTORUM PRÆCEDEN-
„ TIUM ANIMAS, & tamen ABRAHAM in requie
„ IBI erat „. Quidpiam ne clarius expetere quiſquam poterit? In inferno igitur erat ABRAHAM, nempe IBI. Id vero nihil hæſitans Auguſtinus ſcribit. Rurſum

CCCC

1 *Tom.* IV. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. *pag.* 686.

ſum erat IBI ABRAHAM in *requie* quidem, at ERUENDUS inde. Chriſtus enim eo deſcendit, ut ERUERET OMNIUM SANCTORUM PRÆCEDENTIUM ANIMAS. In his præcedentibus Sanctis erat ABRAHAM. Nam OMNES fuiſſe ex inferis ERUTOS Auguſtinus teſtatur. Quis autem putet, ex OMNIUM SANCTORUM PRÆCEDENTIUM numero Abrahamum excludi oportere? Jam vero eum, qui libertate tam egebat, ut ERUENDUS EX INFERIS eſſet, quotuſquiſque exiſtimet fruitum fuiſſe viſione Dei? Satis hic mihi nunc erit Auguſtini locus. Nam, quidquid contra adverſarii ſcribant, rem plane conficit. Quod autem illi ſcribunt, libro hujuſce operis II. ſingulari capite refellam.

Interea Patres, qui ſeculo eodem IV. floruerunt, quoſque Auguſtinus in libris adverſus Pelagianos laudat, recenſebo, oſtendamque, quam longe a novo Cadonici dogmate diſtarint. Agam autem priore loco de Hieronymo [1], de quo Auguſtinus in I. contra Julianum libro [2] ſcribit hoc modo: „ Nec Sanctum Hieronymum, quia „ Presbyter fuit, contemnendum arbitreris, qui græ„ co, & latino, inſuper & hebræo eruditus eloquio „ ex occidentali ad orientalem tranſiens Eccleſiam in lo„ cis ſanctis, atque in litteris ſacris uſque ad decre„ pitam vixit ætatem, omneſque vel pæne omnes, qui „ ante illum aliquid ex utraque parte orbis de doctrina „ Eccleſiaſtica ſcripſerant, legit, nec aliam de hac re „ tenuit, prompſitque ſententiam „. Hieronymus igitur is, cujus tantum apud Auguſtinum valuerat auctoritas, in Epiſtola ad Algaſiam [3]: „ Quod, *inquit*, Joh. Baptiſta „ dicit, *tu es, qui venturus es, an alium expectamus*? „ hunc quoque ſenſum habere poteſt: Scio quod ipſe „ ſis, qui tollere veniſti peccata mundi, ſed QUIA AD „ INFEROS DESCENSURUS SUM, etiam hoc inter„ rogo,

1 Vide quæ ſcripſi ſupra *pag.* 147. *ſeqq.*
2 *Lib* I. *contra Julianum* c. VI. *n.* 22. *to* X. *opp. p.* 535. *ſeq. edit. Antuerp. an.* 1700.
3 *Quæſt.* I. *tom.* I. *opp. P.* 2. *pag.* 188. *edit. Pariſ. an.* 1706.

Digitized by Google

„ rogo, utrum & illuc ipſe deſcendas, an impium ſit „ hoc de Filio Dei credere, aliumque miſſurus ſis? Hoc „ autem ſcire deſidero, ut qui te in terris hominibus „ nunciavi, etiam INFERIS nunciem, ſi forte venturus „ es. Tu enim es, qui veniſti dimittere captivitatem, „ & ſolvere eos, qui in vinculis tenebantur „. Rurſum S. Auguſtinus *in* III. *de Peccatorum meritis, & remiſſione libro* [1] adverſus Pelagianos diſputans: „ Nunc neſcio, *inquit*, cujus nova diſputationis audacia quidam nobis „ facere conantur incertum, quod majores noſtri tamquam certiſſimum proferebant. Quando enim primitus hoc diſputari cœperit, neſcio; illud tamen ſcio, „ quod etiam Sanctus HIERONYMUS, qui HODIEQUE IN LITTERIS ECCLESIASTICIS TAM EXCELLENTIS DOCTRINÆ FAMA, AC LABORE „ VERSATUR, ad quaſdam ſolvendas in ſuis libris quæſtiones hoc certiſſimum adhibet SINE ULLA DISCEPTATIONE DOCUMENTUM. Hunc doctiſſimum „ virum ſi facile interrogare poſſemus, quam multos „ utriuſque linguæ Divinarum Scripturarum tractatores [2], & chriſtianarum diſputationum Scriptores commemoraret, qui NON ALIUD, EX QUO CHRISTI ECCLESIA EST CONSTITUTA, SENSERUNT. „ Ego quidem quamvis longe pauciora legerim, NON „ MEMINI ME ALIUD AUDIVISSE A CHRISTIANIS, QUI UTRUMQUE ACCIPIUNT TESTAMENTUM, non ſolum in Catholica Eccleſia, verum „ etiam in qualibet hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutis, „ non memini me legiſſe apud eos, QUOS DE HIS RE-

1 *Cap.* VI. *num.* 12. *pag.* 51. *tom.* 1. *edit. Antuerp. an.* 1700.

2 De Græcis, Latiniſque Scriptoribus Chriſtianis agit hic Auguſtinus; de Rabbinis autem nullo modo. Non enim auſcultandum exiſtimabat iis, qui novum Teſtamentum averſarentur. Viderit Dalhamus, hæccine Auguſtiniana cum ſua ſententia poſſit componere. Nam is Chriſtiana quæque monumenta minoris, quam Rabbinicas nugas æſtimans, nullum ſe hoc de genere omni argumentum fortius inveniſſe ſcribit eo, quod ex Thalmudicis libris concluditur. Nempe cum maxime Auguſtinum ſequi ſe jactat, tum ab Auguſtino recedit maxime.

„ BUS ALIQUID SCRIBENTES LEGERE POTUI, qui „ Scripturas Canonicas ſequerentur, vel ſequi ſe cre- „ derent, credive voluiſſent. Unde nobis hoc negotium „ repente emerſerit, neſcio „.

Videamus nunc jam, num Hieronymus tam *ſine ulla diſceptatione* hoc, quod ad inſtitutum noſtrum pertinet, *adhibuerit*, quam illud *adhibuit* teſtimonium, quod de peccato originis contra Pelagianos ex ipſo Auguſtinus affert. „ Si Abraham, *inquit in Epitaphio Nepotia-* „ *ni*[1], ſi Abraham, Iſaac, & Jacob in inferno, quis „ in cælorum regno? Si amici tui (Chriſte Salvator) „ ſub pœna offendentis Adam, & qui non peccaverunt, „ alienis peccatis tenebantur obnoxii, quid de iis cre- „ dendum eſt, qui dixerunt in cordibus ſuis *non eſt* „ *Deus*?..... Ante Chriſtum ABRAHAM APUD IN- „ FEROS, POST CHRISTUM LATRO IN PARADI- „ SO. Et IDCIRCO in reſurrectione ejus multa dor- „ mientium corpora ſurrexerunt, & viſa ſunt in cæ- „ leſti Hieruſalem. Tuncque impletum eſt illud elogium: „ *Surge qui dormis, & elevare, & illuminabit te Chriſtus.* „ Johannes Baptiſta in Eremo perſonat: *Pœnitentiam* „ *agite &c. appropinquavit enim regnum cælorum. A die-* „ *bus enim Johannis Baptiſtæ regnum cælorum vim pati-* „ *tur, & violenti rapiunt illud*. Flammea illa romphæa „ cuſtos paradiſi, & præſidentia foribus Cherubim CHRI- „ STI RESTINCTA, ET RESERATA SUNT SANGUI- „ NE... Adde quod ante reſurrectionem Chriſti no- „ tus tantum *in Judæa Deus erat &c.* & IPSI, QUI NO- „ VERANT EUM, TAMEN AD INFEROS TRAHE- „ BANTUR „. En ut SINE ULLA DISCEPTATIONE hoc Hieronymus *adhibuerit teſtimonium*. Pergamus ad reliqua. Idem de obitu Bleſillæ ſcribit ad Paulam[2]: „ Sed

1 *Epiſt.* XXXV. *alias* III. *ad Heliodorum tom.* IV. *opp. P.* II. *pag.* 267. *edit. Pariſ. an.* 1706.
2 *Epiſt.* XXII. *al.* XXV. *pag.* 56. *ſeq. tom. eodem* IV. *P.* II.

„ Sed dices: quomodo lugere me prohibes, quum & „ Jacob Joſeph in ſacco fleverit ... & David Abſalom „ cooperto capite planxerit ? ... Perfacilis reſponſio „ eſt „ (nondum enim ortus erat Cadonicus, cui divinitus reſervata, ut ipſe ait, ea ſors erat, ut non tam eſſe facilem reſponſionem animadverteret: ſed hunc mittamus; audiamus Hieronymum) „ Luxiſſe Jacob filium, „ quem putabat occiſum, ad quem & ipſe erat AD „ INFEROS deſcenſurus, quia necdum paradiſi januam „ Chriſtus effregerat, necdum flammeam illam rom- „ phæam, & vertiginem præſidentium Cherubim San- „ guis ejus extinxerat. Unde & Abraham, licet in loco „ refrigerii, TAMEN APUD INFEROS CUM LA- „ ZARO fuiſſe ſcribitur ... In Jeſu vero, id eſt in Evan- „ gelio, per quem PARADISUS eſt apertus, mortem „ gaudia proſequuntur „. Poterat ne Hieronymus de re quaque certa clarius, certiuſque ſcribere? Præterea in *Pſalm.* xv. [1] „ Non *derelinques*, inquit, *animam meam* „ *in inferno*, quia propterea illuc deſcendit (*Chriſtus*), „ ut ELECTOS SUOS exinde ejiceret „. Quinam autem hi fuerint electi, ex iis, quæ modo deſcripſimus, Hieronymi teſtimoniis plane conſtat. In caput autem III. Eccleſiaſtis [2] : „ Hoc dicit Eccleſiaſtes, *inquit*, non quod „ animam putet perire cum corpore, ſed QUOD AN- „ TE ADVENTUM CHRISTI OMNIA AD INFEROS „ PARITER DUCERENTUR. Unde & Jacob ad in- „ feros deſcenſurum ſe dicit. Et Job pios, & impios in „ inferno queritur retentari. Et Evangelium chaos ma- „ gnum interpoſitum apud inferos, & Abraham cum „ Lazaro, & divitem in ſuppliciis eſſe teſtatur. Et re- „ vera antequam flammeam illam rotam, & igneam „ romphæam, & PARADISI FORES Chriſtus cum la- „ trone reſeraret, clauſa erant cæleſtia, & ſpiritum peco-

1 *Tom.* II. *opp. edit. ejuſd. pag.* 151.
2 *Pag.* 736. *tom. eodem* II. *opp.*

„ pecoris, hominiſque æqualis VILITAS COARCTA-„ BAT. Et licet aliud videretur diſſolvi, aliud RESER-„ VARI; tamen non multum intererat perire cum cor-„ pore, VEL INFERNI TENEBRIS detineri „. Et in cap. IX „ [1] Quod autem ait Eccleſiaſtes: *In inferno quo „ tu vadis illuc*: nota, ut SAMUELEM quoque VERE „ IN INFERNO CREDAS FUISSE, ET ANTE AD-„ VENTUM CHRISTI, QUAMVIS SANCTOS, O-„ MNES INFERNI LEGE DETENTOS. Porro quod „ Sancti POST RESURRECTIONEM DOMINI ne-„ quaquam teneantur in inferno, teſtatur Apoſtolus di-„ cens: *Melius eſt diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Qui au-„ tem CUM CHRISTO EST, UTIQUE NON TENE-„ TUR IN INFERNO „. Quid hic nobis ad creden-dum proponit? *Ut credas*; inquit. Quid credam? *Ante adventum Chriſti Samuelem, & ceteros quamvis Sanctos inferni lege fuiſſe detentos*; eoſque, qui *cum Chriſto ſunt, non teneri inferno*. Mirum ni Cadonicus Suareſianum, & Graveſonianum Hieronymum fuiſſe dicat. Non enim illi magis, quam hic nobis credendum exhibet, quod eſt de Sanctis non ante beatis, neque eductis ex inferis, quam Chriſtus objiſſet mortem. In caput item IX. Zachariæ [2]: „ Facit Propheta apoſtrophen, *inquit*, ad „ ipſum Chriſtum, de quo vaticinium eſt, & loquitur: „ *Tu quoque in ſanguine Teſtamenti, ſive pacti tui eripuiſti „ vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*. Quod ita in-„ telligitur: In ſanguine paſſionis tuæ EOS, QUI VIN-„ CTI IN CARCERE TENEBANTUR INFERNI, in „ quo non eſt ulla miſericordia, TUA CLEMENTIA „ LIBERASTI. Denique poſtquam Dominus reſurre-„ xit, hi qui PECCATIS ADAM, ſive ut quidam vo-„ lunt erroris INOLITI, AC MORTIS VINCULIS „ tenebantur, reſurrexerunt cum eo, & apparuerunt in „ ſan-

1 *Ibid. pag. 767.*
2 *Tom. III. opp. edit. ejuſd. pag. 1760.*

„ ſancta civitate ... Rurſumque ad ipſos, qui vincti „ erant, & Chriſti miſericordia liberandi, ſermo dirigitur: *communimini ad munitionem vincti ſpei*. Et eſt „ ſenſus: qui nunc vincti eſtis, & immiti, ac terribili „ inferno tenemini, qui ſolutionem vinculorum IN „ CHRISTI SPERATIS ADVENTU, convertimini ad „ munitionem, ſive ſedebitis ad munitionem, de qua ſcriptum eſt: *munimentum Sancti timor Domini*. Hanc „ autem munitionem, ad quam Deus cohortatur VINCTOS SPEI, ſive vinctos ſperantes Eccleſiæ, non „ aliam DEBEMUS ACCIPERE, niſi HABITATIONEM PARADISI, in quam PRIMUS CUM DOMINO LATRO INGRESSUS EST: & idcirco per Zachariam provocantur ad munitionem, quia jam tunc, „ & ex illo tempore Dominus promittebat, ut pro brevi tribulatione æterna reciperent præmia „. Et in *Oſeæ cap.* III. [1] „ *Vaſa deſiderabilia*, quæ in theſauro retinebantur, INFERNI SANCTOS intelligimus, quos „ alligato forte [2] Dominus eripuit, & tulit de INFERIS, & quaſi vaſa pretioſiſſima ſecum perduxit in „ paradiſum. Pro theſauro ſeptuaginta *terram* tranſtulerunt. Terra, haud dubium, quin mortem ſignificet. „ Et in pſalmis legimus: *Credo videre bona Domini in terra viventium*: ſed mortuorum, quæ diripitur, atque vaſtatur, quando morte Chriſti, VINCTÆ APUD „ INFEROS ANIMÆ LIBERANTUR „. Et in *cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios* [3]: „ Inferiora terræ, infernus accipitur, „ ad quem Dominus noſter, Salvatorque deſcendit „. Quamobrem autem? (Quam vereor, ut Cadonicus Hieronymum Scholaſticum fuiſſe dicat tam multo ante, quam coli Scholaſticorum diſciplina cœpiſſet. Nam cauſſam deſcenſus Chriſti ad inferos eamdem affert, atque afferre Scholaſtici conſueverunt) „ Nempe ut Sanctorum „ ani-

1 *Pag.* 1331. *tom. eod.* III.
2 Alludit *ad cap.* XII. *Evang. Matthæi v.* 29. *& ad cap.* III. *Evang. Marci v.* 27.
3 *Tom.* IV. *P.* I. *pag.* 364.

„ animas, quæ ibi tenebantur incluſæ, ſecum ad cælos „ victor abduceret. Unde & poſt reſurrectionem ejus „ plurima corpora Juſtorum in ſancta civitate viſa ſunt. „ Quod autem infernus in inferiori parte terræ ſit, & „ pſalmiſta teſtatur dicens: *Aperta eſt terra, & devoravit* „ *Dathan &c.* „ Sexcenta ſunt ejuſmodi apud Hieronymum, quæ deſcribere longum eſſet. Interea ſatis hæc fore cuique arbitror, ut intelligat: Hieronymum illum, quem tanti Auguſtinus pendebat, ut ejus auctoritate reprimi Pelagianorum conatus poſſe judicaret, propterea quod *in litteris eccleſiaſticis, tam excellentis doctrinæ fama, ac labore verſaretur*, illudque *certiſſimum adhibuiſſet ſine ulla diſceptatione documentum*; Hieronymum, inquam, illum (qui, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti *ereptis ex inferis*, *e vinculis*, *e tenebris &c.* ac proinde ante Chriſtum expertibus viſionis Dei, dogma ut non minus certum, quam illud quod eſt ab Auguſtino adverſus Pelagianos allatum [1]; ideoque *credendum ſine ulla diſceptatione* exhibuit) novo dogmati Cadoniciano exitio futurum.

Hieronymo addam Johannem Chryſoſtomum, de quo quid Auguſtinus ſenſerit, initio hujuſce §. demonſtratum eſt. Is *Oratione in Quatriduanum Lazarum de Chriſti precibus contra Anomaos* [2]: Ἠθέλησε τὸν λῃστὴν, inquit, εἰς τὸν παράδεισον εἰσενέγκειν. ϗ εὐθέως λόγον εἶπε,

1 Non enim minus tuto, minuſque indubitanter hæc Hieronymus ſcripſit, quam illud ſcripſerit de peccato originis. Immo ſi illud cum his conferatur, minus videbitur eſſe ἐμφατικῶς *ſignificanter* a Sancto Doctore propoſitum. Non enim in eo adhibet τὸ *ut credas*, quod tamen in illis, ut vidimus, adhibet. Ac locus quidem ab Auguſtino de peccato originis adductus, ſic habet: „ Major ætas incipit, „ & uſque ad minorem pervenit. Nullus enim abſque peccato, ne ſi unius quidem diei fuerit vita ejus, & numerabiles anni vitæ illius. Si enim ſtellæ „ mundæ non ſunt in conſpectu Dei, quanto magis vermis, & putredo, & ii, „ qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxii „? Quid autem in his ſignificantius, gravius, ἐμφατικώτερον eſt, quam ſit in tam multis, quæ deſcripſimus Hieronymi teſtimoniis?

2 *Num. 2. opp. edit. Pariſ. an.* 1718. „ Rurſus Latronem voluit in paradiſum „ intromittere, & confeſtim verbum protulit, ac Latronem in paradiſum intro„ duxit, neque precibus indiguit: tametſi poſt Adamum *OMNES* Dominus „ *AB ILLO ADITU ARCERET*. Poſuit enim flammeum gladium ad cu„ ſtodiendum paradiſum. At Chriſtus auctoritate ſua paradiſum aperuit, & La„ tronem introduxit „.

εἶπε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγε, καὶ οὐκ ἐδεήθη προσευχῆς καίτοιγε πάντας τοὺς μετὰ τὸν Ἀδὰμ κωλύσας ἦν ὁ Χριστὸς τῆς ἐκείνης εἰσόδου. ἔθηκε γὰρ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν φυλάττειν τὸν παράδεισον· ἀλλ᾽ αὐθεντίᾳ Χριστὸς τὸν παράδεισον ἀνέῳξε, καὶ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγε & n. 11 I.[1] de Lazaro Chriſti amico diſputans: μὴ ἱκέτευσεν ἵνα ἀνάστῃ ὁ Λάζαρος; μὴ εἶπε, πάτερ, κέλευσον τῷ ᾅδῃ μὴ τὰς πύλας ἀποκλείσῃ. Ponit ergo ejus animam, qui Chriſto conjunctus amicitia fuiſſet, ad inferos deſcendiſſe, exque inferis a Chriſto fuiſſe revocatam. Nam ſtatim addit[2]: ὅτε γέγονεν ἡ προσευχὴ, οὐκ ἀνέστη ὁ νεκρός· ἀλλ᾽ ὅτε εἶπε, Λάζαρε, δεῦρο ἔξω, τότε ἀνέστη ὁ νεκρὸς. ὢ τυραννὶς τοῦ θανάτου· ὢ τυραννὶς τῆς δυνάμεως ἐκείνης τῆς κατεχούσης τὴν ψυχήν· ὦ ᾅδη, προσευχὴ γέγονε, καὶ οὐκ ἀπολύεις τὸν νεκρὸν; οὐχὶ, φησι· διατί; ὅτι οὐ προσετάχθην. δεσμιοφύλαξ εἰμὶ αὐτόθι κατέχων τὸν ὑπεύθυνον. ἐὰν μὴ προσταχθῶ, φησιν, οὐκ ἀπολύω τὸν ὑπεύθυνον. ἀναμένω τὴν φωνὴν, ἵνα ἀπολύσω τὴν ψυχήν· Λάζαρε, δεῦρο ἔξω· ἤκουσε τοῦ δεσποτικοῦ προστάγματος ὁ νεκρὸς, καὶ εὐθέως τοῦ θανάτου τοὺς νόμους παρέλυσεν. αἰσχυνέσθωσαν οἱ αἱρετικοὶ. κ. τ. λ. Cognoſcitne Cadonicus, hæc ab Johanne Chryſoſtomo tamquam certiſſima *ſine ulla diſceptatione* adverſus hæreticos proferri, iiſque, ubi prolata ſunt, adjungi: αἰσχυνέσθωσαν οἱ αἱρετικοὶ, *erubeſcant hæretici*? Pergit Chryſoſtomus[3]: ὢ τῶν παραδόξων πραγμάτων. ὁ

 τὴν

1 *Ibid. pag.* 528, » Num ſupplicavit, ut reſurgeret Lazarus? Num dixit, Pa» ter, impera inferno, ut ne portas occludat » ?

2 Quando fiebat oratio, non reſurrexit. Sed quando dixit: *Lazare veni foras*, » tunc mortuus reſurrexit. O magnam mortis tyrannidem! O magnam tyranni» dem virtutis illius, quæ animam illam detinebat! O *INFERNE* facta eſt ora» tio, & mortuum non dimittis? Nequaquam, *inquit*. Quamobrem? Quia » non ſum juſſus dimittere. Cuſtos ſum carceris, qui reum hic detineo: niſi » juſſus fuero, *inquit*, non dimittam. Siquidem oratio non propter me, ſed „ propter eos, qui aderant, infideles eſt facta. Nam ego, niſi mihi fuerit im„ peratum, *REUM* non dimittam. Vocem expecto, ut *ANIMAM* dimittam. „ *Lazare, veni foras*. Audivit præceptum Domini mortuus, & confeſtim leges „ mortis violavit, erubeſcant hæretici „.

3 *Ibid. pag.* 528. *ſeq.* „ O res inſolitas, & mirabiles! Qui a mortis vinculis „ *ANIMAM* ſolvit, qui fores *INFERNI* perfregit, qui portas æreas, & vectes „ ferreos contrivit, & *ANIMAM* a mortis vinculis liberavit, non potuit etiam „ inſtitas mortui ſolvere? Certe potuit „.

τὰς ψυχὰς ἐκ τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου λύσας, ὁ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου διαῤῥήξας, ὁ πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συντρίψας; καὶ τὰς ψυχὰς ἐκ τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου ἐλευθερώσας, οὐκ ἠδυνάτο καὶ τὰς κειρίας λῦσαι τοῦ νεκροῦ; ναὶ, ἠδυνάτο. Idem *Oratione contra Judaeos, & Gentiles, quod Christus ſit Deus*[1]: εἶτα ἐπεὶ καταβὰς εἰς τὸν ᾅδην ἅπαντα διετάραξε, καὶ θορύβου, καὶ ταραχῆς ἐνέπλησε, καὶ τὴν ἀκρόπολιν κατέλυσεν, οὐδὲ τοῦτο σιγῶσιν, ἀλλὰ νῦν μὲν ὁ Δαβὶδ βοᾷ λέγων, ἄρατε πύλας κ. τ. λ. νῦν δὲ ἕτερος ὁ Ἡσαΐας, πύλας χαλκᾶς συνθλάσω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συντρίψω, καὶ ἀνοίξω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀναδείξω σοι, τὸν ᾅδην οὕτω καλῶν, εἰ γὰρ καὶ ᾅδης ἦν, ἀλλὰ ψυχὰς ἐκράτει ἁγίας καὶ σκεύη τίμια τὸν Ἀβραὰμ, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακώβ. Διὸ καὶ θησαυροὺς ἐκάλεσε· σκοτεινοὺς δὲ, ἐπειδὴ οὐδέπω ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἦν καταλάμψας αὐτόθι. An Cadonicus eos, qui intuebantur Deum, *tenebroſos theſauros* appellari potuiſſe, in eoque fuiſſe ſtatu, defendet, ut eis ſol juſtitiæ *non affulgeret*? Quemadmodum enim obduci tenebris potuerant ii, qui aſpectu fruebantur Dei? Aut qui demum lux eis ſolis juſtitiæ non affulſerat, ſi luce perfuſi, colluſtratique erant, qua majorem ne fingere quidem poſſumus? Johannes autem Chryſoſtomus ſtatuit, *tenebroſos theſauros* Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum fuiſſe, antequam Chriſtus ad inferna deſcenderet, propterea quod nondum eis ſol juſtitiæ affulſiſſet. Non ergo Johanni Chryſoſtomo venire in mentem potuit, Patriarchas illos, Sanctoſque Veteris Teſtamenti ceteros, antequam Chriſtus ad

1 *Num. v. ibid. pag.* 564. „ Deinde quoniam cum in infernum deſcendiſſet om-
„ nia turbavit, ſtrepitu, atque tumultu univerſa replevit, arcemque deſtruxit,
„ hanc rem non ſilentio prætereunt, ſed modo David dicit: *Attollite portas &c.*
„ modo Eſaias aliter: *portas areas confringam, & vectes ferreos conteram, &*
„ *aperiam tibi Theſauros tenebroſos, occultos, inviſibiles oſtendam tibi*. Sic appel-
„ lans infernum. Nam & vaſa pretioſa ſervabat, *ABRAHAMUM ISAA-*
„ *CUM, JACOBUM*. Quare & *THESAUROS* appellabat: *TENEBRO-*
„ *SOS* autem, quia *NONDUM SOL JUSTITIÆ IBI FULSERAT* „. Confer *orationem in eos, qui in Paſcha jejunant, contra Judaeos* III. *num.* 4. *tom. eod. pag.* 612.

ad inferna deſcenderet, fruitos ea beatitate fuiſſe, quæ in viſione conſiſtit Dei. Rurſum *Homilia de Cœmeterio, & de Cruce* [1] Ἐκεῖνο τὸ ᾅδου τὸ χωρίον, inquit, ζοφωδέστατον ἦν, καὶ ἀτερπὲς, καὶ οὐδέποτε φωτὸς ἐδέξατο φύσιν. διὰ τοῦτο σκοτεινοὺς, ἀοράτους εἶπεν αὐτούς· καὶ γὰρ ὄντως σκοτεινοὶ ἦσαν ἕως οὗ κατῆλθεν ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, καὶ κατέλαμψε, καὶ τὸν ᾅδην ἐποίησεν οὐρανόν· ὅπου γὰρ ὁ Χριστὸς ἐκεῖ καὶ ὁ οὐρανός. Θησαυροὺς δὲ σκοτεινοὺς καλεῖ τὸν ᾅδην· εἰκότως, διότι πολὺς πλοῦτος ἀπέκειτο ἐκεῖ. καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων πᾶσα ἡ φύσις πλοῦτος ὑπάρχουσα τοῦ θεοῦ, ὑπὸ τοῦ ἀπατήσαντος τὸν πρῶτον ἄνθρωπον διαβόλου ἀπεσυλήθη, καὶ τῷ θανάτῳ καθυπεβλήθη. ὅτι δὲ πλοῦτος ἦν τοῦ Θεοῦ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, δείκνυσι Παῦλος λέγων· πλουτῶν εἰς πάντας, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Præterea in *Oratione* de Cruce, & Latrone [2]: Βούλει μαθεῖν, inquit, αὐτοῦ καὶ ἕτερον κατόρθωμα; τὸν παράδεισον πεντακισχίλια ἔτη, καὶ πλείω κεκλεισμένον σήμερον ἡμῖν ἀνέῳξεν· ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ τὸν λῃστὴν εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς, δύο κατορθώματα ἐργασάμενος. ἓν μὲν, ὅτι παράδεισον ἀνέῳξεν, ἕτερον δὲ, ὅτι λῃστὴν εἰσήγαγε, σήμερον ἀπέδωκεν ἡμῖν τὴν ἀρχαίαν πατρίδα. *Et Hom.* XIX. *in cap.* X. *Epiſtolæ* [3] *ad Hebræos*: εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων·

1 *Num.* II. *pag.* 399. *tom.* II. *opp. edit. ejuſd.* „ Ille inferni locus caliginoſiſſimus „ erat, & ingratus, neque umquam lucis naturam intra ſe receperat; propterea tenebricoſos, & inviſibiles eos (*theſauros*) dixit. Vere enim tenebricoſi „ erant, donec deſcendit ſol juſtitiæ, eoſque illuſtravit, & ex INFERNO CÆLUM FECIT. NAM UBI CHRISTUS, IBI ET CÆLUM. Theſauros autem „ tenebricoſos nominat infernum, merito, quia multæ divitiæ in eo erant repoſitæ. Etenim tota hominum natura, quæ gaza quædam Dei eſt, a diabolo, „ qui primum hominem in fraudem impulit, ſpoliata, mortique ſubjecta eſt. „ Quod vero hominum naturam Deus divitiarum loco habuerit, teſtatur his „ verbis Paulus „: *Dives in omnes, & ſuper omnes, qui invocant illum &c.*

2 *Num* II. *ibid. pag.* 404. „ Vis diſcere aliud ejuſdem inſigne opus? Paradiſum „ a quinquies mille, & amplius annis clauſum hodie nobis aperuit. Hoc quippe „ die, hac ipſa hora latronem eo introduxit Deus, duo præclara deſignans opera: unum quod paradiſum aperuerit; aliud, quod Latronem introduxerit „. Confer ſecundam eadem de re Homiliam *ibid. num.* II. *pag.* 413. & Procemium *in Epiſt. ad Hebræos pag.* 4. *tom.* XII. *opp. ejuſd. edit.*

3 *Num.* 2. *p.* 180. *ſeq. to. eod.* XII. „ *In introitu Sanctorum*. Quid hic (Apoſtolus) „ dicit introitum? Cælum, & progreſſum ad ſpiritualia. (*Viam*) *quam initiavit*, „ hoc eſt, quam conſtruxit, & a qua incœpit. Initiatio enim ſeu dedicatio eſt

„ de

τί φησιν εἴσοδον ἐνταῦθα; τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὴν πρόσοδον τὴν εἰς τὰ πνευματικά· ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν. τουτέστιν, ἣν κατεσκεύασε, καὶ ἧς ἤρξατο. ἐγκαινισμὸς γὰρ λέγεται ἀρχὴ χρήσεως λοιπόν. ἣν κατεσκεύασε, φησι, καὶ δι' ἧς αὐτὸς ἐβάδισεν ὁδὸν πρόσφατον, καὶ ζῶσαν. ἐνταῦθα τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἐμφαίνει· πρόσφατον, φησι. βιάζεται δεῖξαι πάντα τὰ μείζονα ἐσχηκότας, εἴγε νῦν ἀνεῴχθησαν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν, ὃ οὐδὲ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἐγένετο. καὶ καλῶς ὁδὸν πρόσφατόν, φησι, καὶ ζῶσαν· ἡ μὲν γὰρ πρώτη ὁδὸς, θανάτου ἦν, ἐπὶ τὸν ᾅδην ἄγουσα. αὕτη δὲ ζωῆς. κ. τ. λ. Et Homilia in ſanctum Paſcha [1], Homilia item *De ſanctis Martyribus Berenice, & Proſdoce Virginibus, & Domnina matre earum* [2]: εἶδες τὸν Ἠλίαν φεύγοντα γυναικὸς ἀπειλὴν διὰ τὸν θάνατον; ἄκουσον, πῶς ὁ Παῦλος περὶ τοῦ πράγματος τούτου διάκειται. εἰ φοβερὸν αὐτὸν εἶναι νομίζει καθάπερ ἐκεῖνοι. εἰ λυπεῖται ἐπιόντος αὐτοῦ, καὶ δέδοικε. τοὐναντίον μὲν οὖν, καὶ ποθεινὸν εἶναι νομίζει τὸ πρᾶγμα. διὰ τοῦτο, φησιν, τὸ ἀναλῦσαί με, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. ἐκείνοις φοβερὸν, τούτῳ κρεῖσσον. ἐκείνοις ἀηδὲς, τούτῳ ἡδύ. καὶ μάλα εἰκότως. τὸ μὲν γὰρ πρότερον ὁ θάνατος εἰς τὸν ᾅδην κατῆγε· νυνὶ δὲ ὁ θάνατος πρὸς τὸν Χριστὸν παραπέμπει. διὰ τοῦτο ὁ μὲν Ἰακὼβ φησι· κατάξετε τὸ γῆράς μου μετὰ λύπης εἰς ᾅδην. Apte hæc ad animas purgatoriis ignibus cruciatas accommodari qui poterunt?

„ de cetero initium uſus. Quam conſtruxit, inquit, & per quam ipſe eſt ingreſſus. *Viam novam, & viventem*. Hic oſtendit ſpei plenitudinem, Recentem, inquit. Contendit oſtendere nos omnia habuiſſe majora. Siquidem nunc APERTÆ SUNT PORTÆ CÆLORUM, *quod nec* ABRAHAMI QUIDEM *tempore* CONTIGIT. Et recte dicit *viam novam, & viventem*. Nam prima via erat mortis DUCENS AD INFERNUM, hæc autem VITÆ &c. „

1 *Tom.* III. *opp. edit. ejuſd. pag.* 751. *ſeq.*

2 *Num.* 3. *pag.* 634 *tom.* II. *edit. ejuſd.* „ Vidiſti Eliam mulieris minas, mortis cauſſa, fugientem? Audi quomodo Paulus erga rem iſtam ſit affectus. An formidabilem illam cenſeat, ut illi. Num ea imminente triſtetur, ac metuat: immo vero e contrario rem eſſe optabilem arbitratur. Propterea dicit: *Diſſolvi me, & eſſe cum Chriſto, multo melius*. Illis FORMIDABILE, huic melius. Illis INJUCUNDUM, huic jucundum. Ac merito ſane. Olim enim AD INFERNUM MORS DEDUCEBAT, NUNC AUTEM AD CHRISTUM MORS TRANSFERT. Quapropter Jacob quidem ait: *deducetis ſenectutem meam cum triſtitia ad inferos* „.

runt ? Non enim Johannes Chryſoſtomus eos, qui inquinati levi quapiam culpa eſſent, ſcribit, metuiſſe mortem ; ſed Eliam, ſed Jacobum, qui innocentia ſingulari, ſanctitateque vitæ præſtabant. Cur autem ? Quia tunc mors *ad inferos* deducebat, nunc vero mors ipſa ad Chriſtum animas transfert ; eamque ob rem, ſatius ſibi eſſe Paulus dixit, mori, & eſſe cum Chriſto. Quod etiam plane demonſtrat, Sanctos illos Veteris Teſtamenti poſt mortem fruitos non fuiſſe viſione Dei. Nam ſi cognoſſent, poſt corporis interitum ſtatim ſe fuiſſe aſpectu Dei gaviſuros, mors illis, ut Paulo, JUCUNDA, non injucunda fuiſſet. Nulla enim cuiquam obtingere animæ jucunditas major poteſt, ea quæ in viſione conſiſtit naturæ Dei. Idem *Homil.* XLV. *in Geneſim* [1]: *θαύμασον τοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου τὴν ὑπερβάλλουσαν περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν θάνατον τὸν τοῖς δικαίοις ἐκείνοις, καὶ ἁγίοις τότε φοβερὸν, τοῦτον νῦν εὐκαταφρόνητον εἰργάσατο ὁ Χριστὸς, καὶ ὃν ἐδεδοίκεισαν οἱ ἐνάρετοι ἐκεῖνοι, καὶ τοσαύτην παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐσχηκότες τοῦτον νῦν καταγελῶσι, καὶ νέοι, καὶ κόραι ἁπαλαί. οὐδὲ γὰρ θάνατός ἐστι λοιπὸν, ἀλλ᾽ ὕπνος καὶ ἀποδημία, καὶ μετάστασις ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω· ὁ γὰρ θάνατος τοῦ δεσπότου τὴν ἀθανασίαν ἡμῖν ἐδωρήσατο, καὶ κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην ἐξέλυσεν αὐτοῦ τὰ νεῦρα. καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ καθεῖλε. καὶ τὸ φοβερὸν πρὸ τούτου, καὶ ἀμείλικτον, τοῦτον οὕτως εὐκαταφρόνητον εἰργάσατο, ὡς καὶ ἐπιπηδᾶν τινας, καὶ ἐπείγεσθαι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν.*

1 *Num.* II. *to.* IV. *opp. edit. ejuſd. p.* 419. „ Admirare conditoris univerſi erga nos
„ benignitatem, quod mortem juſtis illis, & Sanctis tunc terribilem, nunc ita de-
„ ſpiciendam dederit Chriſtus, ut quam formidabant viri illi virtute clari, &
„ tanta erga Deum fiducia freti, nunc derideant & juvenes, & teneræ virgines.
„ Nihil enim aliud mors eſt, quam ſomnus, & peregrinatio, atque tranſmi-
„ gratio a deterioribus ad meliora. MORS ENIM DOMINI IMMORTALITA-
„ TEM NOBIS DONAVIT, & ut DESCENDIT IN INFERNUM, DISSOLVIT
„ EJUS NERVOS, ROBURQUE DESTRUXIT, & quod ANTEA TERRIBILE
„ erat, & implacabile, hoc nunc deſpiciendum dedit adeo ut nonnulli exiliant,
„ & feſtinent cum hinc eſt migrandum. Proinde & Paulus clamat dicens : *diſſol-*
„ *vi, & cum Chriſto eſſe, multo melius*. Verum hæc quidem nunc poſt Chriſti
„ adventum, poſtquam confractæ ſunt portæ inferni æreæ, poſtquam ſol juſtitiæ
„ ubique terrarum affulſit „.

Digitized by Google

στασιν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος βοᾷ λέγων, τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν νῦν μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, μετὰ τὸ συγκλασθῆναι τὰς πύλας τὰς χαλκᾶς, μετὰ τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐκλάμψαι. Et in Pſ. XLV.[1] θάνατος ἐλύθη· ᾅδης ἀνερράγη, παράδεισος ἀνεῴχθη. ὁ οὐρανὸς ἀνεπετάσθη. δαίμονες ἐπεστομίσθησαν· ἀνεμίγη τὰ κάτω τοῖς ἄνω. Similia horum ſunt, quæ *Sermone* I. *de Conſolatione mortis*[2] Chryſoſtomus eſt perſequutus. Sed de Chryſoſtomi ſententiis ſatis me dixiſſe arbitror. Quod ſi plura Adverſarii volent; ſciant, permulta mihi in promptu eſſe, quæ & idem efficiunt, & proferentur, ſi opus deinceps fuerit, opportune. Quamquam ſpero, nihil opus eſſe futurum.

Accedit Baſilii Magni auctoritas, quem Auguſtinus in libris contra Pelagianos editis, quanti penderet, demonſtravit. *Si vis*, inquit Auguſtinus adverſus Julianum diſputans[3], *addimus & ſanctum Baſilium; immo velis nolis addendus eſt .... Audi* igitur, *quod ad rem præſentem ſpectat*, *quid* de Sanctis Veteris Teſtamenti Patribus exemptis ex inferis deſcenſu Chriſti, *dicat iſte Sanctus ſine ulla ambiguitate Baſilius*. Is *in Pſalmum* XLVIII. ἐποίμαινε ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς κατὰ Μωϋσέα πολιτείας, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν ὁ θεὶς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, καὶ οὕτως ἑαυτῷ συναναστήσας, καὶ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ ᾅδου εἰς τὴν τῆς ἀναστάσεως πρωΐαν, παρέδωκε τοῖς εὐθέσι, τουτέστι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ

1 *Num.* VII. *pag.* 171. *tom.* V. *opp. edit. ejuſd.* „ Mors deleta eſt. Perfracti ſunt „ inferi. Paradiſus fuit apertus. Cælum patuit. Obſtricta ſunt ora dæmonibus. „ Inferna cum ſupernis commixta ſunt „.

2 *Num.* 4. *pag.* 403. *tom.* III. *opp. edit. ejuſd* „ Non poteſt Evangelii claritas „ obſcurari, ſi ii, qui ante legem, aut ſub legis umbra poſiti fuerant, ſuos „ mortuos flebant. Et merito flebant, quia nondum de cælis venerat Chriſtus, „ qui fontem illum lacrimarum ſua reſurrectione ſiccavit. Merito flebant, quia „ nondum reſurrectio prædicabatur. Sperabant quidem ſancti quique adventum „ Domini, ſed mortuos interim flebant, QUIA NONDUM VIDERANT, „ QUEM SPERABANT &c. „

3 *Lib.* I. *cap.* V. *num.* 16. *pag.* 333. *edit. opp. Antuerp. an.* 1700. *tom.* X. *& num.* 8. *pag.* 334.

αὐτοῦ ἀγγέλοις εἰς τὸ ποιμαίνειν αὐτάς [1]. Idem paulo poſt explicans verſum illum ejuſdem pſalmi : *Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi , cum acceperit me* : *σαφῶς*, inquit, *προφητεύει τὴν τοῦ κυρίου κάθοδον εἰς ᾅδου, ὃς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτοῦ λυτρώσεται τοῦ προφήτου τὴν ψυχήν, ὡς μὴ ἐναπομεῖναι ἐκεῖ* „ Palam prædicit DOMINI AD „ INFEROS DESCENSUM, QUI UNA CUM ALIIS „ IPSIUS ETIAM PROPHETÆ (David) ANIMAM LI- „ BERABIT , UT NE ILLIC REMANEAT „. Flammis , credo , purgatoriis exuſtum fuiſſe Davidem Cadonicus , ſibi ut conſtet , pugnabit , eguiſſeque propterea Servatore , qui ad inferos deſcendens eum ex illo tam diro cruciatu eriperet . Verumtamen caveat , id ſi pugnet , ne , irato Deo , adverſetur Patribus , Eccleſiæ univerſæ , divinituſque traditis ſacris Litteris merito in amicos Dei & ſanctos reponentibus Patriarchas , Prophetas , Davidem regem . Rurſum Baſilius in Pſalmum cxv. ad v illum : *dirupiſti vincula mea* [2] : *Ἐπειδὴ*, inquit, *με τῶν δεσμῶν τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσας κατελθὼν εἰς ᾅδου, καὶ λύσας τὴν ἀνθρωπότητα δεσμῶν τῶν ὄντων τοῦ θανάτου, καὶ ἐν τοῖς ἀφύκτοις εἱρκταῖς τοῦ ᾅδου κατεχομένην κ. τ. λ.* Atque hæc quidem Baſilius .

Quid evidentius , quid illuſtrius a Verbi Dei tractatoribus quærimus ? Sed his duobus (ss. Epiſcopis Baſilio , & Chryſoſtomo) *qui ſufficere debuerunt , ſanctum Gregorium Na-*

1 *Num.* IX *pag.* 186. *tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. an.* 1721. „ Depaſcebat mors ab „ Adam ad uſque Moſis adminiſtrationem , donec venit verus Paſtor , qui ſuam „ animam pro ovibus poſuit ; SICQUE EAS SECUM EXCITATAS , ET EX „ INFERNI CARCERE AD RESURRECTIONIS MATUTINUM EDUCTAS , „ rectis tradidit , hoc eſt Sanctis ſuis Angelis , eas ut paſcerent „ .

2 *Num.* v. *pag.* 175 *in Appendice ad* 1. *tom. opp. ejuſd edit.* Animadvertit autem Editor *in Vita S. Baſilii cap.* XLI. *num.* v. *pag.* CLXXVIII. *nihil in ea Homilia legi , quod Baſilio indignum ſit* . Verbis vero Baſilii græcis hæc eſt ſubjecta ſententia : „ *Quandoquidem tuo in* INFERNUM DESCENSU A PECCATI VINCULIS *me liberaſti* , atque humanam naturam mortis adſtrictam vinculis , & in inferni carceribus , unde evadere non datur , detentam , exſolviſti &c. „ Ad hæc Scriptor idem Vitæ Baſilii ibid. adnotat : *Ex his colligi poſſe auctorem hujus homiliæ exiſtimaſſe , ipſos etiam Patriarchas , & juſtos Veteris Teſtamenti in inferis ante Chriſti adventum detentos , & incluſos fuiſſe . Sed ſimilia* , inquit , *occurrunt apud alios Scriptores Eccleſiaſticos .*

Digitized by Google

Nazianzenum addamus & tertium [1]. Is Oratione xxxvi. [2] quæ eſt de Theologia tertia: εἰς ᾅδυ κάτεισιν, inquit, ἀλλ' ἀνάγει ψυχάς. Et Oratione xlii ἂν εἰς ᾅδυ κατίῃ, συγκατελθε· γνῶθι καὶ τὰ ἐκεῖσε τῦ Χριστῦ μυστήρια, τίς ἡ οἰκονομία τῆς διπλῆς καταβάσεως· τίς ὁ λόγος ἁπλῶς σώζει πάντας ἐπιφανεὶς, ἢ κἀκεῖ τὺς πιστεύοντας [3]. *Et Hymno ad Chriſtum poſt ſilentium in Paſchate* [4].

> Καὶ ζοφερὺς πυλεῶνας ἀμειδήτυ ἀΐδαο
> Ρήξατο, καὶ ψυχαῖς δῶκεν ἐλευθερίην [5].
>
> *Horrendas hac luce fores tua rupit averni*
> *Dextera*: *LIBERTAS EST ANIMISQUE DATA.*

Quibus animis? Nempe credentium, ut Orat. xlii. dixerat. Quorum autem credentium, niſi Patriarcharum, immo etiam Johannis Baptiſtæ, quem Chriſtus Prophetam, & pluſquam Prophetam dixerat, quo inter natos mulierum nemo ſurrexiſſet major? Nam Gregorius *Oration.* xx. in laudem Baſilii Magni [5]: τίς, inquit, Ἰησῦ πρόδρομος; Ἰωάννης ὡς φωνὴ λόγυ, καὶ ὡς λύχνος φωτός· ὗ καὶ προέδραμεν εἰς ᾅδυ, διὰ τὴν Ἡρώδυ μανίας παραπεμφθεὶς, ἵνα κηρύξῃ κἀκεῖ τὸν ἐρχόμενον. „ Quis præcurſor Jeſu? „ Johannes ut vox ſermonis, & ut lucerna luminis, „ ante quem & in ventre exilit, ET AD INFEROS „ per Herodis furorem tranſmiſſus eſt, ut illic etiam pre„ dicaret venturum [5] „. Expecto quid ſit ad hæc Gregorii

1 S. Auguſtinus *lib. de Dono perſeverantia cap.* xix. *pag.* 561. *tom.* x. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

2 *Pag.* 576. *edit. Colon. an.* 1690. *tom.* I. *opp. In infernum deſcendit, ſed animas ſurſum ducit.*

3 *Ibid. pag.* 693. „ Si (Chriſtus) in infernum deſcendat, ſimul deſcende. Ea „ quoque myſteria cognoſce, quæ Chriſtus deſignavit. Quod duplicis deſcen„ ſus conſilium, quæ ratio fuerit? Utrum omnes ſimpliciter apparens ſervavit, „ an illic credentes „.

4 *Carmine* lv. *pag.* 132.

5 *Pag.* 369. *Confer etiam carmen* II. *de Filio v.* 78. *ſeq. p.*763. & *Carmen* xxxix. *De miraculis Chriſti ſecundum Matthæum v.* 35. *ſeqq. pag.* 101. & *Carm.* xli *de Mira-*

gorii teſtimonia ſit reſponſurus Cadonicus. Interea his hominem Auguſtini compellabo verbis, qui ubi adverſus Julianum Nazianzeni uſus ſententia eſt: „ Numquid, „ *inquit*, & iſtum Manichæi ſapere, vel jacere venena di- „ cturus es? Audis OMNES UNO CORDE, UNO ORE, „ UNA FIDE IDIPSUM DICERE? AN TIBI parva „ in uno Gregorio Epiſcoporum Orientalium videtur au- „ ctoritas? Eſt quidem tanta perſona, ut neque ille „ hoc, niſi ex fide chriſtiana omnibus notiſſima, diceret; „ nec illi eum tam clarum haberent, atque venerandum, „ niſi hæc ab illo dicta ex regula notiſſimæ veritatis „ agnoſcerent [1] „.

Nazianzenum ſequitur Gregorius alter Baſilii Magni germanus frater, qui *Oratione* I. *de Christi Reſurre-*

eeee *ctione*

Miraculis Chriſti ſecundum Johannem pag. 101. & Tragœdiam inſcriptam *Chriſtus Patiens*, (quam aliqui, contra codicum MSS. fidem, ut Johannes Albertus Fabricius *to.* VII. *Bibliotheca Greca pag.* 538. animadvertit, Apollinario tribuunt), *pag.* 270. & 277. & *pag.* 279.

„ Tu mortuorum vadis in nigram ſpecum,
„ Portaſque noctis, ut generi hominum afferas
„ Lucem, Patremque hinc omnium Adamum excites.
„ Hoc propter ipſe corpus humanum induens
„ Opaca tenebris tartari ſubis loca.
„ . . . .
„ Nunc terra fili te capit, dum tu tuum
„ Infers in atria regni Plutonis pedem.
„ Tu telum acutum infigis, & grave inferis,
„ Solus ob idipſum in ima deſcendis manu
„ Victrici, ut inde mortuos tandem eruens,
„ Et mortuorum exemtus a grege afferas
„ Omnes, & ipſe liber unus ſis, tamen
„ Prudentia fuit mortis iſtius genus:
„ Nam mortem morte ſternis ex æquo omnibus,
„ Et terra in ipſa permanens laudem invehis,
„ Terraque rupta emergis, & vitam paris.
„ Nunc in nigrantes nocte deſcendis domos,
„ Lucere properans, lucem & inde infundere
„ Caligini, bene bene te tetra auferas
„ Hac hoſtium, in quam tu pedem primus inferens
„ Veniſti, & Iſraeli hoſpitam domum
„ Reducere volens perditas oves, ſacra
„ Firmare pacta, quæ fuiſſent Patribus,
„ Naturæ ut hominum cælitum formam implicans,

Vide etiam *pag.* 283. & *pag.* 286.

1 *Auguſtin. lib.* 1. *contra Julianum cap.* V. *n.* 15. & 16. *pag.* 332. *ſeq. tom.* X. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

Digitized by Google

ctione [1]: „ Accipiamus Jonæ exemplum, *inquit*, qui ſine „ offenſione in cetum ingreſſus, & ſine moleſtia rurſum „ egreſſus, cum in ejus viſceribus tribus diebus, & toti- „ dem noctibus permanſiſſet, *τὴν ἐν ᾅδῃ διατριβὴν τοῦ „ κυρίου προδιάγραψε Domini in inferno commorationem „ præſignificavit* .... [2]. In hac die ferrei inferorum ve- „ ctes contriti ſunt, nunc mortis carcer aperitur, nunc „ captivis libertas denunciatur, nunc oriens ex alto in- „ viſit eos, qui in tenebris, & in umbra mortis ſede- „ bant. Vultis etiam de tridui præfinito termino aliquid „ intelligere? Illud dixiſſe contenti ſimus: tam exi- „ guum temporis ſpatium fuiſſe ſatis, ut omnipotens ſa- „ pientia in corde terræ exiſtens magnam illam men- „ tem (diabolum) in eo habitantem ſtultam redde- „ ret .... [3]. Simplex quædam, & incomprehenſa pere- „ grinatio, ſola vitæ, luciſque præſentia in tenebris, „ & regione umbræ mortis conſidentibus tenebras om- „ nes diſpulit, & mortem ipſam interſecit .... [4]. Per „ animum patefecit Latroni aditum in paradiſum. „ Utrumque autem eodem tempore perfectum eſt, di- „ vinitate per utramque hominis partem hæc bona præ- „ ſtante, ut per corporis incorruptionem mortem ipſam „ diſſolveret: *διὰ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς πρὸς τὴν ἰδίαν ἑστίαν „ ἐπειγομένης τὴν ἐπὶ τὸν παράδεισον τῶν ἀνθρώπων ἐπά- „ νοδον* per *animam vero in ſede propria conſtitutam* „ HOMINIBUS IN PARADISUM ADITUM APERI- „ RET „. Non ergo, ſi Gregorium Nyſſenum ſequamur, antequam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, iiſque illuxiſ- ſet, qui in tenebris, atque umbra mortis conſidebant, hominibus parata fuerat via, adituſque in paradiſum pa- tuerat, ut frui poſſent aſpectu Dei.

Nyſſeno addam Ephræmum Syrum Baſilio dum vi- veret

1 *Tom.* II. *opp. pag.* 816. *edit. Pariſ. an.* 1615.
2 *Ibid. pag.* 817. Confer ejuſd *Antirrhet. apud Zaccagn. T.* 1. *Mon. V. Patr. p.* 158. 160.
3 *Pag.* 810. Zaccagn. *ibid. n.* XVIII. *p.* 160. *edit. Rom. an.* 1698.
4 *Pag.* 825.

veret amicitiæ lege conjunctum. Is in Oratione de Joſepho, ſic inducit filii caſum querentem Jacobum patrem[1]: κλαύσομαι ... τέκνον ... μέχρι εἰς τὸ ᾅδην κατέλθω πρός σε. Et Serm. in s. Paraſceven[2] νῦν εἰς ᾅδου κατῆλθεν ἰδεῖν ἐπιθυμῶν τοὺς δικαίους μετὰ πόνους καθεύδοντας· ὧν ἕκαστον συνειδῶν ὑπεξιχνεύει ὁρῶν καθάπερ βασιλεὺς ἐπισκεπτόμενος ἐν μεσημβρίᾳ στρατόπεδον ἀναπαυόμενον ὕπνῳ· ἴδεν τὸν Ἀδὰμ πολλοῖς ἐμπεφυρμένον κλαυθμοῖς, ἴδεν τὸν Ἄβελ αἵματι πορφυρίζοντα· ἴδεν Νῶε δικαιοσύνῃ κομῶντα. At hi, dicet Cadonicus, erant in purgatoriis ignibus. Ita ne vero? Quid ei apportarunt Abelus, & Noemus mali, ut eos ignibus exuſtos fuiſſe velit? Quid? an Abrahamum etiam putabit in purgatorio dediſſe, ob leve aliquod peccatum, pœnas? Verum pergit Ephræmus: ἴδεν τὸν Ἀβραὰμ παντοίαις ἐστεμμένον ἀρεταῖς ... ἴδεν τὸν Ἰσαὰκ θάλλοντα καρτερίαις. ἴδεν τὸν Ἰακὼβ ὑπομοναῖς ἡλιμμένον. ἴδεν τὸν Ἰὼβ ... ἴδεν τὸν Φινεὲς ... ἴδεν τὸν Μωσέα. Numeratis inde ceteris Sanctis Veteris Teſtamenti Judicibus, Regibus, Prophetis &c. ἐκήρυξεν, inquit, πάρειμι, καὶ ὁ θεῖος ἀφυπνίσθη στρατός. Hactenus de Ephræmo Syro.

Sancta memoria Cyprius Epiſcopus Epiphanius, inquit Auguſtinus in IV. operis imperfecti contra Julianum libro[3], *opuſculum de Hereſibus edidit*. Deſcribit mox inde Auguſtinus, Julianum refellens, de Apollinariana hæreſi locum. Eum, quod ad noſtrum inſtitutum nil conferat, prætermittam, alterumque adducam, qui plurimum ſa-

1 *Tom. II. opp. Græc. lat. edit. Rom. an. 1743. p. 29.* „ Plangam fili mi ... do- „ nec in infernum ad te deſcendam „.

2 *Tom. III. p. 472.* „ Nunc ad INFEROS deſcendit videre cupiens JUSTOS „. Quos juſtos? Animas ne purgatoriis ignibus exuſtas? Immo pergit Ephræmus: „ JUSTOS poſt labores QUIESCENTES, quorum unumquemque con- „ ſpiciens præteribat, regis inſtar, qui exercitum meridie SOMNO DETEN- „ TUM OBSERVAT. Vidit Adam multis attritum gemitibus. Vidit Abelum „ ſanguine purpuratum. Vidit Noe juſtitia exornatum .... Vidit Abrahamum „ omnibus redimitum virtutibus ... Vidit Iſaacum conſtantia vtrentem. Vidit „ Jacobum tolerantia fulgentem. Vidit Jobum.. Vidit Phines... Vidit Moy- „ ſen. Prædicavit adſum, atque divinus excitatus eſt exercitus „. Nx hi Sancti homines beati viſione Dei non erant. Nam ſi fuiſſent, vigilaſſent, neque prædicatione fuiſſent excitati.

3 *Cap. XLVII. pag. 858. tom. X. opp. edit. Antuerp. an. 1700.*

ne conferat. Igitur in eo de Hæreſibus opere, Hæreſi xx. quæ eſt Herodianorum [1] *σταυροῦται*, inquit, *θάπτεται, κατέρχεται εἰς τὰ καταχθόνια ἐν θεότητι, καὶ ἐν ψυχῇ αἰχμαλωτεύει τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀνίσταται. κ. τ. λ.* At hæc, dicet Cadonicus, intelligi de animabus purgatorio igne excruciatis poſſunt. Quid? Clarius ne quidquam expetit? Legat hoc alterum ex Hæreſi LXXVII. *num.* XXV. [2] *κατερχόμενος ἐν θεότητι σὺν ψυχῇ εἰς ᾅδου, καὶ λύων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, καὶ ἐν δυνάμει, ἀνερχόμενος θεὸς λόγος σὺν ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ, μεθ' ἧς ἐῤῥύσατο αἰχμαλωσίας, τὸ τριήμερον ἐν ἀληθείᾳ ἐγειρόμενος σὺν σώματι, καὶ ψυχῇ. κ. τ. λ.* Verum ne huic quidem teſtimonio Cadonicus, quique ei aſſentiuntur, vim, dicent, ineſſe ullam. Non enim efficit, *Captivitatis* vocabulo intelligi Sanctorum Patriarcharum animas oportere [3]. Agant igitur, hoc conſiderent tertium, quod extat in *Fidei Expoſitione*, qua quidem *Expoſitione* Epiphanius demonſtrat, quid cuique orthodoxo credendum ſit. *οὐχὶ τῆς θεότητος συγκλεισθείσης, οὐ τῆς θεότητος ταφείσης, συγκατελθούσης δὲ τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ εἰς τὰ καταχθόνια ἑλούσης ἐκεῖθεν τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, κλασάσης κέντρον θανάτου, διαῤῥηξάσης τὰ κλεῖθρα, καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους, καὶ λυσάσης ὠδῖνας ᾅδου ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἀνελθούσης σὺν τῇ ψυχῇ, μὴ ἐαθείσης τῆς ψυχῆς εἰς ᾅδην, μηδὲ τῆς σαρκὸς ἑωρακυίας διαφθοράν. κ. τ. λ.* Verum eodem me revolvi, Cadoniciani defendent. Nihil enim plus hoc Epiphanii ῥητῷ contineri, quam

1 *Num.* II. *pag.* 49. *edit. Pariſ. an.* 1622. „ Crucifigitur, ſepelitur, deſcendit „ ad ſubterranea in Deitate, & in anima, & captivat captivitatem, & reſurgit &c. „

2 *Pag.* 1010. „ Deſcendit in Divinitate cum anima ad inferos, in fortitudine, „ ac virtute ſolvit vinctos, ſurſum aſcendit Deus verbum ſancta anima cum ea, „ quam eripuerat, captivitate, tertia die in veritate ſurrexit cum corpore, & „ anima &c. „

3 *Num.* XVII. *tomo eodem pag.* 1099. „ Neque vero ipſa eſt concluſa Divinitas, „ aut ſepulta, ſed cum ſancta ejus anima ad ſubterranea deſcendit, ſuſtulitque „ inde captivitatem animarum, *ſtimulum mortis infregit, clauſtra, & adamantina* „ *repagula perrupit*, infernique dolores ſolvens propria poteſtate, cum anima „ aſcendit, quæ quidem anima *minime apud inferos relicta fuit, neque caro cor-* „ *ruptionem vidit &c.* „

quam contineant ſuperiora. Quid igitur? Si locum Epiphanii afferam manifeſtum, perſpicuum, evidentem, cui tenebras obducere ne acutus quidem cavillator poſſit; fatebuntur ne, captivitatis ſolutæ, vinctorumque nominibus animas indicari non e purgatoriis ignibus exemptas, ſed Sanctorum Teſtamenti Veteris Patriarcharum, Prophetarum, juſtorumque reliquorum, quibus nihil cruciatus pendendum ſuperfuiſſet? Adſint igitur animis, & quæ adverſus Arianos Epiphanius uti certa ſumat, contemplentur. Itaque Epiphanius Hæreſi LXII.[1] quæ eſt *Arianorum*, eos rerum novarum ſtudioſos exagitans: ἤμελλεν ἡ θεότης τελειοῦν τὰ πάντα τὰ κατὰ τὸ μυστήριον τοῦ πάθους, καὶ σὺν τῇ ψυχῇ κατελθεῖν ἐπὶ τὰ καταχθόνια ἐπὶ τὸ ἐργάσασθαι τὴν ἐκεῖ τῶν προκεκοιμημένων σωτηρίαν, φημὶ δὲ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ, κ. τ. λ. Quidquam ne *clarius* deſiderare Cadoniciani poterunt? Fateantur igitur, Majores noſtros, dum hæreticos inſectarentur, dum dogmata religionis adſtruerent, dum fidei ederent Profeſſionem, *Captivitatis, quam Chriſtus captivam duxit, vinctorumque*, quos ex inferis eripuit, vocibus intellexiſſe animas Sanctorum Patriarcharum, quodque inde eſt conſequens, reliquorum etiam Teſtamenti Veteris juſtorum, quibus nihil pœnæ ob levem aliquam culpam ſuam luendum ſuperfuiſſet. Addit Epiphanius, ταῦτα γὰρ ἐκονομεῖ τὰ τῆς τοιαύτης ΜΕΓΑΛΗΣ ΜΥΣΤΑΓΩΓΙΑΣ ἡ ἐξ ἰδίας ἀπαραλείπτως ὁ πατὴρ,

1 *Num.* LXII. *pag* 789. „ Decrerat Divinitas perficere omnia, quæ erant ſecundum myſterium paſſionis, cumque anima deſcendere ad ſubterranea, ut eorum, qui ante mortui fuerant, ſalutem operaretur, dico autem, SANCTORUM PATRIARCHARUM „. Pergit Epiphanius, ut eſt in Petavii verſione latina „: Cum igitur eſta jam agitarentur, ex humanæ naturæ perſona vox ad conjunctam Divinitatem illa eſt edita: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti*. Hoc autem idcirco fieri debuit, ut divinarum ab illo Scripturarum implerentur oracula, quæ ab ejus Prophetis de ipſo pronunciata fuerant: quo ſub hominis ſpecie ad inferos deſcendens, quæ illic erant obeunda præſtaret: atque ut dum inferorum princeps, & mors captivum hominem detinere volunt, & conjunctam cum anima divinitatem ignorant, tum ipſi potius inferi caperentur, ac mortis dominatus everteretur, & impleretur quod ſcriptum eſt: *Non relinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. Nam neque Dei verbum animam deſtituit, nec illius anima apud inferos eſt relicta „.

ὁ πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον, πνεῦμα [1]. Abeant nunc Cadoniciani, Epiphaniumque Graveſonianum, Suareſianumque fuiſſe clamitent, ut qui hæc ad MAGNAM MYSTAGOGIAM ſpectare ſcripſerit.

„ Audi adhuc, inquit Auguſtinus [2], quod te poſſit „ amplius commovere, atque turbare, & utinam in „ melius commutare. Eccleſiæ Catholicæ adverſus hære„ ticos acerrimum defenſorem venerandum, quis igno„ ret, Hilarium Epiſcopum Gallum? (*qui cum de Chriſto* „ *ageret*) attende quid dixerit „: *Tractatu in Pſ.* LVIII. „ *nu.* X. [3]: Moriente eo, obſcurato ſole, lux deperit; „ pendente eo in cruce, tremit terra; deſcendente eo „ AD INFEROS, SANCTOS EJUS INFERI NON „ TENENT „. Ad hæc Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri ſic adnotaverunt: „ Si juſti dicantur „ ideo doluiſſe, quia ardenter exoptabant Chriſtum, „ quo Salvatore indigebant: præſentia ipſius eorum do„ lores ſoluti quidni dicantur [4] „? Rurſum Hilarius *in Pſalmum* CXVIII. *litt.* X. [5] „ Sed hi nunc oculi PRO„ PHETÆ, *inquit*, licet DOMINUM videre DESIDE„ RAVERINT, non ſunt tamen corporis oculi: lo„ quuntur enim, & expectant, & mentis potius eſt „ contuitio iſta, & loquela, non corporis: *dicunt enim,* „ *quando exhortaberis me*? Scit exhortationem hanc SAN„ CTOS QUIESCENTES IN INFERNO DESIDERA„ RE..... In hæc igitur Dei eloquia oculis loquenti„ bus deficit, non tam viſu corporeo Dominum ex „ eloquiis Dei nunciatum, quam contemplatione ani„ mæ, & mentis expectans „. Viden', ut Sanctos etiam Prophetas, etiam Davidem dicat, *in inferno quieſcentes deſideraſſe videre Dominum*? Verum qui Deum intuebantur

1 „ Hæc enim omnia, quæ ad HANC MAGNAM MYSTAGOGIAM perti„ nent, ſacroſancta Trinitas univerſa molita eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus „.
2 *Lib.* I. *contra Julianum cap.* III. *num.* 9. *pag.* 329. *ſeq. edit. Antuerp. an.* 1709.
3 *Pag.* 112. *edit. Pariſ. an.* 1693.
4 *Ibid. not. c.*
5 *Num.* III. *pag* 365 *ſeq.*

tur, tanto deſiderio, eoque *in inferis manentes* fuiſſe captos, quis credat? Atque CARCEREM deinceps appellat eum inferorum locum, in quem Chriſtus deſcendit [1]. Immo vero INFEROS SUSTINENDOS Davidi prædicat [2]. Quinetiam *Pſalmum* CXXXVIII. interpretans, etſi verbo præſentis utatur temporis, de iis tamen, qui ante Chriſti mortem deceſſerant [3], diſputat, ſcribitque hoc modo: „ Humanæ iſta lex neceſſitatis eſt, ut conſepultis cor- „ poribus ad inferos animæ deſcendant [4] „. Denique Hilario Pictavienſi tribui oportere Epiſtolam illam, ſeu libellum de Fide, qui extat *tom.* II. *part.* I. *Opuſculorum Veterum Patrum Latinorum*, cenſet Cl. Trombellius Editor *in Præfat. num.* IV. [5]. In eo autem libello Hilarius ſcribit hoc modo [6]: „ Reſeratis inferis, & ſpretis, con- „ culcatiſque omnibus iis, quæ in perniciem hominis, „ & ſalutem apud inferos tunc valebant, OMNES JU- „ STOS, & SPERANTES IN SE ILLUMINAVIT „ (Chriſtus) & ad ſuperos revocavit „. Adductis Hilarii teſtimoniis quibuſdam adverſus Julianum, quæ certe non ſunt clariora iis, quæ adverſus Cadonicianos attuli, „ Sentiſne, *inquit Auguſtinus*, quid audias? quæriſne, „ quid dicas? Hunc virum tanta in Epiſcopis Catholicis „ laude præclarum, tanta notitia, famaque conſpicuum, „ (de *Sanctis Veteris Teſtamenti*, quos ob Chriſti deſcenſum *inferi non amplius tenent &c.* [7]) „ aude criminari „. At Cadoniciani Hilarium ſibi præſidio eſſe vociferantur. Quì demum? Verumtamen id ego poſtea videro.

Pergit Auguſtinus: „ Sed adhuc audi alium excel- „ lentem Dei diſpenſatorem, quem veneror ut Pa- „ trem „.

1 *In Pſalm.* CXLII. *num.* VII. *pag.* 545.
2 *In Pſalm* CXVIII. *num.* VIII. *pag.* 333.
3 Nam, ut paulo ante vidimus, fatetur Hilarius: *deſcendente Chriſto ad inferos, Sanctos ejus inferis non teneri*. Vide *Tract. in Pſal.* XV. *pag.* 65. *apud Martenium tom.* IX. *Veterum Scriptor. edit. Paris. an.* 1733.
4 *Num.* XXII. *pag.* 514.
5 *Pag.* 35. *edit. Bonon. an.* 1718.
6 *Num.* VI. *pag.* 41.
7 Loco indic. *num.* IX. *pag.* 330.

„ trem ... Beatum loquor Ambroſium, cujus pro catho„ lica fide gratiam, conſtantiam, labores, pericula, „ ſive operibus, ſive ſermonibus ... mecum non du„ bitat orbis prædicare Romanus. Hic vir „ cum de Fide ſcriberet ad Gratianum Imperatorem [1] „ Obſtu„ puerunt, *inquit*, Angeli cæleſte Myſterium. Unde „ cum reſurgeret Dominus, atque illum, quem du„ dum ſecundum carnem anguſtus ſepulcri locus texe„ rat, reſurgentem ab INFERIS cæli alta ſuſtinere non „ poſſent, hæſerunt etiam cæleſtia opinionis incerto. „ Veniebat enim novis victor redimitus exuviis, *Do„ minus in templo Sancto ſuo*. Præibant Angeli, & Ar„ changeli mirantes ſpolium ex morte quæſitum, & „ quamvis ſcirent nihil Deo accedere ex carne potuiſſe, „ quia infra Deum omnia ſunt; tamen trophæa Cru„ cis, cujus principium ſuper humerum ejus, & trium„ phatoris æterni MANUBIAS intuentes, quaſi eum, „ quem miſerant cæli portæ, capere non poſſent, „ licet numquam ejus capiant majeſtatem, majorem „ viam quærebant aliquam revertenti; adeo nihil exi„ nanitus amiſerat! Debuit tamen novo victori novum „ iter parari; ſemper enim victor tamquam major, „ & præcelſior eſt. Sed quia æternæ ſunt JUSTITIÆ „ PORTÆ, eædemque Novi, & Veteris Teſtamenti, „ quibus cælum aperitur, non mutantur utique, ſed „ elevantur, quia non unus homo, ſed totus in om„ nium Redemtore mundus intrabat. Translatus erat „ Enoch, raptus Elias. SED NON EST SERVUS SU„ PRA DOMINUM. *Nullus enim aſcendit in Cœlum*, „ *niſi qui deſcendit de Cœlo*. Nam & MOYSEN, licet „ corpus ejus non apparuerit in terris, NUSQUAM TA„ MEN IN GLORIA CÆLESTI LEGIMUS, NISI „ POSTEAQUAM DOMINUS RESURRECTIONIS „ SUÆ PIGNORE VINCULA SOLVIT INFERNI, „ ET

1 *Lib.* IV. *cap.* I. *num.* V. *ſeqq. pag.* 662. *tom.* III. *opp. edit. Veneta an.* 1751.

„ ET PIORUM ANIMAS ELEVAVIT [1] „. Jam ne vides Cadonice? Jam ne ſentis Dalhame [2]? Jamne intelligitis quotquot Cadonicianarum partium ſtudio tenemini, non mecum vobis, ſed cum Chryſoſtomo, cum Baſilio, cum Gregorio Nazianzeno, cum Hilario, cum Hieronymo, cum Ambroſio denique rem eſſe, quorum eſt Auguſtinus auctoritate uſus, ut contra Pelagianos traditum divinitus dogma de Originali peccato fuiſſe demonſtraret? Ac de ceteris profecto, quid (ad rem noſtram quod attinet) ſenſerint, oſtenſum paulo ante hoc ipſo capite eſt. De Ambroſio autem quid dicitis, qui ne Moyſen quidem, ait, in gloria fuiſſe, niſi poſteaquam *Chriſtus vincula ſolvit inferni, & piorum animas elevavit*? Quid autem hoc eſt, niſi *vinculis inferni* detentum etiam fuiſſe Moyſen, nec ante hauſiſſe *lumen* æternæ *vitæ, quam illic lux vera ſapientiæ radiaſſet*, ut idem in libro de Incarnationis Domini Sacramento [3] animadvertit? *I nunc* (verba ſunt Auguſtini [4], quæ ut ad Julianum, ita etiam ad eos, quicumque tandem ſint, qui his tot Patribus adjungere auctoritatem ac fidem recuſent, accommodari apte poſſunt) *I nunc, & mihi objice . . . . diſſimula ab iſtis, finge*

 te

1 En quo ſint ſenſu accipienda, quæ *de remiſſione in inferno poſitis data* ſcribit Ambroſius in eo libro, quem *de Incarnationis Domini Sacramento inſcripſit*. *Cap*. v. *num* xl. *pag*. 141. *tom*. iv. *edit. ejuſd*. „ Corpus ejus jacebat in tumulo; „ ipſe autem inter mortuos liber, remiſſionem in inferno poſitis ſoluta mortis le„ ge donabat ». Et *nu*. xli. *pag*. 141. „ Denique etiam in inferno poſitis vitæ lu» men fundebat æternæ. Radiabat etiam illic lux vera ſapientiæ, illuminabat in» fernum, ſed inferno non claudebatur ». Atque huc etiam pertinent, quæ idem complexus eſt Hymno, qui incipit: *Jam ſurgit hora tertia*: *tomo eod*. iv. *pag*. 308.

» Hæc hora, qua finem dedit
» Diri veterno criminis,
» Mortiſque regnum diluit,
» Culpamque ab ævo ſuſtulit,
» Hinc jam beata temporá
» Cœpere Chriſti gratia.

2 Dalhamo me ſatisfacturum putavi, ſi longiuſculum hunc Ambroſii locum deſcriberem. Nam *longiora Patrum ratiocinia* poſtulat *in Cenſura*. *pag* xxi. *Operis Cadoniciani de D. Aurelii Auguſtini, quæ videtur ſententia*. *Edit. Veneta an*. 1763.

3 Vide *hujus pagina notat*. 1.

4 *Lib*. 1. *contra Julianum*: *cap*. iv. *pag*. 530. *tom*. x. *opp. edit. Antuerp. an*. 1750.

te neſcire quid dicant, & ſancta Eccleſia tot, tantiſque Doctoribus, qui vita optime geſta, debellatiſque ſuorum temporum erroribus, glorioſiſſime de hoc ſeculo, antequam vos ebulliretis, exierunt, velut eis non viſis, in me impetum faciens, & velut neſciens, quod illi ſub meo nomine lacerentur, tamquam ſecurus inſulta. Crederem te, fateor, quid mali facias, ignorare; nec inpudentia, ſed imprudentia tua tribuerem, quod hac lumina civitatis Dei audes hoſtiliter inſectari, qua ſectari fideliter debuiſti. Crederem te, inquam, hoc tantum nefas committere neſcientem niſi in eo libro, cui te reſpondiſſe vel exiſtimas, vel exiſtimari cupis, apertiſſimum teſtimonium de S. Ambroſii diſputatione poſuiſſem [1].

At Auguſtinus anteaquam hiſce verbis in Julianum inveheretur, præter hos, quos nominavit Patres, Reticii etiam Auguſtodunenſis, Olympiique Hiſpani meminit. Fateor. Verumtamen horum opuſcula temporum injuria perierunt. Quæ ſi extarent, haud dubito, quin inde non minima ad communem ſententiam pars commodorum accederet. Sed pro Hiſpano Olympio habe tibi Hiſpanum alterum non minoribus erga Eccleſiam meritis, S. Pacianum, dico, Epiſcopum Barcinonenſem. Is in *tertia* contra Novatianos Epiſtola: *Animam humilem, & modeſtam*, inquit, ... Chriſtus *apud inferos non reliquit* [2]. Pro Epiſcopo autem Reticio Auguſtodunenſi, contentus eſto Brixienſi doctiſſimo, ſanctiſſimoque Antiſtite Gaudentio, qui *Tractatu* VIII. *de Lectione Exodi* [3], tam

1 Jodocus Coccius *Theſauri Catholici lib.* II. *pag.* 168. *to.* I. *edit. Colon. an.* 1619. aliique, quos Faſſonius laudat, locum Ambroſii *apertiſſimum* hac de re attulerant, quem ab Cadonico non fuiſſe animadverſum (ſiquidem etiam, ut debebat, Ambroſii opus in fonte, ut ajunt, legiſſet) etſi patiar equidem; vereor tamen, ne futuri ſint, qui non credant.

2 *Tom.* IV. *Bibliotheca Patrum edit. Lugd. an.*1677. *pag.* 312:

3 *Edit. Operum Brixienſis an.* 1738. *pag.* 296. » Corpore in ſepulcro ſepoſito, » Divinitas cum anima hominis ad INFERNA deſcendens vocavit de locis ſuis » ANIMAS SANCTORUM, QUORUM CORPORA SURREXISSE Matthæus » Evangeliſta teſtatur dicens: *Et multa corpora Sanctorum dormientium* SURREXERUNT &c.; Filius enim Dei non idcirco cum ſuſcepti hominis anima ad » inferos deſcendit, ut eam in inferno relinqueret, ſed ut PLURIMAS reſurrecturis SANCTORUM corporibus ANIMAS REVOCARET.

tam perſpicue hac de re loquitur, ut nihil ſupra deſiderari poſſe videatur.

Gaudentio Brixienſi Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum (quem virum, & quantum!) adſcribito ſuffragatorem. Atque ex hujus ſane ſtudiis, curis, laboribus, quos pro religione contra hæreſes ſuorum temporum maximos ſuſcepit, utilitates mirabiles extiterunt. Is in eo libro, quem *de Incarnatione Verbi* inſcripſit: πάλαι μὲν, inquit, πρὶν τὴν θείαν ἐπιδημίαν γενέσθαι τοῦ σωτῆρος φοβερὸς ἦν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ὁ θάνατος, καὶ πάντας τοὺς ἀποθνήσκοντας ὡς φθειρομένους ἐθρήνουν. ἄρτι δὲ τοῦ σωτῆρος ἀναστήσαντος τὸ σῶμα, οὐκέτι ὁ θάνατος ἐστὶ φοβερός [1]. Quinetiam in ΕΚΘΕΣΙ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ *Expoſitione Fidei* de Chriſto agens [2]: ἀποθανὼν, inquit, ὑπὲρ ἡμῶν, ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνελήφθη εἰς οὐρανοὺς ἀρχὴ ὁδῶν κτισθεὶς ἡμῖν ἐν τῇ γῇ ὤν, ἡμῖν ἔδειξεν ἐκ σκότους φῶς, σωτηρίαν ἐκ πλάνης, ζωὴν ἐκ νεκρῶν, εἴσοδον ἐν τῷ παραδείσῳ, ἐξ οὗ ἐκβέβληται Ἀδὰμ εἰς ὃν πάλιν εἰσῆλθε διὰ τοῦ λῃστοῦ ὡς εἶπεν ὁ κύριος. κ. τ. λ. Nam ut locum illum Evangelii: *Omnia mihi tradita ſunt &c.* illuſtrans animadvertit: ἐπειδὴ γὰρ ἥμαρτε, καὶ πέπτωκεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πεσόντος αὐτοῦ τὰ πάντα τετάρακται, ὁ θάνατος ἴσχυεν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, ἡ γῆ κεκατήραται, ὁ ᾅδης ἠνοίγη, ὁ παράδεισος ἐκλείσθη ... ὡς γοῦν παρεδόθη (Dei Filio [3])

1 *Num.* XXVII. *pag.* 70. *tom.* I. *P.* I. *opp. edit. Pariſ. an.* 1698. „ Olim quidem, „ ante divinum Salvatoris adventum, ipſis ETIAM SANCTIS MORS ERAT „ TERRIBILIS, cunctique eos, qui moriebantur, tamquam PEREUNTES DEFLEBANT. Jam autem poſteaquam Salvator corpus ſuum a mortuis excitavit, „ mors non amplius terribilis eſt „. Mirum ut *terribilis mors* poſſet eſſe, *flendique* eſſent *ut pereuntes ii*, qui ſeſe ad Deum ejus aſpectu gaviſum abituros crederent!

2 *Num.* I. *pag.* 100. „ Mortuus pro nobis reſurrexit a mortuis, & in cælos aſ- „ ſumtus eſt. Idem principium viarum nobis creatus, cum in terra verſaretur, „ nobis ex tenebris lumen exhibuit, ſalutem ex errore, vitam ex mortuis, NEC „ NON INGRESSUM IN PARADISUM, ex quo Adam ejectus fuerat, & in „ quem idem rurſus per latronem ingreſſus eſt „.

3 *Num.* II. *pag.* 104. „ Poſtea quam peccavit, & cecidit homo, eoque cadente, „ omnia ſunt perturbata, mors ab Adam uſque ad Moyſen invaluit, maledicta „ eſt terra, inferi aperti ſunt, clauſus eſt paradiſus... Ut cuncta Dei filio tra- „ dita ſunt, & factus eſt homo, omnia ſtatim emendata ſunt, & perfecta..., „ Latroni reſeratus eſt paradiſus, inferi tremuerunt &c. „

τὰ πάντα, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, εὐθὺς διορθώθη, καὶ ἐπληρώθη τὰ ὅλα ... ὁ παράδεισος ἠνοίγη τῷ λῃστῇ, ὁ ᾅδης ἔπτηξε κ. τ. λ. *Et Oratione* I. *contra Arianos*: „ His, *inquit*,
„ verbis *exaltavit eum*, non intelligendum eſt eum
„ (Chriſtum) exaltari; nam altiſſimus eſt; ſed is eſt ſen-
„ ſus, ut videlicet ille quidem pro nobis juſtitia fieret,
„ nos autem in ipſo exaltaremur, καὶ εἰς τὰς πύλας εἰσέλ-
„ θωμεν τῶν οὐρανῶν, ἃς αὐτὸς πάλιν ὑπὲρ ὑμῶν ἀνέῳξε,
„ *& in januas cælorum ingrederemur, quas ipſe rurſus pro*
„ *nobis aperuit*, dicentibus his, qui præcurrebant: *at-*
„ *tollite portas &c.* Non enim ſic intelligendum eſt, clau-
„ ſas ei fuiſſe portas, qui omnium Dominus, & effector
„ erat. Verum id propter nos ſcriptum eſt οἷς ἦν ἡ θύρα
„ κεκλεισμένη τοῦ παραδείσου, *quibus janua paradiſi clauſa*
„ *erat* [1] .... Niſi enim Dominus homo fuiſſet factus [2] ....
„ οὐκ ἂν ὑψώθημεν εἰς οὐρανοὺς, ἀλλ' ἐκείμεθα ἐν τῷ ᾅδῃ.
„ δι' ἡμᾶς ἄρα, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐστὶ τὸ λεγόμενον, ὑπερ-
„ ύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο, *non fuiſſemus evecti in cælum*,
„ *ſed in inferno jacuiſſemus. Itaque propter nos, & pro no-*
„ *bis illud dictum eſt* exaltavit, & donavit „.

Et contra Apollinarium *lib.* I. [3]. „ Non ſolum in
„ nobis, ſed & in Chriſti morte id ipſum common-
„ ſtratur, quando corpus quidem uſque ad ſepulcrum
„ tantum pervenit, ἡ δὲ (ψυχὴ) μέχρι ᾅδου διαβᾶσα *ani-*
„ *ma vero uſque ad infernum pervadens*, locis multo
„ ſpatio diſtantibus, ſepulcrum quidem corporalem
„ adventum excepit, ac ibi corpus adſuit; infernus
„ vero incorporeum admiſit. Qua ratione igitur, cum
„ Dominus illic ἀσωμάτως *incorporaliter* adeſſet, homo
„ tamen a morte exiſtimatus eſt? ἵνα ψυχαῖς ταῖς ἐν δε-
„ σμοῖς κατεχομέναις, μορφὴν ἰδίας ψυχῆς ἀνεπίδεικτον
„ ὡς δεικτικὴν τῶν δεσμῶν τοῦ θανάτου παραστήσας, πα-

„ ρῶσαι

1 *Num.* XLI. *pag* 446.

2 *Num.* XLIV. *pag* 448. Confer etiam *Orat.* II. *contra Arianos num.* XVI. *p.* 484. *& Epiſtolam ad Adelphium num.* V. *pag.* 914. *tom. eod. P.* II.

3 *Num.* XIII. *ſeq. pag.* 931.

„ ῥήσας παρούσαις διαῤῥήξῃ τὰ δεσμὰ ψυχῶν: *Ut anima-*
„ *bus in vinculis detentis propria anima formam incapa-*
„ *cem vinculorum mortis quaſi capacem exhibens præſen-*
„ *tibus præſentem, vincula animarum in inferno detenta-*
„ *rum diſrumperet* „. Quarumnam vero animarum vincula Chriſtus diſruperit, explicat Athanaſius *lib.* II.[1]: Τῆς δὲ τοῦ Ἀδὰμ ψυχῆς ἐν καταδίκῃ θανάτου κατεχομένης, καὶ βοώσης, πρὸς τὸν ἑαυτῆς δεσπότην διαπαντὸς καὶ τῶν εὐαρεστησάντων τῷ θεῷ, καὶ δικαιωθέντων ἐν τῷ φυσικῷ νόμῳ, συγκατεχομένων τῷ Ἀδὰμ, συμπενθούντων τε, καὶ συμβοώντων, ἐλεήσας ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον κ. τ. λ. „ Cum Adæ
„ ANIMA in mortis condemnatione detineretur, ac
„ perpetuo ad Dominum ſuum clamaret; item cum
„ II, QUI DEO PLACUERANT, ET QUI IN LEGE
„ NATURÆ JUSTITIAM ASSEQUUTI FUERANT,
„ UNA CUM ADAMO DETINERENTUR, AC SI-
„ MUL CUM ILLO LUGERENT, CLAMARENTQUE,
„ miſertus Dominus hominis &c. „ Audin', Patrum Sanctorum animas, ante Chriſtum, fuiſſe iis locis detentas, quibus anima Adæ detinebatur, unaque cum eo fuiſſe in luctu, clamaſſe ad Dominum, clauſumque fuiſſe paradiſum; poſt adventum vero Chriſti diſrupta fuiſſe vincula, reſeratas cælorum, ſeu paradiſi fores, genus humanum denique vindicatum in libertatem? Quid his dici poteſt illuſtrius? An quos vinculis conſtrictos legis, quos lugentes, quos clamantes, quos aditu paradiſi prohibitos, hos tu defendes fuiſſe beatos viſione Dei; idque captatione vocularum, ut acutus tuis lectoribus videare? Quod eſt autem iſtud acumen, res claras, vetuſtateque robuſtas implicando velle pervertere? Verum de Athanaſio ſatis dictum eſt. Atque ex iis quidem, quos hactenus deſcripſi, locis intelliges, quorſum ea ſpectet Athanaſiana Pſalmi XXII. interpretratio: *v.* 14. *ſeqq. Attollite portas* &c. quæ ſic habet: περὶ τῆς καταβάσεως

[1] *Num.* IX. *pag.* 947.

στως λέγει, ὡς ἐποιήσατο τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, καὶ ἐσκύλευσε τὸν ᾅδην. De deſcenſu loquitur (Pſalmiſta) *quem* (Chriſtus) *fecit in inferiores partes terræ, & ſpoliavit infernum* [1].

Addito huic Amphilochium Epiſcopum Iconienſem, qui *Oratione* v. *de Lazaro* ſic inducit Chriſtum loquentem: *πρὸ τοῦ κατέλθω, ἔξελθε· ἐν σοὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα, ἐν ἐμοὶ τὸ τέλειον. Λάζαρε δεῦρο ἔξω ... ὁ ᾅδης κάτωθεν κοπτόμενος τὸν Λάζαρον προέπεμψεν. ἡ ψυχὴ Λαζάρου παρακρατουμένη, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων παρακαλουμένη, τὸ ἴδιον εἰς τὸ ἴδιον μετεχωρεῖτο* [2]. Jam is quoque inferis detentam Lazari *amici* Servatoris Chriſti animam fuiſſe ſcribit. Et Oratione VII. *in diem ſancti Sabbati* [3] *καὶ ὁ μὲν* (Χριστὸς) inquit, *παρὰ τοῖς νεκροῖς κάτω τοῦ θανάτου τὰ δεσμὰ διαλύων, καὶ φωτὸς τὸν ᾅδην πληρῶν, καὶ ἀφυπνίζων τοὺς κεκοιμημένους ... ἥρπασεν ὁ θάνατος τὸν δεσπότην Χριστόν; ἀλλ' οὐ κατέσχε παρ' ἑαυτῷ τὴν ζωήν. κατέπιε; κατέπιεν ἀγνοήσας, ἀλλ' ἐξήμεσε πολλοὺς σὺν αὐτῷ. Ἑκὼν κατέχεται νῦν, μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν σκυλεύσας τὸν ᾅδην ἀνίσταται ... σήμερον λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, φῶς εἶδε μέγα.* „ Et Chriſtus quidem apud INFEROS mortis „ vincula diſſolvit, luce infernum implet, & A SOMNO „ EXCITAT DORMIENTES ... Rapuit mors Chriſtum „ Do-

1 S. Athanaſii *opus de Titul. Pſalmorum* edidit græce, ac latine vir doctrina excellens, dignitateque Eminentiſſimus Nicolaus S. R. E. Card. Antonellus *Romæ an.* 1746. Locus autem Athanaſii, quem attuli, extat *edit. ejuſd. pag.* 51. Erunt fortaſſe, qui id opus Athanaſio eſſe tribuendum negent, propterea quod teſtimonia, quæ Veteres ex Athanaſii libro in Pſalmos deſcripſere, non huic Interpretationi, ſed alteri a Montfauconio editæ reſpondeant. Confer ſeptimo ſeculo perſcriptum Chronicon Paſchale *p.* 223. *edit. Pariſ. an.* 1688. Sed quid hi negent, non æque curo. Mihi ſatis erit, ex ejus Scriptoris, cui ea tribuitur, illuſtribus locis, oſtendiſſe, ut hæc ſit intelligenda Pſalmi XXIII. interpretatio.

2 *Pag.* 62. *ſeq. edit. opp. Pariſ. an.* 1644. » Priuſquam deſcendam (*ad inferos*) » accipe in te arrhabonem, in me autem quod perfectum eſt. *Lazare veni foras* » .... Inferius percuſſus INFERNUS Lazarum EMISIT. Confirmata ANIMA » Lazari, atque ab Angelis Sanctis EVOCATA, proprium in proprium transmu» tando conflabat ».

3 *Pag.* 86. *ſeq.* Si quis haſce orationes duas Amphilochio non eſſe tribuendas exiſtimet, is quibus argumentis fretus exiſtimet, viderit. Quamquam mihi ſatis nunc fuerit, ut veteri ſane auctori, qui orationes eaſdem perſcripſit, cum Baſilio, Athanaſio, utroque Gregorio, Ephræmoque Syro conveniat.

„ Dominum? Sed non retinebit apud ſe vitam. De-
„ voravit? Devoravit neſcia, ſed evomuit multos cum
„ ipſo. Volens nunc detinetur, ſed craſtina die, ſpo-
„ liato inferno, reſurget ... Hodie *populus in tenebris*
„ *ſedens*, *vidit lucem magnam* „. Quoſnam *dormientium* vocabulo Patres indicent, nota, atque teſtata res eſt. Nam eos, qui culpa nulla ſua torqueri meruerunt, quique *juſtificati per gratiam* Dei e vivis exceſſerunt, ii certe *dormire* dicuntur. *Dormientes* autem *in inferis* Chriſtus, Amphilochio teſte, excitat. *Sanctos* igitur Veteris Teſtamenti Patres. At ſomno capti, in tenebris ſedentes, *ſomno excitati*, *illuminatique* dici qui demum potuiſſent ii, qui ſtatim atque ex hac mortali vita migrarant, vidiſſent, videreque numquam deſiiſſent Deum?

Quod ſi hos Cadonicus Antiſtites, etſi numero majore, pares tamen auctoritate Reticio, atque Olympio neget eſſe, non negabit autem opinor, ſi ſapiet, nemo enim Pacianum, Amphilochium, Gaudentium, & quod caput eſt, Athanaſium cuiquam poſtponi feret; verumtamen ſi neget Cadonicus, circumſpiciat Epiſcopos ſeculi IV. omnes, omnes, inquam, quorum ad nos libri pervenerunt; periclitetur, ſi tantum inſit doctrinæ, virtutis, ac meritorum Chromatio Aquilejenſi [1], Zenoni Veronenſi [2], cujus viri ſemper in Eccleſia Catholica exiſtimatio ſingularis

1 *Concione* I. *in Matthæi cap.* V. *de Octo Beatitudinibus pag.* 979. *to.* V. *Bibliotheca PP. edit. Lugdun. an.* 1677. „ Non immerito, *inquit*, David, cum FUTURI „ TEMPORIS GLORIAM oſtenderet, in qua ſancti cum Deo habitabunt, ita „ retulit; *attamen juſti confitebuntur tibi &c.* „ Idem *p.* 980. Eccleſiam nunc *in cœleſti gloria conſtitutam* dicit.

2 Is *lib.* I. *tract.* XVI. *de Reſurrectione num.* IV. *pag.* 124. *edit. Veron. opp. an.* 1719. Samuelem *ſuam præſentiam Sauli exhibuiſſe* affirmat. At is, qui Saulem eſt alloquutus, ex inferis aſcenderat. Vide etiam *pag.* 126. *lib.* II. *tract.* VI. *num.* II. *pag.* 151. „ Mortem Chriſtus guſtat, ut mortem devincat: *inferos penetrat*, ut *mortuos* „ *vivos reducat* „. Adludit ad locum Evangelii: *& multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt*. Sancti ergo illi in *inferis* erant. Alioquin cur *inferos penetraſſet* Chriſtus, ut eos *vivos reduceret*?

Digitized by Google

laris fuit, Brixienſi Philaſtrio [1], Jacobo Niſibeno [2], Tito Boſtrenſi [3], Potamio neſcio cujus Urbis Epiſcopo [4], Macario Hieroſolymitano [5], Theophilo Alexandrino [6], Euſtathio Antiocheno, qui ſic ſtatuit: ἡ ψυχὴ (τοῦ Χριστοῦ) τοῦ γὰρ τοῦ ἀνθρωπείου σκηνώματος εἰς τὰ κατώτατα κατελθοῦσα μέρη τῆς γῆς, ἀνέπετασε τὰς ἐκεῖσε πύλας ἀθρόᾳ ῥοπῇ, καὶ τὰς αὐτόθι καθειργμένας ἀνῆκε ψυχὰς „ ὁ πηνίκα μὲν εἰς τοὺς καταχθονίους ἀφικνεῖτο τόπους

1 *Hæreſi* CXXII. *pag.* 97. *edit. Brix. an.* 1738. „ Alii ſunt hæretici, qui dicunt » Dominum in infernum deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem etiam ibidem re- » nunciaſſe, ut confitentes ibidem ſalvarentur: cum hoc ſit contrarium dicenti » Prophetæ David: *in inferno autem quis confitebitur tibi* „. Allatiſque deinceps quibuſdam aliis momentis argumentorum, quibus effici facile poteſt, eos qui ob culpam aliquam ſuam in inferis puniebantur; non fuiſſe ereptos ex inferis: » Si » in Deum, *inquit*, crediſiſſent (Ethnici) Deorum, & Dearum turpia nomina » non ſeminaſſent, & in deſcenſione Chriſti in infernum veniam impetraſſent ». Nempe ſi juſti fuiſſent, neque quidquam eis luendum ſuperfuiſſet. Nam addit Philaſtrius: » In comparatione autem peccatorum, atque impiorum diverſitas eſt » pœnarum, atque plagarum, non plena amborum eſt abſolutio, ſed dijudica- » tionis juſtitia, & ſecundum peccatum digna repenſio &c. „ Quorſum hæc, ſi animas ob reatum pendendæ temporariæ pœnæ, aut ob levem quamdam culpam purgatoriis ignibus cruciatas, ereptas ex inferis fuiſſe Philaſtrius exiſtimaſſet? Juſtos igitur, quibus nihil ejuſmodi dependendum ſupererat, fuiſſe Philaſtrii ſententia ex inferis exemtos confitendum eſt. Atque horſum quidem Philaſtrii doctrinam accepit Gregorius Magnus in ea ad Georgium Epiſtola, ex qua locum *p.* 531. *ſeq. hujuſce operis* deſcripſimus.

2 De Jacobi Niſibeni Epiſcopi ſanctitate vitæ, doctrina, ſtudio religionis vide Theodoritum *lib.* I. *Hiſt. Eccleſ. cap.* VII. *pag.* 25. *& lib.* II. *cap* XXX. *pag.* 115. *ſeq. edit. Cantabrig. an.* 1720. & *Hiſt. Religioſ. cap.* I. *tom.* V. *opp. pag.* 768. Is ergo talis, tantuſque vir Jacobus *Serm.* XIV. *pag.* 345. *editionis, quam Romæ an.* 1756. armenice, atque latine curavit Nicolaus S. R. E. Card. Antonellus §. VI. » Judæis, » *inquit*, Moſes diviſit mare, & trajecit: & Salvator noſter diviſit infernum, » & fregit portas ejus, cum ipſe INGREDIENS EAS APERUIT, ET OMNI- » BUS FIDELIBUS VIAM MUNIVIT „.

3 *Lib.* III. *contra Manichæos pag.* 459. *tom.* IV. *Bibliotheca PP. edit. Lugdun. an.* 1677. & *Oratione in Ramos Palmarum tomo eodem pag.* 475. » Gaude *humana* » *natura*, *inquit*, velut poſtliminio reverſa a captivitate dæmonum, & ex ſeculi » hujus poteſtate ad cæleſtem Hieruſalem illam, quam PATER TUUS ABRA- » HAM EXPECTABAT, ut ait quodam in loco B. Paulus: *Vos autem acceſſiſtis* „ *ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Hieruſalem cæleſtem &c.* » Sit hæc oratio Titi, an non ſit, non æque curo. Veteris certe Scriptoris eſt, Titique Boſtrenſis Epiſcopi nomen præfert.

4 *Sermone de Lazaro. In Append. ad opera S. Zenonis edition. Veron. modo indicata pag.* 300. » Mors vincitur, homo redditur, INFERORUM CATENÆ » FRANGUNTUR ». Agit hic, ut dixi, de Lazaro amico Chriſti.

5 Hujus locum ex Gelaſii Cyziceni *libro* II. attulimus *pag.* 561. *hujus operis*.

6 *In prima Epiſtola Paſchali tom.* V. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. *pag.* 845. Quod ſi minus perſpicua eſt Theophili oratio, ejus certe eſt germana ab Cyrillo & ſucceſſore Theophili, & conſanguineo haurienda ſententia. Non enim credibile eſt, Cyrillum & propinquum, & ſucceſſorem Theophili, ab Theophilo ipſo, quem pendere plurimi conſueverat, diſcrepaſſe.

τους ἐν ταυτῷ δὲ καὶ τὴν τοῦ λῃστοῦ ψυχὴν αὐθήμερον εἰσήγαγεν εἰς τὸν παράδεισον. εἰ γὰρ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου τοῖς ἅπασιν ὑπῆρξεν ἀνθρώποις ἡ σωτηρία, πρόδηλον ὡς ἡ ψυχὴ τὰς ὁμογενεῖς ἀναλυτροῦται ψυχάς, ἅμα μὲν εἰς τὰ καταχθόνια κατιοῦσα μέρη τοῦ Χάους, ἅμα δὲ καὶ τῇ ἀρχαιοτάτῃ τοῦ παραδείσου πάλιν ἀποκαθιστῶσα νομῇ τὸν ὑπεισδύσαντα τῷ κράτει τῆς ἀηττήτου βασιλείας[1]. Cyrillo item Hieroſolym.[2], qui Catecheſi IV. Symbolum tradens κατῆλθεν, inquit, (ὁ Χριστὸς) εἰς τὰ καταχθόνια, ἵνα κἀκεῖθεν λυτρώσηται τοὺς δικαίους. ἐβούλου γὰρ, εἰπέ μοι, τοὺς μὲν ζῶντας ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, καὶ ταῦτα, τῶν πλείστων οὐχ ὁσίων ὄντων, τοὺς δὲ ἀπὸ ἀδὰμ πολυχρονίως ἀποκεκλεισμένους, μὴ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας λοιπόν: „ Deſcendit ad ſubterranea, ut illinc „ JUSTOS LIBERARET. Etenim velles ne, dic mihi, „ vivos quidem gratia frui, idque cum plurimi horum „ ſancti non ſint; eos vero, qui longo tempore jam „ uſque ab Adamo concluſi fuerant, libertatem tandem „ non conſequi? „ De quibus *Juſtis*, obſecro, Cyrillus agit? An de iis, quorum animæ purgatoriis ignibus exurebantur? At mox adjungit Cyrillus: Ἡσαΐας ὁ προφήτης τοσαῦτα περὶ αὐτοῦ μεγαλοφώνως ἐκήρυξεν· οὐκ ἤθελες, ἵνα βασιλεὺς κατελθὼν λυτρώσηται τὸν κήρυκα; Δαβὶδ ἦν ἐκεῖ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ πάντες οἱ προφῆται, καὶ αὐτὸς Ἰωάννης ὁ λέγων διὰ τῶν ἀποσταλέντων: σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; οὐκ ἤθελες ἵνα καταβὰς λυτρώσηται τοὺς τοιούτους; „ ESAIAS PROPHETA tam multa de ipſo excelſa vo- „ ce prædicavit: Non velles, ut Rex deſcendens SUUM „ PRÆCONEM LIBERARET? ERAT ILLIC DA- „ VID

gggg

1 *Diſſert. de Engaſtrimytho* animas etiam Sanctorum, ut Samuelis, in inferis fuiſſe concedit *pag.* 149 151. & 185 *edit. Lugd. an.* 1629. & *p.* 386. „ Anima, *inquit*, „ (*Chriſti*) humanæ habitationis in infimas terræ partes perveniens, portas, quæ „ ibi erant, impetu facto, aperuit, animaſque ibi detentas attraxit... CUM „ ENIM IN SUBTERRANEOS LOCOS PERVENIT, INDE LATRONIS ANI- „ MAM EODEM DIE IN PARADISUM INTRODUXIT. Nam ſi per unum „ hominem univerſis mortalibus ſalus advenit; manifeſtum eſt, ANIMAM ANI- „ MAS, quæ ejuſdem ſunt generis, LIBERASSE, tum in ſubterranearum partium „ chaos accedit, tum in antiquiſſimam paradiſi ſtationem reſtitutione, regni in- „ ſuperabilis poteſtate &c. „

2 *Num.* 21. *pag.* 57. *edit. Pariſ. an.* 1720.

„ VID, ET SAMUEL, ET OMNES PROPHETÆ, & „ JOHANNES IPSE, qui per legatos ſuos dicebat: *tu „ es, qui venturus es, an alium expectamus*? Non velles, „ ut tales deſcendens liberaret „? Quid? an hos ignibus purgatoriis addicet Cadonicus, ne quis Sanctorum Veteris Teſtamenti, cui nihil pœnæ pendendum ſupereſſet, vindicatus in libertatem, exque inferis revocatus fuiſſe videatur? Rurſus idem Cyrillus Catecheſi XIV. quæ eſt *Illuminandorum, de articulo Symboli, reſurrexit a mortuis* [1]: κατῆλθε, inquit, εἰς τὸν θάνατον, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθη δι' αὐτοῦ· ἐξεπλάγη ὁ θάνατος θεωρήσας καινόν τινα κατελθόντα εἰς ᾅδην, δεσμοῖς τοῖς αὐτόθι μὴ κατεχόμενον. τίνος ἕνεκεν, ὦ πυλωροὶ ᾅδου, τοῦτον ἰδόντες ἐπτήξατε; τίς ὁ κατέχων ἡμᾶς ἀσυνήθης φόβος; ἔφυγεν ὁ θάνατος, καὶ φυγὴ τὴν δειλίαν ἠλέγχετο. προσέτρεχον οἱ ἅγιοι προφῆται; καὶ Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης, καὶ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ· Δαβίδ τε καὶ Σαμουὴλ, καὶ Ἠσαΐας, καὶ Βαπτιστὴς Ἰωάννης ὁ λέγων, καὶ μαρτυρῶν· σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν. ἐλυτροῦντο πάντες οἱ δίκαιοι, οὓς κατέπιεν ὁ θάνατος. ἔδει γὰρ τὸν κηρυχθέντα βασιλέα τῶν καλῶν κηρύκων γενέσθαι λυτρωτήν· εἶτα ἕκαστος τῶν δικαίων ἔλεγε. Ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος. ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον; ἐλυτρώσατο γὰρ ἡμᾶς ὁ νικοποιός. „ Deſcendit in mortem, & multa corpora Sanctorum, „ qui obdormierant, per ipſum excitata ſunt. Exterrita mors eſt novum quemdam in infernum deſcendentem conſpicata, qui ejus loci vinculis non tenebatur. Cujuſnam rei cauſſa, o Janitores inferni, hunc „ videntes expaviſtis? Qui vos inſolens occupavit timor? „ Fugit mors, ejuſque timiditatem fuga illa arguebat. „ Accurrerunt ſancti Prophetæ, & Moyſes legiſlator, „ & Abraham, & Iſaac, & Jacob, David etiam, & „ Samuel, & Eſaias, & Baptiſta Johannes, qui ait, & „ teſtatur: *tu es, qui venturus es, an alium expectamus*?

1 *Num.* XVIII. *ſeq. pag.* 214.

„ *mus?* Liberati ſunt Sancti omnes, quos mors abſor-
„ buerat. Oportebat namque regem, qui prædicatus
„ fuerat, optimorum præconum fieri liberatorem. Tunc
„ autem quilibet juſtorum dicebat: *Ubi eſt mors victoria*
„ *tua, ubi eſt mors ſtimulus tuus?* Liberavit enim nos vi-
„ ctoriæ auctor „. Quid ad hæc Cadonicus? Næ ille male conſultum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ quarto ſeculo fuiſſe, dicet, cum is inſtituendis Catechumenis fuiſſet præfectus, qui hæc eos tam falſa, aut ſaltem tam incerta doceret. Verumtamen ſi dixerit, caveat, ne magno ſuo damno dixiſſe videatur. Sic autem habeat: numquam deterreri poſſe me, quin Cyrillum auctorem ſequar, cujus hæc eſt etiam in XIII. Catecheſi oratio [1]: *οὔπω ὁ Ἀβραὰμ ὁ πιστὸς εἰσῆλθε, καὶ ὁ λῃστὴς εἰσέρχεται (εἰς τὸν παράδεισον) οὔπω Μωσῆς, καὶ οἱ προφῆται, καὶ ὁ λῃστὴς παράνομος εἰσέρχεται. ἐθαύμασε καὶ πρὸ σοῦ ὁ Παῦλος, εἰπών· ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. οἱ βαστάσαντες τὸν καύσωνα, οὔπω εἰσῆλθον. καὶ ὁ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν εἰσῆλθε.* „ Non-
„ dum Abraham ille fidelis ingreſſus eſt in *paradiſum*,
„ & latro ingreditur; nondum Moyſes, & Prophetæ,
„ & Latro iniquus intrat. Admiratus id etiam ante te
„ eſt Paulus dicens: *ubi abundavit peccatum, ſupera-*
„ *bundavit & gratia.* Qui pertulerunt æſtum, nondum
„ ingreſſi ſunt; & qui circa undecimam horam venit,
„ ingreſſus eſt „. Ex Cyrillo igitur intelligimus, Sanctos Patriarchas, & Prophetas ante Chriſti mortem non in *paradiſo*, ſed in inferis fuiſſe, indeque fuiſſe ereptos, atque in paradiſum introductos a Chriſto.

His, quos hactenus numeravi, Sanctis ſeculi IV. Epiſcopis addito, ſi placet, Euſebium Cæſarienſem Epiſcopum quidem, ſed partium Arianarum, qui lib. X. Demonſtrationis Evangelicæ de Chriſto agens, ſcribit hoc

 modo

1 *Num.* XXXI. *pag.* 198.

modo[1]: ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐν ᾅδου ψυχῶν παρῄει, ἐκ μακρῶν αἰώνων τὴν ἄφιξιν αὐτοῦ περιμενουσῶν, καὶ κατήει γε θύρας χαλκᾶς συντρίψων, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσων, καὶ τοὺς πρὶν δεσμίους ᾅδου ἐλευθέρους ἀνήσων· ὃ καὶ γέγονεν, ὅτε πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀναστάντα συνεισῆλθεν αὐτῷ εἰς τὴν ἀληθῶς ἁγίαν τοῦ Θεοῦ πόλιν. „ Ille pro animarum illarum ſalute accedebat, quæ „ APUD INFEROS EX LONGISSIMO TEMPORE „ ADVENTUM EJUS EXPECTABANT, & deſcende„ bat fores æreas contriturus, & vectes æreos confra„ cturus, & eos, qui antea vincti apud inferos erant, „ in LIBERTATEM VINDICATURUS, quod ipſum „ etiam factum eſt, quando MULTA CORPORA *eo„ rum, qui dormierant*, SURGENTIA SANCTORUM SI„ MUL CUM EO INGRESSA SUNT IN VERE SAN„ CTAM DEI CIVITATEM „ hoc eſt in paradiſum, ut ex ſequentibus plane conſtat[2]. Et lib. IV. Μέχρι θανάτου καὶ αὐτῶν νεκρῶν οἱ τῆς φιλανθρωπίας αὐτὸν ἐκάλουν νόμοι, ὡς ἂν καὶ τῶν πάλαι τεθνεώτων τὰς ψυχὰς ἀνακαλέσοιτο· ὅτι δὴ τῶν ἐξ αἰῶνος ἁπάντων αὐτῷ τῆς σωτηρίας ἔμελεν, καὶ ὅπως διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, ἣ τὰ θεῖα παιδεύει λόγια, καὶ ταῦτα πάλιν ἀναμὶξ ὑπῄει τὴν οἰκονομίαν .... τὰς ἐξ αἰῶνος πύλας τῶν σκοτίων μυχῶν διαρρήγνυς, καὶ τοῖς αὐτόθι νεκροῖς σειραῖς θανάτου πεπεδημένοις, παλίνδρομον τὴν ἐπὶ τὴν ζωὴν ἄνοδον τὴν πορείαν ποιούμενος. Ταύτῃ τοι αὐτῷ καὶ ὁ τεθνεὼς ἀνηγείρετο, καὶ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνίσταντο, συνεισελαύνοντα αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίαν, καὶ ὡς ἀληθῶς οὐρανόπολιν, ὡς εἰκότως ἐν ταῖς θείαις ἀνειρῆσθαι φωναῖς, κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. „ „ Uſque ad mortem, atque uſque ad „ ipſos mortuos, leges erga homines amoris ipſum voca„ bant, ut EORUM quoque, qui OLIM MORTUI „ ERANT

1 *Cap.* VIII. *ex Pſalm.* XXI. *De iis, quæ in ſalutari Paſſione facta ſunt: pag.* 501. *edit. Colon. an.* 1688. Confer etiam *pag.* 501. *ſeq.*

2 *Cap.* XII. *pag.* 166. Confer etiam hujus *Commentarios in Pſal.* XXIII. *pag.* 90. *tom.* I. *Collection. Veter. PP. edit. Monfauconii Pariſ. an.* 1706.

„ ERANT, animas revocaret: quandoquidem OMNIUM, „ quicumque a condito ævo fuiſſent, ſalutem ipſe curabat: „ nec non ut ſua morte deleret eum, qui imperium mor- „ tis habebat, quemadmodum divina docent oracula. „ Atque in hoc quoque promiſcue rurſus diſpenſationem „ obivit .... Æternas abditiorum tenebrarum portas re- „ fregit, & mortuis, qui illic catenis mortis implici- „ ti erant, remeandi ad vitam iter retrorſum aperuit. „ Hac ſane ratione ipſius etiam corpus jam mortuum „ excitatum eſt, & MULTA CORPORA EORUM, „ QUI DORMIERANT, SANCTORUM SURREXE- „ RUNT, UNAQUE CUM IPSO IN SANCTAM, „ AC VERE CÆLESTEM CIVITATEM INGRESSA „ SUNT, ut merito ex hoc in ſacris litteris dictum „ ſit: *abſorpta eſt mors, quæ invaluerat* „. Si animæ Sanctorum in inferis non erant, quid opus fuiſſet, earum liberandarum cauſſa, Chriſtum ad inferna deſcendere? Ac ſi in paradiſo, ſeu in Hieruſalem cæleſti erant, quæ ratio efficeret, Chriſtum in abdita inferorum loca penetraſſe, ut excitaret Sanctos, qui a ſeculo deceſſiſſent, revocaret ad vitam, inque *vere ſanctam cæleſtem civitatem* induceret? Atque hæc quidem ſtatuit Euſebius, qui etſi Eccleſiæ Catholicæ homo non fuit, tamen hac de re ab Catholicis non diſſenſit. Quæ res magno eſſe argumento debet, tam late communem hanc noſtram, pervulgatamque ſententiam quarto etiam ſeculo manaſſe, ut eam ne ii quidem negare fuerint auſi, qui ab Catholicis de multis, iiſque graviſſimis religionis dogmatibus diffidebant.

Quo in numero Theodorus fuit Antiſtes Mopſueſtenorum. Is etſi novis ſtudebat rebus, de hoc tamen, quod eſt de Veteris Teſtamenti Patrum animabus non ante beatis, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet, ne dubitandum quidem ſibi eſſe putavit. Quare ἐν, inquit,

τῷ

τὸ ὑποδεχόμενον πάντας· χωρίον πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου, κἂν μετὰ ταῦτα τὸ τάγμα τῶν ἁγίων εἰς παράδεισον μετετέθη [1].

Adjungito etiam Epiſcopis IV. ſeculi Ruffinum Preſbyterum Aquilejenſem [2] qui: „ quod infernum, inquit, „ Chriſtus deſcendit, evidenter prænunciatur in Pſal„ mis, ubi dicitur, *& in pulverem deduxiſti me* .... Sed „ & Johannes dicit: tu es qui, *venturus es, an alium* „ *expectamus* „? Id vero ſatis demonſtrat, Ruffinum in ea fuiſſe ſententia, ut Johannem in inferis adventum Chriſti expectaſſe, arbitraretur. Niſi enim ita eſſet, cur ille verba Johannis huc pertinere duxerit, ne fingere quidem poſſumus. Neque Ruffinum ſolum, ſed etiam Julium Firmicium Maternum illuſtrem ejus ætatis Scriptorem, qui *lib. de Erroribus Profanarum Religionum* [3] „ Chriſtus filius „ Dei, *inquit*, ut humanum genus a mortis laqueis libera„ ret, fecit, quod ante promiſerat: clauſit januas ſedis „ infernæ, & duræ legis neceſſitatem calcata morte „ proſtravit. Per triduum recens ita ab eo JUSTORUM „ turba collecta eſt, ne diutius contra eos mortis domi„ naretur improbitas. NE JUSTORUM meritum ex „ longa deſperatione concideret, fregit clauſtra perpe„ tua, & ferreæ fores Chriſto jubente collapſæ ſunt &c. „ Exultat ſalutare numen, & triumphales currus ejus „ juſtorum, & SANCTORUM turba comitatur „. Lactantium item Firmianum in V. *Divinarum Inſtitutionum libro*, qui eſt de *Vera Sapientia* [4], Victorinum Petavionenſem in Carmine *de Jeſu Chriſto Deo, & Homine* [5] ſic habentem:

„ A ſe-

1 *Catena in Joh. Evang. ad cap.* VIII. *v.* 22. *pag.* 229. *edit. Antuerp. an.* 1630.
» Una omnes regio ante reſurrectionem Domini excipiebat, quamvis poſtea ordo
» beatorum in paradiſum tranſlatus eſt ».

2 *Expoſit. pag.* 24. *in Append.. edit. Oxon. opp. S. Cypriani an.* 1682.

3 *Cap.* XXV. *pag.* 15. *poſt opera Cypriani edit. Pariſ. an.* 1666.

4 *Cap.* XIX. *pag.* 329. *tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. an* 1748.

5 *Collect. Veter. Poetar. Eccleſiaſticor. Edit. Baſileenſis an.* 1564. Eam autem editionem curavit Georgius Fabricius.

„ A ſedibus imis
„ Tartarus evomuit PROCERES, PATRESQUE BEATI
„ Conſurgunt, morienſque Deus reparatur in omnes
„ Vim patiens hominum vitali morte ſepultus.

Didymum quoque Alexandrinum [1], Anonymum, cujus in Catena Patrum in Pſalmos aliquot deſcribuntur loca, quique in Pſal. XXI. explicans verſum *in te ſperaverunt Patres noſtri*, ſcribit hoc modo: *οἱ πατριάρχαι, φησιν, ἐξ ὧν εἰμι τὸ κατὰ σάρκα, ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν τὴν ἐμὴν προσδοκῶντες ἐπίλαμψιν, καὶ τῆς ἐλπίδος ἔτυχον ῥυσθέντες ὑπ' ἐμοῦ ἀπὸ θανάτου, καὶ διαβόλου* [2]. Nonnum præterea Panopolitanum, qui Carm. in Johannis Evangelium de Lazaro amico Chriſti ex mortuis revocato canit

Ἔξιθι Λάζαρε δεῦρο, λιποφθόγγοιο δὲ νεκροῦ
Ἄπνοον ἐψύχωσε δέμας νεκυσσόος ἠχώ.
* * *
Ἐξ ἀΐδος νόστησε φυγὰς νέκυς, ὄψιμον ἄλλην
Ἀθρήσων μετὰ τέρμα βίου παλινάργετον ἀρχὴν
Θαμβαλέην· Ἀΐδης δὲ μάτην παρὰ γείτονι λήθῃ
Πανδαμάτωρ, ἀδάμαστον ἐδίζετο νεκρὸν ἀλήτην.

Probam etiam Falconiam illuſtrem ejus ætatis matronam in eo carmine, quod *de Rebus Divinis Virgilio-Centones* inſcribitur; quæ quidem matrona de *Terræmotu, obſcuratione ſolis, deſcenſuque Chriſti ad inferos* ſcribit [3]:

„ In-

1 *Caten. in Pſalm.* XV. *pag.* 277. *ſeq. tom.* I. *edit. Antuerp. Corderii an.* 1643. quo loco Chriſti animam εἰς ᾅδην in infernum deſcendiſſe ait, τῶν λογικῶν ψυχῶν τὸ χωρίον, *locum rationalium animarum*, qui nempe tunc erat.

2 *Pag.* 402. » Patriarchæ, inquit Chriſtus, ex quibus ſecundum carnem exiſto, » in te ſperaverunt, meam illuſtrationem expectantes, & ſpe potiti ſunt, per » me a morte, ac diabolo liberati ».

3 *Tom.* VIII. *Biblioth. Patrum edit. Pariſ. an.* 1624. *pag.* 350.
» Exi Lazare foras. Muti autem mortui
» Spiritu carens animavit cadaver mortuos ſervans vox.
* * * * *
» Ex INFERNO reverſus eſt fugiens mortuus, ſerum aliud
» Viſurus poſt finem vitæ revocatum regnum
» Admirandum. Infernus autem fruſtra apud vicinam lethen
» Omnium domitor indomitum quærebat mortuum vagum.

Viden',

„ Interea magno miſceri murmure cælum
„ Incipit, & rebus nox abſtulit atra colorem,
„ Impiaque æternam timuerunt ſecula noctem,
„ Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
„ Pergentes humiles ſtravit pavor, inde repente
„ Dat tellus gemitum, & cælum tonat omne fragore.
„ Extemplo COMITES EREBI DE SEDIBUS IMIS
„ UMBRÆ IBANT TENUES, tellus quoque, & æquora ponti
„ Signa dabant, ſiſtunt omnes, terræque dehiſcunt.
„ Quin ipſæ ſtupuere domus, atque intima lethi
„ TARTARA, ET UMBROSÆ PENITUS PATUERE CAVERNÆ &c.

Paulinum inſuper S. Ambroſii Antiſtitis Mediolanenſis auditorem [2], Hilarium denique Diaconum, qui Damaſi temporibus floruit, eoſque in Epiſtolas S. Pauli Commentarios ſcripſit, qui Ambroſii Mediolanenſis nomen in codicibus aliquot, editionibuſque Operum Ambroſii ejuſdem præferunt. Is in *cap.* V. *Epiſt. ad Romanos* „: Eſt, *inquit*, & alia mors, quæ ſecunda dicitur, „ in gehenna, quam non peccato Adæ patimur, ſed ejus „ occaſione propriis peccatis adquiritur: a qua boni im- „ munes ſunt: TANTUM QUOD IN INFERNO E- „ RANT, SED SUPERIORI, quaſi in libera (cuſtodia) „ qui ad cælos aſcendere non poterant. SENTENTIA „ enim TENEBANTUR DATA IN ADAM, quod CHI- „ ROGRAPHUM IN DECRETIS MORTE CHRISTI „ DE-

Viden', ut Lazarum ex INFERIS revocatum, poſt mortem acquiſiturum *admirandum regnum* dicat? Nam Lazarum, qui poſt Chriſti mortem rurſum deceſſerit, vita fuiſſe ſempiterna in Dei viſione conſiſtente potitum, pont. Floruit Nonnus extremo IV. & ineunte V. ſeculo.

1 *Tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit. Pariſ. an.* 1624 *pag.* 715.

2 Opuſculum *de Benedictionibus Patriarcharum* huic attribuit Aloyſius Mingarellus *Canon. Reg. S. Salvatoris* vir doctus *to.* II *P.* I. *Opuſc.* V. *Veter. PP edit. Bonon. an.* 1751. Sic autem Paulinus in eo opere *cap* III. *num.* 25. *pag* 211. ſcribit: „ Reſuſcitatus (Chriſtus) ad prædam aſcendit, quia expolians infernum juſtos „ quoſque ad ſuperna ſecum, tamquam prædam egregiam triumphando evexit „. Vide *Opuſcula Ruffini Presbyteri Aquilejenſis p.* 5. *edit. an.* 1580.

„ DELETUM EST [1] ... Illi, in quos mors non regnavit, „ quia non peccaverunt in ſimilitudinem prævaricatio- „ nis Adæ, ſub SPE RESERVATI SUNT ADVENTUI „ SALVATORIS IN LIBERA (cuſtodia) ſicut legitur „ de Abraham, quia quamvis APUD INFEROS FUE- „ RIT, diſcretus tamen longo intervallo eſt, ita ut „ chaos eſſet ingens inter juſtos, & peccatores. Si in- „ ter juſtos, & peccatores chaos ingens erat, quanto „ magis inter impios, ut juſtis eſſet refrigerium, & „ peccatoribus æſtus, impiis vero ardor [2] „? Et *in cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios*. „ Expoliavit inferos, *inquit*, cum „ captivos, quos ex PRÆVARICATIONE ADÆ, aut „ propriis captos peccatis in conditione tenebant, ab- „ ſtulit conſentientes ſibi, & aſcendens inde in cælos „ invexit: EX QUIBUS ALIQUANTI RESURGEN- „ TES IN CORPORIBUS MULTIS APPARUERUNT, „ ad teſtimonium evictæ mortis [3] „. Jam hoc teneo: ſumma Scriptorum IV. ſeculi conſenſione, imprimiſque Epiſcoporum, qui doctrina, virtute, celebritateque rerum egregie pro re chriſtiana publica geſtarum claruere, ut Athanaſii, ut Cyrilli Hieroſolymitani, ut Gregoriorum, ut Baſilii, ut Amphilochii, ut Chryſoſtomi, ut Epiphanii, ut Auguſtini, ut aliorum, quorum ſunt a nobis deſcripta loca, perſpicue palam eſſe, Sanctos Veteris Teſtamenti Patres, ante deſcenſum Chriſti ad inferos, in tenebris, in vinculis, in captivitate quadam fuiſſe, adeoque fruitos non fuiſſe aſpectu Dei. Expecto nunc, in quas ſe latebras ſit conjecturus Cadonicus. Ad Auguſtinum, credo, ad Ambroſium, ad Chryſoſtomum, ad Hilarium provocabit. Ad quatuor ſcilicet, contra ceteros orthodoxos quotquot in Eccleſia a primis temporibus ad ætatem uſque noſtram vixe-

hhhh runt,

1 *Pag. 67. tom. IV. opp. Ambroſii edit. Veneta an. 1751.*
2 *Ibid. pag. 69.*
3 *Ibid. pag. 286.*

runt; ad quatuor, inquam, eoſque adverſarios, atque repugnantes dogmati novo ſuo. Quod & demonſtratum a nobis hactenus eſt, & oſtendetur etiam in ſecundo libro hujuſce operis copioſius. Ab his autem cum præſidium petere nullum poſſit, ad quos demum ſeſe convertet? Ad Scriptores ne ſeculi Eccleſiæ tertii? Quotus autem quiſque eo ſeculo hac de re quidquam eſt eloquutus, qui non idem, atque ſec. IV. Scriptores, tradiderit? Equidem etſi multorum opuſcula diligenter legi; nullum reperi, qui ſecus atque velimus ſenſiſſe videretur. Quod ſi negant Cadoniciani; unum aliquem nominent, qui novo ipſorum dogmati faverit. Nos ecce aliquorum afferemus loca, qui vetus noſtrum probarint, prædicarint, litterarumque mandarint monumentis.

§. III.

Et Seculo III.

Sunt autem in his Origenes[1], Auctor Dialogi *de Recta in Deum fide*, qui Adamantii nomine inſcriptus eſt, & in quo ſic habetur: *τὸ μὲν οὖν ἐυαγγέλιον σαφῶς ἔδειξεν*

1 *Hom. XV. in Geneſ. to. II opp. edit. Pariſ. Monach. s. Maur. n. 5. p.* 101. » In » fine, *inquit*, ſeculorum Unigenitus Filius (Dei) pro ſalute Mundi uſque ad in» ferna deſcendit, & inde protoplaſtum revocavit. Quod enim dixit ad Latro» nem, *hodie mecum eris in Paradiſo*, hoc non illi ſoli dictum, ſed & OMNI» BUS SANCTIS intellige, pro quibus in inferna deſcenderat». Et in librum Regum *Homilia* II. *ibid. p.* 494. » Chriſtus ne, *inquit*, apud inferos? Nonne illuc » pervenit? Nonne verum eſt, quod in Pſalmis dicitur, & ab Apoſtolis in Acti» bus interpretatur: Salvatorem ad inferos deſcendiſſe? . . . Si deinceps reſponde» bit, quia Chriſtus ad inferos deſcendit: quid acturus? Victurus ne, an a mor» te vincendus? Deſcendit ad illa loca non tamquam ſervus eorum, qui ibi erant, » ſed tamquam Dominus ». Et *pag.* 495. » Chriſtus in infernum deſcendit, & ante » eum Prophetæ, qui ejus adventum prædicebant . . . . . Et Johannes ſane; quo » major inter natos mulierum, Chriſto ipſo teſte, nemo fuit. Neque timeas id » affirmare. Deſcendit ad inferos prænuncians Dominum, ut illum prædiceret. » Propterea dum in cuſtodia eſſet, ac ſibi exitum, interitumque imminere con» ſpiceret, miſſis duobus diſcipulis quærebat, non *tu es qui venturus es*: ſciebat » enim: *ſed tu es*, qui *venturus es, an alium expectamus* »? *Et pag.* 496. » OM» NES ANTE CHRISTUM IN INFERNUM DESCENDERANT». *Et p.* 497. » Ante Domini mei Jeſu Chriſti adventum, nemini datum erat, ubi lignum vi» tæ

ξεν ὅτι εἰ μὴ ὁ λόγος ἀπ᾽ οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐκ ἂν ἄνθρωποι εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθον· οὐδεὶς γὰρ, φησιν, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ οὐρανοῦ καταβάς. τὸ γὰρ ἀναβέβηκε, παρῳχηκότος ἐστὶ χρόνου σημαντικόν· οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐδεὶς ἀναβήσεται, ἀλλ᾽ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν. ἔδειξεν οὖν σαφῶς, ὅτι πρὸ τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀναβέβηκε. καὶ ὁ ἀπόστολος, πρωτότοκος, φησι· καὶ πάλιν· ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, καὶ πάλιν λέγει· ἀπαρχὴ Χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ· πρὶν οὖν τὸν θεοῦ λόγον κατελθεῖν, καὶ ἀναλαβεῖν τὸν ἄνθρωπον ἐκ μήτρας, οὐδεὶς ἀνῆλθε. μετὰ δὲ τὸ ἀνελθεῖν τὸν Χριστὸν, τότε καὶ οἱ αὐτοῦ [1]. Gregorius Neocæſarienſis Antiſtes, ſeu potius Auctor, cujus orationes de *Annunciatione Deiparæ*, deque *Theophania* Gregorii nomen præferunt, in quarum priore, *paradiſum* ad Chriſti adventum, καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας & *Lignum vitæ a gladio flammeo* fuiſſe cuſtoditum [2] lego; in altera autem, ſic induci Chriſtum loquentem: δεῖ με κατελθεῖν

 καὶ

» tæ erat, prætergredi, & illa tranſgredi, quæ ligni vitæ cuſtodiendi præpoſita » erant. Quis viator illam tentare poterat? Quis alicui auctor eſſe poterat flammeum gladium pertranſeundi? . . . *Pag.* 498. Expectabant igitur Domini mei » Jeſu Chriſti adventum & Patriarchæ, & Prophetæ, & omnes, ut ſic viam » aperiret „. *Et lib.* v. *in Epiſt. ad Romanos*: *p.* 551. *tom.* IV. *opp. edit. Pariſ. an.* 1759. „ Si vero mors iſta, quæ in inferno animas detinebat, regnaſſe dicatur, „ intelligimus & SANCTOS QUOSQUE SUB ISTA MORTE . . . Chriſtum vero IDCIRCO in infernum deſcendiſſe, non ſolum ut ipſe non teneretur a morte; ſed ut eos, qui inibi non tam prævaricationis, ut diximus, crimine, „ quam moriendi conditione habebantur, abſtraheret: ſicut ſcriptum eſt, *multa corpora Sanctorum dormientium ſurrexerunt &c.* „

1 *Sect.* IV. *p* 851. *tom.* 1. *opp. Orig. edit. Pariſ. an.* 1733. „ Evangelium quidem „ manifeſte oſtendit, niſi Verbum e cælo deſcendiſſet, hominem in cælum aſcenſurum non fuiſſe. *Nemo*, inquit, *aſcendit in cælum*, *niſi*, *qui deſcendit de cælo*. Verbum enim hoc *aſcendit*, præteritum tempus declarat. Neque enim „ dixit, *nemo aſcendet*, ſed *nemo aſcendit*. Plane ergo oſtendit, ANTE CHRISTUM, ASCENDISSE NEMINEM. Quemadmodum etiam Apoſtolus; *primogenitus*, inquit: & rurſum: *primitiæ dormientium*: & rurſus ait: *primitiæ Chriſtus*, *deinde qui ſunt Chriſti*. Nemo igitur aſcenderat, antequam deſcendiſſet, hominemque ex utero aſſumſiſſet Dei verbum. Poſtea vero quam aſcendit, tunc etiam ii, qui ejus ſunt „. In cælum autem aſcendere, quid eſt, quam vitam aſſequi, atque in gloriam introire, quam Chriſtus humano generi paravit morte ſua, aſcenſuque in cælum, quo ſecum captivam duxit captivitatem? Sunt qui hunc Scriptorem etſi antiquum, eſſe tamen recentiorem Origene ſtatuant. Eis equidem lubens aſſentior. Verum Scriptori orthodoxo fidem Eccleſiæ adverſus Marcionis, aliorumque veterum hæreticorum errores exponenti, atque tuenti, nemo erit, qui auctoritatem eſſe adjungendam neget.

2 *Pag.* 17. *opp. Gregor. Neocæſar. edit. Pariſ. an.* 1621.

καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα διὰ τοὺς ἐκεῖ κατεχομένους νεκρούς. δεῖ με τῇ τριημέρῳ νεκρώσει τῆς ἐμῆς σαρκὸς καθελεῖν τοῦ πολυχρονίου θανάτου τὸ κράτος· δεῖ με τοῦ σώματός μου τὸν λύχνον ἀνάψαι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις [1]. Sanctus Hippolytus Epiſcopus & Martyr *in Opere* de Antichriſto, cujus eſt operis a veteribus, imprimiſque ab Hieronymo facta mentio: „ Omnem po„ teſtatem, *inquit*, oſtendit (Daniel) quæ a Patre data „ Filio eſt, qui cæleſtium, terreſtrium, & infernorum „ Rex, omniumque judex creatus eſt. Cæleſtium qui„ dem, quod Verbum Patris ante ſecula extiterit: ter„ reſtrium vero, quod homo inter homines natus eſt, „ ut a ſe ipſo Adamum reformaret; καταχθονίων δὲ, ὅτι καὶ ἐν νεκροῖς κατελογίσθη, εὐαγγελιζόμενος τὰς τῶν ΑΓΙΩΝ ΨΥΧΑΣ, διὰ θανάτου τὸν θάνατον νικῶν „ infernorum au„ tem, quod inter mortuos reputatus, SANCTORUM „ ANIMABUS prædicans, morte victor mortis extitit [2]. Rurſum: Johannes Baptiſta, inquit, προέφθασε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ εὐαγγελίσασθαι ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Ἡρώδου, πρόδρομος γενόμενος ἐκεῖ. σημαίνων μέλλειν κἀκεῖσε κατελεύσεσθαι τὸν σωτῆρα λυτρούμενον τὰς ἁγίων ψυχὰς ἐκ χειρὸς θανάτου „ iis etiam, qui erant in INFERNO, prior evangelizavit, „ ſublatus Herodis gladio, illic factus præcurſor [3]: nempe „ id quoque indicaturus, EXPECTANDUM SALVA„ TORIS DESCENSUM, qui SANCTORUM ANI„ MAS de manu mortis eſſet LIBERATURUS.

Auctor item, cujus ſub Hippolyti nomine extat opus inſcriptum: *De conſummatione Mundi*, quique „ Beati „ Prophetæ, *inquit*, præmonſtrarunt Chriſti τὴν παρουσίαν, „ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν, καὶ τὴν ἀπ' αἰώνων ψυχῶν ἀνά„ βασιν

1 *Ibid. pag.* 15. „ Oportet me deſcendere etiam in ipſum inferni profundum, „ propter mortuos ibi detentos. Oportet me triduana morte carnis meæ delere, „ ac profligare diuturnæ mortis imperium. Oportet me corporis mei illis lucer„ nam accendere, qui in tenebris, & umbra mortis ſedent „.

2 *Cap.* XXVI. *pag.* 14. *ſeq. tom.* 1. *opp. Hippolyti: edit. Fabriciana Hamburgenſ. an.* 1716.

3 *Ibid. cap.* XLV. *pag.* 22.

„ *βασίν τι καὶ ἀπολύτρωσιν ſepulturam, deſcenſum ad in-* „ *feros, aſcenſum, liberationemque animarum, quæ a* „ *ſeculis fuerunt* [1] „. Methodius quoque Tyrius in ea Oratione, quæ *de Simeone, & Anna* inſcripta eſt, & in qua apertum Jeſu Chriſti adventu paradiſum, qui clauſus Adami peccato fuerat, & datum hominibus, ait, eſſe, ut Deum facie ad faciem intueantur [2]. Cyprianus Antiſtes Carthaginienſium, idemque fortiſſimus martyr, qui in eo libro, qui *de Mortalitate* inſcribitur [3]: „ Regnum „ Dei, Fratres dilectiſſimi, *inquit*, eſſe cœpit in proxi- „ mo: præmium vitæ, & gaudium ſalutis æternæ, & per- „ petua lætitia, & poſſeſſio PARADISI NUPER AMIS- „ SA, mundo tranſeunte, jam veniunt: jam terrenis cæle- „ ſtia, & magna parvis, & caducis æterna ſuccedunt. „ Quis hic anxietatis, & ſollicitudinis locus eſt? . . . . . „ Ejus eſt enim mortem timere, qui ad Chriſtum nolit ire, „ qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare „: quæ quidem eo pertinent, ut ante Chriſtum occluſum fuiſſe paradiſum oſtendant, qui reſeratus inde Chriſti ejuſdem adventu, morteque eſſet. Hinc Cyprianus felicitatem, beatitatemque eam eſſe hominum veram affirmat, ad Chriſtum ut eant, atque ad *lætitiam ſalutis æternæ Chriſto vocante proficiſcantur* [4]. „ Rurſum ſi in Chriſtum credimus, *inquit*, fi- „ dem verbis, & promiſſis ejus habeamus, & non moritu- „ ri in æternum, ad CHRISTUM, cum quo & victuri, „ & regnaturi ſemper ſumus, læta ſecuritate veniamus. „ Quod interim morimur, ad immortalitatem morte „ tranſgredimur. Nec poteſt vita æterna ſuccedere, „ niſi hinc contigerit exire. Non eſt exitus iſte, ſed „ tranſitus, & temporali itinere decurſo ad æterna tranſ- „ greſſus. Quis non ad meliora feſtinet? Quis non mu-

„ tari,

1 *Ibid. in Append. pag.* 5.

2 *Pag* 415. *ſeq. edit. opp. Pariſ. an.*1644. Leo Allatius Chius vir maximus Methodio hanc eſſe orationem tribuendam pugnat *Diatrib. de Methodiorum ſcriptis p.*341. Gretſerus tamen, Caniſius, Oudinus, Caveus, aliique negant.

3 *Pag.* 157. *edit. opp. Oxonien. an.* 1682.

4 *Ibid. pag.* 158.

„ tari, & reformari ad Chriſti ſpeciem, & ad cæleſtis „ gratiæ dignitatem venire citius exoptet? . . . Tales nos „ futuros & Chriſtus Dominus pollicetur, quando, ut „ CUM ILLO SIMUS, ut cum illo in æternis ſedibus „ vivamus, atque in regnis cæleſtibus gaudeamus, Patrem „ pro nobis precatur . . . Venturus ad CHRISTI SEDEM, „ ad regnorum cæleſtem claritatem, lugere non debet, „ & plangere [1] „. Accommodet hæc ad Patres Veteris Teſtamenti, ſi poteſt, Cadonicus. Illud autem etiam, atque etiam conſideret, de Sanctis, qui ante legem, & ſub lege ipſa virtutis, juſtitiæque laude claruerunt, Cyprianum ſæpe agentem, numquam affirmare, eos ſtatim atque hinc emigrarunt, ad gloriam, ſeu ad *regnorum cæleſtem claritatem* perveniſſe; ſed *tranſlatos* fuiſſe, *raptos, ne malitia immutaret eorum* intellectum, in *requie* fuiſſe. Quo autem, rogo, hæc pertinent, niſi ut quiſque intelligat, ante Chriſti mortem in *paradiſum*, inque *cæleſtem claritatem regnorum* receptum fuiſſe neminem? Quin etiam in libro de *Exhortatione Martyrii*, *præcaviſſe* [2], dicit, Spiritum Sanctum per Salomonem Sanctorum gloriam. Ecquid vero indicat τὸ *præcaviſſe*, niſi id quod nondum Salomonis tempore evenerat, eſſe demum poſt adventum Servatoris Chriſti eventurum? Sed de Cypriano erit poſtmodum mihi opportunus copioſius diſſerendi locus. De Patrum autem, qui ante Chriſtum deceſſerant, animabus in inferis conſtitutis tam late manarat, tamque penitus animis omnium, ſeculo etiam Eccleſiæ tertio, inſita erat ſententia, ut Novatianus in eo, quem de *Trinitate* inſcripſit libro, id uti certum, atque teſtatum tradiderit; quamquam eo deductus errore eſt, ut Sanctos item Novi Teſtamenti ibidem manſuros dixerit ad judicii uſque poſtremum diem [3].

§. IV.

1 *Ibid. pag.* 164. 2 *Num.* XII. *pag.* 181.

3 *Cap.* I. *p.* 712. *edit. opp. Tertulliani Veneta an.* 1744. „ Quæ infra terram ja„ cent, *inquit*, neque ipſa ſunt digeſtis, & ordinatis poteſtatibus vacua. Locus „ enim eſt, quo piorum animæ, impiorumque ducuntur futuri judicii præjudicia „ ſentientes „.

Digitized by Google

§. IV.

Et ſeculo II.

Jam qui tertio ſeculo pro communi dogmate pugnarint, vidimus. Nominent modo adverſarii, ſi poſſunt, ullum, qui contra ſenſerit. Invenient illi quidem unum aliquem, qui non modo, conſectatus verum, Patriarchas ipſos Veter. Teſtamenti in inferis fuiſſe ſtatuerit; ſed etiam errans addiderit, Sanctos Novi ibidem ad judicii manſuros diem: ſed, qui dixerit, juſtos eoſdem Veteris Teſtamenti Patriarchas ante Chriſti deſcenſum ad inferos vidiſſe Deum, inferorumque anguſtiis detentos non fuiſſe, invenient profecto neminem. Cum igitur III. ſeculo, ut eſt demonſtratum, plures fuerint, qui tradiderint; nemo, qui oppugnarit commune dogma: fateantur Cadoniciani neceſſe eſt, non eſſe ex tertio ſeculo ejuſdem dogmatis repetendam originem. Equidem cum ejus inventorem poſt Apoſtolorum ætatem nullum reperiam, ſequutus canonem Auguſtini, eſſe illud ab Apoſtolis repetendum credo. Cadoniciani ſi contra ſtatuunt, indicent, quo primum tempore cœperit. Secundo ne ſeculo, dicent? Sed non minus illud II. ſeculo commune omnium orthodoxorum fuit, quam fuerit tertio, iiſque ſeculis, quæ deinceps ſunt conſecuta.

Auctor ecce Carminum adverſus Marcionem, quem ſeculo II. vixiſſe arbitror, *lib.* II. [1] de Chriſto canit:

„ Poſt ubi ſecretas inferni venit ad undas,
„ Atque ſuum victor captivum luce retexit,
„ Aſtanti juſſumque Patris virtute peregit,
„ Sponte ſuum corpus, quod liquerat, ipſe recepit &c.

Quem-

1 *Pag.* 612. *edit. ejuſd. opp. Tertulliani.*

Quemnam autem *captivum luce retexerit*, oſtendit *lib.* IV. ſcribens [1]:

„ Iſtic & Dominus pro cunctis hoſtia factus
„ Totam deſignat terram, ſpecialiter aram
„ Fœderis, hinc etiam novi inenarrabilis auctor,
„ Diſcipulus Johannes animas pro nomine paſſas
„ Teſtatur, tali ſeſe vidiſſe ſub ara
„ Clamantes Dei vindictam pro cæde potentis.
„ Iſtic interdum requies, ſub corpore terræ
„ In parte ignota quidam locus extat apertus
„ Luce ſua fretus, Abrahæ ſinus iſte vocatur,
„ Altior a tenebris, longe ſemotus ab igne,
„ Sub terra tamen. Hæc ara vocatur ahena,
„ In qua VELAMEN PULLUM memoravimus eſſe.
„ Dividit hæc partes ambas, unaque recludit
„ Diſſitam ab æterna, cultura, & temporis uſu.
„ . . . .
„ Atque adeo paſſo Domino VELAMINE RUPTO
„ CÆLESTES patuere plagæ, cælataque ſancta,
„ Atque duplex quondam facta eſt domus una perennis.

Et lib. V.

„ Morte ſua ſpolians mortem fit cauſſa ſalutis,
„ Nec non in terris ſuo poſtquam corpore ſancto
„ Omnia perpeſſus perſolvit debita noſtra,
„ Infernum petit; hic ANIMAS pro crimine vinctas,
„ Quæ ſine præſidio concluſæ pondere legis
„ OLIM PROMISSA, ET SPERATA, ET TARDA ROGABANT,
„ SANCTORUM IN REQUIE DEDIT, ET CUM LUCE RETRA-
(XIT &c. [2]

Tertullianus etiam, qui ſeculo II. Chriſtianis ſacris initiatus fuit, produxitque ad tertium ætatem, in libro, quem

1 *Ibid. pag.* 616. 2 *Pag.* 619.

quem de anima edidit [1] : „ Siquidem , *inquit* , Chriſto in „ corde terræ triduum mortis legimus expunctum , ideſt „ in receſſu intimo , & inferno , & in ipſa terra aperto, „ & intra ipſam clauſo , & inferioribus adhuc abyſſis ſu- „ perſtructo . Quod ſi Chriſtus Deus , quia & homo , „ mortuus ſecundum ſcripturas , & ſepultus ſecus eaſ- „ dem , huic quoque legi ſatisfecit , forma humanæ „ mortis apud inferos functus , nec ante aſcendit in „ ſublimiora cælorum , quam deſcendit in inferiora ter- „ rarum , ut illic PATRIARCHAS , ET PROPHETAS „ COMPOTES SUI FACERET ; habes & regionem „ inferum ſubterraneam credere , & illos cubito pelle- „ re , qui ſatis ſuperbe non putant animas fidelium in- „ feris dignas ; ſervi ſuper Dominum , & diſcipuli ſuper „ Magiſtrum aſpernati , ſi forte in Abrahæ ſinu expectan- „ dæ reſurrectionis ſolatium caperent „. Atque ita Ter- tullianus tunc quidem , cum hæc ſcriberet , Montaniſta, eoſque Catholicos accuſans , qui fatebantur Patriarchas Veteris Teſtamenti in inferis conſtitiſſe quidem ; ſed eo Chriſtum deſcendiſſe, ajebant , ut ne Sancti deinceps iiſ- dem locis detinerentur . Quamobrem ſic premit ipſe ſe , atque urget porro Catholicorum eorumdem nomine : „ Sed in hoc , inquiunt , Chriſtus inferos adiit , ut ne nos

 „ adi-

1 *Cap.* LV. *pag.* 304. In Apologetici *cap.* XLVII. *pag.* 37. Sanctorum animas in paradiſo terreſtri ſervari tradidit Tertullianus . Nam hunc locum poſt Chriſti mortem fuiſſe recipiendis Sanctorum ſpiritibus deſtinatum . Sed ut animadvertit Rigaltius in *Adnotation.* ad idem Apologetici caput : *non ubique conſtat hac ſententia Septimio* Tertulliano , ut videre eſt *pag.* 112. 309. 310. 353. 411. 499. Tertullianum excuſandum putat Joh. Ludovicus de la Cerda , qui ad *cap. idem* LV. *lib. de Anima pag.* 422. *tom.* II. *opp. Tertull. edit. Pariſ. an.* 1630. animadvertit , oppugnari ab Tertulliano ipſo *cap.* LV. *lib. de Anima* „ Marcionem , qui docuit , „ Abelem , Enoch , Noë , Abraham , & reliquos Patriarchas non fuiſſe a Chri- „ ſto ab inferis liberatos , cum illuc deſcendiſſet . Sed eos ibidem remanſiſſe &c. „ Ego vero ut recte la Cerda de re ipſa ſentiat , video ; ut autem vere locum Tertulliani interpretetur , non video . Nam Tertullianus eodem in loco refellens eos, qui poſt Chriſti deſcenſum ad inferos , fideles in inferis futuros negabant , ſatis demonſtrat , quam longe diſtet ab Catholico dogmate de ſanctis poſt mortem Chriſti in cælo beatis aſpectu Dei . Verum hoc , quemadmodum dixi , certum teneo , & Tertulliani judicio Patriarchas fuiſſe in inferis , expectaſſeque adventum Chriſti ; & orthodoxos , qui tunc , cum idem viveret Tertullianus , florebant , ſtatuiſſe Sanctorum neminem , poſt Chriſti mortem , inferis fuiſſe detentum .

„ adiremus „ . Nempe cauſſam afferebant Catholici, quamobrem Sanctos, poſt Chriſti deſcenſum, abire ad inferos negabant: Erat ea cauſſa deſcenſus Chriſti ad inferos. Quæ certe cauſſa afferri pro Veteris Teſtamenti Patribus ante Chriſti mortem vita functis non poterat, cum is non dum ad inferos deſcendiſſet.

Anonymus quoque ſecundi ſeculi, ut videtur, Chriſtianus ſcriptor, cujus extat opuſculum Joſephi Judæi inſcriptum nomine, ſinum Abrahæ in locis inferis fuiſſe confirmat: quibus quidem in locis *οὐ καύσων, οὐ κρύος οὐ τρίβολος*, fuerit, *ἀλλ' ἡ τῶν πατέρων δικαίων τε ὁρωμένη ὄψις πάντοτε μειδιᾷ, ἀναμενόντων τὴν μετὰ τοῦτο τὸ χωρίον ἀνάπαυσιν, καὶ αἰωνίαν ἀναβίωσιν ἐν οὐρανῷ*. additque *τοῦτο δὲ ὄνομα καλοῦμεν κόλπον Ἀβραάμ* [1]. Theophilus etiam Antiochenus, ſeu quiſquis ille eſt vetus Auctor, qui jam uſque ab ætate Hieronymi, ſub Theophili nomine latebat, *lib.* IV. *Allegoriarum in Johannem* [2], ante adventum Chriſti in inferis fuiſſe Abrahamum, ſanctoſque ceteros affirmat. Præterea Clemens Alexandrinus *in* VI. *Stromateon libro* in inferis quidem Sanctos Veteris Teſtamenti Patres *ἐν φυλακῇ, καὶ φρουρᾷ* velut in *cuſtodia* ſuiſſe, *&* *præſidio* ſtatuit [3]. Nam ubi dixit: *ὁ κύριος εὐηγγελίσατο καὶ τοῖς ἐν ᾅδου. φησὶ γοῦν ἡ γραφή. λέγει ὁ ᾅδης τῇ ἀπωλείᾳ* [4] ... *τί δ' οὐχί*, inquit,

1 Edidit hunc libellum David Hoeſchelius Auguſtanus *in notis ad Bibliothecam Photii: pag.* 9. *ſeqq. edit. Rothomag an.* 1653. Eſt autem hæc ejuſdem libelli inſcriptio: *Joſephi ex oratione ad Græcos inſcripta: contra Platonem de omnium cauſſa*, *Pag.* 10. extant, quæ græce in textu dedimus, quæque verti latine poſſunt hoc modo: *Non æſtus* ibi, *non frigus* eſt, *non tribulus*, *ſed Patrum Juſtorum viſa facies ſemper ridens expectantium poſt hunc locum requiem, & æternam reſtitutionem vitæ in cælo*. *Hunc autem* inferorum locum *vocamus nomine ſinus Abrahæ*. Is item Scriptor in ea videtur fuiſſe, in qua Tertullianus fuit, ſententia, ut non antiqui ſolum Teſtamenti Sanctos, quod vetus fert traditio, ſed etiam novi in inferis ad judicii diem manſuros, contra atque dogmatis catholici veritas poſtulet, arbitraretur. Quamquam fieri potuit, ut qui Joſephi Judæi perſonam ſimulabat, id de Patriarchis ad reſurrectionem uſque in inferis permanſuris diceret, quod ab Judæis credi judicaviſſet.

2 *Pag.* 175. *tom.* II. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677.

3 *Pag.* 637. *edit. opp. Pariſ. an.* 1641.

4 „ Prædicavit Dominus iis quoque, qui erant apud inferos. Dicit enim Scri„ ptura: *dicit infernus perditioni &c.* „

quit, δηλοῦσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν κύριον τοῖς τε ἀπολωλόσιν ἐν τῷ κατακλυσμῷ, μᾶλλον δὲ πεπεδημένοις, καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ τε καὶ φρουρᾷ συνεχομένοις [1]. Quæ autem ratio fuiſſet *vinctorum* diſtinguendorum ab iis, qui erant in *cuſtodia*, & *præſidio*, ſi de injuſtis ſolum loquutus fuiſſet Clemens, quorum omnium eadem fuiſſet conſtrictionis, vinculorumque conditio? Verum hos eo diſtinxit Clemens, quod ſanæ mentis hominem eſſe nullum arbitraretur, qui ἐν μιᾷ καταδίκῃ καὶ τὰς τῶν δικαίων, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχὰς, *in una condemnatione JUSTORUM, & peccatorum animas* fuiſſe dicerent. Quare injuſtos in *vinculis*; juſtos in *cuſtodia*, & *præſidio* fuiſſe ſtatuerit Clemens, neceſſe eſt. Hinc paulo poſt, cum animadvertiſſet, τὸν κύριον δι' οὐδὲν ἕτερον εἰς ᾅδου *Dominum ob nihil aliud in infernum* deſcendiſſe, ἢ διὰ τὸ εὐαγγελίσασθαι, ὥσπερ κατῆλθεν, *quam ob annunciandum evangelium, ut deſcendit* [2], locumque ex libro Paſtoris attuliſſet ſic habentem, ἀλλ' οὗτοι μὲν ζῶντες κατέβησαν, καὶ ζῶντες ἀνέβησαν. ἐκεῖνοι δὲ οἱ προκεκοιμημένοι νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν: „ Sed hi quidem deſcen-
„ derunt viventes, & viventes aſcenderunt; illi vero, qui
„ ante dormierant, mortui deſcenderunt, vivi autem
„ aſcenderunt „; mox addidit: ναὶ μὴν καὶ σώματά, φησι τὸ εὐαγγέλιον, πολλὰ τῶν κεκοιμημένων ἀνεστάθαι. εἰς ἀμείνω, δῆλον ὅτι μετατεθειμένων τάξιν· γέγονεν ἄρα τις καθολικῆς κίνησις, καὶ μετάθεσις κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος. δίκαιος τοίνυν δικαίου, καθ' ὃ δίκαιος ἐστὶν, οὐ διαφέρει. „ Jam vero dicit etiam Evangelium, multa quæ
„ dormierant, ſurrexiſſe corpora, ut quæ videlicet tranſ-
„ lata eſſent ad meliorem locum. Fuit ergo generalis
„ quidam motus, & translatio per ſervatoris diſpenſa-
„ tionem. Juſtus ergo non differt a Juſto, ſecundum
„ quod juſtus eſt „. Quod ſi ſunt, qui Clementem in eo

iiii2 fuiſſe

1 „ Quid vero? annon ſignificant Dominum annunciaſſe Evangelium & iis, qui
„ perierant in diluvio, vel potius vincti fuerant; & iis, qui in præſidio contine-
„ bantur, & cuſtodia „? 2 *Ibid. pag.* 638.

fuiſſe errore pugnent, ut Philoſophorum etiam Ethnicorum, improborumque hominum animas Chriſti virtute ex inferis fuiſſe ereptas exiſtimaret; non equidem repugnabo. Nam etſi multos fuiſſe intelligo, qui ab ea tam inanis, falſæque opinionis invidia Clementem liberare conati ſint; tamen quod ad inſtitutum nunc meum non pertineat, quærere, recte ne hi (quibus certe aſſentior) an ſecus putarint, id equidem ultro prætermittam. Nam mihi ſatis eſt demonſtraſſe, vetuſto illi extremi ſecundi, ineuntiſque tertii ſeculi ſcriptori probatam fuiſſe communem, pervulgatamque doctrinam, quæ eſt de Patribus Veteris Teſtamenti, ante Chriſtum, in inferis, inque cuſtodia conſtitutis, atque adeo minime beatis aſpectu Dei.

Clementi autem præluxerat Irenæus Epiſcopus Lugdunenſium, de quo, ut dictis ſuis auctoritatem Auguſtinus conciliet, ita omnino ſcribit in priore adverſus Julianum Pelagianum libro [1]: *Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus non longe a temporibus Apoſtolorum fuit. Iſte ait „ libro* V. *contra Hæreſes* [2] „ Propter hoc Dominum in ea, quæ ſunt „ SUB TERRA, deſcendiſſe evangelizantem & illis ad- „ ventum ſuum; remiſſione peccatorum exiſtente iis, „ qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum om- „ nes, qui ſperabant in eum, ideſt, qui ADVENTUM „ EJUS PRÆNUNCIAVERUNT, ET DISPOSITIO- „ NIBUS EJUS SERVIERUNT JUSTI, ET PROPHE- „ TÆ, ET PATRIARCHÆ, quibus ſimiliter, ut no- „ bis, remiſit peccata „. *Item idem ipſe ibid. lib.* IV. [3]: „ Veniens, *inquit*, excitavit diſcipulos, & erexit, ſigni- „ ficans, quoniam paſſio ejus EXPERGEFACTIO EST „ DORMIENTIUM DISCIPULORUM, PROPTER „ QUOS ET DESCENDIT AD INFERIORA TER- „ RÆ, ID QUOD ERAT INOPERATUM CONDI- „ TIO-

1 *Cap.* III. *num.* V. *p.* 319. *tom.* X. *opp. edit an.* 1700.
2 *Cap.* XXVII. *p.* 264. *num.* 2. *tom.* I. *opp. edit. Veneta an.* 1734.
3 *Cap.* XXII. *pag.* 259.

Digitized by Google

„ TIONIS VISURUS OCULIS, DE QUIBUS ET DI- „ CEBAT DISCIPULIS, MULTI PROPHETÆ, ET JU- „ STI CUPIERUNT VIDERE, ET AUDIRE, QUÆ „ VOS VIDETIS, ET AUDITIS. Non enim propter „ eos ſolos, qui tempore Tiberii Cæſaris crediderunt ei, „ venit Chriſtus, nec propter eos ſolos, qui nunc ſunt, „ homines providentiam fecit Pater, ſed propter omnes „ omnino homines, qui ab initio PROPTER VIRTU- „ TEM SUAM in ſua generatione ET TIMUERUNT, „ ET DILEXERUNT DEUM, ET JUSTE, ET PIE „ CONVERSATI SUNT ERGA PROXIMOS, ET „ CONCUPIERUNT VIDERE CHRISTUM, ET AU- „ DIRE VOCEM EJUS „.

Rurſum lib. v. [1] „ Tribus diebus, *inquit*, converſa- „ tus eſt (Chriſtus) ubi erant mortui, quemadmodum „ Propheta ait de eo: *commemoratus eſt Domiuus SAN- „ CTORUM MORTUORUM SUORUM, EORUM, „ QUI ANTE DORMIERUNT in terra ſepelitionis, & „ DESCENDIT AD EOS EXTRAHERE EOS, ET SAL- „ VARE EOS*. Et ipſe autem Dominus: *quemadmodum*, „ ait, *Jonas in ventre ceti tres dies, & tres noctes manſit, „ ſic erit & filius hominis in corde terræ &c.* . . . Si ergo „ Dominus legem mortuorum ſervavit, ut fieret pri- „ mogenitus a mortuis, & commoratus eſt uſque in „ tertiam diem in inferioribus terræ, poſt deinde ſur- „ gens in carne, ut etiam fixuras clavorum oſtenderet „ diſcipulis, quomodo non CONFUNDANTUR, qui „ dicunt, INFEROS QUIDEM ESSE HUNC MUN- „ DUM, qui ſit ſecundum nos &c. „ Hæc ille. Pergit Auguſtinus [2]. *Vides ne, antiquus homo Dei quid ſenſerit* de extractis [3] ex inferis, ſalvatiſque ſanctis deſcenſu Chriſti? *Sanctis*, inquam, *qui ante dormierant*? Quid de *iiſdem exper-*

1 *Cap* xxxı. *pag.* 318.
2 *Lib.* 1. *contra Julian. cap.* 111. *p.* 319. *tom. eod.* x. *op edit. Antuerp. an.* 1700.
3 Loco verborum Irenæi, quæ adverſus Pelagianos adhibet Auguſtinus, ponenda hæc duximus, quæ contraria ſunt opinioni Cadonici.

expergefactis, pro quibus Chriſtus, *quod erat inoperatum viſurus oculis*, *deſcendit ad inferos*, *& de quibus* Chriſtus dicebat diſcipulis, *multi Prophetæ, & juſti cupierunt videre, quæ vos videtis? &c.* Quid de remiſſione data iis, qui crediderunt in eumdem Chriſtum, cum deſcendiſſet ad inferos, hoc eſt iis, *qui ſperabant in eum*, *id eſt qui adventum ejus prænuntiaverunt*, *& diſpoſitionibus ejus ſervierunt*, *juſtis*, *Prophetis*, *& Patriarchis*? Quænam autem ea fuit remiſſio, niſi pœnæ, quam ob peccatum originis (quo tamen ſoluti fuerant) temporariam pendere debebant, cujuſque pendendæ cauſſa inferis veluti quodam carcere tenebantur? Ab Irenæo ne, Cadonice, quod non *longe vixerit a temporibus Apoſtolorum*, *quod antiquus fuerit*, quod *homo Dei*, etſi minus clare ſententiam dixerit, ſi tamen contra Pelagianos agatur, dices non licere tranſverſum, ut ajunt, digitum diſcedere; ſin contra te ipſum, ut ut perſpicue ille quidem, aperteque ſcripſerit, nihilo ſecius ab eo diſcedere licere? Quæ iſta, Cadonice, erit iniquitas, ut ejus auctoritatem, cujus non tam perſpicua ſit accuſatio, valere, pugnes, contra hoſtem poſſe; contra te vero (loquatur ille quam volet aperte) valere tamen non poſſe? Atqui claram hac noſtra de re Irenæi ſententiam eſſe, nihil ut ſupra deſiderare oporteat, demonſtratum eſt: minus autem contra Pelagianos claram eſſe, quam ſit Cypriani ſententia, Auguſtinus in priore contra Julianum libro animadvertit.

Paulo antiquior Irenæo Juſtinus Philoſophus vere Chriſtianus, & fortiſſimus Martyr idipſum ſtatuit in Dialogo cum Tryphone. Atque ei tam erat perſuaſum, Sanctos Vet. Teſtamenti, ante Chriſti mortem, in inferis expertes ejus beatitatis fuiſſe, quæ in viſione conſiſtit Dei, ut contra Judæos cauſſam agens religionis ſcripſerit [1]: *Φαίνεται δὲ καὶ ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν οὕτως (ὡς καὶ ὁ σαμουὴλ) δικαίων, καὶ προφητῶν ὑπὸ ἐξουσίαν ἔπιπτον τῶν τοιούτων δυνάμεων*

1 *Num. cv. p. 212. edit. opp. Juſtini Venetæ an. 1747.*

μιῶν. „ Videtur autem, quod & OMNES ANIMÆ JU-
„ STORUM (*ita ut Samuel fuit*) ET PROPHETARUM
„ ſub poteſtatem cecidiſſe talium virtutum „ ſcilicet *πονηρῶν ἀγγέλων malorum Angelorum*: hoc eſt, in inferis eas fuiſſe. Quare recordatum ſuiſſe eorum Chriſtum, ipſarumque liberandarum cauſſa ad inferos deſcendiſſe, Juſtinus idem confirmat *n.* LXII.[1] quo loco de laboribus, morteque Servatoris ejuſdem Chriſti diſſerens: *καὶ ἀπὸ τῶν λόγων τοῦ αὐτοῦ ἱερεμίου*, inquit, *ὁμοίως ταῦτα περιέκοψαν. ἐμνήσθη δὲ κύριος ὁ θεὸς ἀπὸ ἰσραὴλ τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς διαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ*: „ Et ex ſermonibus ipſius
„ Jeremiæ hæc perinde reciderunt: *recordatus eſt Do-*
„ *minus Deus mortuorum ſuorum ex Iſrael, qui dormierant*
„ *in terra aggeris, & deſcendit ad eos, ut annunciaret*
„ *ipſis ſalutare ſuum* „. Jam animadvertit Cadonicus, quam hæc ſit opinioni novæ ſuæ inimica Juſtini ſententia. Sed opponet fortaſſe non teneri ſe ejus auctoritate, qui Sanctos Patriarchas, ac Prophetas ſub poteſtatem mali dæmonis cecidiſſe arbitratus ſit. Verum ſciat, hoc ipſum, quod alii quidam Patres dixerant, ab Catholicis aliquot Scriptoribus raptum in meliorem fuiſſe partem[2]. Fac autem hi rem alíorſum acceperint, atque Juſtinus voluerit. Non enim tantum mihi eſt otii, ut in hoc diſputationis genere tempus mihi eſſe conterendum putem. Hoc tamen certum erit, Juſtinum Sanctos Veteris Teſtamenti in inferis conſtituentem, hac de re ſaltem ita ſenſiſſe, ut Patres ceteri ſenſere, ſentitque contra Cadonicum ipſum modo diffuſa per orbem terrarum univerſum Eccleſia. Quare eſſe in hoc item Juſtinum traditionis teſtem oportere.

Carmina Sibyllina ſeculo ſecundo ſuiſſe perſcripta, criti-

1 *Ibid. pag.* 178. *ſeq.*

2 Prudentius Maranus *Præfat. in Opera Juſtini*: *P.* II. *cap* XII. *p.* LIII. *edit. opp. ejuſd. Juſtini Pariſ. an.* 1742. „ Hoc ex Juſtini verbis colligitur, *inquit*, id dæ-
„ monibus interdum Deo permittente in Sanctorum animas licuiſſe, quod ſemel
„ diabolo in ipſius Chriſti corpus, non ſine Chriſti permiſſu, licuit „.

criticorum, quos vocant, hominum opinio eſt: Horum autem Carminum libro primo [1] ſic habetur de Chriſti ad inferos deſcenſu:

. . . . . ὁπόταν Ἀϊδωνῆος οἶκον
Βήσεται ἀγγελέων ἐπανήξεσιν τεθνειῶσιν.

Et *libro* VIII. [2]

Ἥξει δ' εἰς Ἀΐδην ἀγγέλλων ἐλπίδα πᾶσι.

Auctor item vetus Libelli, qui olim *Acta Pilati* inſcribebatur [3], ſequioribuſque inde ſeculis *Evangelium Nicodemi* inſcribi cœpit [4], etſi eſt ſæpe fabulis delectatus; tamen in hoc, quod eſt de Patribus Veteris Teſtamenti ex inferis deſcenſu Servatoris Chriſti vindicatis in libertatem, cum idem, atque Scriptores orthodoxi ſtatuerit, non eſt nobis prætermittendus. Atque ille quidem id quod

1 *Pag.* 13. *tom.* VIII. *Biblioth. PP. edit. Pariſ. an.* 1624.

„ Ditis eum tecta profunda ſubibit,
„ Nunciet in vitam reditum quo morte peremtis.

Quibus autem *morte peremtis?* Annon *Sanctis*, de quibus eſt in Evangelio ſcriptum, *& multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt?* Erant igitur *Sancti* ἐν ἀϊδωνεῦσι οἴκῳ *in domo inferni*.

2 *Ibid. pag.* 63.

„ Devenietque, bonam ſpem portans omnibus, orcum.

3 Actorum Pilati meminere Juſtinus Martyr in *Apologia* I. *n.* XLIX. Tertullianus *Apologetici cap* XXXI. *Euſebius Cæſarienſis lib.* II. *Chronicor. an.* MMLI. *& Hiſt Eccl. lib.* II *cap.* II. Epiphanius *Hereſi* L. *num* 1. Johannes Chryſoſtomus, ſive quiſquis ille ſit Auctor *Homiliæ* VII. *in Paſcha tom.* V. *edit. Savilii pag* 942. Paulus Oroſius *lib.* VII. *Hiſtoriar. cap.* IV. Gregorius Turonenſis *lib.* I. *Hiſtoriæ Francorum cap.* XXI. *& cap.* XXIV. Evangelii vero Nicodemi, Synaxarum Græcorum *pag.* 75. Johannes Jacobus Grynæus *Præfat. ad orthodoxographa*, Conradus Geſnerus *in Bibliotheca*, Sixtus Senenſis *Bibliothecæ Sanctæ lib.* II. Abrahamus Sculterus *tom.* I. *medullæ PP. lib.* 2. *cap.* VI. Franciſcus Collius *lib.* IV *de Sanguine Chriſti: Diſp.* I. *cap.* IV. *& lib.* IV. *diſp.* VII. *cap.* III. Gaſpar Barthius *in notis ad Gallum Confeſſorem*, Gerardus Johannes Voſſius *lib.* II. *de Hiſtoricis latinis cap.* XXII. Johannes Hoorbeekius *Miſcellaneor. ſacror. pag.* 32. *ſeqq.* Claudius Fraſſenius *Diſquiſit. Biblicar. pag.* 656. *ſeq.* Chriſtophorus Sandius *in Nucleo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ p.* 10. Guillelmus Caveus *in Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſticor.* Chriſtianus Kortholtus *in notis ad Juſtinum Martyrem p.* 29. Georgius Matthias Kinigius *in Biblioth.* Thomas Ittigius *in Diſſert. de Patribus Apoſtolicis* §. XV. *ſeq.* aliique a Johanne Alberto Fabricio numerati *tom.* I. *Codicis Apocryphi Novi Teſtamenti p.* 214. *ſeqq. edit. Hamburg. an.* 1719. *& tom.* III. *p.* 455. *ſeqq.*

4 Ita quidem cenſet Johannes Albertus Fabricius *ibid. pag.* 215 Verum negari non poteſt, interpolatum id opus deinceps, auctumque aliquot partibus fuiſſe,

quod ab Chriſtianis ceteris acceperat, explicans c. XXIV.
„ Omnes ſancti, *inquit*, ... dixerunt: adveniſti redemtor mundi: ſicut per legem, & Prophetas tuos Sanctos prædixiſti, jam factis adimpleſti: redemiſti nos per crucem tuam, & per mortem crucis ad nos deſcendiſti, ut eriperes nos ab inferis, & morte per majeſtatem tuam .... Tunc Propheta ille Sanctus David fortiter clamavit dicens: *Cantate Domino canticum novum* &c. & omnis multitudo Sanctorum reſponderunt dicentes: *Hæc eſt gloria omnibus Sanctis ejus* .... Et reſponderunt omnes Sancti dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini, & illuxit nobis*. Sic & omnes Prophetæ de ſuis laudibus ſacra referentes, ſequebantur Dominum „. Poſt autem ubi de Patribus ereptis ex inferis, atque in paradiſum a Chriſto adductis egit: „ Omnes Patriarchæ, *inquit*, una voce dixerunt, Benedictus es Deus omnipotens Pater æternorum bonorum, & pater miſericordiarum, qui talem gratiam peccatoribus tuis dediſti, & in gratiam paradiſi reduxiſti, & in tua ſpiritalia, & pinguia paſcua ſpiritali vita ſanctiſſima collocaſti „ [1]. Ac de ſcriptoribus quidem ſeculi ſecundi ſatis dictum eſt.

kkkk §. V.

[1] Huc ſpectant, quæ tradit Priminius Abbas ſeculi VIII. illuſtris Scriptor *in Libello de ſingulis libris Canonicis to.* IV. *Veterum Analector. Joh. Mabillonii edit. Pariſ. ann.* 1685. *pag.* 472. „ Corpus Chriſti, *inquit*, jacuit in ſepulcro, & dum „ illud ſacrum corpus in ſepulcro jaceret, anima Chriſti deſcendit ad infernum: „ inde eripuit Adam primum hominem, & OMNES PATRIARCHAS, ET PROPHETAS, ET JUSTOS, qui propter originalia peccata ibidem detinebantur. „ Unde Dominus dicit: *ero mors tua o mors: ero morſus tuus o inferne &c.* „ Et quæ ſcribit Huguccio Epiſc. Ferrarienſis, qui ſeculo XII. floruit, in Opuſculo *de Symbolo Apoſtolorum* ante hos annos decem edito a Johanne Chryſoſtomo Trombellio Canonico Regulari S. Salvatoris viro candidis moribus, doctrinæque laude illuſtri, Bononiæ *tom.* I. *Opuſculorum Veterum Patrum pag.* 216. quo loco: „ *Deſcendit*, inquit, *ad inferos, tertia die &c.* ut SANCTI, qui ibi vincti retinebantur, per eum educerentur. Unde Zacharias: *tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua*. Non fuit otioſa tridui mora inter mortem, & reſurrectionem; ſed dum corpus jacuit in ſepulcro, anima deſcendit ad infernum, ut animas expectantium redemtionem, ſecum duceret in paradiſum. Et tunc paradiſi porta, quæ per Evam CUNCTIS CLAUSA FUERAT, remoto Cherubim, qui in introitu paradiſi cum flammeo gladio poſitus erat, aperta fuit, ut ſimul intrarent BONI DE INFERNO EXTRACTI „.

§. V.

Et Seculo I.

Premebat Julianum Pelagianorum patronum Auguſtinus *commemoratione ſcriptorum Eccleſiaſticorum, qui non aliud, ex quo Chriſti Eccleſia eſt conſtituta, ſenſerunt*; inſtanſque urgebat his verbis: *Ego quidem non memini, me aliud audiſſe a Chriſtianis, qui utrumque accipiunt Teſtamentum, non ſolum in Catholica Eccleſia, verum etiam in qualibet hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutis, non memini me legiſſe apud eos, quos de his rebus aliquid ſcribentes legere potui, qui ſcripturas canonicas ſequerentur, vel ſequi ſe crederent, credive voluiſſent. Unde nobis hoc negotium repente emerſerit, neſcio* [1]. Hæc eadem hac in cauſſa mihi in Cadonicum intorquere licet. Eccleſiaſtici namque Scriptores omnes non aliud, ex quo Chriſti *Eccleſia eſt conſtituta, ſenſerunt*. Ego quidem non memini me aliud audiviſſe a Chriſtianis, qui utrumque Teſtamentum recipiunt, non ſolum in *Catholica Eccleſia, verum etiam in* qualibet hæreſi, ante Bucerum, & Lutheranorum, Calvinianorumque greges. *Non memini me legiſſe apud eos, quos de his rebus aliquid ſcribentes legere potui*. Legi autem pæne innumerabiles. Ac reperi equidem ex Arianorum numero Cæſarienſem Euſebium; prodromum item Neſtorii Theodorum Mopſueſtenum; Novatianum præterea cognominis ſectæ auctorem; Scriptorem etiam illum, qui Evangelium Nicodemi commentus eſt; Sibyllinorum denique carminum, quod critici ajunt, Inventores, qui hoc idem dicerent, quod nos de ereptis ex inferis Sanctorum Veterum Teſtamenti Patriarcharum animis profitemur. Unde igitur nobis hoc negotium Cadonicianum repente emerſerit, niſi ex fontibus recentium Rabbinorum, exque rivulis novorum Luthera-

1 Vide *pag. 571. hujuſce operis*.

theranorum, atque Calvinianorum, tam equidem non video, ut ne ſuſpicari quidem poſſim.

De orthodoxis autem Patribus, atque Scriptoribus ceteris nihil dico, quorum tam eſſe clara oſtendimus teſtimonia, ut qui dubitet, næ is una ſit ne ſol, an nullus ſit, dubitare poſſe videatur. Neque intelligo, cur Chriſtianorum, præcipue vero Catholicorum conſenſione, qua Auguſtinus maxime confidebat, flecti Pelagianos debuiſſe Cadonicus cenſeat; ſeſe autem contra non cenſeat. Quod ſi ea ſe moveri dicat conſenſione non poſſe, quæ non ſit claris, apertiſque teſtimoniis ſeculi primi Scriptorum fulta; meminerit primum, nullum Patrum ab Auguſtino fuiſſe contra Pelagianos commemoratum Irenæo, qui ſeculo ſecundo floruit, antiquiorem. Caveat deinde, ne tanta de rebus divinis ſtatuendi licentia, plura Eccleſiæ Catholicæ dogmata, quorum eſt a Patribus primi ſeculi prætermiſſa mentio, etſi omnium ſint, fuerintque Eccleſiarum Chriſti firmata conſenſu, labefactare velle videatur. Sed quid multis opus eſt? Ignatium Johannis Apoſtoli auditorem, atque Epiſcopum Antiochenorum, qui initio fere ſeculi II martyr deceſſit, quotus quiſque eſt, qui ignoret, ſeculo Eccleſiæ primo vixiſſe? Is autem in genuina Epiſtola ad Magneſianos [1], *οὗ καὶ οἱ προφῆται*, inquit, *μαθηταὶ ὄντες, τῷ πνεύματι ὡς διδάσκαλον αὐτὸν προσεδόκουν, καὶ διὰ τοῦτο ὃν δικαίως ἀνέμενον, παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν*. „Cujus (Chriſti) „ Prophetæ diſcipuli cum eſſent, ſpiritu ipſum ut doctorem expectabant, & propter hoc is, quem juſte præſtolabantur, præſens ſuſcitavit eos ex mortuis „.

Intuentibus autem Deum, audientibuſque arcana verba, quæ non licet homini loqui, quæ tanta expectatio Doctoris fuiſſet? Ecquid vero illud, *παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν*, *præſens* (Chriſtus) *ſuſcitavit eos ex mortuis*

 ſigni-

1 *Num* IX. *pag.* 20. *tom.* I. *Apoſtolicor. PP. edit. Amſtelod. an.* 1724.

ſignificat, niſi deſcenſu ad inferos ſuo? Nam animam Chriſti ſolutam corpore ad inferos deſcendiſſe conſtat. *Præſens* autem illa Prophetis, ſanctiſque ceteris quemadmodum fuiſſet, niſi eorum item animæ fuiſſent in inferis? Jam vero hoc loco τὸ *præſens* de Verbi Divinitate intelligi non poteſt. Verbum namque uti nunc *præſens* eſt, eritque ſemper; ita *præſens*, ante quam etiam humanam aſſumſiſſet naturam, ubique erat. Si autem de hujus *præſentia* Ignatius loqui inſtituiſſet, non *doctrinam*, *mortem*, *præſentiam* denique Chriſti expectatam, eaque demum excitatos a mortuis Prophetas dixiſſet. Quid? ſi in *Epiſt. ad Philadelphienſes*: *præcipuum* quod eſt in *Evangelio*, dicat, *eſſe* τὴν παρουσίαν PRÆSENTIAM D. N. J. C.[1]? At id Evangelio non eſſet peculiare, ſi de *præſentia Verbi* intelligeretur, quod certe Verbum ubique, ante Evangelium etiam, *præſens* erat. Age vero, *excitatio* illa Prophetarum ex mortuis cur non intelligi de libertate Prophetis iiſdem tunc data poterit, cum Chriſtus deſcendit ad inferos, quam quidem libertatem Veteres aliquot *ſalutem* appellaverunt? Atque Epiſtolarum Ignatii vetus Interpollator ſic eſt locum illum de Prophetis interpretatus: *Chriſti ſervi cum eſſent Prophetæ, ſpiritu præviderunt ipſum, & ut præceptorem opperiebantur, atque ut Dominum*, καὶ σωτῆρα *& SALVATOREM, expectabant*, λέγοντες· αὐτὸς ἥξει, καὶ σώσει ἡμᾶς, *DICENTES, IPSE VENIET, ET SALVABIT NOS*[2].

Seculo eodem primo Thaddæus diſcipulus Chriſti Servatoris claruit. Hunc Euſebius in *primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro*[3], Edeſſam Syriæ Urbem veniſſe, atque Abgarum ejus civitatis regem docuiſſe ſcribit, πῶς ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διέσχισε φραγμὸν τὸν ἐξ αἰῶνος μὴ σχισθέντα, καὶ ἀνέστη, καὶ συνή-
γειρε

1 *Num* IX. *ibid. pag.* 32.
2 *In Append. num.* IX. *pag.* 56.
3 *Cap.* XIII. *pag.* 29. *edit. Taurin. an.* 1746. Vide *quæ ſcripſi tom.* I. *Antiquitatum Chriſtianarum pag.* 300. *not.* 4.

γειρε νεκρὺς τὺς ἀπ᾽ αἰώνων κεκοιμημένυς : *quod cruci Chriſtus affixus fuit, & deſcendit ad inferos, & diſrupit clauſtrum a ſeculo non diffiſum, & reſurrexit, & conreſuſcitavit mortuos, qui a ſeculis dormierant*. Quid hoc eſt, deſcendiſſe ad inferos Chriſtum, fregiſſe inſerni clauſtra, reſurrexiſſe inde, ſecumque eos, qui a ſeculis dormierant, ſuſcitaſſe; niſi hos in inferis, inque clauſtris illis inventos, fuiſſe inde a Chriſto eductos, atque una reſtitutos vitæ? Hi autem quinam tandem fuerunt, ni fuiſſe dicantur ii, quos ab Evangeliſte *Sanctos* appellari novimus? Quod ſi non tam id eſſet clarum, tamque perſpicuum, quam & alii ſcripſerint, & ipſe putem; eorum tamen, qui deinceps ſequuti ſunt, Patrum, Scriptorumque, quos numeravimus, in unam ſententiam conſpiratione, declararetur. Non enim eſt veriſimile, eos, qui propius a priore ſeculo abſuerunt, aut averſari omnes cœpiſſe, aut non intellexiſſe, quæ a diſcipulis Chriſti acceperant. Ac ſi eſſet in Thaddæi oratione quidpiam, quod obſtaret, quo minus ea componi cum Patrum, Scriptorumque illorum dogmate poſſet; eam quidem alioſum accipi paterer, atque ego acceperim, & Patrum eorumdem doctrina poſcat. Sed cum nihil ſit in ea Thaddæi oratione, quod obſtet; ſit vero contra aliquid, ut oſtendi, quod communi Patrum ſententiæ faveat; quid eſt, quod eam alio eſſe contorquendam exiſtimem?

§. VI.

§. VI.

Oſtenditur ex antecedentium doctrina capitum, quanti ſemper ante exortam diſciplinam Scholaſticorum habita ubique fuerit ſententia de SS. Veteris Teſtamenti non ante ereptis ex inferis, beatiſque aſpectu Dei, quam Chriſtus ad inferos deſcendiſſet.

Jam cum nemo unus a ſeculo Eccleſiæ primo ad hanc uſque ætatem fuerit, qui contenderet, animas Veteris Teſtamenti Patrum ante Chriſti deſcenſum ad inferos beatas fuiſſe aſpectu Dei; contra vero tam multi, tamque illuſtres doctrina, dignitate, religione extiterint, qui quoque tempore tot in regionibus, tam inter ſe diſſitis, atque remotis, dum ſacra Biblia interpretarentur, dum orationes ad populum de divinis rebus haberent, dum ſymbolum traderent, dum de religione quod ſentirent, publice profiterentur, palam, firmiter, conſtanter teſtati ſint, ante Chriſti mortem animas eaſdem in tenebris, in umbra mortis, in inferis velut in carcere fuiſſe, ibique gementes expectaſſe liberatorem; quid, rogo, erit conſequens, niſi ut hoc poſtremum non opinionum earum numero, quæ ex conjectura pendent, quæque diſputationibus huc, atque illuc trahuntur, nullamque adhibent perſuadendi neceſſitatem, ſed rei certiſſimæ loco ſemper, ubique, ab omnibus fuerit habitum, cui repugnare Catholico nefas eſſet? Qua quidem ratione intercluſa a me eſt Cadonico, Dalhamo, Anonymo, iiſque, qui ipſis aſſentirentur, primordiorum ejus dogmatis ab Scholaſticis petendorum via. Nam Doctores Eccleſiæ, Patres, Scriptores omnium ordinum, gentium, temporum denique ſuperiorum, non undecim, aut viginti, ſed prope innumerabiles commemoravi, qui eam

ſine

Digitized by Google

ſine ulla diſputatione [1] propagarint, profeſſi fuerint, docuerint, tradiderintque memoriæ hominum ſempiternæ.

Ac non opinione, ſed plane ad veritatem, adductis eorum teſtimoniis, oſtendi, Italos, Gallos, Germanos, Britannos, Græcos, qui ſeculo XI. floruerunt, ita fuiſſe affectos, ut nemini ante Chriſti mortem patuiſſe aditum in Paradiſum [2], deſcenſuque Chriſti ejuſdem ad *inferos*, *Sanctos Patriarchas carentes viſione Dei Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum, &c. fuiſſe miſericorditer e tenebris* [3] *liberatos* [4], crederent, ſcriberent, ſtatuerent, prædicarent, profiterentur, Symbolo Apoſt. contineri dicerent, precibuſque Eccleſiæ comprehenderent.

Quid? Si demonſtratum etiam a me eſt, rem eſſe teſtatam, atque firmatam Scriptorum ſeculi X. conſenſu: *inaceſſum* [5] ante Chriſti mortem *fuiſſe cælum*, inque *infernis locis juſtorum animas* detentas *tædio* affectas fuiſſe, *quod poſt ſolutionem carnis adhuc ſpeciem non vidiſſent creatoris* [6], pioſque ipſos *quamlibet* caſte, *juſte*, ſancteque *vixiſſent*, *ductos ad regnum* non fuiſſe, niſi poſtea quam *deſcendit ille*, *qui paradiſi clauſtra hominibus interpoſitione ſuæ mortis aperturus erat* [7]. Quare Joh. Baptiſtam ipſum, quo major nullus inter natos mulierum natus fuerat, ad inferos deſcendiſſe [8].

Age vero, ſeculo IX. quo tanta fuit doctorum virorum

1 Vide, quæ ex s. Auguſtino attuli *pag.* 571. *hujuſce operis*.

2 Petrus Damian *pag.* 512. *hujus vol not.* 1. & *Lanfrancus Cantuarienſis ibid. not.* 4. Johannes Micrologus *ibid pag.* 511. & Radulphus Ardens *ibid. not.* 1. & Marbodus Epiſcopus Redonenſis *ibid not.* 6

3 Auctor *Soliloquiorum*, quæ s. Auguſtini nomine in quibuſdam Codicibus inſcripta ſunt. *Ibid. pag* 513. *not.* 1.

4 Bruno Herbipolen *ibid. pag.* 512. *not.* 2. & Ivo Carnotenſis *ibid. p* 513. *not.* 2. & Algerus *ibid. not.* 4 Radulphus Ardens *ibid not.* 5. & Marbodus Epiſcopus Redonenſis *ibid not* 6. & Fulbertus Carnotenſis *ibid. p.* 514. *not* 1. & Alfonſus Lucenſis *ibid. p.* 286. *not.* 1. & Euthymius Zigabenus *ibid p.* 514. *not.* 4 & Zacharias Chryſopolitanus *ibid. not.* 5. & Nicetas *Gregorii Nazianzeni Scholiaſtes ibid. not.* 6. & Theophanes Ceramus *ib. p.* 515 *not.* 1. Sacramentar. S. Greg. *ſec* XI. *ib. p.* 516.

5 Œcumenius *pag.* 517. *hujus operis not.* 4.

6 Oddo Cluniacenſis *ibid. pag.* 618. *not.* 1.

7 Radulphus Flaviacenſis *ibid. not.* 1. & Auctor Operis inſcripti: *Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ ibid. not.* 3 & Synodus Arelatenſis *ibid. pag.* 551.

8 *Menolog. Baſilii*: *ibid. not.* 4.

rum copia, quotus quiſque fuit, qui non idem ſibi propoſuerit ad credendum? Laicos equidem, Clericos, atque in his Antiſtites Eccleſiarum, Eccleſias denique ipſas nominavi, quibus hoc idem indubium, certum, fide firmum, atque immotum fuit. Atque Eccleſia quidem Lugdunenſis publice teſtata ſic eſt [1]:„ CATHOLICA
„ FIDES INDUBITANTER CREDIT, ET DOCET,
„ quod Dominus noſter ſuam paſſionem, & mortem,
„ atque ad inferos deſcenſionem ILLIS SOLIS jam de-
„ functis, & quamvis apud inferos, tamen in locis
„ tranquillitatis, & lucis conſtitutis exhibuit, qui in
„ fide futuri adventus ejus, ac redemtionis & in ſe-
„ culo vixerant, & illuc per mortem tranſierunt, UBI
„ ETIAM TEMPUS IMPLENDÆ, AC PERFICIENDÆ
„ EJUSDEM REDEMTIONIS SUÆ PER PASSIO-
„ NEM, ET DESCENSIONEM AD EOS DOMINI PIO
„ DESIDERIO EXPECTABANT: De quibus & B. Jo-
„ hannes Baptiſta, imminente jam ſua paſſione, & mor-
„ te, quia & ipſe unus erat ex talibus, ſollicite eum-
„ dem Dominum interrogabat per diſcipulos dicens: *tu*
„ *es, qui venturus es, an alium expectamus*? De talibus
„ namque piis, & beatis defunctis, quales fuerunt ab
„ initio mundi uſque ad adventum Domini SANCTI
„ PATRIARCHÆ, ET PROPHETÆ, ET CETERI
„ ANTIQUI JUSTI, qui ita crediderunt, & prænun-
„ ciaverunt venturum, & humanum genus ſuo ſanguine
„ redemturum, ſicut nunc eum omnis Eccleſia jam ve-
„ niſſe credit, & confitetur, etiam in libro Eccleſia-
„ ſtico ipſa Dei ſapientia, qui eſt utique Dominus
„ noſter Jeſu Chriſtus, promittit dicens: *Penetrabo in*
„ *inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes*,
„ & ILLUMINABO OMNES SPERANTES IN DEO.
„ Itemque alio loco de ejuſdem deſcenſione ad inferos,
„ & eorum LIBERATIONE, A QUIBUS EXPECTA-
„ BA-

1 Loco indicato *pag. 519. not. 1. hujuſce operis.*

„ BATUR ILLIC , Scriptura dicit [1] : *Recordatus eſt* „ *Dominus Sanctus Iſrael mortuorum ſuorum olim dor-* „ *mientium in pulvere terræ* , *& deſcendam ad eos oſtendere* „ *illis ſalutare ſuum* . Unde & per Oſeæ Prophetiam „ ipſi morti , & inferno ita minabatur dicens : *de manu* „ *mortis liberabo eos* , *de morte redimam eos* : *ero mors tua* , „ *o mors* : *morſus tuus ero inferne* . Quod totum quomo- „ do fideliter , & catholice intelligendum ſit , exponit „ mirifice Beatus Gregorius ita dicens „ : Allato inde Gregorii loco , quem nos ſupra deſcripſimus , pergit Eccleſia Lugdunenſis ſcribere : „ Hæc fideliſſimus doctor , „ juxta fidei Catholicæ regulam fideliſſime tenenda , & „ ſequenda propoſuit [2] „ .

Quæ autem *indubitanter* ſic a fide *Catholica credi*, atque *doceri* de animabus Sanctorum Vet. Teſtamenti in *inferis* ante Chriſti mortem ita conſtitutis , ut , etſi luce quadam , tranquillitateque gaudebant , egerent tamen *liberatore* [3] , qui ſoluto pretio redemtionis generis humani , ipſas ILLUMINARET [4], dignareturque SALUTARI DEI, quæ ſane omnia in beatos videntes Deum competere nullo modo poſſunt ; quæ, inquam, ſic *a fide Catholica* hac de re *credi* , *docerique* Eccleſia Lugdunenſis confirmat ; eadem,ut oſtendi,Theodulfus Aurelianenſis, Remigius Altiſſiodorenſis , Haymo Halberſtadienſis , Rabanus Moguntinen-

1 Hunc locum Jeremiæ adſcribi ab Irenæo , ac Juſtino Martyre vidimus . Affertur etiam , ut cernis , Lector , ab Eccleſia Lugdunenſi . Verum in Jeremiæ prophetia non extat .

2 Cavilletur modo Cadonicus , contorqueatque , ſi poteſt , veterum loca , ex quibus intelligitur , in luce , & tranquillitate fuiſſe animas Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum . Nam ex hoc Eccleſiæ Lugdunenſis teſtimonio perſpicit , in ea tranquillitate , ac luce animas eaſdem fuiſſe , quam ferre poteſt ſtatus juſtæ animæ non videntis , ſed certo ſcientis ſe viſuram Deum . Nam ſi Deum illæ intuebantur , quemadmodum *expectaſſent pio deſiderio per deſcenſionem Chriſti tempus perficiendæ Redemtionis ſuæ?* Quo modo *illuminari* optaſſent ſe ipſas videntes Deum, adeo ut iis aptari potuerit locus Eccleſiaſtici : *& illuminabo omnes ſperantes in Domino*? Qua tandem ratione *liberari* deſideraſſent , quæ videndo Deum gaviſæ *libertate* maxima fuiſſent ?

3 Nam Eccleſia Lugdunenſis ad eam rem adhibet Oſeæ locum : *De manu mortis* LIBERABO EOS .

4 Ut etiam adhibet *verſ.* 45. *cap.* XXIV. *Eccl.* ET ILLUMINABO *omnes ſperantes in Deo* .

tinenſis, Hincmarus Remenſis, Amolo Lugdunenſis Antiſtites eruditione, ſtudioque religionis in primis nobiles; Florus item Diaconus, Candidus, Angelomus, Paſchaſius Ratbertus, Chriſtianus Drutmarus, ne Photio quiquem Conſtantinopolitano, & Georgio Nicomedienſi exceptis, adeo teſtata, certa, firma eſſe judicarunt, ut ea ipſa carminibus, commentationibus in ſacra Biblia, diſputationibus adverſus Judæos, ceteroſque nominis orthodoxi hoſtes, interpretationibus liturgiarum, orationibus ad populum complexi ſint, nihil tam verentes, quam ne de eorum ullo dubitare viderentur. Neque vero hi ſolum, ſed etiam, ut demonſtratum eſt, Eccleſia Romana omnium mater, atque magiſtra hæc *libris Sacerdotalium Sacramentorum* comprehendi, publiceque in cœtibus orthodoxorum recitari, canique voluit, memor eorum, quæ de vi, auctoritateque eccleſiaſticarum precum Cæleſtinus I. P. M. [1] ad Epiſcopos Galliarum ſcripſerat adverſus reliquias Pelagianorum. Atque hi quidem Scriptores Eccleſiaſtici, Antiſtites cœtuum orthodoxorum, Romani denique Pontifices freti traditione majorum, certi, nihilque hæſitantes affirmarunt, *ereptos e tenebris* fuiſſe Vet. Teſt. Sanctos [2], introductos *in paradiſum*, quo nemini jamdiu aditus patuiſſet. Sanctos enim *multis ſeculis in inferni carcere vinctos fuiſſe, eguiſſeque liberatione* [3]. Vindicem autem eorum, Servatoremque fuiſſe Chriſtum, cujus ad inferos deſcenſum *largis lamentis* [4] *ſuſpirabant*. Quare Photius *in Amphilochiis*: Χειςὸς ἐςι, inquit, ὁ διὰ τῶν προφητῶν μὲν προκηρυχθεὶς, καὶ γενόμενος κατὰ σάρκα ἐκ σπέρματος δαβὶδ, ὑπερφυέσι δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου

1 Cælest. *epiſt.* xxi. *ad Epiſcopos Galliar. cap.* xi. *num.* 12. *tom.* 1. *Epiſtolar. Romanor. Pontif. edit. Couſtantii an.* 1721. *pag.* 1193.

2 Theodulfus Aurelianenſis *pag.* 519. *hujuſce operis not.* 1.

3 Remigius Altiſſiodorenſis *ibid. not.* 3. Candidus Alcuini diſcipulus *ibid. p.* 520. *not.* 1. Angelomus *ibid. not.* 2. Haymo *ibid. not.* 3. Rabanus *ibid. not.* 4 Florus *ibid. not.* 5. Paſchaſius Ratbertus *ibid. p.* 521. *not.* 2. Hincmarus Remenſis *ibid. not.* 3. Drutmarus *ibid. not.* 4. Georgius Metropolita Nicomed. *ibid. not.* 5. Photius *ibid. p.* 522. *not.* 1. & *p.* 544. *not.* 2.

4 Ordo Romanus *ibid. pag.* 522.

ἁγίου δαψιλεῖ τε, καὶ ἀφθόνῳ χορηγίᾳ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος εὐεργετῶν, καὶ διὰ τῆς οἰκείας ἀναστάσεως τὸν θάνατον μὲν νεκρώσας, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεύσας, τοὺς ἀπ' αἰώνων δὲ συναναστήσας ἑαυτῷ νεκρούς. οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς [1].

Eos vero, qui præceſſerant; quique ſeculo VIII. virtutis, doctrinæque exiſtimatione claruerant, ut Ambroſium Anſpertum, ut Alcuinum, ut Althelmum, ut Bedam, ut Priminium, ut Bonifacium Moguntinum, ut Johannem Damaſcenum, ut Joſephum Theſſalonicenſem, ut Carolum Magnum, ut alios, ſic eam ſententiam tenuiſſe demonſtratum eſt, ut cum aut ſacra Biblia interpretarentur, aut e ſuggeſtu populum docerent, aut, quæ ſymbolo continentur, exponerent, aut profeſſionem ederent fidei, *veriſſime credi* [2] teſtarentur, Sanctos Veteris legis *in inferis* manſiſſe, *donec eos deſcenſus Chriſti exinde eriperet*. Quin etiam inferni tenebris fuiſſe detentos [3], *liberandoſque* proinde fuiſſe [4], ac reipſa *ad cæleſtis regni gaudia* fuiſſe *reductos* poſt deſcenſum Chiſti in ea loca [5]. Nullum enim fuiſſe, qui ad *regni* cæleſtis *beatitudinem pervenerit, donec Dei filius venit in mundum; ſed juſtos omnes in inferno ſediſſe in tenebris* [6], *expectaſſeque liberationem* [7]; *excitatos autem fuiſſe ex imis inferni receſſibus* [8] morte Chriſti, *quæ aperuit clauſas paradiſi portas* [9].

Atque effectum etiam illud a nobis eſt, orthodoxorum omnium mentibus inſitam ſeculo VII. fuiſſe ſententiam de animabus eorum, qui ante Chriſtum deceſſerant,

1 *Chriſtus eſt, qui a Prophetis antea prædicatus eſt, factuſque eſt ſecundum carnem, ex ſemine David: viribus naturæ modum excedentibus, & Spiritus Sancti liberali, atque copioſa largitione genus hominum beneficiis cumulat: perque propriam reſurrectionem mortem morte affecit, infernumque ſpoliavit, ſibique eos, qui a ſeculis mortui fuerant conreſuſcitavit. Hic eſt Chriſtus.* Quinam autem hi ſint mortui, ex locis Photii, quos *pag.* 522. & 544. adduxi, intelligitur.

2 Ambroſius Anſpertus *ibid. pag.* 523. *not.* 1.

3 Alcuinus *ibid not.* 1.

4 Carolus Magnus *ibid not.* 3.

5 Beda *ibid. pag* 5 4 *not.* 1.

6 S. Bonifacius *ibid. not* 2.

7 *Auctor Quæſt. Vet & Novi Teſtam. mixtim: ibid. pag.* 525. *not.* 1.

8 Johannes Damaſcenus *ibid. not.* 2.

9 Joſephus Theſſalonicenſis *ibid. not.* 3.

rant (proptera quod *clauſus paradiſus eſſet* [1]) inferna petentibus [2], neque beatis *viſa ſpecie creatoris* [3], hoc eſt viſione Dei, quoad Chriſtus ipſe ad eas liberandas deſcendit [4]: atque ita ſententiam eamdem inſitam ipſis, infixamque fuiſſe, ut a *fide illam per Eccl. Cathol. doceri* [5] crederent.

Neque minorem eadem de re omnium ſeculo ſexto fuiſſe conſenſionem. Nam & adſertam contra hæreticos fuiſſe [6], & iis, quibus ſymbolum tradebatur, ad credendum [7] propoſitam, & non ſoluta oratione ſolum a Paſtoribus Eccleſiarum, atque a ceteris, qui cooptati in clerum fuiſſent, dum ſacra Biblia [8] interpretarentur, dum in Synodis Clerum, ac Plebem, dum in concione populum [9] inſtituerent; ſed carminibus etiam [10] comprehenſam, ut eam quibus tandem cumque modis, rationibuſque poſſent, cuſtodirent, neque committerent, ut e memoria cujuſquam elaberetur.

Quin etiam quinto ſeculo Antiſtites ipſos Eccleſiarum docuiſſe; *juſtos* apud *inferos* [11], *ante adventum Domini*, fuiſſe; Chriſtumque, poſt paſſionem, mortemque

1 Auctor Anonym *ibid pog* 514 *not.* 4.

2 Dorotheus Archimandrita *ibid. pag.* 510. *not* 1. Andreas Cretenſis *ibid. p.* 534. *not.* 2. *Sophronius Hieroſolymit. ibid. not.* 1. S Julianus Toletanus *ibid. not.* 5.

3 S. Gregorius Magnus *ibid. pog.* 512. *in not.*

4 Georgius Piſides *ibid. not.* 3. S. Iſidorus Hiſpalenſis *ibid. pag.* 535. *not.* 1. Appooius *ibid. not.* 2. S. Hidelfonſus *ibid. pag.* 515. Auctor Chrouiei Paſchalis *ibid. pag.* 542. *not.* 2. Pettus Apollonins Collatius *ibid. not.* 2. & Auctor Anonymus *Homil.* IV. *in Morcum*, *qua Johonni Chryſoſtomo tribuitur*: *ibid. p.* 543.

5 S. Gregorius Magnus *ibid p.* 511. *ſeqq.* Anonymus Caſanatenſis *ibid. p.* 528. hanc eſſe *generalem Catholicorum ſententiam* ſeribit. *ibid. p.* 529. Synodi Toletanæ IV. & XVI. eamdem iu dogmaribus fidei numerant *ibid. pag.* 536. 537. 539. & 541.

6 Gregor. Turoo. *ibid. p.* 545. *noi.* 1. Euſtratius Preſbyter *ibid. p.* 549. *num.* 2.

7 Auctor Sermonis *de Symbolo*, quem aut Cæſarium Arelatenſem eſſe, Monachi Benedictini Congreg. S. Mauri arbitrantur, aut certe Cæſarii æqualem *ibid. not.* 2. & Venantius Fortunatus *ibid. not.* 3. Auctor *Diſput. cum Herbano Judao ibid. pag.* 550. *not.* 4.

8 Venantins Fortunatus *ibid. p.* 545. *ſeq. not.* 3. Primaſius Adrumetiuus *ibid. p.* 546. *not.* 1. Ferrandus *ibid. p.* 546. *not.* 3. Caſſiodorus *ibid. p.* 547. *not.* 2. Olympiodorus *ibid. p.* 547. *not.* 1. Eleutherius Tornacenſis *ibid. p.* 550. *not.* 3.

9 S. Fulgentius Ruſpenſis *ibid. p.* 546. *not.* 2. Sedatus Biterrenſis *ibid. p.* 547. *not.* 5. Anaſtaſius Sinaita *ibid. p.* 548 *not.* 2. *ſeq.* Cæſarius Arelatenſis *ibid. p.* 550. *not.* 2.

10 Venantius Fortunatus *ibid. p* 545. *not.* 3. Ruſtieus Helpidius *ibid. p.* 547. *not.* 3. Turcius Ruffus Aſterius *ibid. not.* 4. Araror *ibid. p* 548. *not.* 1.

11 Eucherius Lugd. *ibid. p.* 553. *not.* 1. Clandianus Mamertus *ibid. p.* 555. *not.* 1. Theodoritus *ibid. p.* 556. *not.* 1. Sedulius *ibid. not* 2. 3. & 4. Auctor Quæſt. *Vet. & Novi Teſt. ibid. p.* 557. *not.* 1. Marcus Eremita *ibid. p.* 558. *not.* 1.

Digitized by Google

temque ſuam, *clauſtra*[1] *paradiſi reſeraſſe, ſanctiſque dediſſe in paradiſi*[2] *intrare requiem*. Jam vero Antiſtites, qui hæc docerent, ſic conſtituiſſe: eos, qui ita CREDERENT[3], QUID MORTALIBUS ADVENIENS CHRISTUS DONAVERIT, INTELLECTUROS: quare VIDERENT id omnes, AGNOSCERENT, INTELLIGERENT[4].

Tantum autem abeſſe ut a Scholaſticis ſit origo noſtræ ſententiæ repetenda, ut Auguſtinus ipſe, quo Patrono adverſarii falſo gloriantur, Patreſque ii, quorum auctoritate Auguſtinus idem Pelagianos fregit; neque hi ſolum, ſed ceteri etiam, qui ſeculo IV. editis pro religione libris Eccleſiam illuſtrarunt, teſtati ſint: *Abrahamum* Iſaacum, Jacobum, S. Johannem Baptiſtam, Lazarum amicum Chriſti *in inferis* fuiſſe, eoque Chriſtum *deſcendiſſe, ut omnium Sanctorum præcedentium animas erueret*[5], *paradiſumque antea clauſum reſeraret*[6], atque ita quidem ſeſe rem habuiſſe CREDI oportere[7]. *Theſauros*

1 S. Maximus Taurin. *ibid. p.* 555. *not.* 2. Fauſtus Regienſis *ibid.* Johannes Caſſianus *ibid. pag.* 557. *not.* 4. Euſebius Emiſſenus *ibid. not.* 5. Capreolus Carthaginienſis *ibid. p* 564. *not.* 3. S. Paulinus Nol. *ibid. not.* 5.

2 S. Remigius *ibid. pag.* 558. *not.* 1. Prudentius *ibid. not.* 3. Baſilius Seleucienſis *ibid. pag.* 565. *not.* 1. Auctor Quæſt. ad Orthodoxos *ibid. not.* 2. S. Leo *ibid. not.* 3. Philippus Preſbyter *ibid. p.* 566. *n.* 3. Syneſius *ib. p.* 560. *not.* 1. Proclus Conſtantinopolitanus *ibid. not.* 2. Philo Carpathius *not.* 2. Cyrillus Alexandrious *ibid. not.* 5. Gelaſius Cyziceous *ibid. p.* 561. *not.* 4. Verus Auctor *Sermonis S. Athanaſio adſcripti ibid. p* 562. *not.* 1. Auctor *Quæſtionum ad Antiochum ibid. not.* 3. Auctor *operis Imperfecti in Matth. ibid. not.* 4. Eudocia Auguſta *ibid. p.* 563. *not.* 1. Aſterius *ibid. p.* 564. *not.* 1.

3 S. Petrus Chryſologus *ibid. p.* 552. *not.* 1. *ſeq.* Gennad. *lib. de Eccl. Dog. ibid. p.* 554. *not.* 1.

4 S. Petrus Chryſologus *ibid. p.* 553. *in not.* Eam ob rem Epiſcopi Synodi Arelatenſis Lucidum coegerunt, ut inane dogma ejuraret oppoſitum communi noſtræ ſententiæ. *Ibid. p.* 566. *not.* 2.

5 S. Auguſtinus *ib. p* 569. *ſeq.* Sed cetera Auguſtini ea de re teſtimonia proferam hujuſce operis *lib* 11. *c.* 1. S. Hieronymus *p.* 570. & *p.* 572. *ſeqq. huj. operis.* S. Johan. Chryſoſtomus *ibid p.* 577. *ſeqq.* S. Gregorius Nazianzenus *ibid. p.* 584. S. Ephræm Syrus *ibid. p.* 587. S. Epiphanius *ibid. p.* 588. *ſeqq.* S. Hilarius *ibid. p.* 590. *ſeq.* S. Ambroſius *ibid. p.* 592. S. Gaudentius *ibid. p.* 594.

6 S. Hieronymus *ibid p.* 572. *ſeqq.* S. Johannes Chryſoſtomus *ibid. p.* 580. S. Baſilius Magnus *ibid. p.* 585. *not.* 1. & *not.* 2. ubi Davidem ſic inducit de ſe loquentem: *Quandoquidem* (Chriſte) *tuo in infernum deſcenſu a peccati vinculis me liberaſti, atque humanam naturam ... inferni carceribus detentam exſolviſti*. *Not.* 2. *p.* 585. Memini me non animadvertiſſe hæc Davidis nomine ſcripta a Baſilio fuiſſe, quod tamen erat omnino animadvertendum. S. Gregorius Nyſſenus *ibid. p.* 586. S. Hilarius *ibid. p.* 591. S. Pacianus *ibid. p.* 594.

7 S. Hieron. *ibid. p.* 574. S. Epiphan. *ibid. p.* 589. *ſeqq.* S. Ambr. *ibid. p.* 592. *ſeq.*

ſauros autem, ante Chriſti mortem, deſcenſumque ad inferos, *Theſauros*, inquam, fuiſſe *Abrahamum*, *Iſaacum*, *atque Jacobum*, ſed *Theſauros tenebroſos* [1], propterea quod nondum eis *ſol juſtitiæ affulſiſſet* [2]. Chriſtum autem eſſe ſolem juſtitiæ, ibique, ubi eſt ipſe, *cælum* eſſe [3].

Indignum vero non Theologo ſolum, ſed quovis etiam orthodoxo eſt, hoſce Patres ſcriptoreſque Chriſtianos primos omnium id excogitaſſe dogma, poſteriſque commendaſſe, putare. Quos enim cuſtodes, adſertores, vindices doctrinæ catholicæ fuiſſe conſtat, quis ſibi, ſine ſumma injuria, perſuadeat, res leves, inanes, falſas non tueri modo, ſed comminiſci etiam voluiſſe, iiſque, qui crediti ipſorum curæ divintus fuerant, nihil hæſitantes tradere, monumentiſque mandare litterarum; repertumque interea fuiſſe neminem, qui eos ageret novitatis reos, moneretque chriſtianam plebem, ſibi ut caveret, neque ſe decipi pateretur? Atque eos, qui tam longis locorum intervallis disjuncti fuiſſent, neque inter ſe contuliſſent, in unam repente omnes ſententiam conſpiraſſe, chriſtianoſque univerſi orbis omnes in errorem impellere ſtatuiſſe, quodque ſtatuerant, reſiſtente nemine, confeciſſe, tam eſt incredibile, ut non modo non fieri, ſed ne fingi quidem poſſe videatur. Quod etſi ſatis eſt argumenti, ut ſententiam, quam illi, ſine diſceptatione, tanta concordia, tantaque firmitate, atque conſtantia tenuerunt, traditione niti credamus jam uſque ex Apoſtolicis ducta temporibus; nihilo ſecius oſtenſum id etiam, confirmatumque a nobis eſt Origenis

1 S. Johannes Chryſoſtomus *p.* 578.

2 S. Johannes Chryſoſtomus *ibid. p.* 580.

3 S. Johannes Chryſoſtomus *ibid. p.* 579. quo etiam ſpectant, quæ a S. Athanaſio *ibid. p.* 595. *ſeqq.* ab Amphilochio Iconienſi *ibid. p* 598. a Chromatio Aquilejenſi, & a Zenone Veronenſi *ibid. p.* 599. a Philaſtrio Brixienſi, a Jacobo Niſibeno, a Potamio, a Macario Hieroſolymitano, a Theophilo Alexandrino, ab Euſtathio Antiocheno *p.* 600. a Cyrillo Hieroſolymitano *p.*601. *ſeqq.* ab Euſebio Cæſarienſi *p.* 603. *ſeq.* a Theodoro Mopſueſteno *ibid. p.* 605. *ſeq.* a Rufino, a Julio Firmico, a Victorino Petavionenſi, a Didymo Alexandrino, a Nonno Panopolitano *p.* 606. *ſeq.* a Proba Falconia, a Paulino S. Ambroſii diſcipulo *p.* 608. ab Hilario Diacono *p.* 608. *ſeq.* ſcripta fuiſſe animadvertimus.

nis [1], Hippolyti [2], Methodii [3], Cypriani [4], aliorumque conſenſione, quos ſeculo tertio; deinde Auctoris Anonymi Carminum contra Marcionem [5], Tertulliani [6], Irenæi [7], Juſtini Martyris [8], Scriptoris item Chriſtiani illius, qui ſub Joſephi nomine latere voluit [9], ejus quoque, qui Evangelium Nicodemi edidit, aliorumque, qui Carmina Sibyllina compoſuerunt [10], quos ſecundo; ac denique Ignatii Martyris [11], & Thaddæi, quos ſeculo primo floruiſſe [12] accepimus.

His autem, tot tamque illuſtribus viris, qui jam inde ab ortu catholicæ religionis, ad hanc uſque ætatem tanta rei Chriſtianæ publicæ utilitate, laude, gloria claruerunt; quique tanta conſenſione, ubique, ſemper id ſententiæ genus probarunt, docuerunt, & adverſus Judæos, atque hæreticos propugnarunt, librisque eccleſiaſticarum precationum, ut poſt oſtendemus, latinis, græcis, armenicis, copticis, æthiopicis, ſyris, arabicis inſeruerunt; his, inquam, tam illuſtribus viris reſiſtere velle, ut tuo, Cadonice, tuo autem? immo vero Buceri, quod quidem alio loco evicimus [13], Lutheranorum, Calvinianorum novo dogmati aſſentiare, quid eſt, quam Eccleſiæ Catholicæ *ſuper fundamentum Apoſtolorum, ac Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu* fundatæ reſiſtere, ut portentis opinionum novis auctoritatem adjungas, & fidem?

Ad hæc ſi adverteris animum, hæc ſi diligenter conſideraris, deſiſtes, mihi crede, ſententia, finemque in

1 *Ibid. pag.* 610. *ſeq.*
2 *Ibid. pag.* 612.
3 *Ibid pag.* 613.
4 *Ibid. pag.* 613. *ſeq.*
5 *Ibid. pag.* 615. *ſeq.*
6 *Ibid pag.* 616.
7 *Ibid. pag.* 620. *ſeqq.*
8 *Ibid pag.* 612.
9 *Ibid pag.* 619.
10 *Ibid. pag.* 624. *ſeqq.*
11 *Ibid. pag.* 627.
12 *Ibid. pag* 628. *ſeq.*
13 *Ibid. pag.* 375. *ſeqq.*

in Scholaſticos inſultandi facies; quos liquet non excogitaſſe ipſos, quæ hoc de genere omni ſcripſerunt; ſed a majoribus accepiſſe, quibus nihil fuiſſe prius intelligo, quam ut ullatenus a conſenſione omnium Chriſti Eccleſiarum, ab univerſitate, a vetuſtate ne digitum quidem, ut ajunt, latum recederent. Niſi forte velis Eccleſiam univerſam, exactis Apoſtolis, eſſe cœpiſſe Scholaſticam, majoreſque noſtros in fraudem impuliſſe auctoritate ſua. Id autem ſi volueris, & augebis invitus exiſtimationem Scholaſticorum, qui te judice tamdiu Eccleſiam conſtituerint; & condemnabis te ipſum erroris graviſſimo crimine, ut qui ab Scholaſticis diſſentiens, ab Eccleſia te in re doctrinæ diſſentire confiteare. Sed iſthuc quidem abs te, quamvis ita ſeſe res habeat, credo tamen dicetur numquam. Nam eſt perſuaſum mihi, non animadvertiſſe te, quid Theologi quique, quid Patres, quid Eccleſia univerſa ſenſerit, proptereaque in iſtos te laqueos induiſſe, quorum ex nullo te umquam expedire, niſi ſententiam revocando, poſſes.

CAPUT VII.

Sacrorum veteris, novique Teſtamenti Bibliorum auctoritate efficitur, animas piorum in ſinu Abrahæ ante Chriſti Servatoris mortem expertes fuiſſe beatitatis conſiſtentis in intuitu naturæ Dei.

JAm tibi Patres omnes præreptos cernis. Unum reſtat, ad Biblia ſacra ut provoces. Verum quid his ages, quæ non tuo arbitratu explicanda ſunt, ſed ita omnino, ut Eccleſia Catholica ſciſcit, poſtulatque majorum ab Apoſtolis ad nos uſque propagata [1] traditio? Ne

1 Tertullianus *lib. de Præſcriptionibus cap.* xv. *ſeq. pag.* 207. *edit. Venet. an.* 1744. » Scripturas, *inquit*, obtendunt, & hac ſua audacia ſtatim quoſdam movent . . . » Hunc

Ne vero puta, movere te poſſe lectores tuos, ſi tibi, *peculiarique devotioni, & in Auguſtinum dilectioni præcipua tua* datum divinitus, *reſervatumque* fuiſſe prædices, ut *primus* tu omnium eam ſententiam exſuſcitares [t], cujus jamdiu op-

» Hunc igitur potiſſimum gradum obſtruimus, non admittendos eos ad ullam de
» Scripturis diſputationem, ſi hæ ſunt illæ vires illorum, ut eas habere poſſint,
» deſpici debet, cui competat poſſeſſio Scripturarum, ne is admittatur ad eam,
» cui nullo modo competit. Hoc de conſilio diffidentiæ, aut de ſtudio aliter in-
» eundæ conſtitutionis induxerim, niſi ratio conſtiterit in primis illa, quod fides
» noſtra obſequium Apoſtolo debeat, prohibenti quæſtiones inire, novis vocibus
» aures accommodare &c. . . . Tantum veritati OBSTREPIT ADULTER SEN-
» SUS, QUANTUM ET CORRUPTOR STILUS. Neceſſario nolunt AGNO-
» SCERE EA, PER QUÆ REVINCUNTUR. His nituntur, quæ ex falſo com-
» poſuerunt, & QUÆ DE AMBIGUITATE CEPERUNT. Quid promovebis
» exercitatiſſime Scripturarum, cum ſi quid defenderis, negetur; ex adverſo,
» ſiquid negaveris, defendatur . . . Ergo non ad Scripturas provocandum eſt, nec
» in his conſtituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria eſt,
» aut par incertæ. Nam etſi non ita evaderet collatio Scripturarum, ut utramque
» partem parem ſiſteret; ordo rerum deſiderabat, illud prius proponi, quod
» nunc ſolum diſputandum eſt: QUIBUS COMPETAT FIDES IPSA. CUJUS
» SINT SCRIPTURÆ, A QUO, ET PER QUOS, ET QUANDO, ET QUI-
» BUS SIT TRADITA DISCIPLINA, QUA FIUNT CHRISTIANI. Chriſtus
» Jeſus Dominus noſter . . . quamdiu in terris agebat, ipſe pronunciabat ſive po-
» pulo palam, ſive diſcentibus ſeorſum, ex quibus duodecim præcipuos lateri
» ſuo adlegerat deſtinatos nationibus magiſtros. Itaque uno eorum decuſſo, re-
» liquos undecim digrediens ad Patrem, poſt reſurrectionem juſſit ire, & docere
» nationes . . . Statim igitur Apoſtoli, quos hæc appellatio miſſos interpretatur,
» aſſumto per ſortem duodecimo Matthia in locum Judæ, ex auctoritate Prophe-
» tiæ, quæ eſt in Pſalmo David, conſequuti promiſſam vim Spiritus Sancti;
» per Judæam Eccleſiis inſtitutis . . . dehinc in orbem profecti . . Eccleſias apud
» unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei, & ſemina do-
» ctrinæ ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut Eccle-
» ſiæ fiant, ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum
» Eccleſiarum. Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt. ITAQUE
» TOT, AC TANTÆ ECCLESIÆ UNA EST ILLA AB APOSTOLIS PRIMA,
» EX QUA OMNES. Sic omnes prima, & Apoſtolicæ, dum una omnes pro-
» bant unitatem, dum eſt illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis,
» & conteſſeratio hoſpitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, QUAM EJUS-
» DEM SACRAMENTI UNA TRADITIO. Hinc igitur dirigimus præſcriptio-
» nem: ſi Dominus J. C. Apoſtolos miſit ad prædicandum, alios non eſſe reci-
» piendos Prædicatores, quam Chriſtus inſtituit. . . Quid autem prædicaverint,
» ideſt quid illis Chriſtus revelaverit, & hic PRÆSCRIBAM, NON ALITER
» PROBARI DEBERE, NISI PER EASDEM ECCLESIAS, QUAS IPSI APO-
» STOLI CONDIDERUNT, IPSI EIS PRÆDICANDO TAM VIVA, QUOD
» AJUNT VOCE, QUAM PER EPISTOLAS POSTEA. Si hæc ita ſunt, con-
» ſtat proinde OMNEM DOCTRINAM, QUÆ CUM ILLIS ECCLESIIS APO-
» STOLICIS, MATRICIBUS, ET ORIGINALIBUS FIDEI CONSPIRET, VE-
» RITATI DEPUTANDAM, SINE DUBIO TENENTEM, QUOD ECCLE-
» SIÆ AB APOSTOLIS, APOSTOLI A CHRISTO, CHRISTUS A DEO AC-
» CEPIT. OMNEM VERO DOCTRINAM DE MENDACIO PRÆJUDICAN-
» DAM, QUÆ SAPIAT CONTRA VERITATEM ECCLESIARUM &c. „

t Cadonicus *in Præfat. ad opus de D Aurelii Auguſtini, qua videtur ſententia &c. num. 1. pag. xxl. edit. Veneta ann. 1763.* » Unum PECULIARI DEVOTIONI

preſſa fuiſſet memoria. Nam diu eſt, quum moniti orthodoxi quique fuerunt, ſibi ut caverent, neque ſpecie *devotionis* circumveniri ſe ſinerent [1]. Non enim te unum eſſe intelligo, qui verbis plenis religionis, ac pietatis utare. Sunt item [2] hoc tempore alii, fueruntque olim [3], qui cum rebus novis delectarentur, non aliter eas proponi populo, diſſeminarique poſſe exiſtimarent. Sed quemadmodum iis Eccleſiæ filii non modo aſſenſi non ſunt, ſed etiam acerrime reſtiterunt; ſic plane confido, & vero proſpicio futurum, ut tibi quoque a majorum, ab cœtuum omnium orthodoxorum, ab Apoſtolicæ Sedis Pontificum ſententia diffidenti reſiſtant, neque tuum iſtud dogma latius manare patiantur. Illud autem, ſi te forte fugit, tibi perſuadeas vehementer velim: iſtud quidquid eſt non commodi quidem, ſed infortunii, & calamitatis non fuiſſe reſervatum tibi, ſed Bucero, ſed Wagenſeilio [4], ſed Helmenorſtio [5], ſed aliis majorum gentium Lutheranis, & Calvinianis, qui ipſius opinionis tuæ (ab Judæorum magiſtris errori, ſuperſtitionique deditis excogitatæ) non tam veterem, quam tu putes, at *veluti oppreſſam* tamen *memoriam exſuſcitarent*, atque Auguſtino injuria tributam, adverſus Eccleſiam Catholicam, ut iidem profitentur, defenderent.

Sed ſtudio elatus, plura iterum de origine dixi opinionis tuæ, quam initio conſtitueram. Redeo ad ſacrorum Bibliorum loca. Scio, quibus utare. Verum antequam an recte utare, videro, patere, ut paucis demonſtrem,

» MEÆ, *inquit*, & in Divum Auguſtinum præcipue dilectioni a benignitate Dei » RESERVATUM puto, ut PRIMUS EGO, poſt hujus doctrinæ veluti oppreſſam memoriam, eamdem exſuſcitarem ».

1 Vide Tertullianum *lib. de Præſcriptionib. cap.* IV. *pag.* 201. *edit. Veneta opp. an.* 1744.

2 Pſeudo Juſtinus Febronius *in Epiſt. ad Summum Pontificem, Reges &c.* barbaro operi, plenoque inanium, a vero abludentium, abſurdarum, atque monſtroſarum rerum præfixa, quod opus inſcribitur: *De Statu Eccleſiæ &c. edit. an.* 1763.

3 Confer *S. Auguſt. lib.* III. *de Peccator. Meritis, & Remiſs. ſeu Epiſt. ad Marcellinum cap.* 1. *pag.* 47. *tom.* X. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700.

4 Vide *pag.* 175. *ſeqq. hujuſce operis*.

5 De hoc diſſeram *cap.* 1. *lib.* II. *hujuſce operis*.

ſtrem, quibuſnam cœtus orthodoxorum utantur, quibuſque majores noſtri confiderent. Igitur priore loco ex Vetere Teſtamento Theologi, Patres, Eccleſiæ adhibent verſum e capite nono prophetiæ Zachariæ undecimum, qui ſic habet: *Tu quoque in ſanguine Teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu, in quo non eſt aqua*. Deinde ex Oſeæ cap. tertio ac decimo verſum quartum ac decimum: *ero mors tua, o mors, morſus tuus ero inferne*. Et ex c. XXIV. libri Eccleſiaſtici verſum quadrageſimumquintum: *penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino*. Ex Teſtamento novo afferunt verſ. 3. cap. XI. Evangel. Matthæi: *tu es qui venturus es, an alium expectamus*? Et verſ. XV. cap. II. Epiſtolæ ad Coloſſenſes: *Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo*. Et v.8. cap. IV. Epiſt. ad Epheſios: *Propter quod dicit: aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus: quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit in inferiores partes terræ*? Et *v.6. ſeqq. cap.* IX. *Ep. ad Hebræos* „ In priori quidem tabernaculo ſemper introibant „ ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes, in ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex non ſine „ ſanguine, quem offert pro ſua, & populi ignorantia. „ HOC SIGNIFICANTE SPIRITU SANCTO NONDUM PROPALATAM ESSE SANCTORUM VIAM, „ ADHUC PRIORE TABERNACULO HABENTE „ STATUM... Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum non manufactum, ideſt non hujus creationis... „ introivit ſemel in ſancta, æterna redemtione inventa „ ... & ideo Novi Teſtamenti mediator eſt, ut morte „ intercedente in redemtionem earum prævaricationum, „ quæ erant ſub priori teſtamento REPROMISSIONEM „ ACCIPIANT, QUI VOCATI SUNT, ÆTERNÆ „ HÆREDITATIS „: & *v.* 13. *cap.* XI. in quo Apoſtolus

lus poſteaquam Abrahamum, Iſaacum, Jacobum &c. commemoravit, ſcribit, hoc modo: „ JUXTA FIDEM „ DEFUNCTI SUNT OMNES ISTI NON ACCEPTIS „ REPROMISSIONIBUS, SED A LONGE EAS ASPI- „ CIENTES, ET SALUTANTES, & confitentes, quia „ peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc „ dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere ... nunc autem „ meliorem appetunt, ideſt cæleſtem „: & *v.* 39. *ſeq.* qui ſic habent: „ HI OMNES TESTIMONIO FIDEI PRO- „ BATI NON ACCEPERUNT REPROMISSIONEM, „ DEO PRO NOBIS MELIUS ALIQUID PROVIDEN- „ TE, UT NON SINE NOBIS CONSUMMAREN- „ TUR „. Poſtremo regni Cælorum in Vetere Teſtamento numquam fit mentio. Quin ubi de morte SS. Patriarcharum agitur, deceſſiſſe illos, ſepultos cum Patribus, appoſitos ad Patres ſuos, Scriptura docet; *regnum* autem cælorum, paradiſum, gloriæ coronam conſequutos non docet. Regni quidem CÆLI meminit Daniel [1], ſed quod *ſuſcitandum* poſt Chriſti adventum eſſet. At ubi venit *plenitudo temporis*, *miſitque Deus filium ſuum*, *ut omnes*, *qui ſub lege erant*, *redimeret*, tunc *cælorum regnum* annunciari hominibus ab Johanne Baptiſta [2] ut *propinquum* cœpit, poſtque a Chriſto [3] ut jam inſtans prædicatum eſt; cumque Chriſtus ipſe cruci affixus fuit, tum in paradiſo ſecum futurum *Latronem*, qui reſipuerat, promiſit; deincepſque monere Chriſtianos Apoſtoli non deſierunt, ut ne *contriſtarentur de dormientibus*: Sic *ut currerent*, *ut comprehenderent*: *Repoſitam ipſis eſſe coronam gloriæ*, quarum ſunt rerum plena Pauli, aliorumque Apoſtolor. monumenta. Hæc autem tam diſpar ratio, ecquid poſtulat, niſi ut fateamur, SS. Patriarchis, Prophetis, Juſtiſque ceteris antiquæ legis aditum non patuiſſe ad regnum, anteaquam adveniſſet ille, *cui repoſitum erat*, quemque illi uti liberatorem

1 *Cap.* II. *verſ.* 44.
2 *Matth. cap.* III. *v.* 2. & IV. *v.* 17. 23.
3 *Matth. cap.* V. *v.* 3. *ſeqq.* 19. *ſeq.*

rem non præſtolabantur modo, ſed etiam gementes ſuſpirabant? Neque vero recens eſt a nobis, aut ab ullo Scholaſticorum excogitata hæc ratio. Vetus eſt enim Patrum Scripturis, ut vidimus, nixa ſententia, quam evertere conjectationibus, circuitionibuſque verborum Cadonicus, ejuſque patroni non poterunt.

At hiſce Scripturarum, quæ attulimus, locis, nihil nos proficere Cadonicus Tournelium refellens ſcribit. Equidem quid ille auctoritate majorum efficere poſſit, expecto; quid autem ſcribat, vel ſcripſerit, nihil moror. At ratione ſe agere dicit, quæ auctoritate veterum fulta ſit. Quam, ne erret, metuo! Sed feram patienter. Audiam. Ille igitur, priore loco, niſi præclaris Scripturæ teſtimoniis, rem a nobis confici poſſe, negat [1]. Deinde ratione ſe niti, ait, perſpicua. Eam autem fas non eſſe aliqua *Scripturæ auctoritate* minuere [2]. Quam ad rem verbis S. Auguſtini ex *Epiſt.* CXLIII. ad Marcellinum, ut ſolet, abutitur. Rationem autem illam perſpicuam eſſe, quod intelligere ipſe nequeat, quo tandem modo requies cum doloribus componi poſſit. Hanc *rationem* ubi indicavit, *perperam*, inquit, *hæc argumenta quiſpiam veluti ex Scripturarum oraculis obſcurare laboret*. Tertio ſtatuit, locum ex Epiſt. ad Epheſios: *ASCENDENS IN ALTUM &c. per ſe non indicare liberationem Sanctorum, nec nos ab aliis Evangelii textibus de Aſcenſione Chriſti tractantibus adjuvari, ad hanc liberationem intelligendam: quare aliquid inveniri oportere, in quo congruenter eluceat ſignificatio memoratæ captivitatis, quam captivam duxit Redemtor in cælum*. Quarto negat, Sanctos Veteris Teſtamenti, ſaltem poſt Chriſti deſcenſum ad inferos, dici potuiſſe captivitatem captivam ductam. Non enim captivos eos fuiſſe cum jam, concedentibus nobis, vindicati in libertatem fuiſſent

1 Cadonicus *de Divi Aureli Auguſt. quæ videtur ſententia &c. cap.* XXIII. *num.* 1. *pag.* 189. *edit. Veneta an.* 1763.
2 *Ibid. num.* 2.

ſent [1]. Quinto, intelligi, ait, locum illum poſſe de illata in cælum a Chriſto hominum natura, quam Chriſtus idem aſſumſerat: vel de victa, atque ſuperata morte: vel de *domo ædificata poſt captivitatem*, *ideſt de Eccleſia poſt gentilitatem*; ſed de Patribus ereptis ex inferis, nullo modo. Adfert autem, hujuſmodi interpretationum confirmandarum gratia, quædam Auguſtini, Maximi Taurinenſis, Hilarii Pictavienſis, & Gregori Magni loca; refellendæ vero noſtræ cauſſa, adducit omnino nullum.

Ego vero ut animadverſioni priori Cadonicianæ ſatisfaciam, quæro quid *præclarorum* Scripturæ teſtimoniorum intelligat nomine? An ea teſtimonia ſibi proferri deſiderat, quæ rapi in alium ſenſum nequeant; aut quibus non fuerit a Patribus alia umquam adhibita interpretatio? Id ſi ita eſt, ecquod reperiet dogma, quod Scripturæ *præclaris* teſtimoniis poſſit oſtendere? Legat, quem paulo ante deſcripſimus Tertulliani adverſus hæreticos ejus ætatis inſignem locum. Longum autem eſt omnia dogmata religionis percurrere. Unum commemorabo, quod eſt de Chriſto in Euchariſtia præſente. Quibus nos, demonſtrandi illius cauſſa, teſtimoniis Scripturarum utimur? Nempe verbis illis Servatoris Chriſti: *Hoc eſt corpus meum*. Optime. At qui & IX. & XI. ſeculis, & deinceps id dogma negarunt, negarunt item hoc teſtimonium eſſe *præclarum*. Atque hi ſane (quod Cadonicus adverſus nos diſputans facit) fas non eſſe dixerunt, ejuſmodi teſtimoniis rectam rationem minuere. Rationem autem ipſis eſſe ſatis gravem in promtu. Repugnare namque, ut corpus unum tot ſit in locis [2]; idque multo magis pugnans videri, quam Cadonico videatur contrarium, quietem poſſe cum dolore conſiſtere. Jam vero

1 *Ibid. num.* 10. Multa hic Cadonicus de Auguſtini ſententia turbat, quæ nos *in cap.* 1. *lib.* 2. *hujuſce operis* transferenda duximus.

2 Hoc enim in primis ex ratione, quam eſſe manifeſtam jactant, & oppoſuerunt olim, & etiam nunc opponunt Sacramentarii.

vero illum Scripturæ locum alio trahi oportere. Etenim intelligi non poſſe *τὸ hoc* [1] prænomen de *Chriſti* corpore; alioquin propoſitionem identicam futuram. Majores autem noſtros, ut Tertullianum [2], ut Auguſtinum [3], ut Patres etiam Synodi Nicenæ ſecundæ [4], ut auctorem Liturgiæ Baſilii [5], *τὸ hoc eſt corpus meum* ſignificare dixiſſe, *figuram*, *ſignum*, *configurale*, *imaginem corporis Chriſti*. Locus eſt alter Scripturæ, quem adverſus hæreticos adhibemus ex Johannis Evangelio, qui ſic habet: *niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Secus hunc etiam eſſe accipiendum, ajunt, Sacramentarii, atque a nobis accipiatur. Nam Auguſtinum *in Pſal.* XCVIII. [6] ſcribere: *Non hoc corpus, quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendavi; ſpiritualiter intellectum vivificabit vos; etſi neceſſe eſt illud viſibiliter celebrare, oportet tamen illud inviſibiliter intelligi*: & *in* III. *de Doctrina Chriſtiana Libro* [7]: „ Si præceptiva locutio eſt, „ aut flagitium, aut facinus vetans, aut utilitatem, aut „ beneficentiam jubens, non eſt figurata: ſi autem aut „ flagitium, aut facinus videtur jubere, aut utilitatem, „ aut beneficentiam vetare, figurata eſt. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem,* „ *non*

1 Id argumenti genus opponunt item Sacramentarii. Conſulat, qui volet, Juenimum *Comment. de Sacramentis Differt.* IV. *de Euchariſtia Sacr. Qu.* IV. *art.* II. §. III. *obj.* I. *pag.* 162. *edit. Veneta an.* 1740.

2 Tertullian. *lib* IV. *contra Marcion. cap.* XL. *pag.* 458. *edit. Veneta ann.* 1744. » *Hoc eſt corpus meum dicendo*, id eſt figura corporis mei ».

3 *Libro contra Adimantum Manichæum cap.* XII. *tom.* VIII. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. *p.* 90. » Ex eo quod ſcriptum eſt, ſanguinem pecoris animam ejus eſſe, » præter id quod ſupra dixi, non ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, » poſſum etiam interpretari præceptum illud IN SIGNO ESSE POSITUM. NON » ENIM DOMINUS DUBITAVIT DICERE: *hoc eſt corpus meum*, CUM SI- » GNUM DARET CORPORIS SUI ». Et *in Pſalm.* III. *num.* I. *p.* 6. *tom.* IV. *opp. edit. ejuſd.* Judam Chriſtus » adhibuit ad convivium, in quo corporis, & ſan- » guinis ſui FIGURAM diſcipulis commendavit, & tradidit ».

4 *Art.* VI. *p.* 367. 370. *tom.* IV. *Concilior. edit. Pariſ. an.* 1714.

5 Refertur *ibid. locus e liturgia Baſilii p.* 370.

6 *Num.* IX. *p.* 800. *tom.* IV. *opp. edit. ejuſd.*

7 *Cap.* XV. *num.* 24. *p.* 40. *tom.* III. *opp. P.* I. *edit. ejuſd.*

Digitized by Google

„ *non habebitis vitam in vobis*. Facinus, aut flagitium „ videtur jubere. FIGURA eſt ergo præcipiens paſſioni Domini eſſe communicandum, & ſuaviter, atque „ utiliter recolendum, quod pro nobis caro ejus crucifixa, & vulnerata ſit „. Eadem fere Tertullianum [1], atque Origenem [2] conſectari. Neque diſcrepare Clementem Alexandrinum [3], Baſilium Magnum [4], Hieronymum, ut qui caput VI. Evangelii Johannis non ad Euchariſtiam, ſed ad Incarnationis Myſterium, aut ad Baptiſmum accommodaverint. Inde qui præſentem eſſe in Euchariſtia Chriſtum inficiati ſunt, concludere illud fere ſolebant, quod ipſe concludis [5]: *perperam hæc argumenta quiſpiam velut ex Scripturarum oraculis obſcurare laboret*. Addere præterea potuiſſent Auguſtini, quo ipſe abutere, locum ex *Epiſt.* CXLIII. *ad* Marcellinum [6]. „ Si ratio contra divinarum Scripturarum auctoritem redditur, quamlibet acuta ſit, fallit veriſimilitudine; nam vera eſſe non poteſt. Rurſus ſi manifeſtiſſimæ, certæque rationi, velut Scripturarum Sanctarum objicitur auctoritas, non intelligit, qui hoc facit, & non Scripturarum illarum ſenſum, ad quem penetrare non potuit, ſed ſuum potius obiicit veritati: nec quod in eis, ſed quod in ſe ipſo, velut pro eis invenit, opponit „.

Hæc Cadonico ſi a quoquam objicerentur, quid ageret? Diceret ne, fas quidem fuiſſe (antequam res definita ab Synodo quapiam Oecumenica fuiſſet) in *indifferentibus* ponere dogma, quod eſt de Chriſto in Euchariſtiæ ſacris præſente, ob Auguſtini præſertim teſtimonia, quæ a Frudegardo ſec. IX. [7], deincepſque ſec. XI: a Be-

1 *Lib de Reſurrectione Carnis cap.* XXXVII. *p.* 147. *edit. ejuſd.*
2 *Homil* VII. *in Leviticum tom.* I. *opp. p* 162. *edit. Veneta an.* 1743.
3 *Lib* I. *Pædagogi cap.* VI. *p.*100. *edit. Pariſ. an.*1641.
4 *Epiſt.*VIII. *al.* CXLI. *nu.* IV. *p.* 83. *ſeq. tom.* III. *opp. edit. Pariſ. an.*1730.
5 Cadonicus *ibid. pag.* 189.
6 *Al.* VII *num.* 7. *pag.* 153. *edit. Antuerp. ann.* 1700.
7 Petrus Nicolius in eo, quem *de Perpetuitate Fidei Eccleſiæ Catholicæ de Euchariſtia anno* 1666. *Pariſiis* gallice publicavit *libro pag.* 68. de Frudegardo agens, ad quem

Berengario [1] proferebantur, hominibus ita affectis, atque inſtitutis, ut non minus ſuam in S. Doctorem, quam tu ſoleas, ſingularem pietatem, vel, ut ipſe mavis, *benevolentiam* prædicarent? At hoc ſi diceres, impetum in te orthodoxi omnes eorum temporum facerent; propterea quod id eſſe *adiaphorum* arbitrarere, quod etſi tunc ab Synodo nulla œcumenica definitum eſſet, *totus tamen orbis credebat, & confitebatur* [2]. Verum ut ut rebus delectere novis; id Cadonice, credo, non diceres. Quid diceres igitur? Reſponderes, opinor, fateri quidem te, Scripturam, quæ nimirum dictata divinitus eſt, non repugnare illi, quæ item munus eſt Dei, rationi rectæ. Jam vero momenta rationum, quæ Sacramentarii *evidentia* jactarent eſſe, non evidentia quidem, ſed ex eorum eſſe numero, quæ (ut Auguſtinus Epiſtola illa, qua tu abuteris, ad Marcellinum tradit) *ſi contra Divinarum Scripturarum auctoritatem redduntur, quamlibet acuta ſint, fallunt veriſimilitudine; nam vera eſſe non poſſunt.* Loca porro ſacræ Scripturæ id certe ſignificare, quod volumus. Quamquam nihil impedit, quin aliam eis interpretationem adhibere potuerint SS. Patres, quæ tamen non repugnaret noſtræ. Nam plures eſſe locorum ſacræ Scripturæ ſenſus, eoſque *veriſſimos*, ut eſt ab Auguſtino in XII. libro Confeſſionum *capp.* XXV. *&* XXXI. [3]

nnnn anim-

quem Paſchaſius Ratbertus de Euchariſtiæ ſacris ſcripſit: » Hic juvenis, *inquit*, » teſtatus eſt (Paſchaſio) iis litteris, quas ad eum dederat, doctrinam *de reali* » *præſentia* fuiſſe fidem priorem ſuam; ſed inductum deinde in eam dubitatio- » nem fuiſſe teſtimonio quodam Auguſtini, quem ſibi declarari a Paſchaſio po- » ſtulabat: *dicis te ſic antea credidiſſe, ſed profiteris, quod in libro de Doctrina* » *Chriſtiana B. Auguſtini legiſti, quod typica ſit locutio. Quod ſi figurata locutio* „ *eſt, & ſchema potius, quam veritas; neſcio, inquis, qualiter illud ſumere de-* „ *beam* „.

1 Idem Berengarium feciſſe, conſtat ex Lanfranci Cantuarienſis, Adelmani, Durandi Troarnenſis, Guitmundi Averſani contra Berengarium eumdem ſcriptis.

2 Paſchaſius Ratbertus apud Nicolium *ibid. pag.* 66. „Quamvis ex hoc quidam „ de ignorantia errent, nemo tamen eſt adhuc in aperto, qui hoc ita eſſe contra- „ dicat, quod totus orbis credit, & confitetur „. Et rurſum „. Videat, qui con- „ tra hoc venire voluerit, quid agat contra ipſum Dominum, & CONTRA OM- „ NEM CHRISTI ECCLESIAM. Nefarium ergo ſcelus eſt orare cum omnibus, „ & non credere, quod veritas ipſa teſtatur, & UBIQUE OMNES UNIVERSA- „ LITER VERUM ESSE FATENTUR „.

3 *Tom. 1. opp. pag.* 166 *&* 169. *edit. Antuerp. an.* 1700.

animadverſum. Denique ſi quid durius enunciatum in dictis SS. PP. occurrat, illud eſſe accipiendum in meliorem partem; allatiſque aliis eorum locis, in quibus ſint accuratius loquuti, emolliendum. Quod quidem Scriptores orthodoxi Controverſiarum egregie præſtiterunt. Atque huc ſcilicet eam regulam pertinere, quam Auguſtinus adhibet in I. contra Julianum Pelagianum libro [1] cap. VI.: Nam interroganti Juliano, cur Joh. Chryſoſtomus vocabulum quoddam non uſurparit? *Cur putamus?* inquit, *niſi quia diſputans in Catholica Eccleſia non ſe aliter intelligi arbitrabatur: tali quæſtione nullius pulſabatur: vobis nondum litigantibus, ſecurius loquebatur.*

Jam hæc eadem ſcito, me eſſe reſponſurum tibi. Principio concedam libens, non adverſari ſacram Scripturam rationi rectæ; ut ne rationem quidem rectam Scripturæ. Deinde, quam tu *rationem* tuam *evidentem* defendis eſſe, eam ego dicam non ſolum *ἐναργείας evidentiæ* nihil habere, ſed cum Scriptura etiam ſacra, cum ratione recta, cumque communi ſenſu pugnare. Quod cum alio loco oſtenderim [2], nunc equidem ultro prætermittam. Sic enim & lectori minuam moleſtiam, & laborem mihi. Auguſtino autem *in Epiſtola ad Marcellinum* de vi rationis, Scripturæque auctoritate diſputanti aſſentior. Quid enim verius, quam vera eſſe non poſſe rationum momenta, quæ repugnent Scripturarum certæ ſententiæ? Rurſum, perſpicua, ipſaque per ſe certa argumenta, quæ ſuppeditet ratio, infirmare nemo umquam poterit Scripturæ locis, quos non ſenſu Eccleſiæ Catholicæ, neque conceſſione Majorum, ſed ſuo ipſe arbitratu interpretetur. Atque ſi rem conſideres, hoc illud eſt unum, quod continetur eo (quo te tantopere effers, & ad quem nos ablegas) Auguſtini ex Epiſtola ad Marcellinum inſigni loco. Quamobrem nihil eſt cauſſæ,

1 *Tom. x. pag. 556 edit. ejuſd.*
2 *Pag. 246. ſeqq. hujuſce operis.*

cauſſæ, cur inde tibi eſſe præſidium petendum putes. Immo eſt idem locus maxime inimicus tibi, qui (ſecus atque Auguſtinus præſcripſerit) *rationem* tuam inanem, quam adverſari docui rationi rectæ, audeas opponere communi univerſæ Eccleſiæ, omniumque Patrum doctrinæ; quique interpretationibus ſacrorum Bibliorum privatis tuis [1] tam involutis obſcuritate, ut eas vix con-

1 S. Auguſt. *lib.* XII. *Confeſſionum c.* XXV. *nu.* 34. *pag.*166. *to.* I. *opp. ed. Antuerp. an.* 1700. quod *caput* eſt ADVERSUS EOS, QUI ALIORUM INTERPRETANDI RATIONEM TEMERE REJICIUNT: „ Nemo mihi, *inquit*, moleſtus ſit,
„ dicendo mihi: NON hoc SENSIT Moyſes, QUOD TU DICIS; SED HOC
„ SENSIT, quod EGO DICO ... O vita pauperum Deus meus, IN CUJUS
„ SINU NON EST CONTRADICTIO, pluc mihi mitigationes in cor, ut pa-
„ tienter tales feram, qui non mihi hoc dicunt, quia divini ſunt, ſed quia ſuperbi
„ ſunt; nec noverunt Moyſi ſententiam, SED AMANT SUAM, non QUIA
„ VERA EST, SED QUIA SUA EST. Alioquin & ALIAM VERAM PARITER
„ AMARENT, ſicut EGO AMO, QUOD DICUNT, QUANDO VERUM
„ DICUNT ... QUIA VERUM EST, & ideo jam nec ipſorum eſt, quia
„ verum eſt ... Illud autem quod contendunt, non hoc ſenſiſſe Moyſen (*dicam
„ ego*, PAULUM) quod ego dico, ſed quod ipſi dicunt, NOLO, NON AMO:
„ quia & ſi ita eſt, tamen iſta TEMERITAS NON SCIENTIÆ, ſed AUDA-
„ CIÆ EST; NEC VISUS, ſed TYPHUS EAM PEPERIT .... Nam quiſquis
„ id, quod tu omnibus ad fruendum proponis, SIBI PROPRIE VINDICAT, &
„ SUUM VULT ESSE, quod omnium eſt, a COMMUNI propellitur AD SUA,
„ hoc eſt A VERITATE AD MENDACIUM ... Attende judex optime ... quid
„ dicam contradictori huic ... *Pag.* 167. Vide (contradictor) quam STULTUM
„ ſit, in tanta copia VERISSIMARUM SENTENTIARUM, QUÆ DE ILLIS
„ VERBIS „ (Moyſi: *Addam ego: Pſalmiſtæ, & Pauli*) „ ERUI POSSUNT, TE-
„ MERE AFFIRMARE, QUAM EARUM Moyſes „ (Pſalmiſta, Paulus) „ ſcri-
„ pſerit, & perniciosis contentionibus ipſam offendere caritatem, propter quam
„ dixit omnia, cujus dicta conamur exponere „. *Et cap.* XXXI. cujus hæc eſt inſcri-
ptio: *Senſiſſe putandus eſt Moyſes quidquid veri poteſt in ipſius verbis inveniri;*
„ Ita, *inquit*, cum alius dixerit, hoc ſenſit, quod ego; & alius, immo illud,
„ quod ego, religioſius me arbitror dicere: CUR NON UTRUMQUE PO-
„ TIUS, ſi utrumque verum eſt? Et ſi quid tertium, & ſi quid quartum, & ſi
„ quid omnino aliud VERUM QUISPIAM IN HIS VERBIS VIDET, CUR
„ NON ILLA OMNIA VIDISSE CREDATUR, per QUEM unus Deus ſacras
„ litteras vera, & diverſa viſuris multorum ſenſibus temperavit „? Viden', ut Auguſtinus accuſet vehementer eos, qui cum ſuam interpretationem loci alicujus Scripturæ probent; tum improbant aliorum? Quid ſcriberet S. Doctor, ſi modo viveret, & quam alicui Scripturæ loco a tot Doctoribus, a tot Epiſcopis, a tot Patribus, ab Sede Apoſtolica ipſa (quam ille *petram* merito vocabat, cui non reſiſtunt ſuperbæ inferorum portæ) aptari noſſet, eamdem ab Cadonico refelli, alienamque eſſe jactari a Pſalmiſtæ, & Pauli mente, reprobari denique videret? Attende, Cadonice, diceret, *quam ſtultum ſit, in tanta copia* VERISSIMARUM *ſententiarum, quæ de illis verbis Pauli erui poſſunt, temere* (gravius, credo, aliquid adhiberet, ſed hoc adverbio contenti ſimus) *temere affirmare*, eam non ſolum in *veriſſimis* non eſſe, ſed etiam falſam haberi oportere ſententiam, quam tot Scriptores, tot Patres, tot Eccleſiæ ex verbis iiſdem eruunt, & qua illud confirmatur, quod quoque tempore, ubique, ab omnibus Clericis, Laicisque orthodoxis creditur, prædicatur, defenditur?

Digitized by Google

conjectura informare [1] poſſimus, non labefactari ſolum id quod, ut oſtendi, ſentit, ſenſitque ſemper univerſitas orthodoxorum, ſed funditus etiam everti vociferere. Quod autem ad tertium eorum, quæ ſcribis, attinet, equidem non video, quid impediat, quo minus ii, qui veluti captivi inferis tenebantur reatu excluſionis temporariæ e regno Dei, quique inde erepti fuere virtute Chriſti, atque in cælum evecti, vere dici *captivata* [2] *captivitas*

1 Nam ita omnia involvit, atque implicat, ut quivis, ſi ter quaterve, quæ ſcribit, attente legendo percurrerit, ea intelligere vix; ſic ſemel, atque iterum, ne vix quidem poſſit.

2 Cadonicus etſi veterum omnium Chriſtianorum ſententiam de Sanctis Antiqui Fœderis ex inferorum locis deſcenſu Chriſti ereptis oppugnat, interpretationeſque, quas illi probant, ſacrorum Bibliorum contemnit; ſtomachatur tamen, fertque indigne, uſurpari ab Tournelio vocem *limborum*: „ Nomen, *inquit*, de „ cetero antiquis fidei magiſtris ignotum, nec a Scripturis derivatum „. Quaſi vero unus Tournelius, non orthodoxi omnes id uſurpent vocabulum, loci illius inferi indicandi cauſſa, in quo animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti ad Chriſti uſque tempora manſerunt. Sed hæc rejiciendorum nominum ratio communis ſemper ſtudioſorum novitatis fuit. Ariani infeſti erant voci τοῦ ὁμοουσίου, *conſubſtantialis*. Calviniani, horumque ſimiles *tranſubſtantiationis* vocabulum eo ſe nomine averſari dicunt, quod ejus in ſacris Bibliis, inque vetuſtis monumentis veſtigium nullum extet. Ita illi quidem, ſpecie oppugnandorum vocabulorum, dogma oppugnant. Sed viderit Cadonicus, num horum in rejiciendo vocabulo exemplum ſequens, ſequatur etiam rationem in reprobanda Eccleſiæ univerſæ a Patribus, immo vero ab Apoſtolis accepta ſententia. Ac deſcendit ſane a vocabulo ad rem Cadonicus. Vitio dat Tournelio, quod *pag.* 570. ſtatuerit, animas Sanctorum Veteris Teſtamenti fruitas non fuiſſe *aperto Dei conſpectu*, *donec eos liberavit Chriſtus aſcendens in altum*, *& captivam ducens captivitatem*; cum alibi ſtatuiſſet, *a deſcenſu Chriſti ad inferos juſtorum animas revelato conſpectu Dei frui* cœpiſſe. At hæc ipſa apparens verborum Tournelii pugna inducere debebat Cadonicum, ut putaret, Tournelii ejuſdem ſententia, quæ omnium quidem eſt Catholicorum, Sanctos illos non ante fruitos fuiſſe aſpectu Dei, quam ad inferos deſcendiſſet Chriſtus, qui poſt XL. dies aſcendens in altum captivam duxit captivitatem. Quod etiam ex ſerie ipſa verborum Tournelii intelligitur. Pergit Cadonicus, ac *pag.* 591. nihil *in Evangelio legi*, animadvertit, ex *quo* appareat, *antiquorum animas comitatas fuiſſe Chriſtum aſcendentem*. Verum quid hinc efficiet? An negabit, Chriſti animam ad inferos deſcendiſſe, propterea quod *nihil* tale *in Evangelio legi appareat*? Sed id ex aliis ſacræ Scripturæ libris, exque traditione perſpicitur. Quid? annon etiam ex traditione ſaltem perſpicitur, animas illas *comitatas* fuiſſe *aſcendentem Chriſtum*? Atque hoc demum reſtaret, ut *animas e purgatoriis pœnis*, quod Cadonicus cenſet, deſcenſu Chriſti liberatas, idem Cadonicus cenſeat relictas in terris ab aſcendente Chriſto fuiſſe: cumque neque ex Scripturarum loco ullo, neque ex traditione dignoſci queat, quonam poſt tempore in cælum aſcenderint, in terris adhuc eas manere ſtatuat, neque verum eſſe defendat, quod a Bened. XII. deincepſque a Synodis Florentina, & Tridentina definitum eſt, *animas* plene purgatas in cælum evolare. Poſt autem, quam Cadonicus animadvertit, nihil de animabus aſcendentem Chriſtum comitantibus legi in Evangelio, ſtatim addit: cum textus: *aſcendens Chriſtus in altum captivam duxit captivitatem nec per ſe indicet liberationem Sanctorum*, *nec nos ab aliis Evangelii textibus de aſcenſione tractantibus adjuvemur ad hanc*

vitas nequeant. Quin miror, tam magnos te ſpiritus ſumſiſſe tibi

hanc liberationem intelligendam, *aliquid invenire oportet*, *in quo congruenter eluceat ſignificatio memoratæ captivitatis* &c. Sed hoc erat ei oſtendendum, per ſe locum illum non indicare Sanctorum *liberationem*, quam *liberationem* traditio, conſenſioque Eccleſiæ univerſæ, ut hactenus eſt a me demonſtratum, probat. Et ſane cum traditione, conſenſioneque omnium Eccleſiarum certa ſit ea liberatio Sanctorum, qui velut captivi, ob reatum excluſionis temporariæ e regno Dei, inferis detenti fuerant; quid commodius intelligi poterit *captivitatis* a Pſalmiſta primum, poſtque ab Apoſtolo commemoratæ nomine, quam ipſorum Sanctorum cœtus? An traditio, conſenſioque Eccleſiæ, quæ vel hæreticos ipſos movet, Cadonicum movere non poterit, niſi ſit diſtincta rei traditæ in Evangeliis facta commemoratio? Agat igitur Cadonicus, oppugnetque etiam Catholicæ Eccleſiæ de divinarum traditionum veritate, auctoritateque dogma.

At plura ſuadent, inquit, *hunc textum de carne glorioſa effecta intelligi* PRÆCIPUE *debere*. PRÆCIPUE? Quis hoc te Cadonice docuit? An Scripturas, contra Synodi Tridentinæ decreta, non Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, non conſenſione majorum, ſed tuo arbitratu eſſe explicandas cenſes? *At enim*, inquis, *hinc potiſſimum* ea plura *vim acquirunt*, *quia idea captivitatis nullo modo accommodari poteſt juſtis ſpiritibus in ſinu Abrahæ collectis*. Cur non? Catechiſmus Concilii Tridentini accommodat, accommodant perplures Theologi, accommodant Patres, & ipſe tamen accommodari negas ullo modo poſſe?

Sed duplicem, inquis, *animæ captivitatem recte intelligimus: alteram quum ſub peccati dominatione anima eſt*, *tunc enim a Deo ſuo ejuſque hæreditate rejicitur* ... *Alteram quamdiu in corpore vivit*, *quod corrumpitur*, *& aggravat animam*. Quid tu? Animas ne purgatoriis ignibus excruciatas, quibus remiſſa culpa eſt, & quæ tamen (ut ex decreto Synodi Tridentinæ conſtat *ſeſſ.* XIV. *cap.* VIII. quod quidem decretum exſcripſimus *pag.* 55. *huj. op. not.* 2.) reatu tenentur pendendæ temporalis pœnæ, *captivas* dici putas non poſſe? At non intelligis, quo tandem modo componi cum *reatu* pendendæ *pœnæ* temporalis gratia *juſtificationis* queat. Non miror equidem. Nam plura te video non intelligere. Sed Catholicus ſi vis eſſe, Synodo Tridentinæ pareas neceſſe eſt, captiveſque in obſequium fidei, quam ejus decreta proponunt, iſtam non intelligentem rationem tuam. Sed de hoc alias. Illud urgeo, ſi *captivi*, te fatente, ſunt juſti mortali hoc corpore *gravati*, propterea quod Apoſtolus ſcripſerit (*Ep. ad Rom. cap.* VII. *v.* 24.) *infelix ego homo*, *quis me liberabit de corpore mortis hujus*; cur non item *captivi* habendi fuerunt ii, qui inferis locis detinebantur, expectantes liberatorem, qui eos beatos efficeret aſpectu Deitatis ſuæ? Cumque Apoſtolus captivus eſſet, ut qui *infelicem* ſeſe hominem *diceret*, rogaretque, *quis eum liberaret de corpore mortis hujus*; eoque id diceret, interrogaretque, quod *diſſolvi cuperet*, *& eſſe cum Chriſto*, ſeu *præſens eſſe ad Dominum*; quæ cauſſa eſt, quamobrem eos, qui in inferis manebant, liberarique inde cupiebant, ut Dei aſpectu fruerentur, *captivos* appellari nequiviſſe arbitrere; fuiſſe autem *captivos*, multo arbitrere minus? At non erant, inquies, in inferis. Quid igitur? Quod eſt in quæſtione poſitum, hoc tu contra atque ratio præſcribat, tibi uti certum ſumes? Sed quam ſis falſo ſumturus, Sanctos Vet. Teſt. ante Chriſtum in inferis non fuiſſe, omnium cœtuum univerſi Catholici orbis, omnium Scriptorum Eccleſiaſticorum, Patrum, Pontificum Maximorum auctoritate demonſtratum eſt. Nihiloſecius inſtitutam orationem perſequere. *In hac*, inquis, *captivitate corporis antiquorum ſeparatas animas tunc non fuiſſe, quis neſcit*? Callide! Scilicet opus erat monitore Cadonico, ut ne quis neſciri a quoquam putaret, *ſeparatas animas ſuis non fuiſſe conjunctas corporibus*. Pudet me hæc tam levia, tamque ridicula conſectari. Verum obſequi neceſſe eſt tempori. Eſt ita, ut ſcribis Cadonice. *Animæ ſeparatæ non erant ſuis junctæ corporibus*. Quid tum? Quid? inquis. *Obnoxias eas quis diceret captivitati*, *quæ animam ſolam reſpicit*, *niſi Manichæus*? Bona verba quæſo. Nam ſi de reatu loquare excluſionis temporariæ earum animarum e regno Dei, detentioniſque in inferis, etſi eſſent

juſtæ;

tibi, ut quod oraculum Scripturæ tot Theologi, tot Antiſtites

juſtæ, quo tu ore id nonniſi a Manichæo dici poſſe ſtatues, cum id non Manichæi, ſed Eccleſiæ omnes, ut oſtendi, orthodoxæ, Doctores, Patres & profiteantur, & doceant? Sin agas de *captivitate peccati*, adeo ut animæ illæ ſceleribus implicatæ, propterea que inimicæ fuiſſe dicantur Dei, hoc fatebor, niſi, qui ſit Manichæus, dicturum neminem. De hac, *inquis*, loquor, captivitate. Præclare. Expecto igitur, tertium genus captivitatis ut memores, quod in reatu temporariæ pendendæ pœnæ conſiſtit. Non memoro, inquis. Quamobrem autem? Niſi enim tertium illud addas, nihil efficies. Nam ultro dabo excludi oportere primum, & item alterum; ſed tertium, quod eſt abs te prætermiſſum, negabo excludi oportere. De hoc enim Patres, Eccleſiæque Catholicæ omnes, ut eſt in Catechiſmo Conc. Tridentini, inque publicis precibus, eſſe etiam intelligendum docent Scripturæ locum *de captiva ducta captivitate*. Id tamen ipſe non æque curas. Adeo odiſti Dialecticam facultatem, ut quid ex re quaque ſit conſequens, ne quærendum quidem eſſe arbitrere. Id nunc curas ſcilicet, ut Catholicos omnes, aut Manichæiſmi accuſes, aut ad Manichæiſmum propenſionis. Itaque pergis ſcribere: *Revera Fauſtus Manichæi diſcipulus*, VELUTI PLAUDENTIBUS NOSTRIS, *Patriarchas, dicebat, & Prophetas a Chriſto ad lumen revocatos de tenebris inferni, ubi pro malis meritis ſuis alligabantur*. Te ne ego Auguſtini diſcipulum dici patiar, qui Julianum Auguſtini hoſtem Manichæiſmi Catholicos arguentem ſectere? Qui te æſtus, qui furor, qui turbo mentis tam præceps, tamque effrenatus agitavit, ut Manichæis monſtra illa, atque portenta errorum jactantibus NOSTROS VELUTI PLAUDERE per calumniam fingeres, neque fingeres modo, ſed etiam ſcriberes, eoque pacto confideres, te concitaturum invidiam Manichæiſmi in communem de Sanctorum Vet. Teſtamenti limbo ſententiam Catholicorum? Tam ne impotens tibi eſt animus, te ut non ſinat pernoſcere, quam ea ſit ſententia Eccleſiarum a Manichæorum hæreſi diſcrepans? Ignoras noſtrum eſſe neminem, qui eos non damnet, *qui malis meritis ſuis* Patriarchas Vet. Teſtamenti addictos inferni ſuppliciis fuiſſe ſtatuerent? Sed vincam ipſe me, juſtumque cohibebo, qui me exedit, *domus Dei zelum*. Illud unum, dicam, quod ſcriptuni ab Auguſtino fuiſſe video *in* I. *adverſus Julianum libro cap.* II. *pag.* 118. *tom.* x. *opp.* » In libris *tuis* volens homines avertere a (*ſententia*) fundatiſſima, & ad novitatem adducere, ſæpe incutis legentium ſenſibus Manichæx peſtis horrorem, » quaſi malum naturale cum Manichæis ſapiat, qui dicit infantes ſecundum Adam » carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere, & ob » hoc ſecunda indigere, ut per lavacrum regenerationis, prius peccati originalis » remiſſione purgentur, & in Dei filios adoptati in regnum Unigeniti transferantur »: Vel qui *dicit* ob reatum, quo etiam remiſſo originali peccato, & quo temporario tenebantur Sancti Vet. Teſt. excluſionis e regno Dei; Sanctos eoſdem ad inferos deſcendiſſe, nec inde fuiſſe ereptos, quoad ſolutum pretium generis humani eſſet. Addit Auguſtinus: » Hoc de Manichæorum nomine, & crimine faciebat » etiam Jovinianus, negans Mariæ Sanctæ Virginitatem, quæ fuerat, dum con» ciperet, permanſiſſe dum pateret, tamquam Chriſtum cum Manichæis phantaſma » crederemus » (*quam rationem Jovinianus profecto non minus evidentem putabat, quam tu Cadonice putes tuam*) » ſed in adjutorio ipſius Salvatoris, ſicut ſpreverunt » catholici velut acutiſſimum, quod Jovinianus exſtruerat argumentum, & nec » Sanctam Mariam pariendo fuiſſe corruptam, nec Dominum phantaſma fuiſſe » crediderunt, ſed & illam virginem manſiſſe poſt partum, & ex illa tamen ve» rum Chriſti corpus exortum: ſic ſpernent veſtra calumnioſa vaniloquia, ut ne» que cum Manichæis adſtruant mali naturale principium, & ſecundum antiquam, » & veram catholicam (*ſententiam*) nullo modo dubitent, Chriſtum in evacuan» do chirographo paterni debiti liberatorem credere » *Sanctorum Veteris Teſtamenti Patrum*. Quam falſo Auguſtini quædam loca interpretere, ac ſyſtema exponas Manichæorum, oſtendam primo capite ſecundi libri.

Interea ſcire aveo, quid de capite IV. Epiſtolæ ad Epheſios ſentias, in quo *de*

ſtites Eccleſiarum, tot Patres, tot demum Pontifices Max. in

de captivitate captiva fit mentio. *Captivitate*, inquis, *illarum animarum ante Chriſti deſcenſum a S. Auguſtino negata*. Falſum id quidem. Quamobrem numquam concedetur tibi. Perge: *Nam ſi captivitatis idea Patriarchis tunc ſaltem juſtificatis convenire amplius non poterat, nec quoad corpus, quod jamdudum depoſuerant; nec quoad animam, quam omnino mundam ex recenti juſtificatione gerebant* (Quid *recenti*? Tu mi homo turbas, ac miſces omnia. Annon illi juſtificati deceſſerant? Non ergo recens eorum diei poteſt juſtificatio. At loqui te, ais, ex ſyſtemate Manichæorum. Quam vere, poſt videro); *ſupereſt, quod captivitas ſerio ipſis tribueretur ex loco, in quo quamvis illuminati, adhuc detinebantur*. Ita profecto. Modo ne illuminatos fuiſſe dicas aſpectu Dei. Nam id Auguſtinus nuſquam dicit: immo contra, ut deinceps evincam, dicit. Age modo, concludito argumenti ſententiam. Verum nihil tam horrere videris, quam concludendæ ſententiæ rationem. At is *profecto locus*, inquis, *quam Redemtoris etiam anima in triduo mortis ejus communis fuerit, hujus quoque libertati hinc parantur inſidiæ*. In hiſce ne tam abſurdis, tam injurioſis Catholico nomini, tam ... (ſed meum non eſt de iis gravius conſtituere) in hiſce ne, inquam, ſententiis refellendis bonum otium conteram? Chriſtum ne inter *mortuos liberum* pari ac Patres illos, quamlibet Sanctos, conditione fuiſſe fingis, idque ſperas Catholicos æquo eſſe animo laturos? *At fuit*, inquis, *inter mortuos liber Chriſtus, quia nimirum præpoſitus mortis nihil invenit in eo, quod ſupplicio deberetur*. Ita ne vero? Non quia Chriſtus *victor mortis* fuit, non quia *vinctorum ſalus*, non quia in eo locum habere *originis peccatum* non *potuit*, adeoque ne *reatus* quidem pendendæ, poſt remiſſum peccatum temporariæ pœnæ; non quia *comprehenſor*, non quia *Sanctus Sanctorum*, non quia etiam *Deus*? Tamen ne, Cadonice, ſententia non deſiſtis? Immo, inquis, *inde etiam libertas adſtruitur animarum, quas Dominus viſitavit, in quibus ſcilicet tunc per gratiam juſtificationis, nihil quod ſupplicio deberetur, reliquit*. Rurſus ad ingenium redis. Quid enim iſtud eſt: *per gratiam juſtificationis nihil relinqui, quod ſupplicio debeatur*? Annon id cum decreto Synodi Tridentinæ pugnat? Recitabo decretum, arrige aures: *Decr. Conc. Tridentini ſeſſ.* XIV. *cap.* VIII. „ Sancta Synodus declarat FALSUM OMNINO » ESSE, ET A VERBO DEI ALIENUM CULPAM A DOMINO NUMQUAM » REMITTI, QUIN UNIVERSA ETIAM PŒNA CONDONETUR. PERSPI» CUA ENIM, ET ILLUSTRIA IN SACRIS LITTERIS MONUMENTA » REPERIUNTUR, quibus præter divinam traditionem HIC ERROR MANI» FESTISSIME REVINCITUR „. Can. XII. *De Pœnit. ibid.* „ Si quis dixerit, to» tam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper a Deo ... anathema ſit». Hoc decreto, hoc canone conſtituto, qui demum tu modo ex conceſſa *juſtificationis gratia* tam univerſe concludis, *nihil, quod ſupplicio debeatur, relinqui*? Quid? negas ne, *mortem* ſupplicium eſſe peccati originalis? Si autem negare non audes, dic, quo pacto ii, quibus conceſſa divinitus *juſtificationis* gratia eſt, moriantur? An mortem in iis, dices, non eſſe originalis peccati pœnam? Vicerint, mihi crede, per te Pelagiani, ſi dixeris. Non ergo verum eſt univerſim, *per gratiam juſtificationis nihil*, quod *ſupplicio debeatur*, relinqui. *Juſtificationis gratiam* obtinuerant jamdiu Sancti Veteris Teſtamenti; ſed peccati primi Parentis cauſſa, uti mors in omnes ne juſtis quidem exceptis pervaſerat, ita clauſum fuerat omnibus regnum, quod in beata Dei viſione conſiſtit, ſtatutumque fuerat, omnes ut in inferna deſcenderent, quoad veniſſet Servator generis humani, pretiumque redemtionis ſolviſſet. Atque hoc illud eſt, quod, ut multis demonſtravi, univerſa ubique gentium tenet, profitetur, & docet Eccleſia. At his te commoveri negas. Immo *confirmo*, inquis, *vocabulum captivitatis minime convenire animabus ſinus Abrahæ, poſtquam a Chriſto illuminatæ creduntur*. Cur non? An antequam eſſent illuminatæ, *captivæ* non erant? Erant, dices, opinor. Alioquin *τὸ poſtquam* non adhibuiſſes. Si igitur ante captivæ erant, quid impedit, quominus poſt ubi illuminatæ a Chriſto ſunt, *liberatæ* dici a *captivitate* potuerint? Quid autem fuit liberari a *captivitate*, quam *captivitatem* a Chriſto *captivam* fuiſſe ductam? Age tu, qui

Augu-

Digitized by Google

in Catechiſmo, quem & Romanum, & Concilii Triden-

Auguſtinum te ſequi auctorem jactas, is qui *peccato ſervit*, annon eſt, Auguſtino teſte, *captivus?* Hoc quidem ipſe concedis *pag.* 198. Is vero ſi peccato liberetur, nonne dici recte poteſt *captiva a Chriſto ducta captivitas?* Hoc item verum eſſe fatere. Quid ergo te conturbat, quo minus Sanctos Vet. Teſt. liberatos a captivitate inferorum, cumque Chriſto in cælum elatos, *captivatam* a Chriſto *captivitatem ductam* dici recte poſſe concedas? Nam ſi liberatus a peccato *captivata* a Chriſto *captivitas* eſt, cur noo etiam liberari e carcere inferorum *captivata* a Chriſto *captivitas* fueruot? *At multa*, inquis, *obſunt tum Scripturæ auctoritates, tum rationes, quo minus ibi* (hoc eſt in inferis) *vel ante Chriſti deſcenſum fuiſſe intelligantur*. Quænam hæ ſuot? Nullas enim afters. Quamquam ſi qoas afferres, oumquam eas communi orthodoxorum omoium ſententiæ repugnare, aut non omnino conſeotaneas eſſe, concederem. At *ſatis ex Evangelio apparet, Chriſto aſcendente, illinc minime fuiſſe eductas*. Ex cujuſnam Evaogelii quonam ex loco, *apparet minime illinc fuiſſe eductas?* Oſtendito: *Quoniam*, inquis *nulla mentio de iis fit*. Hæccine illa Scripturæ teſtimonia ſunt? Hæ *rationes illæ, quæ evincunt animas Sanctorum Patrum illinc non fuiſſe eductas?* Si ea, quorum noo fit in Evangeliis mentio, tollenda e numero dogmatum ſunt, tollito *Purgatorium*, evertito *Sanctorum cultum*, numerum Sacramentorum oovæ legis deſtruito. Næ ego ineptus ſum, qui hæc tam ἀσύστατα, tamque vana argumeota conſectet. Sed quoniam huc, quidquam tale ne ſuſpicans quidem, deductus ſum, perſequar cetera, etſi nihil te melioris frugis eſſe allaturum, certo ſciam. *Quia*, ioquis, *verum eſt, aſcendentem Chriſtum in altum captivam duxiſſe captivitatem, & pariter verum eſt, animas Sanctorum ſaltem poſt Chriſti deſcenſum in inferos, captivas dici nullo modo poſſe*. At hoc poſtremum *verum* profecto non eſt. *Verum* enim eſſe noo poteſt, quod precibus Eccleſiæ, quodque ſententiæ communi repugnans eſt. Ac *verum* dicere qui tandem potes Cadonice, quod nomquam oſtenderis eſſe *verum?* An *confidentia* iſta tua *vera* te efficere credis poſſe, quæ noo modo *vera non ſint*, ſed etiam ſint communi Eccleſiæ doctrinæ cootraria? Sed fac non erraris, quid tom? *Inde*, inquis, *denuo admonemur, quod de ſubſtantia carnis humanæ in melius commutata, & ad peregrina ducta convenienter captivata captivitas intelligatur*. Quæ tu mihi *peregrina* oarras? *Caro*, inquis, *humana poſt Adæ peccatum, animæ hominis loco carceris eſt, mortique ſubjecta*. Etiamne animæ *juſtificationis gratiam conſequuta?* Etiam, inquis. Quid? an eorum te cepit oblivio, quæ dixeras, *per gratiam juſtificationis, nihil, quod ſupplicio deberetur, relinqui?* Unde igitur exorta juſtificatis, te coucedente, pœna carceris eſt maoans ex peccato Adæ? Sed veritas permovit, ut diceres, mortem pœnam eſſe peccati. Verum quid illud eſt, quod dicis, *corpus* eſſe animi *carcerem* poſt peccatum? Corporis enim, etiam poſt peccatum, *formam* eſſe animam ex Conc. Viennenſi Œcumenico intelligo; corpus autem *carcerem* animi eſſe, non item. Alioqui animus ſejunctus a corpore, coojungi iterum corpori oon expeteret. Non eoim detrudi in carcerem averet. Sed dices, te de carois perpetua cum ſpiritu pugna, deque mortalitate diſſerere, quæ quidem iucommoda in corpus poſt primi pareotis peccatum immigrarunt. Id vero cur omiſiſti ſi dicere ioſtitueras? Pergis: *Quæ pœna nonniſi cum anima moleſtia, & dolore ex toto humano genere certiſſime ſumitur*. Quid iſtuc rei eſt? Quid? inques: attende reliqua. *Caro inſuper a Spiritu deſtituta, vere mortua eſt, atque ut ſub ea lege manſit, & manet, in qua captivata eſt per peccatum; a qua lege per ſolam Servatoris gratiam poterat liberari, carne ſcilicet noſtra divinitati ejus copulata*. Non ergo poſteaquam *copulata divinitati* caro, atque adeo *liberata* eſt, dici *captivitas* potuit. Quorſum hoc? inquies. Quia tu, Cadooice, Sanctos *poſteaquam* illuminati a *Chriſto*, liberatique proinde fueruut, dici captivitatem negas poſſe. Non enim intelligo, cur *liberata* caro *captivitas* dici poſſit; *liberati* contra Sancti, *captivitas* dici non poſſint. Quin etiam ſi *captiva* deſiit eſſe caro cum *copulata* divinitati fuit, quo tandem modo poſt annos fere quatuor & triginta, cum Chriſtus io cælum aſcendit, dici *captivata captivitas* potuit? Nam ſi quadrageſimo a ſoluta captivitate Sanctorum,

Digitized by Google

dentini Catechiſmum inſcribi voluerunt, de Sanctis vin-

o o o o dica-

ctorum, qui in infetis fuetant, die in Sanctos illos *captivata captivitatis* competere amplius nequibat nomen; multo minus competere quiverat in carnem ante annos triginta quatuor vindicatam in libertatem. Sed dummodo tu communem Eccleſiarum doctrinam de Sanctis Pattibus Vet. Teſt. ereptis ex inferis deſcenſu Chriſti mordeas, non conſideras, pugnantia ne, an conſentanca loquare. At vis te ſinam inceptam orationem perſequi. Sino. Pergis porro: *ut quod mortuum erat propter peccatum, reſurgeret propter miſericordiam, & denique poſtremum illud beneficium adderetur anima, qua in ordine ad corpus creata eſt, ut hac ſocietate naturaliter optata in aternum non defraudaretur*. Carcerne ut animæ *naturaliter optatus* ſit? At tum deſinit eſſe *carcer*. Quid igitur? An antequam animus a corpore ſejungeretur, *naturaliter optabat* ſejungi a corpore? Minime vero, inquies: immo *optabat natura* corpori conjunctus eſſe. Recte ſane. Verum *natura* ne quiſquam carcere detineri optat? Sed id prætereo, ne actum agam. Nam de eo me ante egiſſe memini. Illud modo mihi oſtendas velim, quiſnam majorum, quæ Eccleſia, quis Scriptor orthodosus iſtud interpretationis genus adhibuerit ei Scripturæ loco: *aſcendens Chriſtus in altum captivam duxit captivitatem*. Nam etſi multos legi, tamen qui ſic eum locum interpretaretur, fateor me inveniſſe nullum. Neque tu quemquam indicas, qui tibi ad eam præmonſtrarit viam. Sic vero tecum ſtatuito: interpretationem me nullam Sacrorum Bibliorum probaturum, quæ non ex ſententia Eccleſiæ ſit, cujus eſt judicare de vero Scripturarum ſenſu. Alioqui, metuo, crede mihi, a Tridentino Concilio. Quin etiam ſciro, numquam me ab ea interpretatione receſſurum, quam Patres aliquot (hand repugnantibus ceteris) Scriptoreſque Eccleſiaſtici, Romani etiam Pontifices in ſuo Catechiſmo adhibuerint, quæque ſententiam omnium Chriſti Eccleſiarum confirmet; iſti ut aſſentiar, quam tu primus modo excogitaris espugnandæ communis ſententiæ cauſſa. Ecquid reſpondes? Nihil tu quidem. Itaque, quam inſtituiſti rationem ſequens: *ſicut*, inquis, *ut diximus, natura humana ex anima ſimul, & corpore coaleſcit, ita nunquam dici VERE poſſet HOMO BEATUS, niſi anima proprio conjuncta corpori, tanto bono frueretur*. Animas ne *eſſentiali*, quam dicimus, *beatitate* potitas, quæ *beatitas* in viſione conſiſtit Dei, VERE eſſe BEATAS negas? Cur ergo non item negas, eſſe te Auguſtini diſcipulum? Equidem tibi ſic confirmo, hoc poſtremum ſi negaveris, me, qui tibi de ceteris fere numquam; ac ſi vix aliquando, tunc etiam difficulter credam, hoc ipſum tamen de diſciplina, quam te accepiſſe ab Auguſtino dixeras, neganti eſſe perfacile crediturum. Atque Auguſtinus *lib.* II. *de Sermone Domini in monte cap.* XII. *pag.* 156. *tomo* III. *opp. P.* II. *edit. Antuerp. an.* 1700. „ In ſola Dei viſione, *inquit*, beatitudo eſt „ certa, atque perpetua „. An tu beatitudinem CERTAM eſſe beatitudinem VERAM inficiabere? Rurſum Auguſtinus *lib.* I. *de Trinit. cap* XIII. *num* 28. *pag.*144. *tom.* VIII. *edit. ejuſd.* „ Ipſa, *inquit*, viſio facie ad faciem, quæ ſummum præ„ mium promittitur &c. „ Qui ſummum præmium impetrarit, is ne, te judice, dici VERE BEATUS non poterit? Sed Scholæ omnes, quibus utinam aliquando dediſſes operam, ſucceſſoreſque ipſi B. Petri Pontifices Maximi & dici eum, & eſſe VERE BEATUM docent. De ſcholis nihil opus eſt dicere. Non enim earum te movet auctoritas. Una utar Benedicti XII. P. M. dogmatica Conſtitutione, cui orbis Catholicus univerſus, ut debebat, aſſenſus eſt. Nam, exiſtimes licet quod lubet, ei certe ſpero numquam eſſe te ſaltem aperte repugnaturum. Edita illa quidem an 1336. adverſus eorum errorem fuit, qui differri ſanctis viſionem Dei ad extremum judicii diem defenderent. Sic autem habet: „ Auctoritate Sedis Apoſtolicæ „ definimus . . . quod ex tali VISIONE, & fruitione eorum (*Sanctorum qui deceſſerunt*) animæ ſunt VERE BEATÆ, & habent vitam, & requiem æternam, & „ etiam illorum, qui poſtea decedent, cum eamdem Divinam videbunt eſſentiam, „ ipſaque perfruentur ANTE JUDICIUM GENERALE „. Apud Raynaldum *ad an.* 1336. *num.* III. Abi modo Cadonicee, ac impune, ſi potes, nega: *dici hominem poſſe* VERE BEATUM, *niſi anima conjuncta corpori tanto bono fruatur*.

At

Digitized by Google

dicatis in libertatem, auctis viſione Dei, ereptis ex inferis,

At aliud voluiſti his verbis ſignificare. Taotus igitur te ſtupor oppreſſit, ut eum aliud velles dicere, tum id dixeris, quod *definito* jamdiu ab Apoſtolica Sede dogmati adverſaretur? Sed quid adjungis? *Cujus quidem boni (ſempiterni) conſequendi ſpem jom fide* SOLA *tot ontecedentibus ſeculis nutritam, & prædicatam exemplo ſua reſurrectionis, & in cælum oſcenſionis fecit* EVIDENTISSIMAM. Fide ne SOLA? An nemo *tot ontecedentibus ſeculis* fuit, qui fidem operibus bonis outtiendam putaverit? Age vero, fide ne ſpem illam hoc tempore ali inficiare? Deſinet igitur, te auctore, *mortuorum reſurrectio, futuraque viſio Dei* eſſe *myſterium*? Quo enim pacto in myſteriis quiſquam numeret, quod fide non teneatur? *Fide*, inquies, verum non *ſola*. Quam ergo rem adjungi nunc voles ſociam fidei? *Evidentiam*. Quid? Fidem ne *ſubſtontiam ſperandorum rerum, argumentumque non apporentium, qua videmus nunc per ſpeculum in ænigmate*, putas eadem in mente de re eadem cum *evidentia* poſſe conſiſtere? Tollis, mihi crede Cadonice, tollis tu quidem Chriſtianam de futura beata vita, deque *reſurrectione mortuorum* fidem, dum ſcribis, id quod ante ſola outtiebatur fide, exemplo Aſcenſionis Chriſti factum eſſe EVIDENTISSIMUM. At *evidenter credibile* voluiſti fortaſſe dicere. Id autem ſi voluiſti, quæ te cauſſa impulit, ut longe aliud diceres, tollereſque ratione iſta dicendi tua, de *futuro beota vita, reſurrectioneque mortuorum* fidem? Concludis denique. Hui? Tam ſero? Sed attende paulisper, cogitationemque gravis hominis punctum temporis ſuſcipe. Quid concludas? Adeo ne ἀλόγιστως *inconſiderotus* es, ut cum tota in oratione tam longa tua tecum ipſe ita pugnaveris, ut noo modo non cohærentia inter ſe conglomeraris, ſed maxime disjuncta, atque contraria, ut non tanta fuerit eum Theologis omnibus, orthodoxiſque ceteris, quanta tecum tibi cootentio; tum inde te concludere quidquam poſſe arbitrere?

At ſic, inquis, concludo: *Coptivom ergo duxit coptivitatem aſcendens Chriſtus cum toto natura humano*. Jam hoc prævideram, concluſurum eſſe te more tuo. Soles enim non tantum id eſſe ex rebus poſitis conſequens putare, quod oullo modo ſit conſequens; verum etiam id quod concludis, efferre tam involute, ut non modo non intelligi, ſed ne coojectura quidem informari poſſit. Nam quid iſtuc eſt, *oſcendiſſe Chriſtum eum tota natura humano*? Etenim ſi ne eum *parte* quidem humanæ naturæ aſcendiſſe Chriſtum paulo ante dixeras, quo tandem nunc modo mutata voluntate *aſcendiſſe* eum affirmas *cum tota?* Animabus namque Sanctorum Patriarcharum, ceterorumque juſtorum Veteris Teſtamenti tribuendum non putaras *captivitatis ducta captiva* nomen. Nempe hoc erit reliqui, ut partem eſſe naturæ humanæ neges ratione præditam animam, aut eas animas Sanctorum fuiſſe præditas ratione inficiere. At de natura humana *a Verbo Dei aſſumta* te dices loqui. Crederem, ni id ſtatim adderes, quod obſtat, quo minus de ea loqui videare. Nam ubi dixiſti: *Coptivom ergo duxit captivitatem oſcendens Chriſtus cum toto naturo humona*, mox excipis: *Hujus* TAMEN *pars nobilior in Sanctis tum viventibus, tum defunctis hominibus jam onte ſurrexerat ob merito Chriſti venturi ab eodem uno, & vero Deo ipſi applicoto*. Quid? an PARTEM HANC NOBILIOREM, *quæ in ſanctis tum viventibus, tum defunctis hominibus* ante Chriſtom fuerat, quæque ANTE ob merita CHRISTI VENTURI SURREXERAT, communem quamdam animam fuiſſe cenſes, quæ in Sanctis ante fuiſſet, aſſumtaque deinde eſſet a Verbo Dei? Minime vero, inquies. Recte tu quidem. Id autem ſi non cenſes; exiſtimas ne, animas ſaltem illas Sanctorum Vet. Teſtamenti Patriarcharum, Prophetarum &c. hypoſtatice fuiſſe Verbo Dei conjunctas? Ne id quidem, inquies. Sed tu de aſcendente cum Chriſto tota *naturo humano* illa loqui te oſtendis, *cujus noture* hæ Sanctorum Vet. Teſtam. animæ pars eſſent nobilior. Noo ergo loqueris de natura humana *individua* illa, quam aſſumſit Verbum. Nam ſi de hac ageres, non ſtatim adjungeres, HUJUS PARS NOBILIOR IN SANCTIS &c. JAM ANTE SURREXERAT OB MERITA CHRISTI VENTURI &c. Age expedi, qua de re demum concludendo agas. Equidem dicam aperte quod ſentio, ex ſerie tota ora-

feris , atque ad cælorum ſedem tranſlatis intellexere ;

ra orationis tuæ ſane bene concludi poſſe, neſcire te quid loquare. Nempe partem nobiliorem ejus humanæ naturæ, quam *totam* cum Chriſto *aſcendiſſe in cælum* dixeras, partem inquam eamdem illam nobiliorem cum Chriſto *in cælum non aſcendiſſe*, tecum ipſe luctans, conſtituis. Nam animæ Sanctorum Vet. Teſtam. quæ partem illam conſtituebant, multo ante Chriſti mortem, ut dicis, *ſurrexerant*, atque etiam aſcenderant. Eas namque etſi in cælo fateris eſſe, tamen cum Chriſto aſcendiſſe negas. Neque uſquam ſcribis, eas aſcendiſſe poſt Chriſtum, nec vero poteras ſcribere, quum cur ſcriberes cauſſa eſſet omnino nulla. Quare natura humana, quam *totam* cum Chriſto *aſcendiſſe* affirmas; non aſcendit, te fatente, *tota*; immo ne parte quidem ſua nobiliore aſcendit. Experiamur, num altera parte minus nobili ſaltem aſcenderit: *Altera vero*, inquis, *caro nimirum*, *quamvis nondum ad tantum bonum evecta*. Tu me homo adiges hodie ad inſaniam. *Natura*, inquis, *humana ex anima ſimul & corpore coaleſcit*. Jam hoc noveram. Addis: *Captivam duxit captivitatem aſcendens Chriſtum cum tota natura humana*. Hoc cujuſmodi velis eſſe, neſcio: ſit tamen, ut voles. Quomodo cum *tota*? Non, *inquis*, *parte ſui nabiliore*. Equidem iſtud numquam concedam, *tota* ut aſcenderit, cum non aſcenderit nobiliore parte ſua. Nam *tota non tota* aſcendiſſet, quod quidem monſtri eſt ſimile. Aſcenderit ſaltem altera ignobiliore parte ſui. *At hæc*, inquis, *nandum ad tantum bonum evecta eſt*. Nulla ergo parte ſui aſcendit *natura humana*. Tota igitur *non aſcendit* ea, quam paulo ante *aſcendiſſe* ajebas *tatam*. At *nonniſi*, inquis, *in fine mundi elevanda eſt*. Tanto hercle magis. *Tamen*, inquis, *adhuc requieſcit in ſpe*. Scilicet diu eſt expectatura non aſcenſionem ſolum, ſed etiam reſurrectionem. *At hanc*, inquis, *CERTISSIMAM reddit Redemptoris in cælum aſcenſia cum carne glorificata*. Quaſi vero ante fuiſſet incerta. Etſi autem Chriſtus caput noſtrum reſurgens, & in cælum aſcendens oſtenderit item exemplo ſuo, nos quoque, ipſius qui membra ſumus, reſurrecturos, atque aſcenſuros, non tamen eſt hinc re ipſa conſequuta excitatio e mortuis noſtra, atque in cælum aſcenſio. Itaque caro, quæ propterea quod reipſa non reſurrexerit, *captiva* adhuc eſt *peccati*, ut ſcribis, ducta non eſt ab aſcendente Chriſto captiva. Non igitur caro, quæ *captiva peccati* ſit, etſi in ſpe requieſcens, non, inquam, eſt illa a Chriſto *captiva* in cælum *ducta captivitas*.

Jam ex his, quæ hactenus perſequuti ſumus, plane perſpicitur, quam ex disjunctis, diſcordibus, contrariis rebus id, tecum ipſe pugnans, concluſeris, quod ne percipi quidem poſſit. Neque tamen adhuc implicandæ rei, perturbandæque feciſti finem. Multa enim, quaſi fueris ſortitus quid ſcriberes, eo ipſo capite operis illius tui complexus es, quæ dum deſcribo, dumque de ſingulis ſententiis breviter diſputo, confido profecto fore, ut meis lectoribus perſuadeam, nulla re umquam te fuiſſe conſtantiorem, quam mobilitate, volubilitate, continuatione non conſequentium, neque congruentium, ſed alienatum, interque ſe repugnantium ſententiarum.

Sic autem pergis ſcribere: *Et quia per peccatum mors venit in mundum*, *id eſt* MORS CORPORIS. Verebare nempe, ne quis mortem etiam animi *per peccatum veniſſe in mundum* arbitraretur. Quare monendos putaſti lectores tuos, ut animadverterent, ab Apoſtolo agi *de morte corporis*. Hoc reſtabat, ut per *peccatum* ſalutem animis fuiſſe illatam adderes. Atque hoc ſi addidiſſes, impetraſſes ſcilicet auctoritate tua, ut illi uno ore omnes Apoſtoli locum de ſola corporis morte intelligi oportere ſtatuerent. Rides ne me? inquies. Egone? Tu cauſſa es, qui iſta moneas. *Et quia*, inquis, *per peccatum mars venit in mundum*, *ideſt mars corporis*, *qua corporis ſpecies*, *& compago deſtruitur donec in melius reſurgat*. Scite! Nam erat id quoque animadvertendum. Periculum enim erat, ne quis *ſpeciem corporis*, *& campaginem nan deſtrui morte* ſuſpicaretur. Verumtamen notam ipſe, *deſtrui morte ſpeciem*, *compaginemque carporis donec in melius reſurgat*: quid inde? *Optime*, inquis, SUB PECCATI CAPTIVITATE *corpus adhuc manere intelligitur*. Non ergo corpus eſt *captivata* a Chriſto, *ductaque in cælum*

capti-

id *perperam* fuiſſe ita *intellectum* non dicere modo, ſed ſcri-

captivitas. Quorſum hoc? Quia tu Cadooice confiteris *corpus aptime intelligi ſub captivitate peccati adhuc manere*. Quod enim ſub *captivitate peccati* manet, *nan captivitas captiva ſub Chriſta* vel *ducta a Chriſta captiva captivitas* eſt; ſed eſt *ſub peccato manens captivitas*. Atque iſta quo ſint eruptura neſcio. Experiar. Erit nonnihil fortaſſe in reliqua oratione tua, unde ſi minus ſcire, at ſuſpicari ſaltem poſſim. Pergis: *nam quamvis cara Ada cæli habitatrix per Chriſtum, & in Chriſta evaſerit, attamen donec hoc bonum ceteris corporibus impertiatur Daminus, caro omnium haminum pœnam peccati adhuc portat, & ſub captivitate manet*. Caro illa Adæ habitatrix cæli, eſt ne caro hominis? Ita profecto, inquies. Quid? Pœnam ne *peccati portat*? Nihil, inquies, minus. *Cur erga* CARNEM OMNIUM HOMINUM *peccatum adhuc portare, & ſub captivitate eſſe* dixiſti? OMNIUM, inquies, excepta carne Chriſti, quæ cæli HABITATRIX eſt. Actum eſt ergo, te auctore, *de aſſumto in cælum* Deiparæ Virginis corpore. Quam oon temere, ipſe videris. Interea memineris dixiſſe te: *carnem amnium hominum peccatum adhuc portare, & ſub captivitate manere*. Quid addas videamus. *Ab hac demum in finali carnis reſurrectione liberabitur*. Jam hoc divinitus eſſe manifeſtatum novimus, *carnem eſſe tunc liberandam a ſervitute carruptionis*. Quid tum? *Aliter quippe*, inquis, *anima reſurrectia, aliter reſurrectio corporis inſpicienda eſt*. Inſpice, ut voles, dummodo aliquando intelligamus, quid ſentias de *captivitate a Chriſto in cælum aſcendente captiva ducta*. Non petimus, ut argumentis demonſtres, quod ſentis. Sat habebimus, ſi aſſequi nobis licuerit tandem aliquando, quid ſentias. *Sicut anima natura*, inquis, *mori non poteſt, quia immortalitatis privilegio a Deo donata eſt*. Quid iſtuc eſt privilegium? Gratiane putas, oon oatura humanum animum eſſe immortalem? Nam vereor, ne illuc demum evadat tua iſta tam implicata dicendi ratio. Addis: *Ita tunc martua anima dicitur, cum a Dea ſuo, propter quem creata eſt, ſeparatur*. At non id quærimus. *De captivitate captiva a Chriſto ducta* quid ſentias, id demum eſt, Cadooice, quod abs te quærimus. *Numquam autem*, ais, *& nuſquam a Deo ſuo ſejungitur, niſi peccato. Tunc enim ab ea juſtitia abhorret, in qua primum creata eſt, & in qua imaginem portat Creataris ſui*. Quid nunc de *imagine* loquere, de qua longe alia quæſtio eſt? Deſine moleſtus eſſe. Dic de captivitate illa quid cenſeas. Sed adjungis: *quo tamen miſerante ſi vel ab originali ſanatur; vel eo praſtante, ſi peccatum deteſtatur, & gemit propria voluntate commiſſa; ab iſtis etiam pro ſua pietate ita purgatur, ut priſtina juſtitia reddita, denuo in Deo, & cum Deo ſuo vivat, etiam in hac valle lacrimarum, ubi corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & ne Deo fruatur, quantum par eſt, impedit*. Ne me obtunde, obſecro. *At anima reſurrectia eſt illius ad priſtina juſtitia ſtolam reſtitutia*. Enecas me, mihi crede. *Hanc autem gratiam a Deo anima impertiri, de fide eſt*. Potin' es, id demum, quod abs te petimus, eloqui? *Idcirca anima reſurrectionem, etiam ante Chriſti manifeſtatum in carne adventum, prapter ejuſdem merita futura, a Dea aperatam amnes cum Divo Thoma concedunt Theologi*. Quam vellem Theologis omnibus, etiam illud, de quo ounc agimus, concedentibus, aſſentirere. Tunc eoim & tibi conſuleres, & oon tam eſſes moleſtus mihi *Proinde cum D. Auguſtiaa dico*. Nunc demum nonnulla ſpes eſt fore, ut dicas aliquid, quod ad rem conferat. Quid dicis igitur? *Dica aliter canſiderandam eſſe anima reſurrectianem, aliter reſurrectionem corporis*. Quidni hinc te Cadonice aufers? *Anima enim ab iniquitate, corpus ab infirmitate reſurgant*. At ſi pergis, audire deſinam. *At attende*, inquis, *Auguſtini verba*. Non attendam. ſatis jam moleſtiæ attendens cepi. *Auguſtinus altiſſime quidem, ſed etiam ſapientiſſime exponit firma fide credendum, non per alium umquam, niſi per mediatorem Dei, & haminum hominem Chriſtum Jeſum ſalutem ſive anima ſive carparis in humana genere vel aperatam, vel fuiſſe aperandam*.

Sat habeo. At rogas, te ut audire pergam. Verba fiunt mortuo. Tamdiu ne ego iſta, quæ neque ad rem pertinent, oeque ſunt ioter ſe nexa audiam? Sed pollicere, eſſe te, poſtremum quod eſt argumenti tui, prompturum, idque vis a me concluſionis haberi loco. Quid argumenti? Acervi debuiſti dicere non cohærentium,

ſcribere etiam non dubitaris, typorumque adjumentis publi-

rentium, alienarum, repugnantium ſententiarum, ex quibus (etiamſi tibi omnes concederentur, quod fieri certe non poteſt) nihil tamen tibi efficere liceret. Fac autem liceret: egone pollicenti crederem, qui nimis me diu inanibus verbis demoratus eſſet? Novi ludum. Perſtas nihilo minus, ac *per id*, inquis, *quod Chriſtus eſt Verbum, & Verbum Deus, & Deus apud Deum in æternitate incommutabilis naturæ ſuæ, animarum ſalutem eas a peccatis liberando operatus eſt a conſtitutione mundi; per id autem quod Chriſtus eadem cum Verbo æterno perſona naturæ ſuæ Divinæ infirmitatem carnis noſtræ copulavit, tum auctorem ſalutis reddidit manifeſtum, tum ejuſdem carnis ſanitatem, & gloriam clementiſſime effecit, eam ſcilicet ab infirmitate ſanando, & in cælum elevando, atque ita ſpem, qua vivimus in reſurrectione proprii corporis poſt paſſionem, & mortem, & ſepulturam ſuam confirmavit*. Iſtudne igitur eſt extremum argumenti, ut putas, tui? Verum ex iſto perſpici non poteſt, quo demum modo locum Scripturæ: *aſcendens* Chriſtus *in altum captivam duxit captivitatem* interpretere. In hoc autem uno tota hæc noſtra verſatur quæſtio. Nam quod ſcribis: carnem *in cælum elevando*, neque qua id ratione, neque qua in carne, neque quo tempore perfectum ſit, indicat. Quæ tamen omnia erant demonſtranda tibi, qui locum illum contra atque viſum tot Scriptoribus Eccleſiaſticis, totque Patribus fuiſſet, interpretari ſtatueras. Deinde myſterium non *Aſcenſionis* modo, ſed etiam *Incarnationis* nihil ne animabus profuiſſe putas? Etenim de animarum ſalute, liberationeque a peccatis dum diſputas, non meritorum, non virtutis paſſionis Chriſti, ſed ſolum *Verbi, & Verbi Dei, & Dei apud Deum in æternitate incommutabilis naturæ ſuæ* meminiſti, ut ne quis ullo modo de *Verbo Incarnato* te agere arbitraretur. Ubi autem *Verbi* qua *Verbum eſt*, non autem qua Chriſtus eſt, meminiſti; illud a *conſtitutione mundi operatum animarum ſalutem* fuiſſe, & etiamnum operari dixiſti; ut jam confirmaſſe videare, Verbum Incarnatum, ſeu Chriſtum nihil contuliſſe ſalutis animabus. Salutem vero a Chriſto tributam in unam confers carnem, ſcribiſque hoc modo: *per id autem, quod Chriſtus, eodem cum Verbo æterno perſona naturæ ſuæ divinæ infirmitatem carnis noſtræ copulavit, tum auctorem ſalutis reddidit manifeſtum, tum ejuſdem* CARNIS SANITATEM, ET GLORIAM CLEMENTISSIME *effecit*. Merito autem Chriſti aut paſſuri animas Juſtorum Veteris Teſtamenti; aut qui jam paſſus fuerit, animas Juſtorum Novi gratiam, ſalutemque impetraſſe illas quidem; has vero, quæ nunc *juſtificantur*, impetrare, & quæ deinceps juſtificabuntur, impetraturas eſſe, ecquis non hæreticus umquam negaverit? Rurſum Divinum Verbum qua Verbum Deus eſt, ut *animæ* & effecit, efficiet, ita carnis *ſanitatem, & gloriam*, non *effecturum*, adeo ut Chriſto, qua homini, hæc ſit tribuenda omnis, qua Deo autem, nullo modo; quis obſecro impune dixerit Catholicorum? At Auguſtinus. Tamenne Auguſtinum non ut Doctorem veri, qualis certe fuit; ſed ut omnium abſurdarum, monſtroſarumque opinionum, quæ tibi in mentem venerint, magiſtrum fuiſſe, etſi non verbo, re tamen ipſa perges proponere? Quemadmodum vero ad hujus tu confugis auctoritatem, qui eodem in loco illo, quo ipſe abutere, ſcribit: *Videte quemadmodum loquatur hic Chriſtus, nihil aliud, quam quare venerit Chriſtus, ut* RESURGANT ANIMÆ AB INIQUITATE, RESURGANT CORPORA A CORRUPTIONE. *Tract.* XXIII. *in Joh. to.* III. *opp. P.* II. *edit. ejuſd.* Quid? Antequam veniſſet Chriſtus, Verbum Dei, qua Deus Verbum eſt, an non erat, oportuitque ut deinceps veniret, efficeretque, ut *animæ reſurgerent*, hoc eſt a peccato liberarentur, ornarenturque juſtitia? Sed enim fateri etiam te, dices, *ob merita Chriſti venturi ab uno, & vero Deo applicata reſurrexiſſe*, hoc eſt juſtificationis gratiam conſequutam fuiſſe *nobiliorem humanæ naturæ partem*, nempe animas *in Sanctis tunc viventibus*. Implicare id quidem, ut conſueſti. Verum quæ cauſſa fuit, ut cum id *pag.* 194. ſtatueris; tum ita nunc inverras, ut non jam confirmare, ſed funditus tollere videare? Extremum eſt, ut animadvertam: in poſtrema ſaltem periodo tua debuiſſe te recordari *Chriſti in cælum aſcenſionis*; oſtenderetque quam demum ille *captivitatem captivam aſcendendo duxerit. Paſſionis* enim, *mortis, ſepulturæ* meminiſti; *aſcenſionis* autem non meminiſti, uti ne *reſurrectionis* quidem.

At

publicare, prodereque memoriæ hominum ſempiternæ. Atque ab Theologis quidem ita hunc locum intelligi non ſolum perſpicitur ex Natali Alexandro [1], ex Hyacintho Amato Graveſonio [2], ex Gallo Carterio Monacho Benedictino [3], ex Daniele Huetio Epiſcopo Abrincenſi [4], ex Franciſco Fevardento illo, quem tu Cadonice novum

At reſponderi abs te poſſe intelligo, ſic te ipſum animadvertiſſe *in not. ad pag.* 595. » Quæ dixi, atque dicturus ſum circa hunc textum, nolo ita accipiantur, » quaſi ac aſcenſio Chriſti nihil contulerit animabus hominum, ideoque non ſit » cauſſa noſtræ ſalutis ». Tam ne impedita tibi mens eſt, ut cum *de aſcenſione* Chriſti in cælum, deque *captivitate captiva ducta* in animum induxiſſes integro *cap.* XXIII. *tui de D. Auguſtini, quæ videtur, ſententia* Operis agere; tum ita te alio abduci paſſus ſis, ut obliviſcerere inſtituti tui, opuſque tibi eſſet adnotatione, qua declarares, nolle te, quæ de *textu Scripturæ aſcendens Chriſtus &c.* dixeras, dicturuſque deinceps eras, *ſic acciperentur, quaſi aſcenſio Chriſti nihil contulerit animabus hominum, ideoque non ſit cauſſa noſtræ ſalutis*? Veruntamen ſi nolebas, cur eo denique deductus es, ut de ſalute animarum agens, nullam meritorum Chriſti mentionem faceres; idque ſolum ſcriberes, quo unam tantum ſanitatem carnis Chriſto eſſe acceptam referendam ſtatuere viderere? Equidem vereor, ne qui tua legerit, id ad te, tuoſque accommodet, quod ait Terentianus ille Phormio *Act.* v. *Scen.* 1.

» Quid vos, malum, ergo me ſic ludificamini
» . . . . . Veſtra puerili ſententia.
» Nolo, volo: volo, nolo rurſum: cedo, cape,
» Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt:

Quod ſi de rebus adiaphoris, ſeu indifferentibus ageretis, ego ipſe, non paterer modo, ſed etiam riderem. Verum iſta veſtra de rebus religionis ſtatuendi ambiguitas, volubilitas, & inconſtantia, cum per ſe ipſa damnoſa ſit, ferri nulla ratione poteſt. Sed modum faciam.

Hoc tamen hic monitos Lectores volo, ideo me *caput* XXIII. operis Cadoniciani de *B. Auguſtini, quæ videtur, ſententia* κατὰ πόδα ut ajunt, inſequi, atque refellere conſtituiſſe, ut ex hoc uno quiſque cetera Cadoniciana capita diſceret; pernoſceretque, ſi abſurda quæque, non cohærentia, disjuncta, contraria, quæ iiſdem continentur, confutare vellem; inanem me eſſe laborem, non mediocri etiam lectorum eorumdem moleſtia, ſumturum. Sic autem lectoribus ipſis promitto, atque recipio, in ea me deinceps, quæ graviora eſſe Cadonicus, ejuſque patroni cenſent, inquiſiturum, atque una demonſtraturum quam ſint ἀσύστατα, quamque abhorreant non a communi ceterorum modo, ſed etiam ab eorum ſenſu, quorum ſe diſcipulos, ſectatoreſque eſſe gloriantur.

1 *Lib.* 1. *Theolog. moral. quæſt.* 2. *Art.* V. §. 1. *n.* 111. *to* 1. *edit Pariſ. an* 1714.

2 De myſteris & Annis Chriſti *Differt.* XXI. *Quæſt.* III. §. II. *Concl.* II. *pag.* 106. *edit. Veneta an.* 1728.

3 Nam locum illum e *cap.* IV. Epiſtolæ ad Epheſios *v.* 8. *ſeq.* „ Aſcendens in al» tum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus: quod autem aſcen» dit quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ „ huc pertinere indicat, omnium quidem orthodoxorum ſententiâ. Etenim ORTHODOXI OMNES, inquit, *communi ſuffragio hoc nomine inferni intelligunt* INFERIORES PARTES TERRÆ *quas limbum vocamus, & ad quas deſcendit anima Chriſti poſt mortem, ut inde animas Patriarcharum &c. erueret ac liberaret.* Vide *pag.* 408. *hujuſce operis not.* 9.

4 *Demonſtrat. Evangelica Prop* IX *cap* CXLI. *pag.* 615. *ſeq. edit. Francfordienſis an.* 1722. Vide etiam Conſt. Rotignium Mon. Caſin. *Spirit. della Chieſa nell'uſo de' Salmi. Pſ.* LXVII. *verſu* 19. *p.* 313. *edit. Florent. an.* 1736.

Digitized by Google

novum dogma tuum in Auguſtini libris deprehendiſſe falſo ſcribis [1], qui certe Fevardentius locum ipſum Apoſtoli eodem, quo volumus, modo acceptum ab Hieronymo, a Primaſio, ab Ambroſio, atque etiam ab Auguſtino teſtatur; ex Auguſtino Calmetio [2], ex Cornelio a Lapide [3], ex Thoma le Blanc [4], ex Ebrardo Bethunienſi [5], innumerabilibuſque prope aliis, quos nunc vel numerando percenſere longum eſſet; verum etiam ex Theologorum Principe S. Thoma Aquinate cum in Opuſculo II. quod eſt Epitome Theologicarum Inſtitutionum [6], quo in Opuſculo huc pertinere animadvertit *τὸ captivam duxit captivitatem*; tum II. Lectione in *cap.* IV. *Epiſtolæ ad Ephesios*, ubi „ humanum genus, *inquit*, captivum erat, & Sancti in caritate „ decedentes, qui meruerant gloriam, in captivitate „ diaboli detinebantur, quaſi captivi in limbo. Hanc „ ergo captivitatem Chriſtus liberavit, & ſecum duxit „ in cælum [7] „. De Antiſtitibus autem Eccleſiarum quid dicam, quorum ſunt hac de re in Catechiſmis, quos publicarunt, perſpicuæ ſententiæ? Nam horum Catechiſmorum plures numerare poſſum, in quibus eſt is Scripturæ locus aptatus Sanctis Vet. Teſt. ereptis ex inferis, atque in cælum ab aſcendente Chriſto provectis. In longum tamen ſermonem vocarer, id ſi facere conſtituerem. Itaque perpaucis contentus ero, allaturus poſt ceteros, ſi Cadoniciani voluerint. Sit igitur omnium prior Catechiſmus Monſpelienſis. Nam ſi cujus umquam, hujus unius apud Cadonici patronos auctoritas, opinor, vale-

1 *Lib.* III. *Adverſus hæreſes tom.* I. *opp. Alfonſi de Caſtro pag.* 1283. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1578.
2 *In cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. v.* 9. *pag.* 299. *tom.* VIII. *opp. edit. Lucenſis an.* 1738.
3 In *cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſios v.* 8. *pag.* 503. *edit. Antuerp. an.* 1665.
4 *Commentarior. in Pſalmos tom.* IV. *In Pſ.* LXVII. *v.* 20. *Art.* I. *pag.* 338. *edit. Lugdun. an.* 1675.
5 Vide *not.* 8. *pag.* 448. *ſeq. hujus operis*.
6 *Pag.* 441. *ſeq. hujus operis not.* 2.
7 Vide *pag.* 442. *hujus operis in not.*

valebit. Eſt autem in eo ſcriptum hoc modo: *P.* I. *ſect.* II. *cap.* I. *§.* XXII. „ [1] *Aſcendens Chriſtus in altum captivam* „ *duxit captivitatem*, hoc eſt Sanctos omnes, qui ca- „ ptivi antea detinebantur in inferis... aſcendens in cæ- „ los ſecum duxit „. Eodem ſpectat, quod continet Catechiſmus Biſuntinenſis Eccleſiæ editus Maſſiliæ anno 1675. [2] Sed illud multo eſt majoris pendendum, quod legitur in brevi Interrogatorio S. Caroli Borromæi ad VI. Articulum Symboli. *Int. Quoſnam ſecum adduxit* Chriſtus *in cælum? Reſp. Sanctos Patres, qui erant in limbo* [3]. De Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui ante ſeculum XII. claruerunt, longum eſt dicere. In his fuere Radulphus Ardens [4], Dorotheus Archimandrita [5], alii denique, quos recenſere non vacat. Quod ad Patres attinet, unus ſatis eſſet Hieronymus, cujus in *exponendis ſacris Scripturis* egregiam facultatem Eccleſia ubique prædicat, cujuſque hac de re interpretationi neminem umquam Patrum, doctorumque reſtitiſſe certum eſt. Is autem locum explicans Pauli (qui poſt verſum illum *aſcendens in altum &c.* mox ſequitur) *quod aſcendit quid eſt niſi, quia & deſcendit in inferiores partes terræ*: „ Inferiora, *inquit*, „ terræ infernus accipitur, ad quem Dominus noſter & „ Salvator deſcendit, ut Sanctorum animas, quæ ibi te- „ nebantur incluſæ, SECUM AD CÆLOS VICTOR AB- „ DUCERET [6] „. Atque huc item transferri poteſt, quod idem in Breviario *Pſalm.* LXVII. animadvertit: *Eos, qui in captivitate diaboli tenebantur, abſolvit, ac poſt ſe tamquam captivos deductos æternæ vitæ reſtituit* [7]. Diaboli nam-

1 *Pag.* 256. *edit. Pougeti Pariſ. an.* 1725. quo loco etiam additur, veri eſſe ſimile, animas eaſdem SS. PP. *commoratas cum Chriſto fuiſſe a die reſurrectionis*.

2 *Pag.* 36.

3 *Pag.* 7. *Int. Chi menò ſeco* (Chriſto) *in cielo? Riſp. I ſanti Padri, ch' erano nel limbo*.

4 *Vide pag.* 513. *hujuſce operis not.* 5.

5 *Confer pag.* 531. *hujus operis not.* 1.

6 *In cap.* IV. *Epiſt. ad Epheſ. pag.* 364. *tomo* IV. *opp. parte* II. *edit. Pariſ. an.* 1706.

7 *Tom.* II. *opp. pag.* 291. *edit. Pariſ. an.* 1699.

Digitized by Google

namque poteſtatis nomine peccati pœnam indicat, quam temporariam excluſionis e regno Dei Sancti in inferis pendebant. Hieronymo conſonat Caſſiodorus, qui *in Pſ* LXVII. *v.* 21. *Aſcend. in alt. &c. Ille*, inquit, *crucifixus deſcendit ad inferos, & liberatos a captivitate perduxit ad cælos* [1]. Ruffinus item Aquilejenſis, cujus hæc eſt ad Symboli Apoſtolici Articulum VI. adnotatio. *Animabus de inferni captivitate revocatis, aſcendere memoratur ad cælos, ſicut Propheta prædixerat: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem* [2]. Ambroſiaſter, ſeu Hilarius Diaconus, qui in *cap.* IV. *Epiſtolæ ad Epheſios*, explicans *v. Aſcendens in altum &c.* Expoliavit, *inquit*, inferos, *cum* CAPTIVOS, *quos ex prævaricatione Adæ .... abſtulit conſentientes ſibi, & aſcendens inde in cælos induxit* [3]. Mitto ceteros. Venio ad Catechiſmum Romanum, ſeu Concilii Tridentini a Pontificibus Maximis commendatum paſtoribus animarum, ut eo inſtituant Populum Chriſtianum; atque a tot Provincialibus, Diœceſaniſque Synodis, quot capite hujuſce operis tertio commemoravimus, & habitum maximi, & traditum parochis ad explicandum orthodoxæ plebi. Is *ad* VI. *Symb. Articulum* [4] ſic habet: „Vim, & magnitu-
„ dinem inexplicabilium bonorum, quæ in nos Dei be-
„ nignitas effudit, divinus David, Apoſtolo interprete,
„ multo ante cecinerat illis verbis: *aſcendens in altum ca-*
„ *ptivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus .....*
„ Nam in cælum abiens, portas, quæ Adami peccato
„ intercluſæ fuerant, patefecit, nobiſque viam munivit,
„ qua ad cæleſtem beatitudinem perveniremus; quem-
„ admodum ipſe in cœna diſcipulis futurum prædixe-
„ rat: quod quidem ut rei etiam eventus aperte com-
„ probaret, PIORUM ANIMAS, QUAS AB INFE-
„ RIS ERIPUERAT, ſecum in æternæ beatitudinis do-

PPPP „mici-

1 *Pag.* 222. *tom.* II. *opp. edit. Rotom. an.* 1679.
2 *In Expoſit. Symb. pag.* 163. *Append. opp. S. Cypriani edit. Amſtelod. an.* 1700.
3 *Tom.* II. *opp. S. Ambroſii in Append. pag.* 240. *edit. Pariſ. an.* 1690.
4 *Pag.* 165. 167. *tom.* 1. *edit. Mont. an.* 1691.

„ micilium introduxit „. Prætero, quod eſt de hymnis, precibuſque Eccleſiæ, propterea quod de iis alio loco acturus ſim opportunius.

Neque defuere Patres, qui locum Oſeæ [1], quique Eccleſiaſtici *verſum* 45. *capitis* XXIV. de Sanctis Veteris Teſtamenti ereptis ex inferis, nemine reſiſtente, interpretarentur [2]. Ac non alio pertinere, quod Matthæi *cap.* XI. legitur de Johanne interrogante, is ne Chriſtus eſſet, quem expectamus, Hieronymus [3], Ruffinus [4], aliique teſtantur [5], quorum eſt a nobis ſuperiore capite facta mentio. Quin etiam hanc verbis Pauli (*expolians principatus & poteſtates* &c. *cap.* II. *Epiſt. ad Coloſſenſes*) ſubjectam eſſe ſententiam, non Catechiſmus Romanus [6] modo, verum etiam permulti Patres [7], Scriptoreſque Eccleſiaſtici [8], Preceſque Eccleſiæ, quæ ſunt de ſpoliatis a Chriſto inferis, & de quibus poſt diſſeram, demonſtrant. Quod ſi quis ſtudioſe *capita* IX. & XI. Epiſt. ad Hebræos conſideret, verſuſque eorum omnes inter ſe conferat; is, dummodo bona agere velit fide, fatebitur, agi ibidem a Paulo de Patribus Vete-

1 Videndi S. Hieronymus *p.* 571. *hujuſce operis*, Gregorius Magnus *lib* XX. V. *in Job. pag.* 398. *& lib.* II. *Homilia* XXII. *pag.* 1531. *tomo* I. *opp. edit. Pariſ. an.* 1705. Euſebius Cæſarienſis *lib.* IV. *Demonſtr. Evang. cap.* XII. *p.* 166 *edit. Pariſ. an.* 1628. Cyrillus Hieroſol. *p.* 603. *hujus operis*. Sed omnes perſequi longum eſt. Confer Fevardentium *lib.* III. *Adverſus Hereſes*, *Hereſi* IX. *pag.* 1.81. *edit. opp. Alfonſi a Caſtro Pariſ. an.* 1575. *tom.* I. Cornelium a Lapide *Commentarior in Oſea cap.* XIII. *pag.* 197. *edit. Antuerp. an.* 1661. Catechiſmum Romanum ad V. Symboli Articuli *pag* 119. *edit. an* 1691. Synodum Toletanam XVI. *p.* 539 *hujus operis*. Et Eccleſiæ Lugdun. teſtimonium *p.* 633. *hujus operis*.

2 Conſulendi S. Thomas III. *P. Qu.* LII. *Art.* II. Idacius Clarus *lib. Adverſus Varimadum pag.* 731. *tom.* V. *Biblioth. PP. edit. Lugd. an.* 1677. Confer etiam Fevardentium *loco indicato pag.* 1285. & Cornelium a Lapide *in cap.* XXIV. *Eccleſiaſtici p.* 541. *edit. Antuerp. an.* 1663. & teſtimonium Eccleſiæ Lugd. *huj. oper. p.*632.

3 *Pag. hujus operis* 570.

4 *Pag. hujuſce operis* 606.

5 Gregor. Nazianz. hujuſce operis *pag.* 584. Cyrillus Hieroſolymit. *ibid. p.* 602. S. Hippolytus *ibid. pag.* 612. S. Gregorius Magnus *ibid. pag.* 533. Anonymus Caſanatenſis *ibid. pag.* 529. & Origenes *ibid. pag.* 610.

6 *Ad* V. *Symb. Articulum pag.* 139. *edit. ejuſd.*

7 Euſebius Emiſſenus *pag.* 557. *hujus operis*. Eodem ſpectant, quæ de ſpoliis inferorum Patres diſputant. Non eſt autem opus eorum teſtimonia deſcribere. Nihil enim notius. Confer s. Thom. Aquinat. *in* II. *cap. epiſt. ad Coloſs. lect.* III. *pag.* 529. *edit. Lugd an.* 1689.

8 Ivo Carnotenſis: *vide pag* 511. *huj. operis*. S. Anſelmus, ut eſt auctor Cornelius a Lapide *in cap.* II. *epiſt. ad Coloſſ. p.* 624. *edit. Antuerp. an.* 1663. Haymo Halberſtadienſis *in cap.* II. *epiſt. ad Coloſſ. edit. an.* 1659.

Digitized by Google

Veteris Teſtamenti, qui ad Chriſti uſque tempora promiſſam ipſis beatitatem non eſſent conſequuti. Nam, ut eſt præclare animadverſum a Claudio Sanctеſio Epiſcopo Ebroicenſium, qui Synodo Tridentinæ interfuit [1]:
„ Apoſtolus, ante aditum Chriſti in cælum, expreſ-
„ ſe tradit, *nondum fuiſſe propalatam*, & manifeſta-
„ tam *Sanctorum viam*, quamdiu tabernaculum Moſis
„ ſtetit ratum coram Deo; ſed obſtructam *viam*, ait,
„ a Chriſto *initiatam*, ac *renovatam* per *velamen*, ideſt
„ carnem ejus, quam cælo intulit, atque ita aliis iter
„ munivit poſt ſe. Præterea ſcribit idem, *Patres expe-*
„ *ctaſſe fundamenta habentem civitatem*, cujus artifex,
„ & *conditor* eſſet *Deus*, attamen *defunctos fuiſſe omnes*
„ *juxta fidem, non acceptis repromiſſionibus, ſed a longe*
„ *eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia pe-*
„ *regrini, & hoſpites erant ſuper terram. Qui enim hoc*
„ *dicunt*, inquit Apoſtolus, *ſignificant ſe patriam inqui-*
„ *rere. Et ſiquidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, ha-*
„ *bebant utique tempus revertendi, nunc autem meliorem*
„ *APPETUNT, id eſt caleſtem. Ideo non confunditur*
„ *Deus vocari Deus eorum. Paravit enim illis civitatem.*
„ Itaque quid appetebant Patres, & ex fide expectabant
„ ſibi promiſſum, quod tamen non acceperunt? niſi
„ cæleſtem illam civitatem, cujus *conditor* eſt *Deus*,
„ quam tamen non ſunt adepti [2], *Deo pro nobis melius*
„ *aliquid providente*, ait Apoſtolus, *ut non ſine nobis con-*
„ *ſummarentur*... Quocumque ſenſu accipiatur *iſte locus*,
„ CERTUM EST, inter promiſſa, quæ Patres ſine no-
„ vi Teſtamenti populo non impetrarunt, commemo-
„ rari expreſſe *civitatem*, & *habitationem caleſtem*. Et
„ certe Paulus ita allegorice interpretatur promiſſio-
„ nes de terra promiſſionis factas ipſis Patribus, ad

PPPP 2 quam

1 *In IV. Repetit. de veritate Euchariſtia cap.* II. *quod eſt de Chriſti deſcenſu ad Inferos pag. verſa* 161. *edit. Pariſ. an.* 1576.

2 Primaſius Adrumetinus Epiſcopus Auguſtino ſuppar *pag.* 546. *hujus oper. not.* 1. Photius *ibid. pag.* 544.

„ quam non Moſes, nec alius potuit illos introducere, „ ſed Joſue D. N. Jeſu Chriſti typus, & figura. Neque „ vacat, aut ſine ratione fit, ut in Scriptura Patres „ illi ante Chriſtum, quoties de ſua commigratione ex „ hoc ſeculo colloquuntur, fere ſemper in inferis deſi- „ gnent ſibi ſedem conſtitutam; contra vero poſt Chri- „ ſtum natum [1], ex quo cœpit prædicatio: *pœnitentiam* „ *agite, appropinquavit enim regnum cælorum*: pii nunquam „ inferorum, ſed cæli meminerint. Ex libro Job ali- „ quos locos citat Calvinus, quos ſuo more in alienam „ ſententiam contorquet „.

Atque hæc quidem Sanctеſius adverſus Calvinum, Bezam, peſteſque ceteras generis ejuſdem diſputans, quarum tu opinionem ſequutus [2] oppugnare aggreſſus es Sanctorum Veteris Teſtamenti limbum.

Re-

1 Vide Auctorem Homiliæ IV. in Marcum, quæ Johanni Chryſoſtomo adſcribitur, *pag.* 543. *hujus operis*. S. Hieronymum *ibid. pag.* 572. S. Johannem Chryſoſtomum *ibid. pag.* 580. *ſeq.* S. Athanaſium Alexandrinum *ibid. pag.* 595. & S Thomam Aquinatem *in cap.* IX. X. & XI. *Epiſt. ad Hebræos pag* 704. *edit. Lugd. an.* 1689.

2 Johannes Cadonicus *cap.* XXIV. *operis* inſcripti *Divi Auguſtini &c. quæ videtur ſententia a pag.* 102. *ad* 225. hanc interpretationem *capp.* IX. & XI. Epiſtolæ ad Hebræos evertere conatur, ſed ea prorſus ratione, immo vero multo involutius, multoque abſtruſius, quam fecerit capite ejuſdem operis XXIII. cum locum *de aſcenſione Chriſti* interpretaretur. Conſideraſſe autem ſe, ait, Apoſtoli verba, quæ iiſdem *capp.* IX. & XI. Epiſtolæ ad Hebræos continentur, alioque eſſe transferenda cognoſſe. Quaſi vero non conſtiterit ex tot illius locis, imprimiſque ex capite XXIII. ſui illius operis, quod *not.* 2. *p.* 662. *ſeqq.* expendimus, quam levis ipſe, varius, non audiendus interpres ſit, tamque ineptos lectores nanciſci potuerit, qui eſſe ejus interpretationes graviſſimis Melchioris Cani (vide *p.* 480. *hujus operis*) Felicis de Matha (confer *pag.* 420. *hujus operis*) Blemerani (*pag* 436. *hujus operis*) Sanctеſii (*loco modo indic.*) S. Thomæ Aquinatis *in cap.* IX. *Epiſt. ad Hebr. lect.* IV. *pag.* 720. *edit. Lugd. an.* 1689. Magiſtri ſententiarum (vide *pag.* 447. *hujuſce oper. not.* 2.) Gloſſæ (*Pag.* 447. *hujuſce oper. not.* 6.) Sedulii (*pag.* 556. *hujus operis*) aliorumque præſtantiſſimorum ſacrarum litterarum Interpretum ſententiæ præferendas putent. Miror autem, qua confidentia Johannem Chryſoſtomum pertrahere *pag.* 209. *ſeqq.* in inanem opinionem ſuam conatus ſit, adductis S. Viri teſtimoniis ſane longis, quæ ad rem profecto non pertinent. Atque illud etiam magis miror, quod magnis characteribus deſcribi curarit verba, quæ Chryſoſtomi arbitratur eſſe: Deum vidiſſe, *propter ſe ipſum* Abelis eveniſſe necem. Nam etſi *τὸ ſe* apud Chryſoſtomum legeretur, quod non legitur, quis tamen negaret, *propter Deum* ab Abelo fuiſſe perlatam mortem? At id profecto quid ad Cadonici opinionem adjumenti conferat, ne ſuſpicari quidem poſſum. Si quid autem eſſet in Chryſoſtomi oratione, quod illi præſidio eſſe utcumque poſſet, illud unum eſſet, quod eidem attributum a Cadonico video. „ Ne in multam eos (*ideſt viventes homines*) „ deſperationem adduceret, oſtendit (*Deus*) eum (*Abelem*) ex parte perfrui TUM „ retributione „. Veruntamen *τὸ* TUM neque in græcis exemplaribus extat, neque

Redeo ad *Pſalmi* LXVII. *verſum* 19. & ad *capitis* IV. *Epiſtolæ ad Epheſios verſum* 8. *ſeq.* Cum hi verſus (ut Scriptores Eccleſiaſtici, ut Patres aliqui, ceterorum repugnante nemine, ut Eccleſiæ orthodoxæ in ſuis Catechiſmis docent) ſint etiam de ereptis ex inferis animabus Veteris Teſtamenti Patrum intelligendi; cumque hæc Scriptorum, Patrum, Eccleſiarum interpretatio tot locis ſacrorum Bibliorum, quot ſunt modo a nobis deſcripti (Eccleſiaſticis ipſis Scriptoribus, Patribus item, Eccleſiis denique concedentibus) conſonet; & adhibita ſit appoſite ad communem ſententiam Eccleſiæ univerſæ de Sanctis iiſdem Vet. Teſtamenti a Chriſto vindicatis in libertatem: qua tu confidentia eam, ut commenticiam, inanem, falſam contemnere audes, aliamque inducere conare, quæ tibi hac in re poſt Proteſtantes in mentem venerit? An lectores te ſperas Catholicos reperturum, qui putent, Th. Aquinatem, Hieronymum, ſummos Theologos Catechiſmi Romani Auctores (quem Catechiſmum Eccleſia Romana approbans, ſuoque nomine publicans, proponenſque animarum paſtoribus fecit ſuum [1]) aut non con-

que in Mutiani Scholaſtici vetere Interpretatione latina, neque in ea, quam Montfauconus dedit *tom.* XII. *opp. Chryſoſtomi pag.* 204. *edit Pariſ. an.* 1715. Ac Chryſoſtomus non ſolum *τὸ tum* non adhibet, ſed ne agit quidem ibi de regno cælorum, deque gloria, quam qui in Novo Teſtamento juſti decedunt, obtinent. Neque in altero Chryſoſtomi teſtimonio, quod ſane longum deſcribit *pag.* 210. Cadonicus, quidquam eſt, quod exhibere negotium mihi poſſit, cum in eo S. Doctor nihil dicat aliud, quam Sanctos Abelem, Henochum &c. noviſſe *Deum mercedis eſſe retributorem*, quod nemo orthodoxus negat. Quod ipſum ex tertio teſtimonio Chryſoſtomi, quod Cadonicus *in pag.* 211. tranſtulit, intelligitur, nihilque præterea. Quæ autem inde concludit, nihil moror. Tam enim elici inde poſſunt, quam aqua ex pumice. Sane Cadonicus, ut vidimus *not.* 2. *pag.* 652. *ſeqq.* atque etiam alibi, ex rebus, quarum nullus ſit nexus, conſequens eſſe putat, quod nullo modo eſt conſequens. Quid autem multis opus eſt, ſi eſt Chryſoſtomi pro communi dogmate *Hom.* XIX. *in Epiſt. ad Hebræos* clara ſententia? Quam nos attulimus *not.* 1. *pag.* 579. *ſeq.* Confer cetera Chryſoſtomi perſpicua loca, quæ deſcripſi *pag.* 576. *ſeqq.* Idem atque Sanctesius ſtatuit Liberius a Jeſu in *Dogmaticis Diſp.* IV. *controv.* III. *n.* VI. *edit. Rom. an.* 1710. » In ſenſu, *inquit*, ECCLESIÆ, » & SCRIPTURÆ nullus ante Chriſti aſcenſionem GLORIAM EST ADEPTUS. » Ideo in hymno dicitur: *Tu devicto mortis aculeo aperuiſti credentibus regna cælo-* » *rum* „. Idem traditur *ad Hebræos* IX. & XI.

1 S. Cæleſtinus I. P. M. *Epiſt. ad Epiſcopos Galliarum cap.* III. *pag.* 1189. *tom.* I. *Epiſtolarum Romanor. Pontificum edit. Pariſ. an.* 1721. » Africanorum, *inquit*, » Conciliorum quaſdam ſententias junximus, QUAS UTIQUE SUAS FECE- » RUNT APOSTOLICI ANTISTITES, CUM PROBARUNT ».

conſideraſſe ; aut imperitos rerum, ineptos, ſtolidos fuiſſe ; te vero contra unum ſapere, tantaque diligentia, facultate, doctrina, auctoritate valere, ut tua ſint ſomnia eorum cogitatis, meditateque ſcriptis commentationibus anteferenda ? Ecquod autem ægri ſomnium tam inane fuit, quam iſtud ſit tuum de Chriſto *carnem* tantummodo *evehente in cælum*, *quæ caro* ſola ſit *captiva* illa a Pſalmiſte, atque a Paulo commemorata *captivitas*[1] ? Ecquod in Pauli verbis eſt iſtius paradoxi tui, ecquod in operibus Patrum, ecquod in aliquo Scriptorum etiam minus peritorum libro veſtigium ? Atque hoc indicaſſes tu quidem, ſi eſſet ullum. Cum autem (etſi tam es in colligendis, conglomerandis, convaſandis teſtimoniis Veterum, quæ ad rem minime pertineant, diligens) indicaris omnino nullum ; quis credat, ullum te, cui inſiſteres, habuiſſe ? Quæ cum ita ſint ; cuinam demum te confidis perſuaſurum, Doctores ſummo ingenio, graveſque in primis, ac latine, græce, hebraice doctos, inque majorum operibus, ſacriſque Scripturis egregie verſatos, dum Pſalmi LXVII. v. 19. dumque Epiſtolæ ad Epheſios capitis quarti verſ. 8. & 9. interpretarentur, dormitaſſe ſemper, deceptos fuiſſe, erraſſe ; te vero ſolum de Scripturis ne balbutientem quidem, vidiſſe verum ?

Quod autem quarto loco fidenter ſtatuis, quale tandem eſt ? Negas *captivitatem captivam* dici SS. Patres ex inferis ereptos poſſe. Sed quam inani, immo quam nulla, tecum ipſe luctans, ratione neges, demonſtratum eſt[2].

De Patrum interpretationibus, quas quinto nobis loco opponis, ſcito nihil impedire me, quin & habeantur, & re ſint veræ. Sed velim memineris eorum, quæ ab Auguſtino in XII. Confeſſionum libro animad-
ver-

1 Vide *pag.* 651. *ſeqq. hujus operis not.* 2.
2 *Ibid.*

verſa, in hujus operis paginam 651. *not.* 1. tranſtulimus. Ex his enim cognoſces, ſenſus ineſſe plures, eoſque *veriſſimos* uni, eidemque teſtimonio Scripturæ poſſe [1]. Qua ex re efficitur, interpretationes illas Patrum, quæ veræ ſint, ſi nihil adverſi noſtræ contineant, non deripere veritatem eidem noſtræ. Nihil autem noſtræ contrarium continent, ut quiſque eas inter ſe conferens plane perſpicit. Nec vero contrarii quidquam Patres illi interpretationibus iiſdem ſuis complecti poterant, ſi conſtare ſibi voluiſſent. Nam conſtans eorum fuit, ſtabiliſque ſententia, Sanctos Vet. Teſt. ereptos ex inferis fuiſſe deſcenſu Chriſti, quod quidem capitibus hujuſce operis v. & vi. oſtendimus.

At hi Patres ejus ſententiæ confirmandæ cauſſa non iiſdem ſunt uſi ſacrorum Bibliorum locis.

Quid hoc ad rem? Satis eſt, ut cum Scripturarum uno ſint uſi loco, non negarint, vim ineſſe rei ejuſdem ſtatuendæ locis ceteris, quæ ab aliis adhibebantur. Quin etiam, ut Scripturis dogma quodpiam contineri credamus, non eſt opus, ut illius firmandi cauſſa, Patres omnes ad eadem teſtimonia Sacrorum Bibliorum confugerint: ſed hoc contenti debemus eſſe, ſi idipſum dogma ſacris iiſdem Bibliis contineri confiteantur, atque unum inde aliquem locum afferant. Quæ ſane regula, cum adverſus Proteſtantes, Theologorum Catholicorum judicio, valeat; cur non etiam valere adverſus tuum iſtud opinionis novæ inventum poterit? *Si contingat, ut ſæpe evenit* (inquiunt Wallemburgici Fratres [2] Antiſtites ſane docti, glorioſiſſimiſque certaminibus adverſus hæreticos hujuſce temporis reli-

1 Confer S. Thomam *Quodlib.* III. *art.* XXX. *in* c. & *Quodlibeto* VII. *art.* XIV. *ad* v. ubi: » Dicendum, *inquit*, quod Auctor principalis ſacræ Scripturæ eſt Spi- » ritus Sanctus, qui IN UNO VERBO SACRÆ SCRIPTURÆ INTELLEXIT » PLURA, QUAM PER EXPOSITORES SACRÆ SCRIPTURÆ EXPONAN- » TUR, VEL DISCERNANTUR. Neque eſt etiam inconveniens, quod homo, » qui fuit auctor inſtrumentalis ſacræ Scripturæ, in uno verbo plura intelligeret, » Quia Prophetæ, ut Hieronymus dicit ſuper Oſee, ita loquebantur de factis » præſentibus, quod etiam intenderent futura ſignificare ».

2 *In Methodo Auguſtiniana P.* III. *Probat.* IV. §. *Generales notationes n.* VI. *to.* I. *opp. edit. Colon. an.* 1670. *p.* 21.

religionis ergo ſuſceptis illuſtres) *ſi contingat, ut ſæpe evenit, Sanctos Patres in* EXPLICATIONE SCRIPTURÆ NON CONVENIRE, ILLUD NON OBSTAT, QUO MINUS VERUM SIT, NOS IN DOCTRINA CATHOLICA SANCTOS PATRES *conſentientes in S. Scripturæ explicatione ſequi. Ratio eſt, quia non eſt neceſſe ad probandum aliquod dogma fidei, ut* OMNES VEL PLURES PATRES IN EXPLICATIONE EJUSDEM LOCI PARTICULARIS CONVENIANT; SED SUFFICIT, SI IN TALI PRIMITIVO ECCLESIÆ DOGMATE CONSENTIENTES, UNANIMITER JUDICENT ILLUD FUNDARI IN SCRIPTURIS, LICET IDEM DOGMA NUNC EX UNO, NUNC EX VARIIS S. SCRIPTURÆ LOCIS DEDUCANT. *Videatur S. Auguſtinus lib.* I. *Contra Julianum cap.* VI. *Neque*[1] *enim Eccleſia ſolet determinare aliquod dogma fundari in hoc, vel in illo particulari loco Scripturæ; ſed videns unanimem ſanctorum Patrum in tali dogmate* PER VARIA LICET SCRIPTURÆ LOCA EXPLICATO CONSENSUM, *ipſum dogma tenendum decernit,* QUIA FUNDATUR IN SCRIPTURIS. *Quod ſi Proteſtantibus hæc ratio non ſatisfaciat,* NULLO MODO POTERUNT TENERE ALIQUOD DOGMA TAMQUAM FIDEI, *quod poſt diſſentientes partis ſuæ interpretes ex Scripturis eruere conantur, cum ipſi doceant unicum eſſe Scripturæ certum, ac determinatum ſenſum. Quanto igitur* MELIUS ECCLESIA CATHOLICA *non rejicit Sanctorum Patrum Scripturam explicantium diverſimode ſententias, quoniam nihil impedit, quo minus, ſecundum Sanctum Auguſtinum l.* XII. *Confeſſionum cap.* XXV. *&* XXXI. EX EODEM SCRIPTURÆ LOCO ET VERISSIMÆ POSSINT ERUI SENTENTIÆ ETIAM A SPIRITU SANCTO INTENTÆ.

Ades nunc animo Cadonice. Prome Scripturæ loca, quibus te clariſſimis confidere affirmabas. Tria quidem

1 *Ibid. num.* VII. *pag.* 21.

dem affers, eaque ex Vet. Teſtam.: unum Eccleſiaſtici [1], qui timorem Domini *gloriam*, & *glorificationem* ſcribit eſſe, affirmatque timentem Deum *benedici in die defunctionis ſuæ*; cujuſmodi autem ea ſit *benedictio*, atque *gloria* tradi Pſalmo xx. animadvertis: *quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo*: alterum autem Iſaiæ, qui Judæos ad Sabbathi cultum, amoremque *proximi* inflammans, eos, id ſi faciant, *tunc gloria Domini colligendos, & requiem adepturos ſemper, & implendam animam eorum ſplendoribus* prædicit [2]: tertium e libro Tobiæ, in quo legitur fore, ut *coronetur* is, qui colit Deum [3]. Poſtea vero quam hæc tria deſcripſiſti loca, tum in orthodoxos omnes, qui contra te ſentiunt, inſultans: „ Ubi hoc decretum, *inquis*, de „ non videndo Deo, donec Chriſtus manifeſtaretur in „ carne, in quem tamen manifeſtandum firma fide cre„ debant, ubi, inquam, hoc decretum didicerunt Sancti „ Dei, quo illorum ſpes in plura ſecula differebatur, „ quos tamen conſtat in longe diſſimili expectatione de„ functos „? Ubinam *didicerint*, non quæro. Decretum

1 Cadonicus *cap.* xxi. Operis inſcripti: *D. Auguſtini, quæ videtur ſententia &c. pag.* 171. » Noverant (Antiqui Sancti), *inquit*, quod unus ex ſuis tradidit (*Eccl.* » *cap.* 1. & xi.) *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exulta-* » *tionis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longi-* » *tudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis* » *ſuæ benedicetur* ».

2 *Cap.* lviii. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris: tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam juſtitia tua*, ET GLORIA DOMINI COLLIGET TE. *Tunc* INVOCABIS, ET DOMINUS EXAUDIET, CLAMABIS, ET DICET, ECCE ADSUM... *Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies*. ET REQUIEM TIBI DABIT DOMINUS SEMPER, ET IMPLEBIT SPLENDORIBUS ANIMAM TUAM, ET OSSA TUA LIBERABIT, *& eris quaſi hortus irriguus, & ſicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ. Si averteris a Sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die Sancto meo, & vocaveris Sabbathum delicatum, & Sanctum Domini glorioſum, & glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua, ut loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſuper Domino*, & SUSTOLLAM TE SUPER ALTITUDINES TERRÆ, *& cibabo te hæreditate Jacob Patris tui. Os enim Domini loquutum eſt*.

3 *Cap.* iii. *Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita ejus, ſi in probatione fuerit*, CORONABITUR.

tum vero ejuſmodi fuiſſe latum, Eccleſiæ univerſæ docet conſenſio. Hoc ex Scriptoribus ſeculorum omnium, ex Catechiſmis, ex Synodis, ex decretis Pontificum, ex S. Bibliis denique explicatis a SS. Patribus, quorum ſeriem dedimus, plane conſtat. Atque ſic habeto, quidquid communi orthodoxorum ſententiæ objeceris, id me deinceps eſſe hac una reſponſione contriturum. Quare ſalem iſtum de loco, *ubi id decretum Sancti Vet. Teſt. didicerint*, ſalem, inquam, iſtum, in irridendis Catholicis noli conſumere, & ſi me quidem audias, ne experire quidem. Non decet, non datum eſt, non potes. Quod ſi de Syracidis in Eccleſiaſtici libro ſententia percuntere, ſcito, eum, ſi de una beatitate orta ex aſpectu Dei loquutus eſt; hanc ipſam, numquam dixiſſe, illos fuiſſe, qui tunc timuiſſent Deum, *ſtatim* poſt mortem conſequuturos. Quin etiam fac, exiſtimes, τὸ *ſtatim* ne Pſalmiſtam quidem, cujus loco abuteris, meminiſſe. Jam τὸ *benedici in die defunctionis* apud Syracidem, ſi de temporibus ante Chriſtum intelligatur, nego intelligi de *intuitiva Dei viſione* poſſe.

At Iſaias, *tunc*, inquit, *erumpet quaſi mane lumen tuum*. Cognoſce quorſum τὸ *tunc* iſtud pertineat, ſi idem atque *ſtatim* ſonat. Ergo *frangens eſurienti panem*, *ſtatim*, atque fregerat, videbat Deum. Non videbat, inquies, niſi *ſtatim* poſt *mortem*. Quid? *Fracto ne* pane continuo *interibat*, ut Deum intueretur? Id tu ſcilicet fateare neceſſe eſt. Nam ſi, te auctore, τὸ *tunc* eodem atque τὸ *ſtatim* recidit; τὸ *tunc* autem cum *fractione*, ut ita loquar, *panis* conjungitur; iſque, qui panem fregiſſet, *tunc*, *ſtatim* ex hac mortali decedens vita erat omnino viſurus Deum; quid erit conſequens, niſi ut eum qui panem eſurienti fregiſſet, concedas *ſtatim* fuiſſe interiturum, atque inde viſurum naturam Dei? Quid? Si etiam Sanctos, qui Deum intuiti *tunc* fuiſſent, concludere

1 Cadonicus *ibid pag.* 71.

dere debeas, *tunc* intuitos non fuiſſe Deum, quod pugnans eſt? Nam poſteaquam Iſaias dixit, *& gloria Domini colliget* te; mox addidit: *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet, clamabis* &c. Quid *tunc*, nempe *ſtatim*, atque *collectus fuiſſet gloria Domini*, Sabbathi cultor *invocaſſet*? quid *clamaſſet*? Videlicet, ut ipſi adeſſet Deus. Continuo namque Iſaias adjungit: *Et dicet* (Deus) *ecce adſum*. Non ergo adfuerat *Deus collecto gloria Domini*, ſive, ut ipſe interpretare, intuenti Deum. Quemadmodum vero fieri potuit, ut Deus non adfuerit ſe videnti? Adfuerat igitur, te auctore. At non adfuerat, cum poſtea *collecto gloria*, atque *clamanti*, dixerit, ſeſe *adeſſe*. Age vero, ſi de beatitate illa, qua ſtatim potiti eſſent ii, qui *effudiſſent eſurienti animam ſuam*, Iſaias ageret, annon etiam ageret de eorum e mortuis reſtitutione? Sic enim habet: *Cum effuderis eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies*, & REQUIEM TIBI DABIT DOMINUS SEMPER, ET IMPLEBIT SPLENDORIBUS ANIMAM TUAM. Hæc tu grandioribus litteris lectorum tuorum oculis ſubjeciſti. Cur autem? Niſi ut de requie, ſplendoreque lucis æternæ, quo ſtatim eſſent animæ Sanctorum Veteris Teſtamenti colluſtrandæ, accipienda eſſe animadverterent? Verum addit mox Iſaias: ET OSSA TUA LIBERABIT. Hæc vero minoribus characteribus deſcribenda putaſti, ne forte negotium tuis lectoribus exhiberent. Quid namque eſt τὸ LIBERARI OSSA ejus qui deceſſerit, ſitque beatus viſione Dei, niſi eum eſſe reſurrecturum? Id autem cum ſit ita, ſi modo tibi auſcultemus, efficiet, ut ii, qui in Vet. Teſtamento animas ſuas eſurienti effudiſſent, *ſtatim* fuerint conſequuti beatitudinem conſiſtentem in viſione *intuitiva* naturæ Dei, *ſtatimque* e mortuis reſurrexerint. Non enim intelligi poteſt, cur τὸ ſtatim cadere in *beatitudinem* debeat; in *reſurrectionem* contra non debeat. Nam ſi de *beatitate*

illa Iſaias egit, egit item de *reſurrectione*; cumque de utraque junctim egerit, ſi τὸ *ſtatim*, quod ipſe vis, in *beatitatem* cadit, cadet perinde in *reſurrectionem* [1]. Jam vides, ut Iſaias, etiam ſi non de terrenis, ſed de ſempiternis promiſſis loqueretur, præſidio tamen tibi eſſe non poſſet? Quamobrem cavebis deinceps, ne id orthodoxos omnes redarguens uſurpes, quod poſt allata Iſaiæ verba, ſcripſiſti: *Doceant qui ſic intelligunt* (ſic autem Catholici omnes intelligunt) *quomodo inconcuſſum ſtet verbum Domini, juxta quod ex relato Iſaiæ textu, revelata præſentia Dei STATIM a morte juſtis antiquis promittebatur*. Nam neque τὸ *ſtatim* adhibitum ab Iſaia eſt, neque τὸ *revelata præſentia Dei*. Quod ſi τὸ *implebit ſplendoribus* &c. eodem atque τὸ *revelata præſentia* revolvi voluit, τὸ *tunc* eodem atque τὸ *ſtatim* revolvi profecto noluit. Ac miror equidem tam eſſe te parum in Scripturæ ſacræ, præſertim autem in Prophetarum libris verſatum, ut neſcias, τὸ [2] *tunc* ſæpe in iis rem haud propinquiorem ſignificare, quam indicarit temporibus Acazi Regis τὸ *ecce* apud Iſaiam, cum is oraculum de ſigno Hebræis divinitus dando, ſeu de Virgine conceptura, atque paritura funderet. Ne vero temet conturbet, quod Sancti Veteris Teſtam. de ſalute ſua, quaſi de re haud nimium remota, agentes illius ſeſe expectatione conſolarentur. Memineris enim, ut etiam de Meſſiæ adventu, quaſi inſtanti, perſæpe loquuti ſint, indeque ſibi materiam lætitiæ ſumpſerint. Quid? ſi Apoſtolus Chriſtianos primorum temporum hortari conſuerat, ut ne ſe triſti-

tia

1 Locum hunc ſic interpretatur S. Hieronymus *lib.* XVI. *in cap.* LVIII. *Iſaiæ: p.*413. *to.*III. *edit. Pariſ. an.*1704. » Et oſſa tua liberabuntur de interitu, & igne perpetuo. Sive impingueſcent, ut priſtinam craſſitudinem recipiant, quæ fame » ſermonis Domini attenuata fuerant. Quod quidem & juxta litteram de reſurrectione eorum, quæ caſura ſunt, corporum intelligere poſſumus, & de virtutibus animæ &c. »

2 Carolus Hureus *in Dictionar. Univerſ. Biblico tom.* II. *pag.* 814. *ad v. tunc. Edit. Pariſ. an.* 1715. » Quelques fois, *inquit*, marque un tems fort éloigné de » ce qui précede, *Matth.* XXIV. *v.* 23. *Tunc ſi quis dixerit &c.* Cette particule joint » ici la ruine de Jeruſalem avec le jugement dernier ».

tia non opprimi modo, ſed ne affici quidem ſinerent, eamque ob rem monebat, uti nos eſſe ſimul omnes reſurrecturos, Chriſtoque obviam ituros reminiſcerentur?

At Auguſtinus, inquis, *Tractatu* XVII. *in Johannem n.* VIII. *to.* III. *opp. p.* II. *edit. Antuerp. an.* 1700. *pag.* 310. Chriſtianos alloquens, poſt deſcripta Iſaiæ verba: „ *Lux* „ *tua Deus eſt*, inquit, tibi matutina, quia poſt no„ ctem ſeculi tibi veniet „. Ridiculum! Quaſi vero quæ futura Propheta prædixerat, ea Auguſtinus perfecta a Chriſto fuiſſe ignorarit. Habe tibi, quod ille ad rem noſtram ſcripſit in XIX. *libro de Civitate Dei cap.* XIX. *pag.* 448. *tom.* VII. *opp. edit. Antuerp. an.* 1700. „ Si non „ abſurde, *inquit*, credi videtur, antiquos etiam San„ ctos, qui venturi Chriſti tenuerunt fidem, locis qui„ dem a tormentis impiorum remotiſſimis, ſed apud „ inferos fuiſſe, donec eos inde Sanguis Chriſti, & ad „ ea loca deſcenſus erueret; PROFECTO DEINCEPS „ BONI FIDELES EFFUSO ILLO PRETIO JAM RE„ DEMTI, PRORSUS INFEROS NESCIUNT, donec „ etiam receptis corporibus bona recipiant, quæ me„ rentur „.

Nihil de Tobiæ loco *ex cap.* III. *v.* 21. dicam. Eſt enim de re futura, ut verba, quibus conſtat, præ ſe ipſa ferunt. Sed pudet me in refellendis argumentis, quibus nihil ſucci, & nervorum ineſt, operam, tempuſque conſumere. Equidem hoc jam teneo: Eccleſias univerſas ubique gentium conſtitutas, Scriptores orthodoxos omnium temporum, Patres quoſque, Synodos, Pontifices denique Maximos Cadoniciano Syſtemati adverſari; ſoloſque ei Proteſtantes novos favere, præmonſtraſſeque Cadonico ad id novum opinionis portentum defendendum viam. Id vero non levibus, non obſcuris, non paucis, non aliquorum, ſed gravibus, ſed perſpicuis, ſed pæne innumerabilibus, ſed omnium orthodoxorum, Epiſcoporum in primis cujuſque loci, quorumque

rumque temporum ſcriptis, typiſve editis monumentis, Inſtitutionum Theologicarum, Interpretationum, Controverſiarum de Religione, Orationum, ſive Sermonum, Catecheſeon, Profeſſionum fidei, Synodorum, Decretorum, Conſtitutionum etiam Apoſtolicæ Sedis, quibus Sacrorum Bibliorum auctoritas non modo non adverſatur, ſed etiam ex Majorum ſententia robur addit, & firmitatem, demonſtratum eſt. Quamobrem non dubito fore, ut qui hæc legerint, conſiderarint, expenderint, ni gravius quidpiam ſtatuendum putent, genus ſaltem illud Cadonicianæ opinionis, quod ex fontibus hæreticorum manaſſe, quodque cum doctrinæ, quam Eccleſia Catholica ſemper docuerit, ſuiſque propoſuerit ad credendum, antiquitate, univerſitate, conſenſione componi non poſſe cognoverint, uno omnes ore non modo non probabile, ſed ne tolerabile quidem eſſe confiteantur. Sed age videamus, quam levibus argumentis ea Cadonici nitatur opinio, quod nos eſſe altero hujus operis libro demonſtraturos promiſimus.

LIBER

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google